68
13 E
15

Digitized by Google

Digitized by Google

Reuerē

diſſimi dn̄i/dn̄i thome de vio Caietani cardinalis ſancti Xyſti:ī oēs authenticos veteris teſtamenti hiſtoriales libros cōmentarij.

In iehoſuam	Paralipomena
Iudices	Hezram
Ruth	Nehemiam
Reges	Et eſter.

AD CLEMENTEM SEPTIMVM PONTIFICEM *maximum Thomas de uio Caietanus cardinalis ſanƈti Xyſti.*

DIVO Hieronymo pater beatiſsime uniuerſa eccleſia latina plurimum debet: non ſolum ob annotatas ab eo in libris ueteris ac noui teſtamenti particulas tum adieƈtitias tũ ambiguas/ſed etiam propter diſcretos ab eodem libros canonicos a non canonicis. liberauit ſiquidem nos ab hebræorum opprobrio ꝙ fingamus nobis antiqui canonis libros aut librorum partes/quibus ipſi penitus carent. Quocirca quum diſpoſuiſſem proſequi commentarios in libros ueteris teſtamenti poſt librorum moyſi expoſitionem iam æditam, libros hiſtoriales omnes in unum uolumen cogi: uidelicet Ioſuæ/Iudicum/Ruth/Regum/Paralipomenon/Hezdræ/Nehemiæ & Eſter libros, omiſsis reliquis a Hieronymo inter apocrypha ſupputatis. Quare. B. V. quæ ſacrarum literarum conſuetudine deleƈtatur/cuiusqꝫ cenſuræ doƈtorum quorumcunqꝫ documenta iure ſubduntur, hoc qualecunqꝫ opus ipſi dicatum ſolita ſuſcipiat benignitate/& fœlix in æuum ualeat.

Digitized by Google

THOMAE DE VIO CAIETANI Cardinalis ſancti Xyſti in libros hiſtoriales veteris teſtamenti / Commentarij. Et primum in Librum Iehoſue.

ET FVIT. Tria me mouent poſt expoſitos libros moſis ad ſcribendū ſuper libros hiſtoriales ueteris teſtamenti. primum difficultas rei geſtæ, uel qa obſcure traditur uel quia ſecus interpretes eam reddiderunt: ſecundum ratio tum uerborum tum factorum quæ ambigua uidẽtur, uirorum præſertim ſanctorum: tertiū imbecillitas multitudinis legentium ſtudioſe ſacram ſcripturam, ut quæ illis minus clara ſunt mãifeſta fiãt. **poſt mortẽ moſis ſui dñi.** Quanuis in litera non ſcribatur quanto tempore poſt mortem moſis, ſubiuncta tamen recte collata inſinuant hoc fuiſſe poſt cõpletum luctum mortis moſis: hoc eſt ſeptima die menſis primi, ut inferius manifeſtabitur. **dixit dominus ad iehoſuã filiū nun miniſtrū moſis dicendo.** Nomen tetragrãmaton habetur ubi legitur dominus, ut fons eſſendi deus deorum allocutus ſignificetur iehoſuam principem populi iſrael. Modus quo deus allocutus eſt iehoſuam intelligendus eſt modus ille quo deus alloquitur prophetas, qui magnam habet latitudinem: multa enim genera reuelandi compræhendit. Subiuncta autem uerba dicta a deo / inſinuant ꝙ locutio iſta fuerit nocturna, uigilando tamen: in ecſtaſi enim quadã oranti iehoſuæ locutus eſt deus. **mortuꝰ eſt moſes ſeruus meus.** Hoc eſt epicheton moſis quo deus ipſe teſtatur placuiſſe ſibi officia moſis appellãdo ipſum ſeruū ſuū. immo dicẽdo moſes ſeruus meus mortuus eſt, aperit ꝙ mortuus eſt ſeruus ſuus: hoc eſt ꝙ licet quandoq; peccauerit & peccando non fuerit ſeruus meus, attamen mortuus eſt ſeruus meus/mortuus eſt in ſtatu ſeruitutis meæ/ mortuus eſt ſic ꝙ qcquid erat quicquid operabatur meum erat. ſeruus enim totum quod eſt domini eſt. **ſurge.** Iuxta hebræum habetur. **& nunc ſurge tranſi iordanem iſtum tu & oĩs populus hic ĩ terrã quã do filijs iſrael.** Dicendo nūc/mãifeſtat tẽpus ſupradictum: v3 triduum ante tranſitum iordanis, qui fuit decima die menſis primi: ut inferius capitulo 4. dicitur. Et quia non dicit experrectus ſurge ſed abſolute dicit ſurge, uigilantem inſinuat iehoſuam/a quiete ad motū uerſus iordanem inuitans. Ex hoc autem quod dicitur tranſi iordanem iſtum collato cum ſubiunctis uerbis & factis, colligitur ꝙ deus reuelauit iehoſuæ tum tempus tum modum tranſeundi iordanem. & de tempore quidem manifeſte teſtatur executio iehoſuæ ſubiuncta ſtatim: de modo autem teſtatur etiam executio iehoſuæ in tertio ſcripta capitulo

Digitized by Google

faciendum quæ ſunt legis: manifeſtando duos fructus, alterum proſperitatis exterioris alterum intelligentiæ internæ. Ecce precipio tibi. Iuxta hebræum habetur. Nõne precepi tibi cõforta te ⁊ robora te. Ratio reddiť credendi & ſperãdi promiſſos fructus ex efficacia præcipientis dei. ad huiuſmodi enim efficaciam inſinuandam dicit deus nonne præcepi tibi: acſi apertius dixiſſet/hæſitandum non eſt de ſecundis ſucceſsibus ex hocipſo ꝙ ego deus præcepi. noli metuere ⁊ noli timere. Iuxta hebræum habetur. ne frangaris ⁊ ne terrearis. Hebræo more quod pluris eſt præponitur. quia ualde arduos ſucceſſus promittebat deus, fragilitatem propriam penſantem iehoſuam tertio confortat & accendit: præmonendo ne ab externis terreatur nec ab interna fragilitate frangatur animus. quoniã tecũ eſt dominus deus tuus in omnibus ad que iueris. Ratio redditur diuina aſsiſtentia ſufficiens & potentiſsima ad omnia tam interna q̃ externa. Quod autem dicitur dominus deus tuus, hebraice habetur. iehouah elohe tuus. Et ſimiliter intellige in uniuerſo hoc opere: & niſi aliud dixerimus, appellatiõe dñi intellige ſemꝑ nomẽ tetragrãmaton.

Precepitq; iehoſua pricipib⁹ popli dicẽs. trãſite ꝑ mediũ caſtroꝝ ⁊ precipite populo dicẽdo. Ecce executio diui mãdati. & ſi cõtuleris obedientiam iehoſuæ cum uerbis diuini præcepti & nunc ſurge trãſi iordanem iſtum, perpendes idem eſſe tempus: hoc eſt eodem die impatum a deo fuiſſe & nũc ſurge quo iehoſua ſurrexit ad præcipiendũ præfectis populi ut præpararetur populus ad tranſeundum iordanem: alioquin nõ ſurrexiſſet tunc iuxta mãdatũ dei. preparate vobis cibaria. Nõ ẽ ſermo de pane (qm̃ ex quotidiano manna panem conficiebant) ſed de reliqs alimentis. quoniam poſt diẽ tertiũ trãſibitis iordanẽ. Clarius hebraice habeť. qa i adhuc tres dies vos trãſeuntes iarden vt itretis ad hereditãdũ terrã quã dñs deus vr̃ dat vobis ad hereditandũ eã. Hinc clare habenť duo. alterum ꝙ hoc mandatum factum eſt ſeptima die menſis primi: quoniam decima die eiuſdem menſis tranſierunt iordanem: decimus enim dies fuit terminus extrinſecus trium dierum inchoando a die ſeptimo. Alterum ꝙ mane ſeptimi diei menſis primi promulgatum eſt hoc mandatum, ac per hoc diuina reuelatio eodem die circa auroram facta uideť: alioquin nõ fluxiſſent tres dies ab hac ꝓmulgatione uſq; ad trãſitum iordanis, quos tamen fluxuros ſignificatur dicendo quia in adhuc tres dies ſunt & uos eritis tranſeuntes iordanem. Hæc ſunt enim quæ collata cum ſupraſcriptis teſtantur quæ prædiximus: & manifeſtant tempus tranſeundi iordanem fuiſſe reuelatum iehoſuæ.

¶ Reubenitis quoq; ⁊ gaditis ⁊ dimidie tribui menaſſis ait iehoſua dicendo. Mementote ſermonis quem precepit vobis moſes ſeruus domini dicendo: dominus deus veſter requieſcere vos fecit deditq; vobis terrã hanc. Recole ex libro nu. cap. 32. reubenitas gaditas & dimidiam tribũ menaſsis ſortitas fuiſſe habitationes ſuas uiuente moſe: & propterea non erant ſimul cum reliquo populo ſed

ſparſi in ciuitatibus ſuis : ob quam cauſam oportuit iehoſuam uocare illos ut ſer
uarent promiſſa ſcripta ubi ſupra quæ ſubiunguntur ſummarie. **Uxores ve-
ſtre/paruuli veſtri & iumenta veſtra manebũt in terra quam de-
dit vobis moſes trans iardem: vos autẽ tranſibitis armati an-
te fratres veſtros omnes potentes manu & adiuuabitis eos. do
nec quieſcere faciat dominus fratres veſtros ſicut vos/& poſſi-
deant etiam ipſi terram quam dominus deus veſter dat vo
bis : & reuertemini ad terram poſſeſſionis veſtre & poſſidebitis
eam quã dedit vobis moſes ſeruus domini trans iarden ad or-
tum ſolis. ¶ Reſponderuntq; ad iehoſuã dicendo : omnia que
precepiſti nobis faciemus & quocunq; miſeris ibim⁹. Sicut
obediuim⁹ in cunctis moſi obediem⁹ tibi : tantũ ſit domin⁹ de⁹
tu⁹ tecũ ſicut fuit cũ moſe.** Sẽſus eſt. ex parte noſtra nõ deerit obedire: hoc
dũtaxat exigit̃ ut fons eſſendi gubernator tuus ſit tecũ queadmodũ fuit cũ moſe.
**Qui contradixerit ori tuo & non obedierit verbis tuis in om-
nib⁹ que preceperis ei moriatur : tantũ conforta te & robora te.**
Expone hoc ut in præcedenti textu, eſt enim ſenſus q̧ executioni mandabitur
punitio inobedientium tibi, dummodo tu ex parte tua inualeſcas & robores te-
ipſum magnanimitate.

CAPVT .II.

Miſit igitur. Iuxta hebræum habetur. **Et miſit iehoſua fi
lius nun de ſittim duos viros exploratores.** Cõſidera
prudens lector diſparitatẽ. nã ꝓmulgatio præparationis ad tran-
ſitum iordanis deſcripta eſt quo ad tempus (vz triduũ ante tran
ſitum) nec eſt deſcripta quo ad locum: miſſio uero exploratorum
deſcribitur quo ad locum (vz de ſittim in quo erant caſtra iſrael) nec deſcribi-
tur quo ad tempus. Veruntamen ex ſubiunctis inſinuatur tum locus promul
gatæ præparationis tum tempus quando miſſi ſunt exploratores. ex eo enim q̧
una tantum nocte fuit populus ſuper ripam iordanis (ut hebraica ueritas mani
feſtat in capitulo tertio) habetur q̧ in loco ſittim fuit promulgata præparatio
ad tranſitum iordanis, & ibidem requiſiti reubenitæ & gaditæ. & ſimiliter ex eo
q̧ exploratores plusq̃ tres dies conſumpſerunt(nam tribus diebus latitarunt in
montanis) patet miſſos eos fuiſſe priusq̃ promulgaretur præparatio populi.
Quot autem diebus fuerint prius miſſi, incertum eſt : quanuis certum ſit q̧ fue-
runt prius miſſi. ¶ At ſi quæris cur præpoſtero ordine hæc ſcripta ſint, in prom
ptu cauſa eſt. miſſio ſiquidem exploratorum proceſſit a iehoſua humano conſi
lio, promulgatio autem præparationis proceſſit ex diuina reuelatione : par au-
tem fuit ut liber geſtorum iehoſuæ initium a diuina diſpoſitione haberet, & quod
humano fuerat conſilio factum ſubiungeretur. Nec propterea intelligas peccaſ
ſe iehoſuã mittendo exploratores: cum actus iſte non ſit cõtra uel præter rectam

Digitized by Google

rationem, & ad accendẽdum magis animos populi ſciens exterritos chananæos hoc feciſſe credendus eſt. **in abſcondito dicens.** Non eſt uſq;quaq; clarum an miſsio hæc ſcribatur clandeſtina relatiue ad populum iſrael uel relatiue ad indumenta & exteriora ſigna exploratorum: utrunq; enim poteſt intelligi. **ite conſiderate terram vrbẽq; iericho.** Iuxta hebræum habet. **⁊ iericho.** Quod ideo annotauerim ut intelligamus duo fuiſſe exploratoribus mãdata: alterum conſiderare terram, alterum conſiderare iericho. Et quantum ſubiuncta relatio exploratorum inſinuat, mandatum eſt iſtis ut uiderent terram chananæam in genere & iericho in ſpecie. nam retulerunt de uniuerſa terra & non ſolum de iericho.

¶ **Qui pergentes ingreſſi ſunt.** Iuxta hebræum habetur. **⁊ iuerunt ⁊ ingreſſi ſunt.** Quod ideo annotauerim, ut ex diuerſitate orationum libertatem habeamus intelligendi ꝙ exploratores iuerunt abſq; impedimento aliquo per terram chananæam uſq; quo uenerunt iericho & ingreſsi ſunt domum. **mulieris meretricis nomine rachab.** Non eſt clarum an mulier hæc ſcribatur meretrix an caupona. hebraica ſiquidem dictio anceps dicit̃ & argumenta utrinq; ſunt. nam ꝙ fuerit caupona officium eius teſtatur: ꝙ autem fuerit meretrix, frequens huius dictionis uſus apud hebræos inſinuat. Siue autem fuerit meretrix ſiue non, uiduam fuiſſe apparet ex eo ꝙ nulla ſit mariti mentio, & puellam uirginem exercere officium cauponæ dedecet: præſertim cum ipſa deſcribatur domina domus & habens patrem / matrem / fratres ac ſorores in ciuitate. **⁊ quieuerunt apud eam.** Iuxta hebræum habetur. **⁊ dormierunt** (ſeu potius iacuerunt) **ibi.** Hinc habetur ꝙ nocte illa quiete dormierunt in domo rachab: & relatio facta regi iericho fuit non illa prima nocte ſed ſequenti ueſpere. ¶ **Nunciatumq; eſt regi iericho dicendo: ecce viri venerunt huc nocte de filijs iſrael vt explorent terram.** Vndiq; manifeſtatur ꝙ ueſpertina hora uenerunt exploratores in iericho. **Miſitq; rex iericho ad rachab dicens: educ viros qui venerunt ad te ⁊ ingreſſi ſunt domum tuam, quia ad explorandum totam terram venerunt.**

¶ **Tulitq; mulier duos viros ⁊ abſcondit eos: ⁊ ait / certe venerunt ad me viri ſed neſciebã vnde eſſent. Et fuit dum porta clauderetur in tenebris viri exierunt / nec ſcio quo ierunt.** De porta ciuitatis eſt ſermo: & in principio noctis eos receſsiſſe anteq̃ porta clauderetur / mentita eſt mulier mendacio officioſo. Et hinc clare apparet ꝙ nocte & die exploratores fuerunt in iericho abſq; moleſtia. ex eo enim ꝙ nocturno tempore uenerant & in domo mulieris dormierant / & ut rem credibilem mulier dixit ꝙ receſſerunt anteq̃ porta clauderetur, conſequens eſt ꝙ non de eadem qua uenerant nocte eſt ſermo cum dicit eos egreſſos in tenebris anteq̃ porta clauderetur: ſed cum toto die luſtraſſent ciuitatem & rediſſent ueſpere ad domum rachab, nunciatum eſt regi ab ijsq; perſpicacius inſpexerunt eos in die ꝙ explora-

tores ſunt. perſequimini cito ⁊ compꝛehendetis eos. Arguta exhortatio ad repellendum eos ne inquirerent & ſcrutarentur domum an ibi laterent. Ipſa autem fecit aſcendere viros in ſolarium domus ſue: operuitq; eos ſtipula lini que ibi erat. Prius deſcripſit factum abſconſionis, & poſtea deſcribit modum eiuſdem: vt ꝙ ſuper tectum domus ſub culmis lini expanſi abſconditi fuerint. Ij aũt qui miſſi fuerant ſecuti ſunt eos ꝑ viã que ducit ad vada iarden: illiſq; egreſſis ſtatim porta clauſa eſt. Ciuitatis porta per quam egreſſi ſunt inquiſitores exploratorum deſcribitur clauſa egreſſis illis, ad ſignificandum ꝙ non patebat exitus exploratoribus per portam ciuitatis.

¶ Necdum obdoꝛmierant qui latebant. Iunge hanc negatiuam cum affirmatiua prænarrata / vt ꝙ dormierunt ibi: & perpendes ꝙ de ſecunda nocte eſt ſermo in hac negatiua & de prima in illa affirmatiua. eadem enim dictio habetur hic & ibi. ⁊ ecce mulier aſcendit ad eos. Deficit. ſuper tectum: plana ſiquidem ſunt tecta domorũ regionis illius quemadmodum pauimenta ſub diuo. Et ait eis / noui ꝙ tradiderit vobis dominus terram. etenim irruit in nos terroꝛ veſter, ⁊ elanguerunt omnes habitatoꝛes terre a facie veſtra. Audiuimꝰ.n. ꝙ ſiccauerit dominus aquas maris rubꝛi a facie veſtra cum exiretis ex egypto: ⁊ que feceritis duobus regibus emoꝛeoꝛum qui erant trans iarden / ſichon ⁊ hog quos interemiſtis. Et hec audientes pertimuimus ⁊ elanguit coꝛ noſtrum / nec remanſit in nobis ſpiritus a facie veſtra: dominus.n. deus veſter eſt deus in celo ſurſum ⁊ in terra deoꝛſum. Vide in muliere iſta non ſolum timorem ſed fidem ac manifeſtam confeſſionem ꝙ iehouah qui eſt elohe iſrael / ipſe eſt elohim in cælo & terra. & propterea non eſt mirum ſi ſeruata eſt: quam enim deus illuminauit intus & effecit ſeruatricem electorum ſuorum / ſeruauit quoq; a clade iericho.

Et nunc iurate queſo mihi per dominum quia feci vobiſcũ miſericoꝛdiam ꝙ facietis etiam vos cum domo patris mei miſericoꝛdiam. Legendum eſt utrobiq; gratiam. eſt enim illa dictio quæ quamuis communiter interpretetur miſericordia, ſecundum tamen ueritatem hebraicam diligentius perſpectam ſignificat gratiam: eo ꝙ non eſt nomen paſſionis animi, ſed collationis ſine merito quam latine gratiam dicimus. detiſq; mihi verum ſignum. Parui refert ꝙ hebraicæ habetur. et dabitis mihi ſignum veritatis. Iuramentum appellat mulier ſignum ueritatis. ac ſi apertius dixiſſet iurate mihi per iehouah tali modo ut ſit ſignum futuræ ueritatis. Et dixit hoc ad excludendum cauillationes iurantium dum in timore & neceſſitate ſunt conſtituti. Et ſaluabitis patrem meũ ⁊ matrem meã / ⁊ fratres meos ⁊ ſoꝛoꝛes meas / ⁊ omnia que eoꝛum ſunt: ⁊ eripietis animas noſtras a moꝛte. ¶ Qui reſponderunt ei, anima noſtra ſit pꝛo vobis in moꝛtem / ſi tamen non pꝛodideris nos.

Digitized by Google

Iuxta hebræum habetur. ſi non prodideritis verbum noſtrum hoc. Per modum fœderis iurant iſti. & quia neſciebant adhuc ſe mittendos per feneſtram, cauent ne cõmunicata notitia occulcationis eorũ patri & matri fratribus & ſororibus mulieris manifeſtentur: ideo ſub pacto ponunt ſi nõ ꝓdideritis rem noſtram hanc. quumq; tradiderit nobis dominus terram / faciemus tecum miſericordiam. Legendum eſt. gratiam ⁊ veritatem. repetitur enim ſupradicta dictio. & gratiam appellant beneficium uitæ: ueritatem autem fidelitatem ſeruando promiſſa.

¶ Demiſitq; eos per funẽ de feneſtra: domus. n. eius hærebat muro. Dixitq; ad eos/ad montem pergite ne occurrant vobis inſequentes: ibiq; latitate tribus diebus donec redeant / ⁊ poſtea ibitis per viam veſtram. Ratio numeri fuit, quia rationabile erat ut inquiſitores diſcurrendo ſcrutarentur uias omnes ad iordanem: ac per hoc triduo opus eſſet ad eundum / ſcrutandum & redeundum. Qui dixerunt ad eam: innoxij erimus a iuramẽto tuo hoc quo nos iurare feciſti. Supplent tria tacita in fœdere. primum eſt ſignum funis alligandi in feneſtra illa: ſecundum congregatio conſanguineorum in domum illam: tertium occultatio emiſſionis eorum in montana. Et hæc omnia ualde conſona erant pacto: ut patet conſideranti. Si ingredientibus nobis terram ſignum non fuerit funiculus iſte coccineus/ ⁊ niſi ligaueris eum in feneſtra per quam nos demiſiſti: ⁊ patrem tuum ac matrem fratreſq; ⁊ omnem cognationẽ tuam congregaueris in domũ tuam. Verbum præteriti temporis demiſiſti nos/ quæſtionem parit: quia ſi iam deſcenderant de feneſtra, non erat commodum neq; tutum colloquium/ ne a uicinis audirentur. Et confirmatur hoc: quia poſt hæc uerba ſubiungit litera ꝙ mulier demiſit eos: anteq̃ ergo deſcenderent dicta uidentur hæc uerba. ſed in oppoſitum urget uerbum præteriti temporis / per quam deſcendere feciſti nos. ¶ Solutio eſt ꝙ quia medium ſapit naturam extremorũ, induit quandoq; modo rationem unius extremi & modo alterius: & propterea utrunq; contrariorũ uerificat. ſicut fuſcum modo induit rationem albi modo nigri, & quod eſt utriuſq; uerificat. In hac itaq; hiſtoria negociũ demiſſionis erat in medio. ita ꝙ alter iam deſcenderat/alter tunc erat deſcenſurus: & ille deſcenſurus hæc uerba dixit nomine ſui & ſocij. Sic enim uerificantur omnia abſq; aliqua diſſonantia. nam relatiue ad retentionem uerificatur deſcendere feciſti nos: & relatiue ad integram libertatem uerificatur ꝙ poſt hæc uerba demiſit eos. Qui oſtium domus tuæ egreſſus fuerit/ ſanguis ipſius erit in caput eius ⁊ nos erimus innoxij: cunctorum aũt ſanguis qui tecũ in domo fuerint/redundabit in caput nr̃m ſiquis eos tetigerit. ¶ Si aũt nos ꝓdere volueris/ ⁊ ſermonem iſtum proferre in medium. Non tot habentur iuxta hebræum: ſed habetur. Et ſi prodideris verbum noſtrum hoc. vez ꝙ nos latitamus in mõtibus. erimus mundi ab hoc iuramẽto tuo quo nos iu-

rare feciſti. timent enim mulieris inſtabilitatem: & propterea ſilentij curam in ea augere nituntur. Et illa reſpondit/ſicut locuti eſtis ita fiat: dimittenſqꝫ eos ut pergerent appendit funiculum coccineum in feneſtra. Quanuis antiquus interpres ſimul dimiſsionem exploratorum & appenſionem funiculi ſignificauerit, hebraica tamen litera ſimultatem nō ſignificat: quoniā multis orationibus has actiones deſcribit dicendo. ⁊ dimiſit eos ⁊ abierunt: ⁊ ligauit filum coccineum in feneſtra. ex his enim uerbis non habetur quando appendit funiculum illum in feneſtra, ſed duntaxat ꝙ ligauit illum ibi. quod poſt multos dies fieri potuit & decuit: ſed hoc in loco ſcribitur ad terminandam narrationem geſtorum a muliere.

¶Illi uero ambulantes peruenerunt ad montem / ⁊ manſerunt ibi tres dies donec reuerterentur qui fuerant inſecuti: querentes. n. per omnem uiam non inuenerunt eos. quibus urbē ingreſſis. Supfluunt iſtæ tres dictiones. Reuerſi ſunt ⁊ deſcenderunt exploratores de mōte. Legendū eſt. Et reuerſi ſunt ambo uiri ⁊ deſcenderunt de monte. Reuerſio manifeſtat ꝙ ad remotiora loca iuerant, ut omnino tuti eſſent ab inquiſitoribus. ⁊ tranſierunt / ueneruntqꝫ ad iehoſuam filium nun: ⁊ narrauerunt ei omnia que acciderant eis. Ex hoc ꝙ nulla fit mentio pontificis / nulla mentio ſeniorum, conijcitur ꝙ iehoſua neſcientibus alijs miſit hos uiros: & ſimiliter ꝙ clandeſtina fuerit relatio.

Dixeruntqꝫ ad iehoſuā ꝙ tradidit dominus in manus noſtras omnem terram hanc. Superfluit hanc. Hæc relatio exploratorū inſinuat ꝙ luſtrauerant non ſolum iericho ſed alias terras chananæorum. Signum autem unde cognouerint futuram uictoriam ſubiungunt timorem illarū gentium tam uehementem ut tanq̄ diſſolutis animis ſint. ⁊ etiam timore diſſoluti ſunt cuncti habitatores eius. Legendum eſt. habitatores terre a facie noſtra. miſerat enim deus timorem uehementem in chananæos relatiue ad præſentiam populi iſrael.

CAPVT III.

Igitur iehoſua de nocte conſurgens mouit caſtra: Iuxta hebræum habetur. Et ſurrexit iehoſua mane. Nō dicitur mane immediate ſequenti(neſcit enim certus dies quo reuerſi ſunt exploratores)ſed author libri redit ad proſequendā hiſtoriam executionis diuini mandati. Narrauerat enim ꝙ deus præcepit iehoſuæ ut tunc ſurgeret & tranſiret iordanem. narrauerat & inchoatā executionem quo ad duo: & quo ad uocationē reubenitarum &c. & quo ad monitionem populi ut præpararet ſe ad tranſeundum poſt triduum iordanem. Narrat modo conſequenter ꝙ poſtq̄ populus præparatus eſt ſurrexit iehoſua/ proculdubio a ſtratu & quiete ſua mane. Et intelligo fuiſſe mane noni diei menſis primi, ut duos dies ad præparandum alimenta ad colligendum res ſuas / diſponendūq; omnia ad iter

habuerint: eodẽ.n.die uenerũt de ſittim ad iordanẽ ut ſubiũgit. egredienteſq; de ſittim venerũt ad iarden ipſe ⁊ oẽs filij iſrael: ⁊ morati ſunt ibi ꝑ tres dies. Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ dormierũt ibi anteq̃; trãſirent. Et fuit a fine triũ dieꝝ / tranſierũt præfecti ꝑ mediũ caſtroꝝ. Vide quãtæ diuerſitatis ſenſuũ cauſa ẽ interpretatio iuxta intelligẽtiã interpretis. Nõ dr̃ in hebraica lr̃a ꝙ morati fuerint in iordane dies tres: ſed inſinuat̃ oppoſitũ / dicẽdo & dormierũt ibi anteq̃; trãſirent. Si triduo ibidẽ fuiſſent, ridiculũ eẽt ſcribere ꝙ dormierũt ibi añq̃ trãſirẽt. nũqd ad excludendũ tres dies inſomnes licuit ſcribere & dormierũt ibi añq̃ trãſirent? Hæc abſurditas manifeſta declarat ꝙ ad ſignificandũ illos nõ ſtatim ut appulerũt trãſiſſe ſ; unicã noctẽ ibidẽ ꝑegiſſe / hæc uerba ſcripta ſunt. Deſcripta ãt mora unius noctis iuxta iordanẽ añ trãſitũ, deſcribit̃ ueriſicatũ fuiſſe tp̃s ꝓmulgatũ a iehoſua in ſittim / adhuc tres dies & trãſibitis iordanẽ. ¶ Dicẽdo & fuit / hic fiat pũctus. phraſis ẽ hebraica dicere abſolute & fuit / uel & erit: & poſtea ſubiungere rẽ præteritã uel futurã. Vnde & hic ſubdit̃ actio præterita a fine trium dierum: hoc eſt in die decimo menſis primi. nam ille dies erat ſtatim ex fine triũ dierũ prædictoꝝ a iehoſua promulgante in ſittim / adhuc tres dies & tranſibitis iordanem. Illo itaq; die decimo præfecti monuerunt populũ ut ſequerẽtur arcam: mane enim illius diei facta eſt hæc monitio. Et preceperunt populo dicendo: quando videritis arcam federis domini dei veſtri ⁊ ſacerdotes leuitas portãtes eã / mouebimini de loco veſtro ⁊ ibitis poſt illam. Quamuis arca in itinere conſueuerit præcedere populum, nõ tamen ſic præcedebat ut eſſet penitus prima in itinere / ſed multi ibant ante illam. & propterea ad tollendum in hoc tranſitu iordanis talis multitudinis præceſſionem, monetur populus ut nullus præcedat arcam / ſed omnes ſequantur eam. Sitq; inter vos ⁊ arcam ſpatiũ circiter duoꝝ millium cubitorum: vt procul magis videre poſſitis ⁊ noſſe per quam viam ingrediamini. Iuxta hebræum habetur. nõ appropinquabitis ei vt cognoſcatis viam per quam ambuletis. Si appropinquaſſet multitudo arcæ / impedita fuiſſet uiſio arcæ ab uniuerſis legiõibus populorum ordinate progredientium occupando magnam terræ latitudinem: ſed diſtãte arca per duo millia cubitoꝝ ab uniuerſa multitudine / uniuerſa capita progredientium uidere poterant qua uia unicuiq; incedendum eſſet ſequendo ſemper arcam. quia prius non ambulaſtis per eam. Iuxta hebræum habetur. quia non tranſiſtis per viam ab heri ⁊ nudiuſtertius. Ratio dictæ cautelæ redditur diſparitas huius uiæ q̃uis exiguæ & aliarum. erant enim ibi forte ex exuberantia iordanis multa loca immeabilia: & proprerea opus erat ut præcedentem arcam a longe uiderent & eligeret quodlibet uexillũ propriam uiã meabilẽ / nec aberraret a ſequela arcæ. Eſt itaq; ſenſus ꝙ diu eſt ꝙ ꝑ ſimilẽ uiã nõ ambulaſtis, ꝙ iſta uia nõ eſt ſimilis uiæ ſolitæ ab heri & nudiuſtertius / hoc eſt præteritis diebus. ¶ Dixitq; iehoſua ad populũ / ſanctificamini: cras enim faciet dñs iter vos mirabilia. Præpoſtero ordine narrant̃ geſta. nã die nono iehoſua monuit popl̃; ut mũdent corda ſua præparãdo ſe ad ſuſcæptio

nē dei iſtupēdo miraculo die craſtina. Et ait iehoſua ad ſacerdotes/tol-
lite arcam federis ⁊ precedite populum: qui iuſſa complentes tu-
lerunt arcam ⁊ ambulauerunt ante populum.

Dixitq; dñs ad iehoſuā/hodie icipiā exaltare te corā oī iſra-
el: vt ſciant ꝙ ſicut fui cū moſe ſic ero tecū. Hæc ē ſecūda reue-
latio facta iehoſuæ die decimo primi mēſis quo trāſierunt iordanē. Nec reuelať
modus tranſeūdi: qm̄ ꝑma reuelatione fuerat ei manifeſtatus, & ipſe iā die nono
prædixerat popl̄o cras faciet dn̄s mirabilia. ſed reuelať ei tū magnificatio ꝓpa
corā popl̄o, tū modus quo ſacerdotes portātes arcā ꝓgrederenť dicēdo. Et tu
precipies ſacerdotib⁹ q portāt arcā federis dicēdo: cū igreſſi fue-
ritis ptē aque iordanis ſtate i ea. Clarius hr̄ i hebræo. cū igreſſi fueri-
tis vſq; ad extremū aque iarden/i iarden ſtabitis. Ecce modus ꝓgre
diēdi: u; ꝙ ſacerdotibus portātibus arcā igreſſis extremū nō ſolū aluei ſed aquæ
iordanis (ita ut pedes i ꝑma extremitate aquaꝝ tenerēt) ſiſterēt ibidē. Q̄d itellige
donec aquæ iordanis deſcēdentes deficerēt/& ſupiores ſeipſas ꝯtinerent. q̄d fere
ſtatim pfectū eſt, & ſacerdotes ꝓgreſſi ſunt ad mediū iordanis locū iā ſiccū.

¶ Dixitq; iehoſua ad filios iſrael: accedite huc ⁊ audite vbū dn̄i
dei vr̄i. Mane diei decimi fuit hic ſermo. Et rurſum. Iuxta hebræū hr̄. Et
ait iehoſua. Prius dixit accedire & audite: poſtq̄ uero acceſſerūt dixit ſubiun-
cta, uc; ꝙ uidebūt mirabilē effectū i quo manifeſte cognoſcēt dinā præſentiā. I
hoc igr ſciens ꝙ dn̄s de⁹ viuēs i medio vr̄i ē. Iuxta hebræū hr̄. i hoc
cognoſcetis ꝙ el viu⁹ i medio vr̄i: ⁊ expellendo expellet a facie
vr̄a chenahaneū ⁊ chitheū ⁊ hiuæū ⁊ pizeū ⁊ ghirgaſeū ⁊ emo
reū ⁊ iebuſeū. Noiat deū el/a fortitudine dina cognoſcēda ad debellādos cha-
nanæos: uiuū āt ad differētiā idoloꝝ quæ colebāť a gētibus. manifeſta. n. opa uiuē
tis dei uiſuri erāt. Ecce arca federis dn̄i toti⁹ terre trāſit an̄ vos i iar
den. Nō hr̄ hic aliq̄d dei nomē: ſed ꝓpe ſcribiť dn̄i uniuerſæ terræ, ad ſignifican
dū ꝙ ille q uenerať i arca illa/ē dn̄s no ſolū iſraelis et terræ chananæoꝝ ſ; omnis
terræ. Parate duodecim viros de duodecim tribub⁹ iſrael/ſingu
los p ſingulas trib⁹. Mādat iehoſua ut ex q̄lib; tribu rollať uir unus ut ſint
comites ſacerdotū portantiū arcā dn̄i, & ſingillatī; uideāt ēt modū miraculi. Vñ
& i hebræo nō dr̄ parate: ſ; dr̄. Et nūc tollite vobis duodecim viros/
viꝝ vnū viꝝ vnū p tribū. decreuit. n. ut tūc aſſumerēť duodecim uiri iāq̄
comites ſacerdotū & arcæ uice duodecim tribuū iſrael. Et cū poſuerint ve-
ſtigia pedū ſuoꝝ ſacerdotes. Legendū ē. Et erit/cū qeſcēt plāte pe-
dū ſacerdotū Manifeſte prædicit modū miraculi: ut diuulgeť in popl̄o, & læti
ac ſecuri ꝓficiſcāť laudādo deū. portantiū arcā federis dn̄i dei toti⁹ ter
re in aquis iarden. Iuxta hebræū nullū dei nomen hr̄: ſed adon (hoc eſt do-
mini) omnis terræ, ut ſuperius dictum eſt. aque iarden deficient/aque de-
ſcendentes deſuper: ⁊ ſtabunt aceruo vno.

ET fuit/ cum moueretur populus de tentorijs ſuis ad tran-
ſeundū iarden, ſacerdotes portabāt arcā federis an̄ populū.

Ingreſſiſq;

Jngreſſiſqʒ eis iarden ⁊ pedibus coꝛum in extremo aque tinctis (ioꝛdanis auteʒ ripas aluei ſui tempoꝛe meſſis impleuerat) ſteterunt aque deſcendentes in loco vno. Ad declarandum iordanem tunc non caruiſſe exuberantia aquarum, interponit author tantam fuiſſe abundantiam aquæ in iordane ut repleuerit omnes ripas/non impetu unius diei ſed omnibus diebus meſsis: compræhendendo ſub meſſe hordeaceam meſſem quæ prior eſt triticea. erat enim tunc tempus meſsis hordeaceæ cũ eſſet decimus dies primi menſis. ⁊ inſtar montis intumeſcentes apparebant pꝛocul ab vꝛbe que vocatur edom vſqʒ ad locum ʒarthan. Iuxta hebræuʒ nihil dicitur de apparentia (ſed interpres expoſitoris officio functus eſt) ſed habetur. elongando valde ab adã vꝛbe que ex latere ʒarthan. deſcribitur ſiquidem tumor aquarum ſuperiorũ non ad inſtar montis ſed acerui unius longi ualde: utpote ab urbe adam quæ erat iuxta ſuperiorem partem iordanis. Ita ꝙ ſenſus eſt ꝙ aceruus ſeu tumulus aquarum ſuperiorum extendebatur uſqꝫ ad locum iordanis ſuperiorem qui erat iuxta urbem adam. hoc enim ſecundum planũ ſenſuʒ ſignificat litera hebraica dicens. & ſteterunt aquæ quæ deſcendebãt deſuper, ſteterunt aceruo uno/elongando ualde appoſitiue ab adam urbe quæ ex latere zarthan. Magna enim elongatio acerui explicatur ex elongatione terminata deſuper ad urbem adam. que autem inferioꝛes erant/ in mare ſolitudinis quod nunc vocatur mare moꝛtuum deſcenderunt vſqʒquo omnino deficerent. Parui refert ꝙ hebraice loco maris mortui habetur mare ſalis. In idem enim redit. multis enim nominibus lacus ille appellatur in quo aqua iordanis abſorbetur. populus autem incedebat contra ioꝛdanem. Iuxta hebræum habetur. populus autem tranſierunt e regione iericho. Manifeſtatur per quam partem fluminis tranſierunt ipſum: veʒ quæ eſt e regione iericho. Et ſacerdotes qui poꝛtabant arcam federis domini ſtabant ſuper ſiccam humum in medio ioꝛdanis accincti. Iuxta hebræum habetur. in medio iarden pꝛeparando. Duo hinc habentur. alterum ꝙ ſacerdotes portantes arcam progreſsi ſunt uſqꝫ ad medium iordanis poſtq̃ aquæ inciſæ ſunt. alterum ꝙ in medio iordanis firmiter manſerunt ad reddendam uiam per alueum iordanis ſiccam donec uniuerſus populus tranſiret: hoc eniʒ ſignificatur cuʒ dicitur præparando. ⁊ totus iſrael tranſibat per ſiccum/donec tranſiſſet tota gens iarden.

CAPVT IIII.

QUibus tranſgreſſis dixit dominus ad iehoſuam. Elige duodecim viros per ſingulas tribus: ⁊ pꝛecipe eis vt tollant de medio alueo iarden vbi ſteterunt pedes ſacerdotum pꝛeparantium duodeciʒ lapides, quos po-

netis in loco caſtrorum vbi fixeritis nocte tentoria. Uocauitqȝ
iehoſua duodecim viros quos elegerat de filijs iſrael/ ſingulos
de ſingulis tribubus: ⁊ ait ad eos. ite añ arcam domini dei ve-
ſtri ad medium iarden: ⁊ portate inde ſinguli ſingulos lapides
in humeris veſtris iuxta numerum filiorū iſrael, vt ſit ſignum
inter vos. Et qñ interrogauerint vos filij veſtri cras/ dicen-
tes ꝗd ſibi volunt iſti lapides? reſpondebitis eis ꝙ defecerunt
aque iarden ante arcam federis domini cuȝ tranſiret ipſuȝ: ideo
poſiti ſunt lapides iſti in monumentum filiorum iſrael vſqȝ in
eternum.

FEcerunt ergo filij iſrael ſicut eis precepit iehoſua: portan-
tes de medio iarden duodecim lapides(vt ei dominus im-
perauerat iuxta numerum tribuum filiorum iſrael) vſqȝ ad lo-
cum in quo caſtrametati ſunt, ibiqȝ poſuerunt eos. Si iſti duode-
cim uiri non eſſent diuerſi ab illis duodecim in præcedenti capitulo electis ante
ingreſſum in iordanem, non diceretur poſt egreſſum populum de iordane tolli-
te e populo duodecim uiros. ſed illi comites erant ſacerdotum: iſti autem iam
tranſierant, & præcipitur eis ut eant ad locum coram arca dei &c. Alios
quoqȝ duodecim lapides poſuit iehoſua in medio iarden ſub lo-
co vbi ſteterant pedes ſacerdotum portantium arcam federis:
⁊ fuerunt ibi vſqȝ in preſentem diem. Quoniam hebraice ſcribitur
ꝙ iehoſua iſtos duodeciȝ lapides erexit, ſignificat̃ ꝙ nō qualitercūqȝ diſpoſuit ibi
dem lapides iſtos/ſed erectos/ſimul iunctos ac fixos ibidē locauit ut ꝑſeuerarent
ibi ad ꝑpetuā memoriā ꝙ ibi ſteterūt pedes ſacerdotū portātiuȝ arcā dei. Et hinc
ꝯſequenter habet̃ ꝙ lapides iſti erāt lōgi ac grandes: & ꝙ ꝑ multos uiros fecerit
iehoſua portari illos, ac erectos ſimul figi ut ſe mutuo tuerent̃. & ꝓpea opus hoc
in litera attribuit̃ nō illis duodecim uiris, ſed iehoſuæ principi populi. Sacer-
dotes aūt ꝗ portabāt arcā federis ſtabāt ī medio iarden donec
oīa cōplerent̃ que iehoſue vt loqueret̃ ad populū ꝑceꝑat dñs
⁊ dixerat ei moſes. Legendū ē. donec cōſummaret̃ oē verbū quod
ꝑcepit iehouah ad iehoſuā vt loqueret̃ ad poplm̄/ſicut oīa que
ꝑcepit moſes iehoſue. Aduerbium ſicut refertur ad uerbū loqueret̃. Et
eſt ſenſus. ut iehoſua loqueret̃ ad populū omnia uerba dei ad ipſum ſicut loque-
bat̃ ad populū omnia præcepta moſis ad ipſum iehoſuā. Et ꝑ hoc manifeſtatur
ꝙ iehoſua tam ſecure loquebatur ad populum diuina ad eum uerba ſicut indu-
bie & ſecure loquebat̃ quæ audierat a moſe. ſignificat̃ enim clara reuelatio dīna
& īdubie ꝑcepta ab ipo iehoſua. ⁊ feſtinauerūt popl's ⁊ trāſierūt. pͥus de-
ſcripſit trāſitū populi ꝑ iordanē: & mō deſcribit modū tranſeūdi/ vcȝ feſtināter.
Cūqȝ trāſiſſent oēs/ tranſiuit ⁊ arca dñi: ſacerdotes quoqȝ per-
gebāt añ poplm̄. Legendū eſt. ⁊ ſacerdotes añ poplm̄. alia ſiqdem ſen-

tentia eſt deſcribens ordinẽ ꝓgreſſus populi poſt tranſitum iordanis: vcꝫ ꝙ ſa-
cerdotes portantes arcam domini præcedebant populum. Filij quoqꝫ reu-
ben ⁊ gad ⁊ dimidia tribus menaſſis armati pꝛecedebant fra-
tres ſuos filios iſrael: ſicut locutus fuerat eis moſes. Ad ordinem
progrediendi ſpectat hoc. deſcribitur enim ꝙ tam in tranſitu q̃ in progreſſu reu-
benitæ cum gaditis & dimidia tribu menaſsis ibant ante populum iſrael. Cir-
citer quadraginta millia pugnatoꝛum per turmas ⁊ cuneos in-
cedebant per plana atqꝫ campeſtria vꝛbis iericho. Iuxta hebræum
habetur. tranſierũt ante dominum ad pꝛelium ad campeſtria ie-
richo. Deſcribitur ꝙ illa quadraginta millia armatorum ibant ante arcaꝫ do-
mini poſt tranſitum iordanis. ita ꝙ ordo progreſſus erat ut primum iſti armati,
deinde arca domini, & tertio populus incederet.

¶In die illa magnificauit dominus iehoſuaꝫ coꝛam omni iſrael:
⁊ timuerunt eum ſicut timuerant moſem dum adhuc viueret.
Iuxta hebræum habetur. omnibus diebus vite eius. Et pronomen eius
demõſtrat iehoſuã. ſignificatur enim magnificatio taꝫ efficax ut populus quem-
admodum moſem timeret iehoſuã omnibus diebus uitæ ipſius. Dixitqꝫ do-
minus ad iehoſuam: pꝛecipe ſacerdotibus qui poꝛtant arcam
teſtimonij vt aſcendãt ex iarden. Qui pꝛecepit eis dicẽs/aſcen-
dite de iarden. Iam bis in hoc capitulo clare uides prius deſcriptam fuiſſe
rem geſtam, & poſtea interiectis nonnullis deſcribi modos rerum geſtarum. naꝫ
deſcriptus prius fuit trãſitus arcæ, nunc autem deſcribit̃ modus quo arca tran-
ſiuit: vcꝫ præcipiente deo iehoſuæ / & ipſo iehoſua præcipiente ſacerdotibus.
Cũqꝫ aſcendiſſent poꝛtantes arcã federis dñi de medio iarden/
⁊ ſiccam humum calcare cepiſſent. Non ꝙ in loco non ſicco pedes ha-
buiſſent quãdiu ſubſtiterunt in medio iordanis: ſed terra ſolita perſeuerare in ſic-
citate ſignificat̃ nomine ſicci/ad differentiã aluei iordãis ſoliti manere ſub aqua.
reuerſe ſunt aque in alueũ ſuũ/ ⁊ fluebãt ſicut ante cõſueuerãt.

Populus aũt aſcẽdit de iarden decima die mẽſis pꝛimi. ꝓcul-
dubio menſis in quo celebratur paſcha. ⁊ caſtrametati ſunt ĩ ghil-
gal contra oꝛientalem plagam vꝛbis iericho. Iuxta hebreaũ habet̃.
ĩ extremo oꝛiẽtis iericho. hoc ẽ ĩ extrema parte territorij urbis iericho uer-
ſus orientẽ. Duodecim quoqꝫ lapides quos ex iarden ſumpſerãt/
poſuit iehoſua ĩ ghilgal. Et dixit ad filios iſrael: qñ iterrogaue-
rint filij vñi cras patres ſuos/ dicẽdo qd ſibi volũt lapides iſti:
docebitis eos dicendo/per arentẽ alueum tranſiuit iſrael iarden
iſtum: ſiccante dño deo noſtro aquas eius ĩ cõſpectu noſtro do-
nec tranſiremus, ſicut fecerat pꝛius ĩ mari rubꝛo quod ſiccauit
donec tranſiremus. Vt diſcant omnes terrarum populi foꝛtem
eſſe manum dei/ ⁊ vt vos timeatis deum veſtrum oĩ tempoꝛe.

POſtq̄ʒ ergo audierūt omnes reges emoreoꝝ q habitabant trans iarden ad occidentalē plagam / ⁊ cuncti reges chenabanei qui erant iuxta mare, ꝙ ſiccaſſet dñs aquas iarden coꝛam filijs iſrael donec trāſirent: diſſolutum eſt coꝛ eoꝛum, ⁊ non remanſit in eis ſpiritus timentium introitum filioꝛuʒ iſrael. Legendum eſt. a facie filioꝛum iſrael. clarior enim eſt litera / & ſenſus planior.

¶ Eo tempoꝛe ait dominus ad iehoſuam: fac tibi cultros lapideos. Iuxta hebræum habetur. cultros acutos. Nec ſis ita rudis ut intelligas tunc efficiendos nouos gladios, ſed tunc acuendos. ⁊ circuncide ſecundo filios iſrael. Iuxta hebræum habetur. ⁊ reuertere circuncide filios iſrael ſecundo. Et eſt ſenſus. circuncide filios iſrael non omnes ſimul, ſed primum unam partem & ſecundo alteram partem. Et eſt ordo litere. reuertere ſecundo & circuncide filios iſrael. In promptu autem ratio eſt reuertendi ſecundo ad circuncidendum filios iſrael (non in eiſdem ſed diuerſis pſonis) ne tāta multitudo ſimul affecta dolore uulneris eſſet. Et fecit ſibi iehoſua cultros acutos: ⁊ circuncidit filios iſrael in colle pꝛeputioꝛum. Collis ille a præputijs denominatus eſt.

¶ Hec autem eſt cauſa ſecunde circunciſionis. Non habetur in hebræo ſecundæ, ſed duntaxat. Et hoc pꝛopter quod circuncidit iehoſua. ſubiuncta enim cauſa huius generalis circunciſionis demonſtratur. totus populus qui egreſſus eſt de egypto / maſculi omnes viri bellatoꝛes moꝛtui erāt in deſerto in via quādo egreſſi ſunt de egypto, qui omnes circunciſi fuerāt: populus autem qui natus eſt in deſerto quando egreſſi ſunt ex egypto / nō fuerat circūciſus. Aduerte prudens lector ꝙ tria maſculoruʒ genera litera manifeſtat. primū egreſſorum de ægypto, qui omnes circūciſi fuerant. ſed hoc diſtinguitur in duo genera: vcʒ in uiros bellatores: hoc eſt numeratos iuxta montem ſinai a uiginti annis & ſupra. & hi omnes mortui erant tempore tranſitus iordanis præter iehoſuam & chaleb. Aliud uero genus circunciſorum egreſſorum de ægypto continebat omnes maſculos qui tempore numerationis non erant uiginti annorum: qui non erant mortui ſed erant uiri perfecti in tranſitu iordanis. Tertium autem genus erat maſculorum natorum poſt egreſſum de ægypto. & hos ſolos oportuit circuncidi, quia non fuerant circunciſi in uia. Ratio autem quare nō fuerint circunciſi in uia redditur, quia neſciebatur quando columna nubis pfectiōnem imparet. nouiter enī circūciſis motus nocet. Nā q̄draginta ānis ambulauerūt filij iſrael p deſertū donec cōſumeret oīs gn̄atio viroꝝ bellatoꝝ q egreſſi erāt ex egypto / q nō audierāt vocē dñi: ⁊ qb⁹ iurauerat vt oñderet eis terrā lacte ⁊ melle manātēʒ. Falſa ē litera. nā

Digitized by Google

iuxta hebræum habetur. quibus iurauit dominus ꝙ non oſtenderet
eis terram ſuper quam iurauit dominus patribus eorum vt da
ret nobis/terram fluentem lacte ⁊ melle. Cernis hic prudens lector q̄
contraria ueritati ſit quandoq; uulgata æditio. nam oppoſitum habet hebraica
litera, & ſenſum quadrantem libris moſis. Horum filij in locū patrum
ſucceſſerunt: ⁊ circūciſi ſunt a iehoſua, quia ſicut nati fuerāt / in
preputio erant/ nec eos in via aliquis circūciderat. Poſtq̄z aūt
omnes circunciſi ſunt, manſerunt in eodem caſtrorūz loco do-
nec ſanarent. Dixitq; dñs ad iehoſuā/hodie abſtuli opprobriūz
egypti a vobis. Iuxta hebræum habetur. hodie reuolui opprobriūz
egypti a vobis. Et eſt ſenſus / hodie reuolui in laudem & gloriā uitupatio-
nem ſeruitutis & ignominiæ quam paſsi eſtis in ægypto. Et attribuit deus hāc
reuolutionem hodierno diei quo eſt perfecta circunciſio, non ratione ſolius cir-
cunciſionis / ſed ratione inchoatæ poſſeſsionis terræ promiſſæ abrahæ iſhac &
iahacob: profitente iam per circunciſionem uniuerſo iſraele fidem abrahæ. Ita ꝙ
hodie demonſtrat diem utriusq; ſimul: & initij poſſeſsionis / & aſsimilationis
ad abrahā uniuerſi iſraelis. Vere enim tunc reuoluit opprobrium in gloriam:
& quod diuturna in ægypto habitatio ac oppreſsio incredibile reddiderat/ im-
mo in opprobriū iſraeliticæ gentis reddiderat, deus adimplendo ꝓmiſſa abrahæ
iſhac & iahacob/illo die reuoluit in laudeꝫ & gloriam. oppreſſo ſiquidem iſraele
in ægypto/exprobrabatur eis gloria quaꝫ diuulgauerant ſe eſſe habituros a deo
promiſſā patribus. Vocatūq; eſt nomē loci illius galgala vſq; in
preſentem diem. Corruptum eſt uocabulum iſtius loci: dicendum eſſet ghil-
gal. a reuoluendo ſiquidem locus ille nominatus eſt: eo ꝙ deus dixit ibi / hodie
reuolui opprobrium &c.

MAnſeruntq; filij iſrael in ghilgal: ⁊ fecerunt peſach quar-
tadecima die menſis ad veſperum in cāpeſtribus iericho.
Hoc eſt tertium paſcha. nam primuꝫ in ægypto/ſecundum iuxta montem ſinai
& tertium in galgalis celebratum eſt. Et comederunt de frugibus ter
re die altero ⁊ azymos panes ⁊ polentam eiuſdem anni. Legen-
dum eſt. in craſtino paſche infermentata ⁊ toſta, in ipſo die.
Recole legis præceptum eſſe ꝙ ante oblatum homer granorum ex ſpicis nulli fas
erat edere de nouis frugibus terræ. & quia homer granorum offerebatur deo in
craſtino paſchæ, ideo narratur in litera ꝙ in craſtino paſchæ comederunt de
frugibus terræ tum azymos panes/ tum toſta grana quæ interpretes appellant
polentā. poſt oblationē ſiquidem factam deo comederunt hæc. Defecitq;
man. Iuxta hebræum adiungitur. in craſtino. itaꝙ tertio die ab immo-
lato peſach ceſſauit māna: hoc eſt nō prouidit deus amplius illis māna. poſtq̄z
comederunt de frugibus terre: nec vſi ſunt vltra illo cibo filij
iſrael, ſed comederunt de frugibus terre chenahan anno ipſo.

QVum autem eſſet iehoſua in agro ciuitatis iericho, leuauit oculos/ ⁊ vidit virum ſtantem contra ſe euaginatum tenentem gladium perrexitq; ad eum. Viſio corporalis fuit iſta/ quẽadmodum uiderat moſes rubum ardentem. in ſpecie ſiquidem uiri armati apparuit angelus e regione ipſius iehoſuæ ſtans. Et quia non fit mentio aeris ſed ꝙ iehoſua iuit ad eum, inſinuatur ꝙ apparuit ſtans in terra. ⁊ ait ei/ noſter es an ex aduerſarijs? Qui reſpondit / nequaquam. ſum ex aduerſarijs. ſed ſum princeps exercitus domini. Ex eo ꝙ dani. 10. dicitur ꝙ michael eſt princeps gentis iudæoruȝ, rationabiliter infertur ꝙ iſte angelus fuit michael archangelus. fatetur enim ſe eſſe principeȝ iſraelitici exercitus quia eſt exercitus dei: hoc eſt quatenus eſt exercitus dei/ quatenus diuinis obtemperat mandatis. ⁊ nunc venio. Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. nunc veni. proculdubio in ſpecie ſenſibili ad mãifeſtandum ſpiritualem meam præſentiam aſsiſtentẽ exercitui iſrael. Et cecidit iehoſua in faciem ſuam in terrã, ⁊ adorauit. Proculdubio dei legatũ ueneratus eſt: adorando deũ in illo/ quemadmodum in legato pontificis honoratur pontifex. ⁊ dixit ei / quid dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum? Si hominem principem ſeu regem licite ſic alloquimur, multo magis licuit iehoſuæ angelum dei ſic alloqui. Solue inquit calciamentum tuũ de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas ſanctus eſt. Quemadmodũ templum in quo conſulebat̃ deus & diuina reſponſa habebantur / ex hocipſo erat ſanctum, ita locus ille in quo iehoſua meruit uidere angelum / conſulere deũ & habere reuelationem modi quo ſuperanda erat iericho / ex hocipſo ſanctus ſeu ſanctitas dicit̃: & propterea nuditate pedum uenerandus. Simile quid fuit mandatum moſi in apparitione rubi ardentis. ſimile etiam mandatur ſacerdoti miniſtranti in templo. ⁊ fecit iehoſua ſic.

CAPVT .VI.

IEricho autem clauſa erat atq; munita timore filioruȝ iſrael. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et iericho claudens viros ſuos ⁊ clauſa a facie filiorũ iſrael: nõ erat egrediens nec ingrediens. Interponit̃ diſpoſitio urbis iericho anteꝗ̃ narretur quid dixerit angelus ad iehoſuam de urbe iericho. Narrantur aũt duæ diſpoſitiones. altera ꝙ omnes uiros territorij ſui concluſerat intra urbem: altera ꝙ urbs ipſa erat clauſa, ita ut nullus egrederetur aut ingrederetur ꝑpter præſentiam filiorum iſrael.

¶ Dixitq; dominus ad iehoſuam. Quamuis angelus loqueretur, attribuitur tamen iehouah iſta locutio / ad ſignificandum ꝙ angelus in perſona dei locutus eſt. ecce dedi. Parui refert ꝙ hebraice habetur. vide dedi in manum tuam iericho ⁊ regẽ eius/ viros fortes: Circũite ciuitatẽ

cuncti bellatoꝛes ſemel per diem: ſic facietis ſex diebus. ad hoc enim uenerat angelus ut in perſona dei inſtrueret iehoſuā modum quo capienda erat ciuitas iericho. & ante omnia reddit ipſum attentum ad conſiderandū quæ dicit. Et primum uictoriam integrā manifeſtat: deinde modum uincendi/ ſubiungendo ꝙ uiri bellatores gyrent ciuitatem ſex diebus. Septimo autem. Deficit ante hæc uerba una integra clauſula: vcꝫ. Et ſeptem ſacerdotes tollent ſeptem coꝛnua iobeleoꝝ ante arcaꝫ. diſponit nanqꝫ nō ſolum de bellatoribus ſed etiam de arca / & præcedentibus ſeptem ſacerdotibus cū tubis ſeptem non argenteis ſed ex cornibus arietū quibus utebantur in iobeleo. Et ſtatim ſequitur. Die autem ſeptimo circūibunt ciuitatem ſepteꝫ vicibus: ⁊ ſacerdotes clangent tubis. Diſparitas inter præcedentes ſex dies & diem ſeptimam manifeſta deſcribitur penes numerum circumituum.

Cunqꝫ inſonuerit vox tube longioꝛ atqꝫ conciſioꝛ / ⁊ i auribus veſtris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione magna. Diſponitur quid agendum eſt die ſeptimo in fine tot circūituum: vcꝫ ꝙ in fine ultimi circūitus fiat ſonus tubæ corneæ longior, ita ꝙ ipſa protractio ſonitus erit ſignum ꝙ populus uociferetur clamore magno. Prædicitqꝫ effectum. ⁊ muri funditus coꝛruent ciuitatis. Iuxta hebræū plus habet. ⁊ cadet murus ciuitatis ſub ea. Dicendo ſub ea, manifeſtat ꝙ uel in foſſam circumcirca uel maiori miraculo ſub terram caſurus erat murus: ut iſraelitæ non impedirentur a ruinis muri/ ſed liberū haberent ingreſſum circūcirca in ciuitatem. ingredienturqꝫ ſinguli per locum contra quem ſteterunt.

Vocauitqꝫ iehoſua filius nun ſacerdotes/ ⁊ dixit ad eos: tollite arcam federis, ⁊ ſeptem alij ſacerdotes tollant ſeptē iobeleoꝛuꝫ buccinas / ⁊ incedant ante arcam domini. Non eſt in hebræo alij (forte enim non erant tunc tot ſacerdotes ut ſufficerent ad utrūqꝫ officiū/& portandi arcam & utendi ſeptem tubis præcedēdo arcam) ſed iehoſua ſacerdotibus dicit ut tollant arcam per ſeipſos uel leuitas/ & ſeptem ſacerdotes tollant ſeptem tubas arietinas: quæ in uulgata æditiōe appellantur quarum uſus eſt in iobeleo. Ad populum quoqꝫ ait: ite ⁊ circumite ciuitatem / armati præcedentes arcā domini. Legendum eſt. tranſite ⁊ circumite ciuitatem, ⁊ armatus tranſeat ante arcam domini. Præcedens diuinum mandatum manifeſtat duo tantum hominum genera debere cōuenire ad gyrandum ciuitatem: vcꝫ omnes uiros bellatores & ſacerdotes cum tubis & arca dei. & propterea intelligendum eſt ꝙ iuxta formam mandati diuini iehoſua mandauerit populo non ut uniuerſus populus ſed ut uniuerſi bellatores circūirent, ſic ꝙ quadraginta millia armatorū ex tribubus reuben gad & menaſſis tranſirent ante arcam/ reliqui autem bellatores ſequerentur arcam.

¶ Cūqꝫ iehoſua verba finiſſet ad populum / ſeptem ſacerdotes ſeptem buccinis clanxerunt ante arcam federis domini. Diſqꝫ

populus precedebat armati exercitus. Iuxta hebræum habetur. Et armatus ibat ante ſacerdotes clangentes tubis. Armati nomen appropriatur reubenitis gaditis & dimidiæ tribui menaſſis: eo ꝙ ad hoc ſolum ueniebant cum iſrael ut armati eſſent & pugnarent / immo & præcederent filios iſrael armati. reliquum vulgus arcam ſequebatur. Iuxta hebræum habetur. ⁊ aggregator ibat poſt arcam. Iehoſua aggregator uirorum bellatorum iſrael ſignificatur, ꝙ uſus officio aggregatoris (hoc eſt aggregatis bellatoribus) ſequebatur arcam. Simili ſiquidem more ſalomon rex ſecutus eſt arcam quando in templum portata eſt. ac buccinis omnia cõcrepabant. Iuxta hebræum habetur. eundo ⁊ ſonando cornibus. Qualis erat differentia inter tubas corneas iobelci & tubas corneas militum nõ inuenio. Preceperat autem iehoſua populo dicens: non clamabitis nec audietur vox veſtra neq; vllus ſermo ex ore veſtro prodibit / donec veniat dies in quo dicam vobis clamate ⁊ vociferamini. Circũiuit ergo arca domini ciuitatẽ ſemel per diẽ: ⁊ reuerſi ſunt ad caſtra manſeruntq; ibi.

IGitur iehoſua de nocte conſurgente. Legendum eſt. Et ſurrexit iehoſua mane. proculdubio ſecundi diei. ⁊ tulerunt ſacerdotes arcam domini. Et ſeptem ſacerdotes portantes ſeptem buccinas iobelei ante arcam domini / eundo ibant ⁊ clangebant buccinis: ⁊ armatus populus ibat ante eos. Superfluit dictio populus: & intellige ut ſupra. vulgus autem reliquũ. Iuxta hebræũ habetur. ⁊ aggregator ibat poſt arcã dñi eundo ⁊ clangendo cornib9. & intellige ut ſupra. Circũieruntq; ciuitatem ſecundo die ſemel / ⁊ reuerſi ſunt in caſtra: ſic fecerunt ſex diebus. Die autẽ ſeptimo diluculo conſurgentes / circũierunt ciuitatem ſicut diſpoſitum erat ſepties. Iuxta hebræum habetur. ſicut ratio iſta ſeptẽ vicibus. ſignificatur enim ꝙ ſolito more aliarũ gyrationũ circũierunt ciuitatem ſeptem uicibus illo die ſeptimo. Et ad hoc magis explicandum ſubiungitur in hebræo. tantum in die ipſo circũierunt ſeptem vicibus. Deinde immediate ſequitur. Et fuit in ſeptima vice clanxerũt ſacerdotes cornibus. Et eſt ſermo non de ſonitu qualicunq; (quoniam in quolibet circũitu ſacerdotes clangebant cornibus) ſed de ſonitu protracto ut mãdauerat deus pro ſigno clamandi. ⁊ dixit iehoſua ad populũ: vociferamini, tradidit. n. vobis dominus ciuitatem. Prius narratur res geſta: vz ꝓlixus ſonitus æditus a ſacerdotibus. deinde ratio rei geſtæ, quæ ratio præceſſerat. uerba enim hæc iehoſuæ prius fuerunt dicta ꝙ̃ ſacerdotes prolixũ illum ſonitum æderent: ſed & tunc quando ſacerdotes actualiter ꝑtrahebant ſonitũ erant præpoſiti per exercitum ſparſi dicentes militibus uociferamini. Quæ autem ſequuntur / dicta proculdubio fuerant prius: & nihilominus rationabile eſt ut iehoſua diſpoſuerit ut

Digitized by Google

primates in ipſo ingreſſu ciuitatis repeterent paſſim monita hæc. Eritqꝫ ciuitas hec anathema ⁊ omnia que in ea ſunt domino: tantum rachab meretrix viuet cum vniuerſis qui cũ ea in domo ſunt, abſcõdit. n. nũcios quos miſimus. Vos autem cauete ne de ijs que prohibita ſunt vobis qppiam cõtingatis ⁊ ſitis preuaricatiõis rei: ⁊ omnia caſtra iſrael ſub peccato ſint atqꝫ turbentur. Quicquid autem auri aut argẽti fuerit ⁊ vaſorum ereorum ac ferreorum, dño cõſecretur / repoſitum in theſauris eius. Alias diximus ꝙ dictio interpretata anathema/ſonat deſtructionem. Et eſt ſenſus ꝙ ciuitas iſta erit tanꝗ̃ uoto deſtructiõis dicata deo: hoc eſt ꝙ ad honorem dei deſtruetur ipſa cũ omnibus quæ in ea ſunt, excepta rachab/ & argento auro ære & ferro quæ in theſauros domus domini inferentur. ita ꝙ nulla pars militibus debetur, ſed totum erit dei uel per modum deſtructionis uel per modum oblatiõis tanꝗ̃ primitiæ ciuitatum terræ promiſsionis. Et merito, q̃a ſolus deus expugnauit ciuitatem hanc. Igitur omni populo vociferante ⁊ clangentibꝰ tubis, poſtq̃ꝫ in aures multitudinis vox ſonituſqꝫ icrepuit muri ilico corruerunt: ⁊ aſcẽdit vnuſquiſqꝫ per locum qui cõtra ſe erat/ ⁊ cepcrũt ciuitatẽ. Et euerterũt oĩa que erant in ea (a viro vſqꝫ ad mulierem/ ab infante vſqꝫ ad ſenem / ⁊ vſqꝫ ad bouem ⁊ ouem ⁊ aſinum) acie gladij.

¶ Duobus autẽ viris qui exploratores miſſi fuerãt dixit iehoſua: igredimini domum mulieris meretricis, ⁊ educite eã ⁊ oĩa que illius ſunt ſicut illi iuraſtis. Ingreſſiqꝫ iuuenes eduxerũt rachab ⁊ parentes eius/ fratres quoqꝫ ⁊ cũctam ſupellectilem ac cognationem illius. Iuxta hebræum habetur. ⁊ oẽs progenies eius. compræhendit enim filios & filias nepotes &c. ⁊ extra caſtra iſrael manere fecerũt. Intellige hoc aliquot diebus/ tanꝗ̃ diebus purgatorijs in quibus eorum maſculi circuncisi ſunt & mulieres ablutæ: deinde habitarunt inter iſraelitas ut ꝓſelyti/ut inferius ſubdit. Ciuitatem aũt ſuccẽderũt igni/ ⁊ oĩa que erãt i ea: tantũ argentũ ⁊ aurꝝ ⁊ vaſa erea ac ferrea poſuerũt i theſauro domus dñi. Rachab vero meretricẽ ⁊ domũ patris eiꝰ ⁊ oĩa que habebat fecit iehoſua viuere/ ⁊ habitauit in medio iſrael vſqꝫ in preſentem diem: quia abſcondit nuncios quos miſerat iehoſua vt explorarent iericho.

¶ In tempore illo imprecatus eſt. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et adiurauit iehoſua i tempore illo dicens. ſignificat enim ꝙ nõ humano uoto ſed diuina authoritate tanꝗ̃ adiurans execrationem hanc protulit. maledictus vir coram domino qui ſuſcitauerit ⁊ edificauerit ciuitatem hanc iericho: in primogenito ſuo fundabit eam. hoc eſt in mortẽ primogeniti ſui iaciet fundamentũ. ⁊ i nouiſſimo liberorꝝ. Quan-

uis hebraice habeatur. ⁊ in paruo ſuo ſtatuet portas eius. ſenſus tamen in idem redit. Et eſt ſenſus, & in mortem filij ſui paruuli ſtatuet portas eius. Et intendit per hoc amiſsionem omnium filiorum a principio ædificationis uſq; ad clauſuram ciuitatis. Diuinam autem fuiſſe hanc ſententiam teſtatur hiſtoria. 3. reg. ca. 16. nam ſic eueniſſe reſtauratori iericho ibidem ſcribit. Fuit ergo dñs cum iehoſua: ⁊ nomen eius in omni terra vulgatum eſt.

CAPVT .VII.

Filij aut iſrael preuaricati ſunt mãdatũ ⁊ tulerũt de anathemate: nam bachan filius charmi/ filij zabdi/ filij zerach de tribu iehude tulit de anathemate. Quemadmodum romano uno aliquid agente conſueuit dici romani fecerunt hoc, ita uno iſraelita peccante ſcribitur filij iſrael præuaricati ſeu mentiti ſunt: ſubiungendo tñ nomen peccatoris. ⁊ iratus eſt furor dñi cõtra filios iſrael. Occultæ ſunt nobis rationes diuinorum iudiciorum. unus peccauit & furor dei excanduit in populum. Huiuſmodi enim iuſtitia non imitanda ſed admiranda proponitur hominibus. homo enim non poteſt huiuſmodi pœnas extendere: quia non eſt dominus mortis & uitæ, non ſubeſt poteſtati eius occidere & uiuificare: deus autem nulli iniuriam facit etiam ſi omnia annihilaret/ quia uteretur iure ſuo.

MIſitq; iehoſua viros de iericho in hai que eſt iuxta beth auen ad orientẽ beth el, ⁊ dixit eis aſcẽdite ⁊ explorate terram: ⁊ aſcenderunt viri ⁊ explorauerunt hai. Intellige extrinſecus: non enim eſt rationabile ꝙ ingredi potuerint ciuitatem tam propinquam & inimicam. Et reuerſi dixerunt ei, nõ aſcendat omnis populus/ ſed duo vel tria millia virorum pergant ⁊ deleant hai: quare omnis populus fruſtra vexabitur contra hoſtes pauciſſimos? uiderant enim oppidulum eſſe: & propterea dicebant ꝙ pauci ſunt. Aſcenderũt ergo e populo circiter tria millia virorum: ⁊ fugerunt coram viris hai, ⁊ percuſſerunt ex eis viri hai circiter triginta ⁊ ſex viros, ⁊ perſecuti ſunt eos coram porta vſq; ſebarim/ ⁊ ceciderunt per prona fugientes. Prius more ſolito narrata eſt res geſta: vz ꝙ iſraelitæ fugerunt & trigintaſex percuſsi ſunt. deinde narratur modus quo res geſta eſt: vz ꝙ perſecuti ſunt eos intra loci ſpatium quod erat coram porta ciuitatis uſq; ad locum fractionum. ſebarim enim non eſt nomen proprium, ſed appellatiuum ſignificans fractiones. qualitas enim loci pendentis inter fracta ſaxa ſignificat. Vnde & hebraice non dicitur & ceciderunt per prona fugientes, ſed dicitur. ⁊ percuſſerunt eos in pendulo. in loco enim pendulo illarum fractionum percuſſerunt eos. ⁊ liquefactum eſt cor populi, ⁊ fuit in aquam.

¶ Iehoſua vero ſcidit veſtimẽta ſua, ⁊ pronus cecidit in terram

Digitized by Google

coram arca dñi vſq; ad veſperam/ipſe & ſenes iſrael: miſerũtq; puluerem ſuper capita ſua. Et dixit iehoſua / heu dñe deus. Hebraice habetur. heu dñi mei iehouah cur tranſire feciſti populũ; hunc iarden. Modus reuerenter alloquẽdi deum in numero plurali inſinuaẽ ſolitus/ dicendo deo adonai: hoc eſt domini mei. vt traderes nos in man⁹ emorei & perderes. Secundum ordinem quem præ ſe ferebat plaga illa intellige dictum ut traderes nos in manus emoræi. Et ſimiliter iuxta eundem ordinem perditionis intellige quod ſubiungitur. vtinam vt cepimus manſiſſemus trans iordanem. Quanuis hebraice habeatur. & vtinã voluiſſemus & ſediſſemus trãs iarden. uere enim hoc erat eligibilius q̃ euentus quem præ ſe ferebat plaga illa. Mi dñe deus. Parui refert q̃ hebraice habetur. Obſecro adonai. Et eſt aduerbium obſecro. imperfecta eſt oratio more ſtupentis & dolentis. Vnde & ſubditur. qd dicam. ſubaudi neſcio. Et ratio ſubdiẽ collatio plagæ iſtius cu; pollicitis a te. poſtq̃; vertit iſrael ceruicem a facie inimicorum ſuorum? Audiẽt chenahanei & oẽs habitatores terre, & pariter conglobati circundabunt nos atq; delebunt nomen noſtrum de terra. Confert iehoſua futurum euentum ex fama talis plagæ. & inde infert. & quid facies nomini tuo magno? Acſi apertius dixiſſet. quanuis nos deleri parum ſit, magnipendenda tamen eſt fama nominis tui magni quæ ex huiuſmodi effectu multum lædetur: q̃a ſub umbra nominis tui uenimus poſſeſſuri terram hanc.

¶ Dixitq; dñs ad iehoſuã/ ſurge. Deficit. tibi. hoc eſt ſurge ad tuã celſitudinẽ. cur iaces pronus i terra? Non ignorantis aut inquirentis aut arguentis / ſed inſinuantis q̃ non ſufficit ſupplicare ſed alio opus eſſe remedio, eſt uox iſta. Peccauit iſrael & preuaricatus eſt pactum meum quod precepi eis: tuleruntq; de anathemate/ & furati ſunt atq; mentiti / & abſconderunt inter vaſa ſua. Conſidera prudens lector q̃ deus pedetentim reuelat peccatum commiſſum. & primũ quidem in genere dicit peccauit iſrael: deinde deſcendendo/ dicit & etiam præuaricati ſunt pactum meum quod præcepi eis. præceperat enim ut iericho dicarcẽ penitus deo. Poſtea ad ſpeciem peccati deſcendens/ dicit & etiam abſtulerunt de deſtructione. & amplius ſpecificando/ ſubiungit & etiam furati ſunt, ad ſignificandum q̃ occulte hoc fecerunt. Et accumulando crimen crimini / ſubiungit & etiam mentiti ſunt. per quod inſinuatur q̃ hachan poſt commiſſum furtum mentitus eſt ſe innocentem ſicut & reliquos. rationi ſiquidem conſentaneu; eſt ut præpoſiti a iehoſua continue monuerint ne aliquis uſurparet ſibi qcq̃ de rebus iericho, & q̃ monuerint poſt incenſam ciuitatem omnes ut ſeruent decretum anathema, & hachan cum alijs dixerit ſe ſeruaſſe. Et demum reuelat deus locum occultati furti / dicendo & etiam poſuerũt in uaſis ſuis. hebraico ſiquidẽ idiomate ualde generale nomen eſt uas. Nec poterunt filij iſrael ſtare ante hoſtes ſuos/ceruicem

Digitized by Google

vertent corã inimicis ſuis, quia fuerunt in anathemate: nõ ero
vltra vobiſcũ niſi diſperdatis anathema e medio veſtri. Sur-
ge / ſanctifica populum. Modus autem ſubiungitur. ⁊ dices ſanctifi-
camini in craſtinum. Ipſa monitio populi ut ſanctificet ſe appellatur acti-
ua ſanctificatio ioſuæ. Qualiter autem populus ſanctificauit ſeipſum pro die
craſtino / ſcriptum nõ eſt: ſed proculdubio monentur ut mũdent corda ſua con-
tritione peccatorum, & ſic ſeipſos præparent diuino examini in craſtinum.
ſic. n. dicit dominus deus iſrael / anathema eſt in medio tui iſra-
el: non poteris ſtare corã hoſtibus tuis donec remoueatis ana-
thema e medio veſtri. Scripta eſt hæc diuina reuelatio / ut intelligamus
hinc perſeuerare diuinam iram q̃diu non purgatur peccatum. Et merito, quia
q̃diu non purgatur peccatum perſeuerat materia iuſtitiæ uindicatiuæ. Et hoc
ſi annotarent & curarent ut fieret principes tam ſæculares q̃ eccleſiaſtici, placa-
rent ſæpius iram dei. Accedetiſq; mane per tribus veſtras: ⁊ quan-
cunq; tribum ſors inuenerit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ erit / tribus
quam ceperit eam iehouah. ita q̃ nulla fit mentio ſortis, ſed dei capientis
tribum. Et ſimiliter ſubiungitur de cognationibus & domibus. accedet per
familias: ⁊ familia quã ceperit eam iehouah / accedet per do-
mos: ⁊ domus quam ceperit eam iehouah / accedet per viros.
Et quicunq; deprehenſus fuerit in anathemate, comburetur
igni cum omni ſubſtantia ſua. Iuxta hebræum habetur. ⁊ omne quod
ei. Quod ideo annotauerim ut libretur mandatum dei præcipientis comburi
uirum q accæpit de deſtructione & omnia quæ illius ſunt / ſeu & oẽs qui illi ſunt.
quoniã preuaricatus eſt pactũ domini / ⁊ fecit nefas in iſrael.

SUrgens itaq; iehoſua mane / applicuit iſrael p tribus ſuas.
Iuxta hebræũ habetur. fecit appropinquare iſrael p tribus ſuas.
Et ſimiliter ſubiungitur de familijs & domibus. uerum neſcimus modum huiuſ-
modi appropinquationis. & ſimiliter neſcimus modum deprahenſionis cũ ſub-
iungitur. ⁊ fuit deprehenſa tribus iehude. Et appropinquare fe-
cit familiam iehude / ⁊ deprehendit familiã zarchi: ⁊ appropin-
quare fecit familiam zarchi per viros / ⁊ deprehenſus eſt zabdi.
Et appropinquare fecit domum eius per viros: ⁊ deprehenſus
eſt bachan filius charmi filij zabdi filij zerach de tribu iehude.
forte enim appropinquatio fiebat oblatione tribuum / familiarum / domorum
uirorumq; coram deo: & diuino aliquo ſigno deprahendebat᷑ certa tribus / cer-
ta familia / certa domus / certus uir. Dixitq; iehoſua ad bachan: fili mi
da gloriam domino deo iſrael. Parui refert q̃ hebraice dicitur. pone
nunc honorem iehouah elohe iſrael. Blande monet ioſua deprahen-
ſum uirum ut quamuis præterito tempore peccauerit, nunc ſaltem deprahenſus
ponat in manifeſtatiõe ueritatis honorẽ debitũ fonti eſſendi iudici iſrael. ⁊ con-
fitere.

fitere. Iuxta hebræũ habet. ⁊ da ei laudē. ſeu cõfeſſionē. Declarat in ſpecie
i qua re ponendus ſit honor diuinus: vʒ i ꝯfeſſiõe ſeu laude diuini ſigni quo de-
præhenſus ē. ⁊ indica mihi qd feceris/nõ abſcondas a me. Ad ſpecia-
liſſima deſcendit: manifeſtãdo ꝙ indicare mihi qd feceris erit ponere honorē deo/
& dare ꝯfeſſionē laudis illi. Rñditq3 hachan iehoſue ⁊ dixit: vere ego
peccaui dño deo iſrael/⁊ ſic ⁊ ſic feci. Uidi. n. inter ſpolia palliũ
coccineũ. Iuxta hebræũ hr. palliũ babylonicũ vnũ bonũ. Præcioſuʒ ſeu
ſingulare aliqd ſonat tunc notiſſimũ, nunc aũt ignotũ. ⁊ ducentos ſiclos ar-
genti. Intellige pecuniã argenteam. regulãq3. Iuxta hebræũ habet. ⁊ linguã
auri vnã ponderis qnquaginta ſicloꝝ. ſub figura enim linguæ formatũ
erat auꝝ illud. ⁊ concupiui ⁊ abſtuli ea: ⁊ ecce abſcõdita ſunt i terra
contra mediũ. Iuxta hebræũ habet. i medio tentorij mei. in ipo enim ten-
torio ſignificat occultatũ furtũ. argentũq3 foſſa humo operui. Iuxta hebræũ
habet. ⁊ argentũ ſub ea. vʒ lingua ac ueſte.

¶ Miſitq3 iehoſua nũcios ⁊ cucurrerũt ad tentoriũ: ⁊ ecce abſcõ
ditũ erat in tentorio eiꝰ ⁊ argentũ ſub eo. Auferenteſq3 de tento-
rio/tulerũt ea ad iehoſuã ⁊ ad oẽs filios iſrael: proiecerũtq3 añ
dñʒ. Iuxta hebræũ habetur. ⁊ ſtatuerunt ea corã iehouah. Et tulit ie-
hoſua hachan filiũ ʒerach ⁊ argentũ ⁊ palliũ ⁊ linguã aureã/⁊ fi-
lios ac filias eiꝰ/boueſq3 ⁊ aſinos ⁊ oues ⁊ tẽtoriuʒ eiꝰ/⁊ oẽ quod
erat ei, ⁊ oĩs iſrael cum eo. Narrat nõ ſolũ ipſum & res eius ſed ẽt filios &
filias ductas fuiſſe uel ad ſuppliciũ uel ad uidendũ ſuppliciũ pr̃is. ⁊ duxerunt
eos ad valleʒ hachor. hoc eſt uallẽ ꝯturbaiionis. hachor ſiqdẽ nõ eſt nomẽ
ꝓprium, ſed eſt nomen appellatiuũ ſignificans turbationẽ. Et fuit appropriatum
(ut in calce huius capituli dicit) illi ualli ꝓpter uerba ioſuæ. Dixitq3 iehoſua
qa turbaſti nos turbabit te iehouah i die iſto. ſunt enim uerba ſenten-
tiæ quã tulit ioſua aduerſus hachan. lapidauitq3 cuʒ oĩs iſrael, ⁊ cuncta
que illius erant igne cõſumpta ſunt. Iuxta hebræũ habet. ⁊ cõbuſſe-
runt eos igni ⁊ lapidauerunt eos lapidibꝰ. Tria narrant. primũ ꝙ oĩs
iſrael lapidauit hachan: ſecundũ ꝙ cõbuſſerunt eos igni: & tertiũ ꝙ lapidauerunt
eos. Vnde naſcunt multæ difficultates. ꝑma eſt circa ordinẽ pœnaꝝ, an ꝑus fue-
rit lapidatio an cõbuſtio. Secunda eſt an pronomẽ eos/cõpræhendat filios & fi-
lias: cuʒ lege moſis prohibitũ ſit occidere filios ꝓ peccatis parentũ. Tertia quare
duabus pœnis affectus fuerit/lapidatiõis & cõbuſtionis. ¶ Solutio ꝑmæ eſt ꝙ
qa deus i hoc eodẽ ca. mandauerat ꝙ depræhenſus i anathemate ꝯbureret igni,
ideo ſimul & ſemel hachan ꝯbuſtus eſt & lapidatus. inter lapidandũ enim ꝯbure-
bat/& iter ꝯburendũ lapidabat. Et ſimiliter intellige de ſuis demõſtratis p ꝓno-
mẽ eos. Qđ ꝓnomẽ demr̃are oues aſinos boues & reliq̃ quæ ipius hachan erãt/
nõ eſt dubiũ. carẽtes ſiqdẽ hebræi neutro gñe utunt maſculino gñe ẽt ꝓ neutro.
An aũt ꝯphendantur filiæ & filij nõ eſt claꝝ: qa non eſt certum an fuerint ætatis

adultæ & participes criminis. & rurſus non eſt certum an dicente deo combureretur ipſe & omne quod ei/ſeu & omnes qui ei, mandauerit comburi ipſuʒ & filios etiam paruulos. Certum eſt enim ꝙ filij & filiæ ducti ſunt ad locum ſupplicij/ & contextus ſonat ꝙ fuerunt combuſti & lapidati: ſed non humana ſed diuina authoritate in dictis uerbis intellecta. Quod enim interpretes dicunt & omne quod ei/hebraice poteſt in numero plurali & maſculino genere ſonare & omnes qui ei. & hunc ſenſum tanq̃ magis conſonum literæ complectendũ reor. ¶ Duplicis autem pœnæ ratio non rigor iuſtitiæ ſed clementia potius uidetur. præceperat ſiquidem deus inuentum in hoc crimine comburi/nec fas erat diuinã ſententiam præterire. quia tamen hachan confeſſus eſt dando deo gloriã peccatum ſuum/temperauit ioſua incendium lapidatione: ut confeſſus qui abſolui nõ poterat minus ſentiret tormentum incendij lapidatione/& citius & mitius in igne moriens. Congregaueruntqꝫ ſuper eum aceruum lapidum magnum qui permanet uſqꝫ in præſentem diem, ⁊ auerſus eſt dominus ab ira furoꝛis ſui. Ceſſante materia uindictæ per punitionem malefactoris/ceſſauit & deus iraſci: hoc eſt pſeuerare in punitiõe. magna enim punitio erat non adiuuare illos contra hoſtes. Vocatũqꝫ eſt nomen loci illius uallis achoꝛ uſqꝫ in hanc diem.

CAPVT VIII.

Dixit aũt dñs ad iehoſuã/nõ timebis neqꝫ foꝛmidabis. Iuxta hebræũ habet. ⁊ nõ te franges. Purgato anathemate cõfortat deus ioſuã ut nõ frangat animo, ſed ad priſtinã integritatẽ redeat & aggrediat ciuitatem hai. tolle tecũ totũ populũ bellatoꝛẽ/ ⁊ ſurge aſcende in hai: uide tradidi in manum tuam regem eius ⁊ populum/ciuitatẽqꝫ ⁊ terram. Facieſqꝫ hai ⁊ regi ei9 ſicut feciſti iericho ⁊ regi ei9: tantũ ſpolia ⁊ animalia ei9 diripietis uobis. Excipit a ſimilitudine tractãdi hai ſicut iericho prædam/cõcedendo ipſam populo. pone inſidias ciuitati a tergo ei9. Si peccatum eſſet uti inſidijs in bello iuſto/non doceret ac mandaret deus hoc.

Surrexitqꝫ iehoſua ⁊ totus populus bellatoꝝ cũ eo ut aſcenderent ĩ hai: ⁊ electa triginta millia uiroꝝ foꝛtiũ miſit nocte. Iuxta hebræũ habet. ⁊ elegit iehoſua triginta millia uiroꝝ potentiũ foꝛtitudine/⁊ miſit eos nocte. Non dicit litera ꝙ miſit oẽs eos, ſed dicit & miſit eos. ut enim paulo inferius patebit, quinqꝫ millia dũtaxat miſit ex electis trigĩta millibus. Præcepitqꝫ eis dicẽs, uidete ĩſidiamini ciuitati a tergo ipſi9/nec lõgius recedatis. Deficit. a ciuitate ualde. mandat eniʒ ut nõ multũ elõgent a ciuitate hai. ⁊ eritis oẽs parati. Deficit uos. Legendũ eſt. ⁊ eritis oẽs uos parati. alloquit eniʒ illa qnqꝫ millia quæ mittebat ad inſidias. Ego autem ⁊ tota multitudo que mecum eſt accedemus ad ciuitatem. Multitudo uigintiquinqꝫ millium electorum refer

Digitized by Google

tur. cunqꝫ exierint contra nos/ſicut ante fecimus fugiemus ante eos, donec perſequentes a ciuitate lõgiꝰ protrahantur: putabunt. n. nos fugere ſicut prius. Quemadmodum uti licet inſidyſ, ita occultare & differre pugnam fugiendo ad trahendum hoſtes in locum ubi facilius ſuperentur. Nobis ergo fugientibus ⁊ illis perſequentibus/ conſurgetis de inſidijs ⁊ vaſtabitis ciuitatem: tradetqꝫ eam dominus deus veſter in manus veſtras. Cunqꝫ ceperitis ciuitatem ſuccendite eam/ ⁊ ſic omnia facietis vt iuſſi. Iuxta hebræum habetur. ſicut verbum iehouah facietis/ videte precepi vobis. Monet eos ioſua ut iuxta imperium dei incendant ciuitatem. Dimiſitqꝫ eos, ⁊ perrexerunt ad locum inſidiarum/ſederuntqꝫ inter beth el ⁊ hai ad occidentalem plagam hai. Nota locum propter ea quæ paulo poſt ſubiunguntur. iehoſua autem nocte illa manſit in medio populi. Surgenſqꝫ diluculo recenſuit ſocios. Iuxta hebræum habetur. ordinauit populum. proculdubio uigintiquinqꝫ millium bellatorum. ⁊ aſcendit cum ſenioribus in fronte exercitus/ vallatus auxilio pugnatorum. Senſus recte redditur: quanuis hebraice habeatur non exercitus ſed populus. eſſe enim ſermonem de populo bellatore teſtantur ſubiuncta uerba ſtatim in hebræo. Et omnis populus belli qui cum ipſo aſcenderunt ⁊ appropinquarunt ⁊ venerunt contra ciuitatem. hinc enim clare apparet ꝙ de populo bellatore eſt ſermo. Præcedebant autem ſenes, ne uiri robuſti turpe reputarent fugere/ſed ſenum authoritate regerent. caſtrametatiqꝫ ſunt ab aquilõe hai/ ⁊ vallis erat inter eos ⁊ hai. Quinqꝫ autem millia viros elegerat. Iuxta hebræum habetur. Et accepit ſicut quinqꝫ millia virorum, ⁊ poſuit eos inſidiatores inter beth el ⁊ inter hai ab occidente ciuitati. Suppletio eſt explicatiua numeri miſſorum ad inſidias. nam non dicitur ꝙ ex triginta millibus miſſis reuocauit uigintiquinqꝫ millia: ſed dicitur ꝙ accæpit proculdubio ex triginta millibus electis quinqꝫ millia, & poſuit ea mandato ad occidentalem plagam ciuitatis. Et idem penitus locus deſcribitur inſidiarum hic & paulo ſuperius: quo non perrexit ioſua qui in ſeptentrionali plaga ſubſtitit. Omnis vero reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouiſſimi multitudinis occidentalem plagã ciuitatis attingerent. Iuxta hebræũ habetur. Et poſuerũt populus omnia caſtra que erãt ab aquilone ciuitati/ ⁊ inſidias ſuas ab occidẽte ciuitati. repetitur ſiquidem ad integrã ſimul deſcriptionem exercitus diſpoſitio utriuſqꝫ partis: vꝫ ꝙ populus cum ioſua erat ad ſeptentrionẽ, inſidiæ autem ad occidens ciuitatis. ⁊ perrexit iehoſua nocte illa in medium vallis. Suppletur progreſſus ioſuæ in uallem. narratum enim fuerat ꝙ erat uallis inter ipſos & ciuitatem: ſuppletur modo deſcribendo ꝙ non ſic erat uallis media ꝙ ioſua cum ſuis

maneret extra uallem: ſed uſqꝫ ad dimidium uallis progreſſus fuit, ita ꝙ media
uallis ſupererat inter ioſuam & ciuitatem.

¶ Quod cum vidiſſet rex hai, feſtinauit mane ⁊ egreſſus eſt cum
toto populo ciuitatis: direxitqꝫ aciem contra deſertum. Iuxta he-
bræum habetur. ad adunationem in faciebus planiciei. Congregatio
enim quæ erat cum ioſua deſcribitur. uerſus enim illam progrediebatur rex cum
populo ſuo. ⁊ neſciebat ꝙ inſidie eſſent ſibi a tergo ciuitatis. Iebo-
ſua vero ⁊ omnis iſrael ceſſerunt loco ſimulantes metum. Iuxta
hebræum habetur. Et plagati fuerunt iehoſua ⁊ omnis iſrael corã
eis: ⁊ fugerunt per viam ſolitudinis. Sic ad uerbũ ſcribitur hebraice.
Qualis autem fuerit plaga non narratur: leuiſſimi tamen aliqui ictus creduntur
attigiſſe iſraelitas. Et vociferati ſunt omnis populus in ciuitate ad
perſequendum eos: ⁊ perſecuti ſunt iehoſuam/ ⁊ euulſi ſunt a ci-
uitate. Et non remanſit vir in hai ⁊ in beth el qui non egreſſi ſint
poſt iſrael. Crediderim ego beth el oppidulum ualde propinquũ hai, & tanꝗ̃
uillã fuiſſe urbis hai. unde & prædæ ipſius nõ fit ſpecialis mẽtio. ⁊ reliquerũt
apta oppida. Iuxta hebræũ habetᷣ. ⁊ reliquerũt ciuitatẽ aptã, ⁊ pſe-
cuti ſunt iſrael. Tanꝗ̃ ꝓ nihilo habeatᷣ beth el, ſola hai deſcribitᷣ aperta.

¶ Dixitqꝫ domin⁹ ad iehoſuam/ leua clypeuꝫ qui ĩ manu tua eſt
contra ciuitatem hai. Iuxta hebræum habetur. inclina manum tuam
in lancea que in manu tua ad hai. hoc eſt inclina lanceam uerſus hai ſu-
ſtentando eam manu tua. Vnde patet ꝙ nõ in ſignum militibus poſitis ad inſi-
dias/ ſed in ſacramentum actio iſta facta eſt. quoniam in manuꝫ tuã tra-
dam eam: cunqꝫ eleuaſſet clypeum ex aduerſo ciuitatis. Iuxta he-
bræum habetur. ⁊ inclinauit iehoſua lanceaꝫ que in manu ſua ad ci-
uitatẽ. Ex quibus manifeſte patet ꝙ myſterij gratia iuſſa eſt huiuſmodi incli-
natio lanceæ. quod clarius paulo inferius manifeſtatur. Et inſidie que late-
bant ſurrexerunt confeſtim: ⁊ pergentes ad ciuitatem ceperunt
⁊ ſuccenderunt eam. Diuina proculdubio operatione factũ eſt ut extenden-
te ioſua manum ſuã uerſus ciuitateꝫ inſidiæ ſurrexerint & cæperint atqꝫ ſuccen-
derint ciuitatem. hebraice. n. repetitur inclinatio manus. nam legitur. Et in-
ſidiator ſurrexit cito e loco ſuo, ⁊ cucurrerunt inclinante iehoſua
manũ ſuã, ⁊ venerunt ad ciuitatẽ ⁊ ceperũt eã: feſtinaueruntqꝫ
⁊ ſuccenderunt ciuitatem igni. Vbi clare patet ꝙ inclinatio manus ratio
fuit ſurgendi: operante deo ſimul utrunqꝫ (ſed mediante inclinatione manus io-
ſuæ) ꝙ conſtituti in inſidijs ſurgerent feſtini ad capiendam ciuitatem. Viri
aũt ciuitatis q pſequebantᷣ iehoſuã/ reſpiciẽtes poſt ſe ⁊ vidẽtes
fumũ ciuitatis vſqꝫ ad celũ conſcendere, non potuerunt huc il-
lucqꝫ diffugere: preſertiꝫ cũ ij q ſimulauerãt metũ ⁊ tendebãt ad
ſolitudinem/ contra perſequẽtes fortiſſime reſtitiſſent. Iuxta he-

bræum habetur. ⁊ populus qui fugerat in deſertum / verſus eſt ad perſequentes. plus.n. dicitur q̃ reſiſtere. ¶ Videnteſq; iehoſua ⁊ omnis iſrael ꝙ capta eſſet ciuitas ⁊ fumꝰ ciuitatis aſcenderet, reuerſi percuſſerunt viros hai. Siquidem ⁊ illi qui ceperant ⁊ ſuccenderant ciuitatem egreſſi ex ciuitate contra ſuos. Legendum eſt. contra eos. vz uiros hai. medios ferire ceperũt. Cum ergo ex vtraq; parte aduerſarij cederent ita vt nullus de tanta multitudine ſaluaretur, regem quoq; ciuitatis hai apprehenderunt viuentem ⁊ obtulerũt iehoſue. Igitur omnibus interfectis qui iſraelem ad deſerta tendentem fuerant perſecuti ⁊ in eodem loco gladio corruentibꝰ, reuerſi filij iſrael percuſſerũt ciuitatẽ in ore gladij. interfecerunt enim mulieres & paruulos. Fuerunt autem qui die illa ceciderunt a viro vſq; ad mulierem duodeciz millia: omnes viri hai. Iehoſua vero non contraxit manũ quaz in ſublime porrexerat tenens clypeũ. Iuxta hebræum habetur. Et iehoſua non reduxit manuz ſuam quaz inclinauit in lancea vſq; quo interfecit omnes habitantes hai. Hinc manifeſtiſsime habetur ꝙ inclinatio manus ac lanceæ uerſus ciuitatem diuinuz fuit myſteriuz: ut intelligamus ꝙ quemadmodum pugnante iſraele contra hamalecitas / erectio manuum moſis cõtinuata ratio erat uincendi, ita pugnante iſraele contra hai / perſeuerãtia extenſæ manus ac lanceæ ioſuæ cõtra ciuitatez ratio fuit uincendi. Diſpoſuit aũt deus intercedentibus huiuſmodi ſignis ſenſibilibus uictorias iſtas, ad clarius manifeſtanduz ꝙ ipſe deus eſt author uictoriæ. tenſa enim manus ioſuæ cum lancea uerſus hai ſignum erat diuinum diuinæ pugnæ cõtra ciuitatem illam. Tantuz iumenta ⁊ predaz ciuitatis diuiſerunt ſibi filij iſrael: ſicut preceperat dominus iehoſue. Et ſuccendit iehoſua hai: ⁊ poſuit eaz tumulum ſempiternum. Regem quoq; eius ſuſpendit in ligno vſq; ad tempus veſpertinum: ⁊ poſt ſolis occaſum precepit iehoſua / ⁊ depoſuerunt cadauer eius de ligno, proieceruntq; illud ad introitum porte ciuitatis / congregato ſuper ipſum magno aceruo lapidum qui permanet vſq; in preſentem diem.

TUnc edificauit iehoſua altarẽ dño deo iſrael ĩ mõte hebal. ſicut moſes ſeruꝰ dñi preceperat filijs iſrael. deute. 27. ⁊ ſcriptũ ẽ ĩ volumine legis moſis. exo. 20. altare ex lapidibꝰ ĩpolitis quos ferrum non tetigit: ⁊ obtulit ſuper ipſum holocauſta domino / immolauitq; victimas pacificas. Et ſcripſit ſuper lapides. Legendum eſt. Et ſcripſit ibi ſuper lapides. Deute. 27. mandauit moſes non ſolum ædificari altare in monte hebal, ſed etiam erigi ibidem magnos lapides liniendos calce ut poſsit in illis ſcribi. & propterea huius mandati executio narratur / dicendo & ſcripſit ibi ſuper lapides. eſt ſiqdem ſermo de iſtis lapi-

Digitized by Google

dibus magnis linitis calce. deuteronomium legis moſis quod ille digeſſerat. Iuxta hebræum habetur. ſecunditatem legis moſis quam ſcripſit coram filijs iſrael. Vt hebraica dictio intelligatur / fictum eſt nomen abſtractum a ſecundus ſecunda ſecundũ. ſignificat eniꝫ hebraica dictio non ſecundam legem, ſed ſi (dici licet) ſecunditatẽ. Et hæc litera inſinuat ꝙ in his lapidibus ſcripta erant præcepta illa quæ deute. 6. explicauit moſes: vꝫ de unitate dei & de amore dei. hæc enim ſunt præcipua & præcipue explicata i ſecundaria traditione legis quam fecit moſes ut doctor legis a deo traditæ.

❡ Omnis autẽ iſrael ⁊ ſeniores eius ⁊ duces ac iudices ſtabant ex vtraqꝫ parte arce in conſpectu ſacerdotum leuitaruꝫ portantium arcam federis domini, vt peregrinus ſic indigena / dimidia pars eorum iuxta montem gherizim ⁊ dimidia iuxta mõteꝫ hebal. Ordo tacitus in deuteronomio manifeſtatᷣ hic. tria enim circa localẽ diſpoſitionem populi in hoc ſolẽni actu declarantᷣ. Primũ ꝙ diuiſus erat populus in duas partes: alteram a dextris alteram a ſiniſtris arcæ. Secundum ꝙ ambæ partes erant in conſpectu ſacerdotum portantium arcam: ita ꝙ nõ erat pars populi poſt arcã & pars añ arcã, ſed oẽs erãt in ꝯſpectu ſacerdotũ portantiũ arcã. Tertiũ ẽ ꝙ populus erat diuiſus i duas medietates ſic ꝙ una medietas erat iuxta montem hebal & altera iuxta montem gherizim. ſicut preceperat moſes ſeruus dñi, ⁊ primũ quideꝫ benedixit populo iſrael. Iuxta hebræum habetur. ad benedicendum populo iſrael primum. Lege capitulũ uigeſimumſeptimũ deuteronomij iuxta hebraicam ueritatem: & inuenies ſcriptum a moſe / iſti ſtabunt ad benedicendum populum ſuper montem gherizim. & intelliges præſentis litere ſenſum eſſe ꝙ populus cõuenerat ſic locatus ad benedicendum in primis ipſum iſrael populum. Q uanuis enim benedictiones & maledictiones tunc legerentur, ordo tamen hic declaratur ꝙ primum legebantᷣ benedictiones. Poſt hec legit omnia verba benedictionis ⁊ maledictionis / ⁊ cuncta que ſcripta fuerant in legis volumine. Iuxta hebræum habetur. Et poſtea ſic legit oĩa verba legis / benedictionem ⁊ maledictionem: iuxta omne quod ſcriptum eſt in libro legis. Prius narrata eſt tam localis diſpoſitio populi ꝗ̃ ordo ſeruãdus inter benedicendum & maledicendum: modo narratur executio / dicendo ꝙ poſt conuentum populi ſic locati legit (ꝓculdubio ioſua ꝑ ſacerdotes ſeu leuitas) omnia uerba legis, appoſitiue benedictionem & maledictionem iuxta omne ſcriptũ in libro legis. interpres enim uulgatæ æditionis mutauit ut uoluit. Nihil ex ijs que moſes iuſſerat reliquit intactum ſed omnia replicauit. Iuxta hebræum habetur. Non fuit verbuꝫ ex omnibus que precepit moſes quod non legit iehoſua. Intellige ut dictum eſt per ſacerdotes. coram omni multitudine iſrael / ⁊ mulieribus ac paruulis ⁊ peregrinis qui inter eos morabantur.

Digitized by Google

QUibus auditis cuncti reges q erant trans iarden in mōte ⁊ in planicie ⁊ in omni littore maris magni contra libanum (chiteus ⁊ emoreus/ chenahaneus ⁊ perizeus/ chiueus ⁊ iebuſeus) cōgregati ſunt pariter vt pugnarent contra iehoſuam ⁊ iſrael ore vno.

ET habitatores ghibbon audierunt quod fecerat iehoſua iericho ⁊ hai. Et fecerunt etiam ipſi callide, ⁊ tulerunt ſibi cibaria. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ierūt ⁊ legatos egerunt. Significatur enim ꝙ perſonas legatorum aſſumpſerunt. finxerunt enim ſe legatos gentis remotæ regionis. hoc eſt enim quod cū ingenio feciſſe deſcribuntur. ceperuntqꝫ ſaccos veteres quos aſinis impoſuerunt ⁊ vtres vinarios ſciſſos atqꝫ cōſutos. ⁊ calciamenta perantiqua que ad indiciuꝫ veſtuſtatis pictacijs conſuta erant/ induti veteribus veſtimentis: panes quoqꝫ quos portabant ob viaticuꝫ/ duri erant ⁊ in fruſta comminuti. Subiungit ſigna legatorum a ualde remotis partibus: vꝫ ſaccos ueteres & utres ueteres ſciſſos & colligatos/ calceos ſimiliter ueteres & reſarcitos/ ueſtes quoqꝫ ueteres, & demum panes ſiccos & mucidos. quanuis uulgata æditio aliter habeat. Perrexeruntqꝫ ad iehoſuam ad caſtra ghilgal, ⁊ dixerunt ei atqꝫ ſimul omni iſraeli. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ad virum iſrael, de terra longinqua venimus/ ⁊ nunc percutite nobiſcum fedus. ſignificatur. n. ꝙ paſſim interrogantibus iſraelitis hoc dicebant.

¶ Reſponderuntqꝫ viri iſrael ad eos. Iuxta hebræū habetur. ad chiueum. Nomen eſt nationis gabaonitarum & eorum ciuitatum. atqꝫ dixerunt/ ne forte in terra que nobis ſorte debet habiteris ⁊ nō poſſimus fedus inire vobiſcum. Dixeruntqꝫ ad iehoſuam/ ſerui tui ſumꝰ: quibus iehoſua ait quinam eſtis ⁊ vnde veniſtis? Et dixerunt ei/ de terra longinqua valde venerūt ſerui tui in nomine domini dei tui. Annotabis prudens lector ꝙ profitentur gabaonitæ ſe ueniſſe in nomine iehouah elohe iſrael, ut intelligas iam proferre ſe paratos ad cultum ſummi dei qui colitur ab iſrael. audiuimꝰ. n. famam eiꝰ ⁊ omnia que fecit in egypto. ⁊ omnia que fecit duobꝰ regibꝰ emorei q erāt trās iarden: ſichon regi cheſbon ⁊ hog regi baſan q erāt i haſtaroth. Non faciunt mentioneꝫ geſtorum contra iericho & hai, ne cōuincerentur uicini. geſta enim tempore moſis poterant ſciri etiam a remotis regionibus: nupertime autem geſta a ioſua contra iericho & hai/ non erant tunc nota niſi uicinis. Dixerūtqꝫ nobis ſeniores noſtri ⁊ omnes habitatores terre noſtre/ tollite in manibꝰ veſtris cibaria pro itinere ⁊ ite in occurſuꝫ eoꝝ: ac dicite/ ſerui veſtri ſumꝰ ⁊ nūc percutite nobiſcū fedꝰ. En panes quando egreſſi ſumꝰ de domibꝰ noſtris vt veniremꝰ ad vos/ calidos ſumpſimꝰ: ⁊ nūc ſicci facti ſunt ⁊ vetuſtate nimia cōmi

nuti. Utres vini nouos impleuimus/nunc rupti ſunt ⁊ ſoluti:
veſtes ⁊ calciamenta qbꝰ induimur ⁊ que habemus in pedibus
ob longitudinẽ vie trita ſunt ⁊ pene cõſumpta. ¶ Suſceperũt
igitur de cibarijs eorum. In ſignum cõmunionis & pacis ſumpſerũt iſrae-
litæ de alimentis ghabaonitarum. ⁊ os domini non interrogauerunt.
Ecce defectus culpaq́ꝫ omiſſi recurſus ad deum. debebant enim ioſua & primates
conſulere deum, cum ſuſpicarentur illos legatos ueniſſe de regione propinqua.
Fecitq́ꝫ iehoſua cuꝫ eis pacem/ ⁊ inito federe pollicitꝰ eſt ꝙ non
occiderentur: principes quoq́ꝫ multitudinis iurauerunt eis.

POſt dies autem tres initi federis audierunt ꝙ vicini eſſent
ſibi ⁊ in medio ſui habitarent. Moueruntq́ꝫ caſtra filij iſrael.
Iuxta hebræum habetur. Et profecti ſunt filij iſrael/ ⁊ venerunt in
ciuitates eorũ die tertio: quarꝫ hec ſunt nomina/ ghibbon ⁊ ce-
phira ⁊ beeroth ⁊ ciriath iebarim. Nõ ſignificatᷣ ꝙ tranſmigrarunt ca-
ſtra populi ex ghilgal, ſed ꝙ exercitus bellatorũ uenit die tertio ad ciuitates (hoc
eſt ad territoria ciuitatũ) ghabaonitarũ: & tunc audierunt ꝙ ciuitates illæ erant
cum quibus fecerant fœdus. Et nõ percuſſerunt eos filij iſrael/eo ꝙ iu-
raſſent eis principes multitudinis per dominum deum iſrael: ⁊
murmurauit tota multitudo cõtra principes. Qui reſponderũt
eis/ iurauimꝰ eis per dominum deũ iſrael: ⁊ idcirco nõ poſſumꝰ
eos contingere. Primates qui iurauerant cenſuerunt ſeruandũ eſſe iuramen-
tum ob reuerentiam diuini nominis. Et merito: quia quanuis decæpti, debe-
bant tamen admittere ghabaonitas non induratos in cultu idolatriæ/ ſed para-
tos ad cultum ſummi dei & timentes iudicia eius. diuinum enim decretum exo.
34. & nu. 33. intelligi de obſtinatis manifeſtatur inferius in ca. xi. ubi redditur ra-
tio diſparitatis inter ghabaonitas & alios populos penes indurationẽ aliorũ &
non indurationem ghabaonitarum. Iuramentum itaq́ꝫ non fuit aduerſus decreta
dei: & propterea ſeruandum erat. quanuis errauerint in modo paciſcendi: quia
os domini non interrogauerunt. Sed hoc faciemus eis: reſeruentur
quidem vt viuant/ ne contra nos ira domini concitetur ſi pe-
ierauerimus. Iurauerant enim non occidere illos, & propterea integrum
ſeruandum cenſent iuramentum: ad ſedandum autem tumultum militum ad-
dicti ſunt cuidam publicæ ſeruituti. ſed ſic viuant vt in vſus vniuer-
ſe multitudinis ligna cedant aquaſq́ꝫ comportent / quemad-
modum locuti ſunt eis principes. Senſus eſt/ uice uniuerſæ ſynago-
gæ iſrael erunt ad incidendum ligna & ad hauriendum aquam in uſum (ut
inferius exprimitur) domus dei. In fauorem itaq́ꝫ iſrael hoc intellige. teneba-
tur enim populus iſrael prouidere de lignis & aqua domui dei: & exoneratus eſt
ac abſolutus ab hoc debito per hanc ſeruitutem ghabaonitarum. & propterea in
bonum populi ſcribitur hoc pactum, quanuis ſeruitutis utilitas directe reſpice-

Digitized by Google

ret domū dei: & propterea & domus dei & populi mentio in litera fit. ¶ Uo⸗
cauitqꝫ eos iehoſua / ⁊ locutꝰ eſt ad eos dicendo: cur decepiſtis
nos/dicendo lōginqui ſumꝰ a vobis valde, ⁊ vos in medio no⸗
ſtri habitatis? Et nunc maledicti eſtis. ſpecies enim mali ſeruitus eſt.
⁊ non deficient de ſtirpe veſtra cedentes ligna ⁊ haurientes
aquam domui domini dei mei. Qui reſponderunt: cum indica⸗
tuꝫ eſſet ſeruis tuis omne quod precepit dominꝰ deꝰ tuꝰ moſi ſer⸗
uo eius / ad dandum vobis omnem terram ⁊ ad diſperdendum
oēs habitatores terre a facie veſtra, timuimus valde anima⸗
mus nr̄is a facie veſtra ⁊ fecimus hoc. Et hinc quoqꝫ apparet ghaba⸗
onitas timuiſſe deum iſrael, & non fuiſſe induratum cor eorum quemadmodum
aliorum populorum. Nunc autem in manu tua ſumus: quod tibi
bonum ⁊ rectum videt / fac nobis. Fecit ergo iehoſua vt dixerat:
⁊ liberauit eos de manibus filiorum iſrael vt non interficerētur.
Decreuitqꝫ in illo die eos eſſe ī miniſterio cūcti populi ⁊ altaris
dn̄i / cedentes ligna ⁊ aquam cōportantes vſqꝫ in tempus pre⸗
ſens in locum quem dominus elegiſſet.

CAPVT .X.

QVe cū audiſſet adoniſedec rex ieruſalaim. Quemadmodū
rex ſalem honorabatur titulo melchiſedec (hoc eſt rex meus iuſtitiæ)
ita rex ieruſalem habebat ꝑ titulo adoniſedec/hoc eſt dominus meus
iuſtitiæ. Et hinc cōiectura eſt ꝙ illa ſalem eſt ieruſalem. titulus enim
regis unus atqꝫ idem hoc innuit. (ꝙ ſcꝫ cepiſſet iehoſua hai ⁊ euertiſſet
eā quēadmodū fecerat iericho ⁊ regi eiꝰ ſic feciſſet hai ⁊ regi eiꝰ/
⁊ ꝙ pacē feciſſent habitatores ghibbon cū iſrael ⁊ eēnt ī medio
eorum) timuit valde. Ciuitas.n.magna erat ghibbon ⁊ vna de
regalibꝰ ciuitatibꝰ: ⁊ maior hai ⁊ oēs viri eius fortes. Miſitqꝫ
adoniſedec rex ieruſalaiꝫ ad hobā regeꝫ chebron/⁊ ad pirā regē
iarmuth/ ⁊ ad iaphiah regē lachis/⁊ ad debir regem heglon, di⸗
cēdo. aſcēdite ad me ⁊ auxiliamini mihi/⁊ percutiemꝰ ghibbon:
quia pacem fecit cuꝫ iehoſua ⁊ cum filijs iſrael. Congregati igit̄
aſcenderunt qnqꝫ reges emoreorū (rex ieruſalaim/rex chebron/
rex iarmuth/rex lachis/rex heglon) ſimul cum exercitibus ſuis:
⁊ caſtrametati ſunt contra ghibbon oppugnantes eam. Uiri
autem ghibbon miſerunt ad iehoſuam qui tunc morabat̄ in ca⸗
ſtris apud ghilgal / dicendo ne retrahas manꝰ tuas ab auxilio
ſeruorum tuorum: aſcende cito ⁊ libera nos ferqꝫ preſidium, qa
congregati ſunt contra nos omnes reges emoreorum habitan⸗
tes in monte.

Digitized by Google

AScenditqꝫ iehoſua de ghilgal/ ipſe ⁊ oĩs populꝰ belli cum eo ⁊ oẽs potẽtes virībꝰ. Dixit autẽ dominꝰ ad iehoſuã ne timeas eos: in manꝰ.n.tuas tradidi illos/nec ſtabit qſqꝫ ex eis in conſpectu tuo. Irruit itaqꝫ iehoſua ſuper eos repẽte: tota nocte aſcendens de ghilgal. Magna ratio uincendi/in celeritate aggreſsionis improuiſæ ab hoſtibus cõſtituta eſt: & forte nunꝗ̃ feſellit utentes ea. Et conturbauit. Iuxta hebræũ habetur. Et attonitos reddidit eos dñs a facie iſrael. Iunge has duas cauſas ſecundas(celeritatem improuiſaꝫ ꝯ hoſtes attonitos) ad præſentiam iſrael:& facile perpendes diuinum opus per cauſas ſecundas impleri. contriuitqꝫ eos plaga magna in ghibbon: ⁊ perſecutꝰ eſt eos per viaꝫ aſcenſus beth choron, ⁊ percuſſit eos vſqꝫ ad hazecam ⁊ macedam. Hinc apparet ꝙ ibideꝫ obſidentes ghabaon/ primam ſtragem accæperunt & in fugam uerſi ſunt. Cumqꝫ fugerent filios iſrael ⁊ eſſent ĩ deſcenſu beth choron, dominꝰ miſit ſuper eos lapides magnos de celo vſqꝫ ad hazecã. Vt inferius exponit̃/nõ lapides ſed grandines tanꝗ̃ lapides magni fuerunt. plures fuerunt ꝗ mortui ſunt lapidibus grãdinis qꝫ quos interfecerũt filij iſrael gladio.

¶Tunc locutus eſt iehoſua domino in die ꝗ̃ tradidit dominus emorꝛeum in conſpectu filiorum iſrael: dixitqꝫ coram eis/ſol contra ghabaon ne mouearis ⁊ luna cõtra vallẽ hailon. Iuxta hebræuꝫ habetur. ſol in ghibbon expecta ⁊ luna in valle aialon. quam enim corrupte dicimus ghabaon / hebraice uocant ghibhon. Iunge prudens lector duo hic ſcripta: vꝫ ꝙ tunc locutus eſt ioſua domino fonti eſſendi / & ꝙ direxit ſermonem ad ſolem & lunam. ut perpendas ꝙ primum eleuauit mentem in deuꝫ ſupplicãdo pro integra uictoria/& ꝙ deus inſpirauit illi ut indiceret ſoli ac lunæ moram. Et dicendo expecta/inſinuat ꝙ occidebat ſol, niſi enim occaſum ſolis imminentẽ uidiſſet, non dixiſſet ſoli expecta. Steteruntqꝫ ſol ⁊ luna donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Maximum omnium miraculorum uſqꝫ ad tempus illud fuit hoc. nonne ſcriptum eſt hoc in libro iuſtorum? Iuxta hebræum habetur. ſuper librum iaſar. hoc eſt rectum. Quis autem fuerit iſte liber rectus / ignotum eſt nobis. nullus enim inuenitur authenticus tunc liber in quo hoc ſcriptuꝫ ſit: ſed multos perditos eſſe libros ſacros/perſpicuum eſt ex iactura librorum multorum prophetarum. ſtetitqꝫ ſol in medio celi. hoc eſt in hemiſphærio noſtro. hemiſphæriũ enim dimidiuꝫ cæli ſignificat. ⁊ non feſtinauit occumbere ſpatio vniꝰ diei. Fuit ergo dies ille artificialis duplus ſecundum tempus ad diem eundem artificialem ſecunduꝫ curſum naturæ tunc. æquale ſiquidem fuit tempus expectationis tempori motus ſolis unius diei tunc, tempore proculdubio æſtiuo aut circa fineꝫ ueris: quoniam modicum temporis intercеſsit a tranſitu iordanis uſqꝫ ad hanc uictoriam: ut patet conferendo geſta. Non fuit ante ⁊ poſtea taꝫ longa dies. Di-

Digitized by Google

cendo non fuit, manifeſtat ſe loqui de præterito tempore: hoc eſt ꝙ nec ante diem illius uictoriæ nec poſt illum diem uſqꝫ ad tempus quo ſcriptus eſt liber iſte non fuit ſicut dies ipſe. ſic enim habet hebræa litera: quanuis interpres bene exponendo dixerit tã longa dies. obediente domino voci hominis ⁊ pugnante pro iſrael. Iuxta hebræum habetur. audiente iehouah in voce viri: qa iehouah pugnauit pro iſrael. Ratio obſequij diuini operis in ſole reddit̃, quia ſummus deus erat tanq̄ bellator pro iſrael. Quaſi diceretur. par fuit ut deus audiret facto uocẽ ioſuæ, quia ipſe erat ille qui pugnabat in uiribus & manibus iſraelitarum/quia prælium iſraelitarum erat prælium ipſius dei.

¶ Reuerſuſqꝫ eſt iehoſua ⁊ omnis iſrael cũ eo ad caſtra in ghilgal. Reuerſio iſta ſcribitur hic/ꝙuis fuerit ſecundũ hiſtoriam completa poſt aliqua geſta ſubiuncta: ad ſignificandum ꝙ incœpit reuerti poſt completum illum longum diem. Ita ꝙ ſenſus eſt ꝙ completo illo longo die reuerſus eſt ioſua cum omni iſraele bellatore ſecum exiſtente in ghilgal, ubi erant mulieres/paruuli/tentoria/armenta &c. reuerſus inquam nõ conſummate, ſed inchoatiue. incœperũt enim reuerti tunc uerſus ghilgal, ꝙuis non tunc peruenerint ad ghilgal occupati circa maccedam & alias ciuitates capiendas. Fugerũtqꝫ qnqꝫ reges iſti: ⁊ abſconderunt ſe in ſpelunca in macceda. Et nunciatum eſt iehoſue ꝙ inuenti eſſent qnqꝫ reges abſconditi in ſpelũca in macceda. Qui dixit socijs. Nulla fit in hebræo mentio ſociorum. Voluite ſaxa ingentia ad os ſpelunce: ⁊ ponite viros ꝗ clauſos cuſtodiant. Vos autem ne ſtetis, ſed perſeqmini hoſtes ⁊ extremos quoſqꝫ fugientium cedite. Hinc patet ꝙ in illo die longo fuit hoc geſtũ durante adhuc fuga hoſtium. non ſinatis eos intrare ciuitates ſuas, qa tradidit eos dominus ĩ manus veſtras. Ceſis ergo aduerſarijs plaga magna ⁊ vſqꝫ ad internitionem pene conſumptis, ij ꝗ iſrael effugere potuerunt/ingreſſi ſunt ciuitates munitas.

¶ Reuerſuſqꝫ eſt omnis populus ad iehoſuam in macceda vbi tunc erãt caſtra. Perpende hinc ꝙ ioſua prius uenit ad territorium maccedæ cum multitudine militum: & quia ibidem ſubſtitit expectando alios qui longius perſecuti ſunt hoſtes, ideo ſcribitur ꝙ reuerſi ſunt ad caſtra ad ioſuam in macceda. ſani ⁊ integro numero. Expoſitio eſt: nam hebraice habet̃. in pace. hebræi ſiquidem pacis nomine ſalutem appellare cõſueuerunt. Et ratio pacifici regreſſus ſubiungit̃ dicendo. nullus cõtra filios iſrael mutire auſus eſt. circunſtantes ſiquidem ciuitates narrantur continuiſſe ſuos intra ſe/& nõ exiſſe cõtra iſraelitas milites regredientes. Dixitqꝫ iehoſua: aperite os ſpelunce/⁊ adducite ad me qnqꝫ reges illos qui in ea latitant. Rem hanc fuiſſe geſtam altero die teſtatur ſubiuncta litera, narrans reges hos fuiſſe ſuſpenſos uſqꝫ ad ueſperã/& cum occubuit ſol fuiſſe depoſitos de lignis. dies enim ille longus occupatus fuit perſequendo hoſtes, & alio die fuerũt mane ſuſpenſi reges iſti.

Digitized by Google

& propterea dicitur ꝙ manſerunt ſuſpenſi uſqꝫ ad ueſperam. Feceruntqꝫ ita/
⁊ adduxerunt ad eum quinqꝫ reges de ſpelunca: regem ieruſala-
im/regem chebron/regem iarmuth/regez lachis/regem heglon.
Cūqꝫ adducti eſſent ad euz, vocauit omnes viros iſrael ⁊ ait ad
principes exercitus qui cum eo erant/ite ⁊ ponite pedes veſtros
ſuper colla regum iſtorum: qui acceſſerūt ⁊ poſuerūt pedes ſuos
ſup colla eoꝝ. Dixitqꝫ ad eos iehoſua, ne timeatis ⁊ ne franga-
mini / confortamini ⁊ eſtote robuſti: ſic.n. faciet dominꝰ cūctis
hoſtibus veſtris contra quos pugnatis. Et poſt hoc percuſſit
eos iehoſua ⁊ interfecit ipſos/atqꝫ ſuſpendit ſuper quinqꝫ ſtipi-
tes: fueruntqꝫ ſuſpenſi vſqꝫ ad veſperum. Cunqꝫ occūberet ſol
precepit iehoſua ⁊ depoſuerūt eos de lignis / ⁊ proiecerūt eos in
ſpeluncam in qua ſe abſconderant: ⁊ poſuerunt ſuper os ſpelun-
ce ſaxa ingentia que permanent vſqꝫ in preſens.

EOdem die maccedam quoqꝫ cepit iehoſua. Non eſt ſenſus ꝙ
illomet die quo geſta ſunt hæc prædicta: ſed eſt ſenſus ꝙ uno die non diuer-
ſis diebus cæpit ioſua ciuitatem maccedam. explicatur enim ꝙ uno ſolo die fuit
occupatus ad capiendum maccedam. Vnde & hebraice habetur. Et macce-
dam cepit iehoſua in die ipſo. Eademqꝫ uerba repetunt inferius in expug-
natione heglon: ubi uulgata quoqꝫ æditio habet eadem die. ſecundum nanqꝫ
hiſtoriæ ueritatem expugnatio maccedæ fuit poſt illū longū diem & poſt ſuſpen-
ſos reges. ⁊ percuſſit eam in ore gladij: regēqꝫ illiꝰ interfecit ⁊ oēs
habitatores eiꝰ. non dimiſit in ea ſaltem paruas reliqas: fecitqꝫ
regi maccede ſicut fecerat regi iericho. ¶ Tranſiuit autem iehoſ-
ſua cum omni iſrael de macceda in libnam, ⁊ pugnauit cū libna.
Tradiditqꝫ dominꝰ eam in manꝰ iſrael ⁊ regem eiꝰ: percuſſitqꝫ
eam in ore gladij ⁊ omnes habitatores eiꝰ. non dimiſit in ea vl-
las reliquias: ⁊ fecit regi eiꝰ ſicut fecerat regi iericho. ¶ De libna
autem tranſiuit iehoſua cum omni iſrael in lachis: ⁊ exercitu per
gyrum diſpoſito oppugnauit eaz. Tradiditqꝫ dominꝰ lachis in
manus filiorum iſrael: ⁊ cepit eaz die altero. hoc eſt die ſecūda: ut cla-
re explicatur in hebræo. Et eſt ſermo de ſecunda die ab initio oppugnationis ci-
uitatis lachis. Ratio aūt quare ſecundus adiunctus eſt dies / ſubiungitur qa rex
ghezer uenit in auxilium lachis. ⁊ percuſſit eam in ore gladij ⁊ omnem
animā que erat in ea: iuxta omnia que fecerat libne. Tunc aſcen-
dit horam rex ghezer vt auxiliaretur lachis: ⁊ percuſſit eū iehoſ-
ſua ⁊ populū eius vſqꝫ ad internitionē ¶ Tranſiuitqꝫ iehoſua ⁊
omnis iſrael cum eo de lachis in heglon, ⁊ circundedit atqꝫ ex-
pugnauit eam in eadem die. hoc eſt in unico die/ ut prius declarauimus.
percuſſitqꝫ eam in ore gladij ⁊ omnes animas que erant in ea:

iuxta

iuxta omnia que fecerat lachis. ¶ Aſcēdit quoqȝ cū omni iſrael
de heg-lon in chebron. Intellige de omni iſrael bellatore. nō enim uniuerſus
populus qui erat in ghalgalis ſed uniuerſi bellatores cū ioſua aſcenderūt de heg-
lon in chebron. ⁊ pugnauit cōtra eam. Et cepit ac percuſſit eam in
ore gladij ⁊ regem eius. Hinc apparet ꝙ nouus rex ſucceſſerat in chebron:
nam regem chebron ſuſpenderat cum quattuor alijs regibus ioſua. & illum qui-
dem ſuſpenderat: ſucceſſorem autem eius gladio occidit/ut hic dicit̄. ⁊ omnia
oppida regionis illius. Parui refert ꝙ hebraice legitur. ⁊ omnes ciuita-
tes eius. Sed hinc patet ꝙ non urbs aliqua ſed omnes urbes chebron ſubactæ
fuerunt a ioſua occiſis uniuerſis hominibus earum. ¶ Quæſtio autem quæ ex ca.
14. & 15. libri huius/& ex. 1. ca. iudi. mouetur circa hāc hiſtoriam, iudi. primo ſolue-
tur. Sat ſit hic noſſe rem geſtam narrari hic ſummarie, ibi uero modum quo res
geſta eſt. ⁊ omnem animam que erat in ea. non reliquit in ea vllas
reliquias: ſicut fecerat heg-lon ſic fecit ⁊ chebron/cūcta que in ea
repperit conſumens gladio. ¶ Et reuerſus eſt iehoſua ⁊ omnis
iſrael cum eo in debir, ⁊ pugnauit contra eam. Situs terrarum mani-
feſtatur per reuerſionem. Cepitqȝ eam ⁊ regem eiꝰ ⁊ omnes ciuitates
eius/⁊ percuſſerunt eos in ore gladij ⁊ interfecerunt omneȝ ani-
mam que erat in ea. nō remanſit ſuperſtes: ſicut fecerat chebron
⁊ libne ac regibus earum ſic fecit debir ⁊ regi eius.

¶ Percuſſit itaqȝ iehoſua omnem terram montanaȝ ⁊ meridia-
nam ac campeſtrē ⁊ aſedoth ⁊ omnes reges eoꝝ: non dimiſit vl-
las reliquias, ſed omne quod ſpirare poterat interfecit. Gaudet in-
terpres copia uocabulorum. nam hebraice habetur. ⁊ omnem animam in-
terfecit. Et ne intelligeres etiam animalia bruta interfecta/ſubiungitur. ſicut
preceperat iehouah elohe iſrael. qui homines tantum præceperat occidi.
Et percuſſit eos iehoſua a cades barneah vſqȝ ad haȝam. hoc ē a
territorio olim cades barneah &c. eſt enim territoriū illud ultra iordanē. nam ibi
fuerūt filij iſrael cum moſe. ⁊ omnē terrā ghoſen vſqȝ ad ghibhon. Et
omnes reges iſtos ⁊ terrā eoꝝ cepit iehoſua vice vna. Vniuerſus
iſte progreſſus præliorum hactenus recitatorum pro una uice ſupputatur. quia
dn̄s deꝰ iſrael pugnabat ꝓ iſrael. Et reuerſus eſt iehoſua ⁊ oīs
iſrael cū eo ad caſtra i ghilgal. Cōſummatio reuerſiōis ſcribit̄. his eniȝ ge-
ſtis reuerſus ē ſic ꝙ ꝑuenit ad ghilgal ubi erat populus cū mulieribus & paruulis.

CAPVT .XI.

QUe cū audiſſet iabin rex chaȝor, miſit ad iobab regē ma-
lon ⁊ ad regeȝ ſimron ⁊ ad regē achſaph. ⁊ ad reges qui
erāt ab aqlone i mōte ⁊ i planicie ad meridiē chinneroth
⁊ in campeſtribꝰ ⁊ in naphoth dor ab occidente. chenahaneum
ab oriente ⁊ occidente ⁊ emoreum ⁊ hitheum ⁊ periȝeum ⁊ ie-

buſeum in monte: et chiueũ ſub chermon in terra miſpe. Egreſſiq; ſunt ipſi ⁊ omnia caſtra eorum cum eis/ populus multus ſicut arena que eſt in littore maris: ⁊ equi ac currus multi valde. Conueneruntq; omnes reges iſti in vnum ad aquas merom vt pugnarent contra iſrael. Dixitq; dominus ad iehoſuam/ ne timeas eos: cras enim eadem hora ego tradam omnes iſtos vulnerandos in conſpectu iſrael. Iuxta hebræum habetur. omnes ipſos occiſos coram iſrael. Intellige ſermonem dei humano more. principes enim promittentes ſibi uictoriam certam utuntur tali loquendi modo/ cras dabo omnes iſtos hoſtes interfectos: ad ſignificandum plenitudinem uictoriæ/ & non ad ſignificandum ꝙ reuera omnes illi occidentur. multi enim ſaluati ſunt fugiendo. equos eoꝝ ſubneruabis ⁊ curr⁹ eoꝝ combures igne.

VEnitq; iehoſua ⁊ omnis populus belli cum eo contra eos ad aquas merom ſubito: ⁊ irruerunt in eos. Ecce prouidentia ioſuæ repentina ac improuiſa aggreſsione irruere ſuper hoſtes. Tradiditq; eos dominus in manus iſrael, ⁊ percuſſerunt eos ⁊ pſecuti ſunt ipſos vſq; ad zidon magnã ⁊ vſq; ad miſrephot aquaꝝ ⁊ vſq; ad campum miſpe ad orientem: ⁊ percuſſit eos ita vt nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitq; eis iehoſua ſicut dixerat ei dñs: equos eoꝝ ſubneruauit ⁊ curr⁹ eoꝝ cõbuſſit igni. ¶ Reuerſuſq; eſt iehoſua ſtatim ⁊ cepit chazor/ ⁊ regẽ eius percuſſit gladio: chazor enim antea fuit caput omnium regnorum iſtorum. Ad ſitum ubi erat ſpectat reuerſio. & prudentiſsime abſq; temporis interuallo aggreſſus eſt caput anteꝗ̃ reſpiraret & muniret ſe rex chazor, qui excitauerat omnes reges alios & fugerat a facie ioſuæ. Percuſſitq; omnem animã que erat in ea/ in ore gladij interficiendo: non remanſit in ea anima aliqua, ⁊ chazor combuſſit igni. Et oẽs per circũitum ciuitates regeſq; earũ cepit/ percuſſit atq; deleuit. Iunge hanc particulam non cum præcedenti uerbo combuſsit: ſed cũ ſequenti uerbo cœpit. non enim ſcribitur ꝙ combuſsit chazor & omnes per circũitũ ciuitates: ſed ꝙ chazor quidem combuſsit, ciuitates autem per circũitum & reges earum cæpit. Vnde & hebraice habet. Et omnes ciuitates regum iſtorũ ⁊ omnes reges earum cepit iehoſua ⁊ pcuſſit eos/ ore gladij interficiendo eos: ſicut preceperat moſes ſeruus domini. hæc eſt enim hebraica litera. Et ad hoc magis explicandũ ſpectat ſubiũcta litera ĩ uulgata æditiõe corrupta/ dicẽte. Abſq; vrbib⁹ que erãt ĩ collib⁹ ⁊ ĩ tumulis ſite/ ceteras ſuccendit iſrael. Nã oppoſitũ legit̃ hebraice. Tantũ oẽs ciuitates ſtãtes ſup forte ſuum non combuſſit eas iſrael: niſi chazor/ ſolam ipſam combuſſit iehoſua. Vbi clare uides nullam urbem iſtorum regũ combuſtam niſi chazor. Et dicitur ſtantes ſuper forte ſuum/ ad differentiam ciuitatum ue

abſq; muris uel ſemidirutarũ & huiuſmodi. Omnemq; predã iſtarũ ciuitatũ & iumenta diuiſerunt ſibi filij iſrael: cunctis hominibus interfectis. Sicut preceperat dominus moſi ſeruo ſuo ita precepit moſes iehoſue: & ſic fecit iehoſua, ne verbum quidem preterit ex omnibus que preceperat dominus moſi.

CEpitq; iehoſua omnẽ terram iſtam montanã & meridianã/ & omnem terram ghoſen & planiciem & campeſtria: monteq; iſrael & planiciem eius. Suſpicor montem iſrael appellari montem illum quem iahacob dicit gñ.48. tuliſſe de manu emoræi iure belli: & ideo appellari montem iſrael/ tanq̃ propriũ ipſius iahacob qui uocatus eſt iſrael. A mõte leni qui aſcendit in ſehir vſq; bahal gad in planicie libani ſub mõte chermon: & oẽs reges eoꝝ cepit/ ꝑcuſſit & occidit. ¶ Multo tempore pugnauit iehoſua contra reges iſtos. ne errares putando tam cito expedita hæc prælia, quemadmodum narratũ fuerat prius aliquas ciuitates captas aliquas uno die aliquas ſecundo die. Nõ fuit ciuitas que ſe non traderet filijs iſrael. Corrupta eſt litera. legendum eſt enim abſq; negatione intermedia/ nõ fuit ciuitas quæ ſe traderet filijs iſrael. Vnde & hebraice habetur. Non fuit ciuitas que fecit pacem cum filijs iſrael, niſi chiuci ſedentes ghibhon. Et ſtatim ſubditur. omnes ceperunt in prelio. Quia a iehouah fuit ad roborandum coꝛ eoꝝ in occurſum belli cum iſrael. Clare narratur in primis ꝙ ſoli ghabaonitæ petierunt pacem/ & ꝙ omnes alij prælio ſuperati ſunt: ut hinc habeatur ratio belli iuſti ex parte iſraelitarum etiam ſecundum humanæ legis rationem. ex hoc enim ꝙ chananæi occurrerunt ad præliandum contra iſrael/ manifeſta patet ratio iuſti belli iſrael contra eos. & propterea redditur deinde ratio ex parte dei roborantis cor eorum ad bellum contra iſrael. Quod intellige ut in exodo de induratione cordis pharaonis expoſitum eſt. quod enim interpretes uocant indurationem cordis/ hebraice appellatur roborare cor. Concurrunt ſiquidem ad effectum iſtum duo: alterum negatiuum/ videlicet negatio diuinæ gratiæ inclinantis cor ad ea quæ dei ſunt. alterum poſitiuum: uidelicet pronitas firmitasq; animi ad obuiandum iſraelitis tanq̃ hoſtibus. Et illud quidem eſt a deo negatiue: hoc autem fuit a deo poſitiue. omnis enim actio cum omni poſitiua conditione eius in quocunq; peccatore etiam in dæmonibus eſt a deo effectiue. Vt caderent & non mererentur vllam clementiam ac perirent/ ſicut preceperat dominus moſi. Hinc clare habes ꝙ ſi chananæi petijſſent pacem ſuſcipiendo cultum ueri dei non fuiſſent deleti, ſed induratio eorum meruit deletionem ipſorum. Et hinc ut prædiximus habetur ſenſus decretorum diuinorum circa delendos chananæos abſq; ullo fœdere. manifeſtatur ſiquidem hinc ꝙ de induratis chananæis decreta loquuntur: & non de pœnitentibus, quales fuerunt ſoli ghabaonitæ.

¶ In tempoꝛe illo venit iehoſua, ⁊ excidit hanacim de monte/ de chebꝛon / de debir / de hanab ⁊ de omni monte iehude ⁊ de omni monte iſrael: ciuitateſq; eoꝛum deleuit. Non remanſerunt hanacim in terra filioꝛum iſrael: tantum in haza in gath ⁊ in aſdod remanſerunt. Ex hoc ꝙ apud ciuitates quaſdam philiſtinorum duntaxat remanſerunt gigantes, manifeſtum redditur ꝙ ſecundū rei geſtæ ordinē ioſua cœpit chebron integre nullo relicto tam ibi ꝙ̄ alibi in reliqua uniuerſa terra promiſſionis gigante. Cepitq; iehoſua omnem terraʒ ſicut locutus eſt dominus ad moſem, ⁊ tradidit eam in poſſeſſionē filijs iſrael ſecundum partes ⁊ tribus eoꝛum: ⁊ terra quieuit a pꝛelijs. Intellige communibus omni iſrael/ad differentiā prælioꝝ particulariū aliquaꝝ tribuum particularium. his enim peractis prælijs cōmunibus diuiſa eſt terra tribubus iſrael: & cum bona gratia ioſuæ & populi redierunt ad ꝓpria reubenitæ gaditæ & dimidia tribus menaſſis. & propterea dicitur ꝙ quieuit terra a bello.

CAPVT .XII.

HI aūt ſunt reges terre quos ꝑcuſſerūt filij iſrael ⁊ poſſederūt terrā eoꝝ trans iarden ad oꝛtū ſolis: a toꝛrēte arnon vſq; ad montē chermon ⁊ oēm planiciē oꝛientalē. Sichon rex emoꝛeꝰ habitans ī chesbon: dn̄ans ab haroher que ſuꝑ ripā toꝛrentis arnon/ ⁊ medio toꝛrentis ⁊ dimidio ghilhad ⁊ vſq; ad toꝛrentē iabboc terminū filioꝝ hammō. ⁊ planiciei vſq; ad mare chinneroth ad oꝛientē ⁊ vſq; ad mare planiciei mare ſalis ad oꝛientē ꝑ viā beth ieſimoth: ⁊ ab auſtro ſub aſdoth piſghe. ¶ Et terminꝰ hog regis baſan de reſiduo rephaim/ habitantis in haſtaroth ⁊ in edrehi. ⁊ dn̄antis in mōte chermon ⁊ ī ſalcha ⁊ ī toto baſan vſq; ad terminū gheſurei ⁊ mahachathei: ⁊ dimidio ghilhad termino ſichon regis chesbon. Moſes ſuꝰ dn̄i ⁊ filij iſrael ꝑcuſſerūt eos: deditq; eā moſes ſuꝰ dn̄i in poſſeſſionē reubenitis ⁊ gaditis ⁊ dimidie tribui menaſſis.

ET hi ſunt reges terre quos ꝑcuſſit iehoſua ⁊ filij iſrael trās iarden ab occidente a bahal gad ī cāpo libani vſq; ad montē lenē aſcendentē in ſehir: tradiditq; eā iehoſua tribubꝰ iſrael in poſſeſſionē/ ſingulis ꝑtes ſuas. In mōte ⁊ in planicie ⁊ ī cāpeſtri ⁊ ī aſedoth ⁊ ī deſerto ⁊ ī auſtro, chitheꝰ/ emoꝛeꝰ/ chenahaneus pizeus/ chiueꝰ ⁊ iebuſeꝰ. ¶ Rex iericho vnꝰ. Rex hai que ē ex latere beth el vnꝰ. Rex ieruſalaim vnꝰ. Rex chebꝛon vnꝰ. Rex iarmuth vnꝰ. Rex lachis vnꝰ. Rex heg'lon vnꝰ. Rex ghezer vnꝰ. Rex debir vnꝰ. Rex gheder vnus. Rex choꝛme vnꝰ. Rex ba-

Digitized by Google

rad vnus. Rex libne vnus. Rex badullam vnus. Rex maccede vnus. Rex beth el vnus. Rex tapuach vnus. Rex chepher vnus. Rex aphec vnus. Rex laſſaron vnus. Rex madon vnꝰ. Rex chaſoꝛ vnus. Rex ſimron meron vnus. Rex achſaph vnꝰ. Rex thabanac vnus. Rex megiddo vnus. Rex cedes vnus. Rex iochneham i charmel vnꝰ. Rex doꝛ i ꝓuincia doꝛ vnꝰ. Rex gentiū i ghilgal vnꝰ. Rex thirze vnꝰ: oēs reges triginta ⁊ vnꝰ:

IN hoc capitulo præter correctionem uocabuloꝝ nihil ſcribendū occurrit.

CAPVT .XIII.

IEhoſua aūt ſenuit/venit in dies: ⁊ dixit dñs ad eū tu ſenuiſti/veniſti in dies, ⁊ terra latiſſima derelicta eſt que necdum ſorte diuiſa eſt. Iuxta hebræum habetur. ⁊ terra relicta multa valde ad hereditandum eam. ſignificať enim ꝙ multæ terræ ſupererant acquirendæ infra terminos terræ promiſsionis. dixerat enim deus moſi ꝙ non ſimul expulſurus eſſet gentes omnes ex terra promiſsionis, ne terra maneret inculta & multiplicarenť beſtiæ/ quia populus iſrael non erat tam multiplicatus ut ſufficeret ad habitandum & colendum uniuerſam terram promiſsionis. omnis vſqꝫ galilea/philiſtim. Iuxta hebræū habeť. Iſta terra que relicta eſt, omnes prouincie peliſtinoꝛum ⁊ totus gheſureꝰ. deſcribiť .n. terra adhuc acquirenda. A fluuio turbido qui irrigat egyptum. Iuxta hebræum habetur. A ſichoꝛ ſuper faciē egypti vſqꝫ ad terminum hecron ad aquilonem chenabaneo cōputabitur. Sichor eſt nomen fluminis a nigredine ſumptum. & eſt flumen hoc diuidens inter ægyptum & terram promiſsionis/rinochorula appellatum a ciuitate rinochorula per quam tranſit. quinqꝫ pꝛincipes peliſtinoꝛum, hazatheꝰ/aſdodeꝰ/eſceloneꝰ/ghitteus ⁊ hecroneus ⁊ hauuim. Ab auſtro oīs terra chenabanei ⁊ mehara que eſt zidonijs vſqꝫ ad aphec, vſqꝫ ad terminū emoꝛei. Et terra ghibli ⁊ totus libanus ad oꝛtum ſolis a bahal gad ſub monte chermon, donec ingrediaris chamath. Omnes habitatores montis a libano vſqꝫ ad miſrephoth aquarum/omnes zidonios ego expellam a facie filioꝛum iſrael: veniat ergo in partem hereditatis iſrael. Iuxta hebræum habetur. tantum fac cadere ipſam iſraeli in hereditateꝫ ſicut pꝛecepi tibi. Quanuis non ſit acquiſita tota terra promiſsionis/ac per hoc nō potes ponere iſraelē in poſſeſsionē totius, attamē fac duntaxat definitionem omnium partium terræ / ita ꝙ facias cadere ſub ſortibus portionum uniuſcuiuſqꝫ tribus etiam terras acquirendas. Et propterea ſubditur.

¶ Et nunc diuide terrā iſtam in hereditateꝫ nouē tribubus ⁊ dimidie tribui menaſſis. noli expectare ut acqrať tota/ſed diuide nūc terram.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum ea reubenite ⁊ gadite acceperũt partes ſuas: quas dedit
eis moſes ſeruus domini trans iarden ad orientẽ/ſicut dedit eis
moſes ſeruus domini. Ab harober que eſt ſuper ripam torren-
tis arnon/⁊ ciuitatem que eſt in medio torrentis: ⁊ totam plani-
ciem medbe vſqꝫ ad dibon. Et oẽs ciuitates ſichon regis emo-
rei qui regnauit in chesbon: vſqꝫ ad terminum filioꝝ hammon.
Et ghilhaa ⁊ terminum gheſurei ⁊ mahachathei, ⁊ totũ mon-
tem chermon ⁊ totuꝫ baſan vſqꝫ ſalcham. Omnia regna bog in
baſan qui regnauit in haſtaroth ⁊ i edrehi: ipſe remãſerat de re-
liquijs rephaim/⁊ percuſſit eos moſes ⁊ expulit ipſos. Non ex-
pulerũt filij iſrael gheſurcos ⁊ mahachatheos: habitauitqꝫ ghe-
ſur ⁊ mahachath in medio iſrael vſqꝫ in diem hanc. Tantum
tribui leui non dedit hereditatem: incenſum dñi dei iſrael ipſum
eſt hereditas eiꝰ/ ſicut locutus eſt ei.

DEditqꝫ moſes tribui filiorum reuben per familias eorum:
Et fuit eis terminus ab harober que eſt ſuper ripã torren-
tis arnon, ⁊ ciuitas que eſt in medio torrentis/ ⁊ tota planicies
ſuper medbam. Chesbon ⁊ oẽs ciuitates eius que ſunt i plani-
cie: dibon ⁊ bamoth bahal/⁊ beth bahal mehon. ⁊ iahza ⁊ cede-
moth ⁊ mephahath. ⁊ cir'iathaim ⁊ ſibma ⁊ zereth ſahar i mon-
te vallis. Et beth pehor ⁊ aſdoth piſghe et beth ieſimoth. Et
omnes ciuitates planiciei et omnia regna ſichon regis emorei q
regnauit in chesbon: quem percuſſit moſes/ipſum et principes
mid'ian, eui et recem et zur et chur et rebah/duces ſichon habita
tores terre. Et bilham filium behor diuinatorem occiderunt filij
iſrael gladio ad interfectos eorum. Et fuit terminꝰ filiorum reu-
ben iarden et terminꝰ: hec eſt hereditas filiorum reuben per fa-
milias eorum/ciuitates et ville earum.

¶ Deditqꝫ moſes tribui gad/filijs gad per familias eorum. Et
fuit eis terminꝰ iahzer/et omnes ciuitates ghilhad/et dimidium
terre filiorum hammon: vſqꝫ harober que eſt coram rabba. et a
chesbõ vſqꝫ ad ramath miſpe et betonim: et a machanaim vſqꝫ
ad terminuꝫ debir. Et in valle beth haram et beth nimre et ſuc-
choth et zaphon reſiduum regni ſichon regis chesbon/ iarden
et terminus: vſqꝫ ad extremum maris chinnereth trans iarden
ad orientem. Hec eſt hereditas filioruꝫ gad per familias eoruꝫ:
ciuitates et ville earum.

¶ Dedit quoqꝫ moſes dimidie tribui menaſſis: ⁊ fuit dimidie
tribui filioꝝ menaſſis per familias eorum. Fuitqꝫ terminꝰ eoruꝫ
a machanaim totꝰ baſan/totum regnum bog regis baſan/et oẽs

ville iair que ſunt in baſan ſexaginta ciuitates. Et dimidiũ ghilhad et haſtaroth et edrehi/ciuitates regni hog ĩ baſan: filijs machir filij menaſſis/dimidio filioꝝ machir per familias eoꝝ. Hec eſt hereditas quã diuiſit moſes in cãpeſtrib⁹ moab trans iarden cõtra iericho ad oriẽtẽ. Tribui aũt leui nõ dedit moſes hereditatẽ: dñs de⁹ iſrael ipſe eſt hereditas eoꝝ/ſicut locutus eſt eis.

CAPVT .XIIII.

ET hec ſunt que hereditarunt filij iſrael in terra chenahan: que hereditate accipere fecerunt eos elhazar ſacerdos ⁊ iehoſua filius nun / ⁊ capita patrum tribuũ filijs iſrael. Per ſortem hereditas eorũ: ſicut preceperat dominus per manum moſis nouem tribubus ⁊ dimidie tribui. Dederat. n. moſes hereditatẽ duabus tribubus ⁊ dimidie tribui trans iarden: leuitis autem non dedit hereditatem in medio eorum. Fuerũt. n. filij ioſeph due tribus/menaſſes ⁊ ephraim: ⁊ non dederunt partẽ leuitis in terra preter ciuitates ad habitandum/⁊ ſuburbana earum pro iumentis ⁊ pecoribus eorum. Sicut preceperat dominus moſi ſic fecerunt filij iſrael: ⁊ diuiſerunt terram.

ACceſſeruntqꝫ filij iehude ad iehoſuam in ghilgal, ⁊ dixit ad eum chaleb filius iephũne cenizeus: tu noſti verbum quod locutus eſt dominus ad moſem virum dei de rationibus meis ⁊ rationibus tuis in cades barneah. Filius quadraginta annorum eram quando miſit moſes ſeruus domini me de cades barneah ad explorandum terram: ⁊ retuli ei verbum ſicut cum corde meo. Fratres autem mei qui aſcenderunt mecum diſſoluerunt cor populi: ⁊ ego compleui ire poſt deum meum. In capitulo decimo narrata eſt debellatio chebron facta a ioſua: hic autem narratur modus quo prouocatus eſt ioſua ad bellum gerendum contra chebron, vẓ prouocante euẓ chaleb ex iureiurando moſis & promiſsione dei. Ita ꝗ ſecundum ordinem hiſtoriæ iſte aditus chaleb ad ioſuaẓ fuit prius ꝗ̃ ioſua aggrederet chebron, q̃uis ſit ſcriptus poſtea: quia ſcribitur non quatenus fuit prouocatio ad bellum, ſed quatenus fuit donatio chebron ipſi chaleb. Iurauitqꝫ moſes ĩ die illo dicens/ ſi non terra quam calcauit pes tuus tibi erit in hereditatem ⁊ filijs tuis in eternum: quia compleſti vt ires poſt dominum deum meum. Et hinc clare apparet non omnia quæ dicta ſunt q̃uis ſpectantia ad res gerendas/fuiſſe ſcripta a moſe: hæc enim promiſſio hic primo ſcribitur / quæ tamen olim a moſe facta eſt. Et nunc ecce viuere fecit dominus me ſicut locutus eſt iſtis quadragintaquinqꝫ annis ab eo tẽpore quo

locutus eſt dominus verbum hoc ad moſem/quibus ambulauit iſrael per deſertũ: ⁊ nunc ecce ſum hodie filius octogintaquinqꝫ annorũ. Adhuc ſum hodie fortis ſicut in die qua miſit me moſes/ſicut fortitudo mea tunc ſic fortitudo mea nunc: ad bellum ⁊ ad exeundum ⁊ ingrediendum. ¶ Et nunc da mihi montem iſtum vt locutus eſt dominus in die illa: tu.n. audiſti in die illa ꝙ hanacim ſunt ibi / ⁊ ciuitates grandes munite. Hinc conuincit ꝙ iſte ſermo fuit ante debellationem chebron factaꝫ per ioſuã. ex eo enim ꝙ chaleb dicit ꝙ ibi ſunt gigantes/& in ca. xi. ſcriptum eſt ꝙ tunc ioſua excidit gigantes tam de chebron ꝗ̃ de reliquis terris excæpta terra peliſtinorum, manifeſtum eſt ꝙ ſermo iſte fuit ante hiſtorias ſuperius recitatas. ſi forte ſit dominꝰ mecum ⁊ potero delere eos ſicut promiſit mihi. Iuxta hebræum habetur. forte iehouah mihi,⁊ faciam expellere eos ſicut locutus eſt iehouah. Non excluditur per hæc uerba concurſus ioſuæ cũ toto exercitu ad debellandum chebron iuxta ſuperius ſcripta: ſed ſignificatur ſpes diuinæ opis intuitu ipſius chaleb, qui fideliter & conſtanter adhæſerat deo contra alios exploratores & rebellem populum.

¶ Benedixitqꝫ ei iehoſua: ⁊ dedit chebron chaleb filio iephũne in hereditatem. Propter hoc fuit chebron chaleb filio iephũne cenizeo in hereditatẽ vſqꝫ ad diem hanc: pro eo ꝙ cõpleuit vt iret poſt dominum deuꝫ iſrael. Ecce ratio quare hoc in loco quia agitur de diuiſione terræ/tecitatus eſt iſte aditus chaleb ad ioſuã. Nomen chebron ante vocabatur cir'iath arbah, adam maximus ibi inter hanacim ſitus eſt. Expoſitoris officio functus eſt interpres: & occaſio fuit fabellæ ꝙ adaꝫ primus parens ſepultus eſt in chebron. nam iuxta hebræum habetur. Et nomen chebron antea cir'iath arbah, adam magnus in gigantibus ipſe. Manifeſte hebraica litera exponit quis fuerit arbah/dicendo adã magnus in gigantibus ipſe. nam adam hebraice dicitur latine homo: & ſignificatur ꝙ arbah a quo chebron denominata eſt ciuitas arbah / fuit homo magnus inter gigantes. ⁊ terra ceſſauit a prelijs. Repetitio huius ſententiæ ſcriptæ in calce undecimi capituli / facta eſt ad inſinuandum ꝙ uniuerſus iſte ſermo fuit ante illas res geſtas poſt quas ſcriptum eſt & terra ceſſauit a bello.

CAPVT XV.

ET fuit ſors tribui filiorum iehude per familias eorum: ad terminum edom deſerti ꝫin ad auſtrũ ab extremo auſtri. Fuitqꝫ eis terminꝰ meridies ab extremo maris ſalis, a lingua que reſpicit ad meridiem. Egredieturqꝫ a meridie ad aſcenſum ſcorpionum ⁊ tranſibit in ꝫin, ⁊ aſcendet a meridie in cades barneah: ⁊ trãſibit chezron/⁊ aſcendet in adar/

⁊ circūibit in carcahah. Et trāſibit i aſmon ⁊ egredietur ad torrentem egypti/ ⁊ erunt egreſſus termini ad occidentem: hic erit vobis terminus meridiane plage. ¶ Et terminus ad orientem mare ſalis vſqꝫ ad extremum iarden: ⁊ terminus anguli aquilonaris a lingua maris / ab extremo iarden. Aſcendetqꝫ terminus in domum chogle/ ⁊ tranſibit ab aquilone ad domum harabe: ⁊ aſcendet terminꝰ ad lapidē bohan filij reuben. Aſcendetqꝫ terminus in debir a valle hachor ⁊ ad aqlonē reſpiciēs ad ghilgal que eſt cōtra aſcenſuꝫ adūmim/ qui ab auſtro torrenti: tranſibitqꝫ terminus ad aquas fontis ſolis / ⁊ erunt exitꝰ eiꝰ ad fontem rogel. Et aſcendet terminus vallem filij hinnom ad latꝰ ieburi a meridie / hec eſt ieruſalaim: aſcendetqꝫ terminus ad verticem montis qui eſt ſuper faciem vallis hinnom ad occidentē / que eſt in extremo vallis rephaim ad aquilonem. Et deſcendet terminus a vertice montis ad fontem aque nephthoach / ⁊ egredietur ad ciuitates montis heph'ron: ⁊ deſcendet terminus ad babal / ipſa eſt cir'iath iebarim. Et circūibit terminꝰ de babala ad occidentem ad montem ſehir ⁊ tranſibit ad latus mōtis iebarim ab aquilone, ipſa eſt cheſalon: ⁊ deſcendet in beth ſemes ⁊ tranſibit ad thimnam. Et egredietur terminus ad latꝰ hec'ron ad aquilonem/ ⁊ deſcendet terminꝰ in ſicchron ⁊ trāſibit montē babale ⁊ egredietur iabneel: erūtqꝫ exitus termini ad mare. Et terminus occidentis ad mare magnum ⁊ terminus: iſte terminꝰ filiorum iehude per circūitum per familias eorum.

Chalebqꝫ filio iephūne dedit partem in medio filiorū iehude ſicut preceperat dominꝰ iehoſue: cir'iath arbah patris hanac / ipſa eſt chebron. Arbah quem ſuperius deſcripſit hominem magnum in gigantibus/modo deſcribit patrem gigantum. multi enim gigantes ex eo nati inſinuantur/& præcipuæ famæ inter gigātes. Expulitqꝫ inde chaleb tres filios hanac: ſeſai ⁊ achiman ⁊ thalmai / natos hanac. Quod in ca. xi. attributum fuit ioſuæ/ hic attribuitur chaleb. Et utrunqꝫ eſt uerū: quoniam ioſua debellauit gigantes tanq̄ imperator exercitus, chaleb uero tanq̄ caput illius aciei quæ aggreſſa eſt chebron. ipſe enim erat unus principum & populi & exercitus. Et quia ei fuerat dono data chebron, ideo ipſe primus cū portione exercitus ſibi credita aggreſſus eſt chebron & debellauit eam. & propterea tanq̄ ſpeciali capiti illius cunei attribuitur ei hæc uictoria.

¶ Aſcenditqꝫ inde ad habitatores debir: ⁊ nomen debir antea fuit cir'iath ſepher. i. ciuitas literarum. Dixitqꝫ chaleb, qui percuſſerit cir'iath ſepher ⁊ cepit eam/ dabo ei hachſam filiam meaꝫ in vxorē. Hæc uerba intellige dicta a chaleb tanq̄ a ſpeciali capite illius aciei/

& quia res eius agebatur. Cepitqȝ eã hothniel filius cenaȝ frater chaleb iunioꝛ. Superfluit iunior. ⁊ dedit ei hachſam filiã ſuam in vxoꝛeȝ. Non eſt prohibitum in lege moſis coniugium inter patruum & neptem/ q̃uis ſit prohibitum coniugium inter amitam & nepotem. & propterea nihil contra legem moſis actum eſt in coniugio iſto. Et fuit cum ipſa veniret/ ſuaſit ei vt peteret a patre ſuo agꝛum, ſuſpirauitqȝ ſedens in aſino. Iuxta hebræum habetur. ⁊ confixit ſe de ſuper aſinum. Motus enim gdã tanq̃ cadentis ex integro uelut languentis de aſino ſignificatur. finxit enim mulier per hunc motum ſe languere/ & permiſit ſeipſam cadere totam ſimul de aſino, ita q̃ tanq̃ confixa fuit in terra. & propterea ſubditur. dixitqȝ ei chaleb quid tibi? ſubaudi accidit ut ſis immobilis in terra tanq̃ confixa in terra. Et dixit, da mihi benedictionem/ quia terram auſtralem ⁊ arentem dediſti mihi iunge ⁊ irriguam. Iuxta hebræum habetur. da mihi fontes aquaꝝ. Et ſtatim ſubditur. ⁊ dedit ei fontes ſuperos ⁊ fontes inferos, ut uniuerſus ager irrigari poſſet. Iſta eſt hereditas tribus filioꝛum iehude per familias eoꝛum.

FUeruntqȝ ciuitates ab extremo tribui filioꝛuȝ iehude ad terminũ edom in meridie: cabſeel ⁊ heder ⁊ iagur. ⁊ cina ⁊ dimona ⁊ hadhada. ⁊ cedes ⁊ chazoꝛ ⁊ ithnan. ziph ⁊ telẽ ⁊ behaloth. ⁊ chazoꝛ chadattha, ⁊ cir'ioth chezron/ ipſa eſt chazoꝛ. amam ⁊ ſemah ⁊ molada. ⁊ chazar gadda ⁊ cheſmõ ⁊ beth palet. ⁊ chazar ſuhal ⁊ beerſebah ⁊ biz'ioth'ia. bahala ⁊ hiim ⁊ hazẽ ⁊ eltholad ⁊ cheſil ⁊ choꝛma. ⁊ ziclag ⁊ madmanna ⁊ ſanſanna. ⁊ lebaoth ⁊ ſilchim ⁊ hain ⁊ rimmon: oẽs ciuitates viginti nouẽ ⁊ ville earum. ¶ In planicie/ eſthaol ⁊ zarha ⁊ aſna. ⁊ zanoach ⁊ hen gannim/ thapuach ⁊ henam. iarmuth ⁊ hadullam/ ſocho ⁊ hazeca. ⁊ ſabarim ⁊ hadithaim ⁊ ghedera ⁊ gederothaim: ciuitates quattuoꝛdecim ⁊ ville earum. ¶ zenan ⁊ chadaſa ⁊ migdal gad. ⁊ dilham ⁊ mizpe ⁊ ioctheel. lachis ⁊ hazecath ⁊ heg'lon. ⁊ chabbõ ⁊ lachmas ⁊ chith'lis. ⁊ gederoth/ beth dagon ⁊ nahama ⁊ macceda: ciuitates ſedecim ⁊ ville eaꝝ. Libna ⁊ hether ⁊ haſan. ⁊ iphtach ⁊ aſna ⁊ nezib. ⁊ cehila ⁊ achzib ⁊ mareſa: ciuitates nouem ⁊ ville earum. Hec'ron ⁊ filie eius ⁊ ville eius. Ab hec'ron ⁊ ad mare, omnes que ſuper manum aſdod ⁊ ville earum. Aſdod ⁊ filie eiꝰ ⁊ ville eius/ haza ⁊ filie eius ⁊ ville eius vſqȝ ad toꝛrentem egypti: et mare magnũ ⁊ terminus. Et in mõte, ſamir ⁊ iatthir ⁊ ſocho. ⁊ danna ⁊ cir'iath ſanna/ ipſa eſt debir. ⁊ hanab ⁊ eſthemo ⁊ hanim. ⁊ goſen ⁊ cholon ⁊ gilo: ciuitates vndecim ⁊ ville eaꝝ. Arab ⁊ duma ⁊ eshan. ⁊ ianũ ⁊ beth tapuach ⁊ apheca. ⁊ chumta ⁊ cir'iath arbah (ipſa eſt chebꝛon) ⁊ zihoꝛ: ciuitates nouem

⁊ ville eaꝝ. Mahon/charmel ⁊ ziph ⁊ iuta. ⁊ izrehel ⁊ iocdeham ⁊ zanoach. cain/ghibba ⁊ thimna: ciuitates decē ⁊ ville earū. Chalchul/beth zur ⁊ gedoꝛ. ⁊ maharath ⁊ beth hanoth ⁊ elthecon: ciuitates ſex ⁊ ville earum. Cir'iath bahal (ipſa eſt cir'iath iebarim) ⁊ harabba: ciuitates due ⁊ ville earū. In deſerto, beth harabbe/middin ⁊ ſechacha. ⁊ nibſan ⁊ ciuitas ſalis ⁊ henghedi: ciuitates ſex ⁊ ville earum.

ET iebuſeos habitatoꝛes ieruſalaim non potuerunt filij iehude expellere: habitauitqꝫ iebuſeus cum filijs iehude in ieruſalaim vſqꝫ ad diem hunc. Quæſtio occurrit: eo ꝙ ieruſalem non compræhendebatur ſub ſorte iudæ ſed ſub ſorte beniamin, & tamen in litera attribuitur iudæ non ualuiſſe expugnare ieruſalem & habitaſſe ſimul in ieruſalem cū iebuſæis filios iudæ. Solutio eſt/ꝙ collatis iſtis cum ſcriptis inferius ca. 18. apparet ꝙ ieruſalem in duarum tribuū ſortes cecidit: vcꝫ iudæ & beniamin (non pro indiuiſo ſed ſecundum diuerſas partes eius) propter diuerſitatem ut reor funiculorūꝫ ſeu lineaꝝ relatiue ad plagas cœli. Notabilis ſiquidem diſparitas quæ oriebatur inter lineas diuiſorias ſi totus ambitus ieruſalem ſub una compræhenſus eſſet linea diuiſoria/occaſio uidetur fuiſſe ut particula quædā ieruſaleꝫ in ſortem ſupputata fuerit iudæ. Dico autē particula, quia principaliter cecidit ſub ſorte beniamin. cuius ſignum eſt/quia ſimpliciter & abſolute ieruſalem ſupputatur in ſorte beniamin: ut clare patet inferius ca. 18. Cauſa autem quare filij iudæ non ualuerunt expellere iebuſæos de ieruſalem ſed ſimul habitauerint in ea (proculdubio ex condicto) ſcripta non eſt authentice.

CAPVT .XVI.

EXijtqꝫ ſoꝛs filijs ioſeph a iarden iericho ad aquas iericho ab oꝛiente: deſertū aſcendens de iericho in montem beth el. Et exibit de beth el ī luz: ⁊ tranſibit ad terminum archi hataroth. Et deſcendet ad occidentem ad terminum iaphleti vſqꝫ ad terminū bethchoꝛon inferioꝛeꝫ ⁊ vſqꝫ ad ghazer: erūtqꝫ exitus eiꝰ ad mare. Et hereditauerūt filij ioſeph/menaſſes ⁊ ephꝛaim. ¶ Et fuit terminꝰ filioꝝ ephꝛaim per familias eoꝛum: ⁊ fuit terminus hereditatis eoꝛū ad oꝛientem hat'roth addar/vſqꝫ ad bethchoꝛon ſuperioꝛem. Et exibit terminus ad mare michmethath ab aquilone/ ⁊ circūibit terminus ad oꝛientem thaanath ſilo: ⁊ trāſibit ipſum ab oꝛiente ad ianocham. Et deſcendet a ianocha in hataroth ⁊ naharoth: ⁊ perueniet ī iericho ⁊ exibit ad iarden. A tapuach ibit terminꝰ ad mare toꝛrentis arundinis, ⁊ erunt exitus eius ad mare: hec eſt hereditas tribus filioꝛum ephꝛaim per familias eoꝛum. Et ciuitates

Digitized by Google

ſeparate filijs ephꝛaim in medio hereditatis filioꝛum menaſſis: omnes ciuitates ⁊ ville earum. Intellige non quo ad proprietaté ſed quo ad ſitum ciuitates aliquas ephraim in medio menaſſis. non enim ablatæ ſunt a menaſſe & datæ ephraim, ſed ſitæ deſcribuntur inter terminos menaſsis hinc & inde: ut in capitulo ſequenti manifeſtari uidetur.

¶ Et non expulerunt chenabaneum habitantem in gazer: habitauitqꝫ chenabaneus in medio ephꝛaim vſqꝫ ad dié hanc/⁊ fuit tributo ſeruiens. Author iſtius libri iunxit geſta poſt mortem ioſuæ geſtis uiuente ipſo. hæc enim de ſeruitute ſub tributo/poſt morté ioſuæ facta fuiſſe patet ex eo ꝙ ioſua non eſt tranſgreſſus diuina præcepta.

CAPVT .XVII.

ET fuit ſoꝛs tribui menaſſis/ qa ipſe fuit pꝛimogenitꝰ ioſeph: machir pꝛimogéito menaſſis pr̄i ghilhad/ qa ipſe fuit vir bellicoſus, ⁊ fuit ei ghilhad ⁊ baſan. Fuitqꝫ filijs menaſſis reliquis per familias eoꝛum, filijs abihezer ⁊ filijs chelec ⁊ filijs aſriel ⁊ filijs ſechem ⁊ filijs chepher ⁊ filijs ſemidah: iſti ſunt filij menaſſis filij ioſeph mares per familias ſuas. ¶ Et zelophchad filio chepher filij ghilhad filij machir filij menaſſis non fuerunt filij ſed filie: ⁊ iſta ſunt nomina filiarum eius, machla ⁊ noha/chogla/milcha ⁊ thirza. Et acceſſerunt in conſpectu elhazar ſacerdotis ⁊ iehoſue filij nun ⁊ pꝛincipum dicendo/dominus pꝛecepit moſi vt daret nobis hereditaté in medio fratrum noſtroꝛum: deditqꝫ eis iuxta ſermonem domini hereditatem in medio fratrum patris earū. Et ceciderunt funiculi menaſſis decem: pꝛeter terrá ghilhad ⁊ baſan que ſunt trans iarden. Filie.n. menaſſis hereditauerunt hereditatem in medio filioꝛū eius: ⁊ terra ghilhad fuit filijs menaſſis reliquis.

¶ Fuitqꝫ terminus menaſſis ab aſer michmethath ſup faciem ſechem: ⁊ ibit terminus ad dexteram ad habitatoꝛes fontis tapuach. Menaſſi fuit terra tapuach: ⁊ tapuach ad terminū menaſſis filijs ephꝛaim. Deſcenditqꝫ terminus ad toꝛrenté arundinis ad meridiem toꝛrenti/ciuitates iſte erāt ephꝛaim in medio ciuitatum menaſſis: et terminus menaſſis ad aquiloné toꝛrenti/ et fuit exitus eius ad mare. Ad meridiem ephꝛaimo et ad aquilonem menaſſi/ et fuit mare terminus eius: et in aſer contingét ſe ab aqlone et in iſaſchar ab oꝛiente. Fuitqꝫ menaſſi in iſaſchar ⁊ in aſer bethſean ⁊ filie eius ⁊ ijbleham ⁊ filie eius/ ⁊ habitatores doꝛ ⁊ filie eiꝰ ⁊ habitatoꝛes hendoꝛ ⁊ filie eius/ ⁊ habitatoꝛes

rabanac

tahanac ⁊ filie eiꝰ ⁊ habitatores megiddo ⁊ filie eiꝰ: tres ꝓuincie.
¶ Et nō potuerūt filij menaſſis hereditarē ciuitates iſtas: cepitqꝫ chenahaneꝰ habitare in terra iſta. Hoc ad lr̄am uerificat̃ tēpore ioſuæ. iam.n. ſcriptū eſt ſupius ꝙ magna pars terræ ſuperat acquirenda poſtq̄ ceſſauit cōmune bellū. Ideo enim attribuitur filijs menaſſis non ualuiſſe expellere chananæum intra terminos ſortis ſuæ habitantē, ꝗ finitis cōmunibus bellis ſupradictis data eſt unicuiqꝫ tribui ſua pars cum cura acquirendi quicquid intra ſortem ſuā acqrendū ſuperat. Poſtq̄ʒ aūt cōualuerunt filij iſrael/ fecerūt chenahaneū tributariū: ⁊ expellendo nō expulerunt eū. Hoc fuit ſecundū hiſtoriā poſt mortē ioſuæ. tunc eniʒ ēt filij menaſsis trāſgreſsi ſunt præcepta dei, nō expellendo chananæos a ſorte ſua ſed malentes eos ſub tributo.

LOcutiqꝫ ſunt filij ioſeph ad iehoſuam dicendo: quare dediſti mihi hereditatē ſortis vnius ⁊ partē vnā / ⁊ ego populꝰ multꝰ vſqꝫquo ſic benedixerit mihi dominus? Ad quos iehoſua ait/ ſi populus multus es aſcende tibi in ſyluaʒ ⁊ ſuccide tibi ibi in terra perizei ⁊ rephaim: ꝗ anguſtus eſt tibi mons ephraim. Hinc clare apparet ꝙ quæſtio erat nō de paruitate terræ datæ ephraim / ſed de paruitate terræ habitatæ ſimul & acquiſitæ. montē enim ephraim acquiſierant, ſed ꝗ ſyluestris erat nō erat tūc habitabilis. & ꝓpterea ioſua dicit eis ut ſuccidāt ſyluas & reddant terram habitabilem. Dixeruntqꝫ filij ioſeph/ non poterimus ad montana conſcendere. Iuxta hebræū habetur. non ſufficiet nobis mons. Replicant filij ephraim allegantes duo. alterum ꝙ mons non ſufficit eis: alterū ꝙ pars ſortis eoꝶ in planicie eſt ualde munita & fortis ſub poteſtate chananæoꝶ habitantiū ibidem. naʒ iuxta hebræū ſubiungit̃ ſtatim copulatiue. ⁊ currus ferri ĩ omni chenahaneo habitāte in terra vallis, cui in beth ſean ⁊ filijs eius ⁊ cui in valle izrehel. Vnde & ioſua ad utrunqꝫ reſpondet.

¶ Dixitqꝫ iehoſua ad domū ioſeph/ ephraimo ⁊ menaſſi dicēdo: populus multus es ⁊ fortitudo magna eſt tibi/ non erit tibi ſors vna. Ex multitudine & fortitudine ſatisfacere intendit. ex multitudine ꝗdem cōſentit ꝙ eis nō ſufficit ſors una niſi extendatur ad occupanda finitima acquiſitæ & habitatæ terræ. non enim intendit dare tribui ephraim de ſortibus aliarum tribuū, ſed cōſentire ꝙ ſola ſors quo ad terrā acquiſitā & habitatā nō ſufficit eis. Hunc enim eſſe germanū ſenſum teſtantur ſubiuncta remedia a ioſua duo. Alterum. Sed tranſibis ad montē. Iuxta hebræum habetur. Quia mons erit tibi, quia ſylua ipſe ⁊ ſuccides ipſam. Hoc eſt primum remediū ad extendendum ſortem, ut quia multi & fortes ſunt reddant montem habitabilem. Alterum eſt. ⁊ poteris vltra procedere cum ſubuerteris chananeum quē dicis ferreos habere currus ⁊ eſſe fortiſſimuʒ. Iuxta hebræū habetur. ⁊ erunt tibi exitus eius: quia expelles chena-

chaneum/ ꝙ currus ferri ei/ ꝙ fortis ipſe. Non eſt uſquequaq; clarum an per exitus ſignificentur prouentus ſeu fructus exeuntes ex monte iam culto/ an fruitio libera terminorum ſyluæ iam ſucciſæ ſignificetur. Quicquid autē ſignificetur / ad primum ſpectat remedium. clarum enim eſt ꝙ remedium ſecundum eſt futura debellatio chananæi q̄t ꝙ habeat currus ferreos & ſit ualde fortis. Et hoc ex fortitudine populi promittit. Ex his autem duobus remedijs conſiſtentibus in extenſione cultæ terræ & habitatæ, manifeſtauit quo ſenſu dixerit ioſua tribui ephraim non erit tibi ſors una. hinc enim clare patet ꝙ non de numero ſortis/ ſed de ꝗtitate ſortis quo ad terrā habitatā ac acq̄ſitā eſt ſermo.

CAPVT .XVIII.

Congregatiq; ſunt omnes filij iſrael in ſilo. Plus dicitur iuxta hebræum. nam tota ſynagoga filiorum iſrael congregata in ſilo deſcribitur. Et ſignificatur ꝙ uniuerſitas populi cum mulieribus & paruulis ex ghalgalis uenerūt in ſilo, ut ioſephus dicit anno ſexto a tranſitu iordanis. Eſt autem ſilo ciuitas in ſorte tribus ephraim, ex qua tribu erat ipſe ioſua. Ibiq; fixerunt tabernaculum teſtimonij. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ fecerunt caſtrametari ibi tentorium adunationis. Ad ſignificandum ꝙ non militares uiri duntaxat ſed uniuerſus cœtus populi migrauit in ſilo / non qualitercunq; ſed firmando tabernaculum dei ibidem apponuntur hæc. & par fuit ut in ſorte principis locaretur diuinus cultus. ⁊ fuit eis terra ſubiecta. Iuxta hebræum habetur. ⁊ terra acquiſita fuit in faciebus eorum. Et eſt proculdubio ſenſus ꝙ terra iam acquiſita erat libere ac pacifice in poteſtate eorum. an autem ſignificetur etiam ꝙ terra acquiſita erat in proſpectu exiſtentium in ſilo, affirmare non audeo.

REmanſerantq; in filijs iſrael que non acceperant hereditatem ſuam/ ſeptem tribus. Dixitq; iehoſua ad filios iſrael: Vſq; quo vos pigritamini ad ingrediendum vt poſſideatis terram quam dedit vobis dominus deus patrum veſtrorum: Eligite vobis tres viros per tribum: ⁊ mittam eos/ ⁊ ſurgent ac ambulabunt per terram. Duæ tribus & dimidia habuerant ſortes ſuas trans iordanem a moſe: duæ quoq; aliæ tribus & dimidia (vī3 iudæ/ ephraim & reliqua medietas menaſſis) habuerant ſortes ſuas a ioſua. Et iſtæ impigræ ac fortes iuerant ad poſſidendum ſortes ſuas: ſeptem autem tribus excluſa tribu leuitica/ neglexerant ire ad accipiendum poſſeſſionem ſortium ſuarū. & ꝓpterea ioſua ī ſilo caſtrametatus arguit eas pigritiæ: & diſponit ut ex ſingulis earum eligantur tres uiri ad conſiderandum & conferendum partes terræ inter ſeſe / ut diuiſio careret iniquitate nec relinqueretur locus querelæ. ⁊ deſcribent eam iuxta numerū vniuſcuiuſq; multitudinis / referentq; ad me quod deſcripſerint. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſcribent eam

Digitized by Google

in oꝛe hereditatis eoꝛum/ ⁊ venient ad me. Metaphorice transfertur os ad hæreditatem. & eſt ſenſus ut diuidendo terram in ſeptem hæreditates/ deſcribant cuiuſq; hæreditatis partes ſibiinuicem cohærentes, ut omnes ſingulæ hæreditatis partes adſint tanq̃ i ore ipſius hæreditatis exiſtētes. Et diuidite vobis terram in ſeptem partes: iehuda ſtabit ſuper terminum ſuum a meridie/ domus ioſeph ſtabunt ſuper terminos ſuos ab aquilone. Voſq; deſcribetis terram in ſeptem partes/ ⁊ venietis ad me huc: ⁊ iaciam vobis ſoꝛtē hic coꝛam domino deo noſtro. Non.n. eſt pars leuitis in medio veſtri/ quia ſacerdotium domini eſt hereditas eoꝛum: gad autem ⁊ reuben ⁊ dimidia tribus menaſſis acceperunt hereditatē ſuā trans iarden ad oꝛientem/ quam dedit eis moſes ſeruus domini.

Cumq; ſurrexiſſent viri vt pergerent ad deſcribendū terram/ pꝛecepit eis iehoſua dicens: circuite terram ⁊ deſcribite eam ac reuertimini ad me/ ⁊ hic iaciam vobis ſoꝛtem coꝛam domino in ſilo. Perrexeruntq; viri ⁊ tranſierūt in terram/ ⁊ deſcripſerunt eam per ciuitates in ſeptem partes in libꝛo: ⁊ reuerſi ſunt ad iehoſuam ad caſtra in ſilo. Et iecit eis iehoſua ſoꝛtem in ſilo coꝛam domino: diuiſitq; terram filijs iſrael in ſeptem partes.

Si quæritᷣ quō ſeruatū eſt præceptū diuinū ſcriptū nu. 26. pluribus maiorē partē dabis & paucioribus minorē. nā ſi partes ſeptē deſcriptæ erant ab illis miſſis ad diuidendū terrā/ & poſtea ſorte ptes illæ datæ ſunt, nō ſeruabāt diuinū præceptū ut darent pluribus maiorē partē. ita enim ſors maioris partis cadere poterat ſup pauciores ſicut ſup plures. Solutio eſt q; quia diuina illa lex ꝓ pace inter tribus decreta eſt, potuit de ꝯſenſu partiū abſq; diuinæ legis iniuria renūciari beneficio illius legis/ accedente authoritate principis. uiſum eſt.n. ioſuæ & populo ſic expedire cōmuni bono: qa modica erat diſparitas ſecundū multitudinē inter has ſeptē tribus. non ſic autem fuit diuiſa terra maioribus tribubus/ iudæ vz & ephraim: ut ſupraſcripta teſtantur.

ET aſcendit ſoꝛs tribꝰ filioꝝ biniamin ꝑ familias eoꝝ: ⁊ exiuit terminꝰ ſoꝛtis eoꝝ inter filios iehude ⁊ filios ioſeph. Fuitq; eis terminꝰ ad latꝰ aqlōis a iarden: ⁊ aſcendit terminꝰ ad latꝰ iericho ab aqlone/ ⁊ aſcendet in montē ad mare: fuerūtq; exitꝰ eiꝰ ad deſertū beth`auen. Et trāſibit inde terminꝰ in luz ad latꝰ ad luz ad meridiē/ ipſa ē beth`el: deſcēdetq; terminꝰ i hatroth adar ſup montē q eſt a meridie beth`choꝛon inferioꝛi. Et deſcendet terminus ⁊ circuibit ad latus maris ad meridiē a mōte q eſt ſuꝑ faciē beth`choꝛon ad meridiē, ⁊ erūt exitꝰ eiꝰ ad cir`iath baal/ ipſa ē ciuitas iehariṁ ciuitas filioꝝ iehude: hoc ē latꝰ maris. Et latus ad meridiē ab extremo cir`iath iehariṁ: ⁊ exibit terminus

ad mare/⁊ exibit ad fonteꝫ aque nephthoach. Et deſcendet ter-
minus ad extremum montis qui eſt ſuper facieꝫ vallis ben'hin-
nom que eſt in valle rephaim ad aquilonem: deſcenderqꝫ vallis
hinnom ad latus iebus ad meridiē/⁊ deſcendet ad fontē rogel.
Et deſcendet ab aquilone ⁊ exibit ad hen ſemes (.i. fontem ſolis)
⁊ exibit ad ghelíloth que ſunt contra aſcenſum adummim: de-
ſcendetqꝫ ad eben buhan (.i. lapidem buhan) filij reuben. Et
tranſibit ad latus contra planiciem ad aquiloneꝫ: ⁊ deſcendet in
harabath. Et tranſibit terminus ad latus beth chogle ad aqui-
lonem/⁊ erunt exitus termini ad linguam maris ſalis ad aqui-
lonem ad extremum iarden ad meridiem: iſte eſt terminus meri-
diei. Et iarden terminabit eum ad latus ad orientem: iſta eſt
hereditas filiorum biniamin ꝑ terminos eius in circūitu per fa-
milias eorum.

¶ Fueruntqꝫ ciuitates tribui filiorum bin'iamin ꝑ familias eoꝝ:
iericho ⁊ beth chogle ⁊ vallis ceziꝫ. ⁊ beth harabe ⁊ zemaraim ⁊
beth'el. ⁊ hauuim ⁊ para ⁊ hophra. ⁊ chepher hammonai ⁊ ho-
phni ⁊ gaba: ciuitates duodecim ⁊ ville earum. Ghibbon ⁊ ra-
ma ⁊ beeroth. ⁊ mizpe ⁊ chephira ⁊ moza. ⁊ recem ⁊ irpeel ⁊ tar'-
ala. ⁊ zelah/eleph ⁊ iebuſi (ipſa eſt ieruſalaim) ghibbath cir'iath,
ciuitates quattuordecim ⁊ ville earum: iſta eſt hereditas filiorū
bin'iamin per familias eorum.

CAPVT .XIX.

ET egreſſa eſt ſors ſecunda ſimhoni/tribui filiorū ſim-
honis per familias eorum: ⁊ fuit hereditas eorū i me-
dio hereditatis filiorū iehude. Fuitqꝫ eis in heredita-
tem ipſorum: beer'ſebah ⁊ ſebah ⁊ molada. ⁊ chazur
ſuhal ⁊ bala ⁊ hazem. ⁊ eltholad ⁊ bethul ⁊ chorma. ⁊ zic'lag ⁊
beth marchaboth ⁊ chazar ſuſa. ⁊ beth lebaoth ⁊ ſaruchen: ciui-
tates tredecim ⁊ ville earū. Hain rimmon et hether et haſan: ci-
uitates quattuor et ville earū. Et oēs ville ꝑ circūitum ciuita-
tū iſtarum vſqꝫ ad bahalath beer ramath ad meridiē: iſta eſt he-
reditas tribꝰ filiorū ſimhonis ꝑ familias eorū in poſſeſſiōe et fu-
niculo filiorū iehude qa maior erat. Iuxta hebræū habetur. De ſorte
filiorū iehude hereditas filiorū ſimhon: qa fuit pars filiorū iehu-
de multa pre ipſis/ et hereditauerunt filij ſimhon ī medio heredi
tatis eorū. Clare enim manifeſtat ꝙ qa pars quā acceperat tribus iudæ exce
debat neceſſariā partē ad habitandū filijs iudæ, ideo ex ſorte filioꝝ iudæ ampu-
tata eſt hæreditas ſimeon. Et hinc dicitur ꝙ ſimeon non habuit ſortem propriā,
eo ꝙ ſors eius fuerit intra ſortem iudæ.

¶Aſcenditq̄ ſoꝛs tertia filijs zebulun per familias eoꝛum: ⁊
fuit terminus hereditatis eoꝛum vſq̄ ad ſarid. Et aſcendet ter
minꝰ eoꝝ ad mare ⁊ mar'halā ⁊ ꝑtinget ad dabbaſeth: ꝑtingetq̄
ad toꝛrentē q̄ eſt ſup̄ faciē iocneham. Et reuertetur de ſarid ad
oꝛientē ad oꝛtū ſolis ſup̄ terminum chiſloth thaboꝛ: exibitq̄ ad
dob'rath ⁊ aſcendet i iaphiah. Et inde trāſiuit ad oꝛientē ad oꝛ-
tū ad ghittā ghepher ad hitthā cazin: ⁊ exibit rimmon gyrantē
ad nehah. Et circūibit ei t'minꝰ ab aqlōe ad chanathon: eritq̄
exitꝰ eiꝰ ad vallē iphthach'el. ⁊ cattath ⁊ nahalal ⁊ ſimron ⁊ id'
hala ⁊ beth lachem: ciuitates duodecim ⁊ ville eaꝝ. Hec ē here-
ditas filioꝝ zebulun ꝑ familias eoꝝ: ciuitates iſte ⁊ ville eaꝝ.
¶Iſaſchar exiuit ſoꝛs quarta: filijs iſaſchar ꝑ familias eoꝛum.
Fuitq̄ terminꝰ eoꝝ izrehela ⁊ cheſuloth ⁊ ſunem. ⁊ chapharā-
im ⁊ ſion ⁊ anacharath. ⁊ harabbith ⁊ cis'ion ⁊ abez. ⁊ remeth ⁊
hen'gannim/ ⁊ henchadda ⁊ beth pazez. Et perueniet terminꝰ
in thaboꝛ ⁊ ſachazimā ⁊ beth ſemes/ ⁊ erunt exitus termini eo-
rum ad iarden: ciuitates ſedecim ⁊ ville eaꝝ. Hec eſt hereditas
tribus filioꝝ iſaſchar ꝑ familias eoꝝ: ciuitates ⁊ ville eaꝝ.
¶Et exiuit ſoꝛs qnta tribui filioꝝ aſer per familias eoꝝ. Fuitq̄
terminꝰ eoꝝ chelcath ⁊ chali ⁊ beten ⁊ achſaph. ⁊ alamelech ⁊
hamhad ⁊ mis'al: ⁊ ꝑueniet in charmel ad mare ⁊ in ſichoꝛ lib-
nath. Et reuertetur ab oꝛtu ſolis beth dagon/ ⁊ perueniet in ze-
bulun ⁊ in vallem iphthach'el ad aqlonem beth hemec ⁊ nehiel:
exibitq̄ ad chabul a ſiniſtra. ⁊ hebꝛon ⁊ rechob ⁊ chāmon ⁊ ca
nā/ vſq̄ ad zidon magnam. Et reuertetur terminus in ramam
⁊ vſq̄ ad ciuitatem munitā zoꝛ: reuerteturq̄ terminꝰ i choſam/
⁊ erunt exitus eius ad mare a funiculo ad achzib. Et hummā ⁊
aphec ⁊ rechob: ciuitates vigintidue ⁊ ville eaꝝ. Hec ē heredi-
tas tribꝰ filioꝝ aſer per familias eoꝝ: ciuitates iſte ⁊ ville eaꝝ.
¶Filijs naphthali exiuit ſoꝛs ſexta: filijs naphthali ꝑ familias
eoꝛum. Et fuit terminus eoꝝ a cheleph ab elon in zaanannim
⁊ adami ipſius neceb ⁊ iabneel vſq̄ ad lacum: fuitq̄ exitꝰ eiꝰ ad
iarden. Et reuertetur terminꝰ ad mare aznoth thaboꝛ ⁊ exibit
inde ad chucocā: peruenietq̄ in zebulun a meridie ⁊ in aſer ꝑue
nit ab occidente/ ⁊ in iehudam ad iarden ab oꝛtu ſolis. Et ciui-
tates munite: ziddim zer ⁊ chammath racchath ⁊ chinnereth.
⁊ adama ⁊ barama ⁊ chazoꝛ. ⁊ cedes ⁊ edrehi ⁊ hen chazoꝛ. ⁊ ir'
on ⁊ migdal'el/ choꝛē ⁊ beth hanath ⁊ beth ſemes: ciuitates no-
uemdecim ⁊ ville earum. Hec eſt hereditas tribus filioꝛū naph-
thali per familias eoꝛum: ciuitates ⁊ ville earum.

¶ Tribui filiorum dan per familias eorum/exiuit ſors ſeptima. Et fuit terminus hereditatis eorū: ſarba ⁊ eſthaol ⁊ hirſemes. i. ciuitas ſolis. ⁊ ſabalabbim ⁊ aialon ⁊ ithela. ⁊ elon ⁊ thimnatha ⁊ hecron. ⁊ elthece ⁊ gibbethon ⁊ bahalath. ⁊ iud ⁊ benebe rac ⁊ gathrimmon. ⁊ aque iarcon ⁊ baraccon: cū termino cōtra iapho. Et exiuit terminus filiorū dan ab eis: aſcenderūtq; filij dan ⁊ pugnauerunt cum leſem, ceperuntq; eã ⁊ pcuſſerunt eam in ore gladij ⁊ hereditauerunt eam ⁊ habitarūt in ea. Quando res hæc geſta fuerit (an tempore ioſuæ an poſt) certum non eſt. hoc tamen certum eſt ꝙ iſti ſeruauerunt legem interficiendo omnes habitatores leſem. Vocantes nomen eius leſendan. Corrupta eſt litera: ita ꝙ ſupfluit ꝓnomen eius. nam hebraice habetur. ⁊ vocauerunt leſem dan ĩ noĩe dan patris ſui. Et eſt caſus datiui leſem, per quem manifeſte ſignificatur ꝙ nomen dan impoſitum fuit ipſi leſem. ¶ Nec ex identitate nominis dan impoſiti leſem & impoſiti lais iudicum. 18. argumentum habetur ſufficiens ꝙ eadem ciuitas fuerit leſem & lais. nō ſolū enim nomina ſunt diuerſa ſed etiã actiones. nam lais ſcribitur combuſta a filijs dan & reædificata: leſem autem nō fuit combuſta, ſed ut hic ſcribit̃ fuit capta & habitata a filijs dan mutato ciuitatis nomine. Hec eſt hereditas tribus filiorum dan per familias eorum: ciuitates iſte ⁊ ville earum.

¶ Compleueruntq; in hereditatem diuidere terram per terminos ſuos: ⁊ dederūt filij iſrael hereditatē iehoſue filio nun in medio ſui. Quemadmodum data fuit abſq; ſorte chebron chaleb, ita datur hæreditas ioſuæ abſq; ſorte. ſoli enim ipſi ſuperſtites erãt ex ſexcentis millibus numeratis in deſerto, & ambo fuerant exploratores relationem ſecundum deum facientes. Iuxta verbum domini dederunt ei ciuitatem quam poſtulauit/thimnath ſerach in monte ephraim: edificauitq; ciuitatem ⁊ habitauit in ea. Quemadmodum non ſunt ſcripta in libris moſis quæ fuerunt dicta pro hæreditate chaleb, ita non eſt ſcriptū in eiſdem libris huiuſmodi uerbum diuinum ꝓ hæreditate ioſuæ: ſed hic primo ſcribit̃. He ſunt poſſeſſiones quas ſorte diuiſerunt elhazar ſacerdos ⁊ iehoſua filius nun ⁊ principes familiarum ac tribuum filiorū iſrael in ſilo coram domino ad oſtiū tentorij adunationis: ⁊ finierūt diuidere terram.

CAPVT .XX.

Et locutus eſt domin⁹ ad iehoſuam dicens. Loquere ad filios iſrael dicens: date vobis ciuitates refugij quas locutus ſum ad vos per manū moſis. Vt fugiat illuc homicida/percutiens animam per errorem abſq; ſcientia: eruntq;

vobis in refugium a redemptore ſanguinis. Et fugiet ad vnaꝫ ex ciuitatibꝰ iſtis, ſtabitqꝫ ad oſtiū porte ciuitatis/ ⁊ loquetur in auribus ſeniorum ciuitatis illius verba ſua: recolligentqꝫ eū in ciuitatem ad ſe/ ⁊ dabunt ei locū ⁊ habitabit cū eis. Mandatis diuinis ſcriptis nu.35. & deute. 16. explicando adiungitur modus quo homicida inuoluntarius confugiens ad ciuitatem refugij recipiendus erat: vcꝫ manifeſtando cauſam ſuam ſenioribus ciuitatis in porta, quæ tunc erat celebrior ciuitatis locus. Et cum ſecutus fuerit redemptor ſanguinis poſt eūꝫ/ non tradent homicidam in manum eius: quia ignorans percuſſit proximū ſuum/ ⁊ nō odio habuerat eū ab heri ⁊ nudiuſterciꝰ. ¶ Et habitabit in ciuitate illa donec ſteterit ante ſynagogā ad iudicium / donec moriatur ſacerdos magnus qui erit in diebꝰ illis: tunc reuertetur homicida/ ⁊ veniet ad ciuitatē ſuā ⁊ ad domum ſuam/ad ciuitatem vnde fugerat illuc. Summarie tanguntur/ in ſupradictis libris ſcripta. tanguntur enim duo donec: alterū temporis intermedij uſqꝫ ad diffinitiuam ſententiam inuoluntarij homicidij: alterum temporis fluentis poſt huiuſmodi diffinitiuam ſententiam uſqꝫ ad mortem ſummi ſacerdotis. utroqꝫ enim tempore ſecurus erat in ciuitate refugij.

DEcreueruntqꝫ cedes in ghalil ī mōte naphthali/ ⁊ ſechem ī monte ephraim: ⁊ cir`iath arbah(ipſa eſt chebron) ī monte iehude. Et trans iarden ad orientalem plagam iericho/ ſtatuerunt bezer ī deſerto ī planicie de tribu reuben: ⁊ ramoth in ghilhad de tribu gad/ ⁊ gholan in baſan de tribu menaſſis. He ciuitates cōſtitute ſunt cunctis filijs iſrael ⁊ aduenis qui habitabant inter eos / vt fugeret ad eas qui animam neſcius percuſſiſſet: ⁊ non moreret̄ in manu redemptoris ſanguinis donec ſtaret ante populum expoſiturꝰ cauſam ſuam.

CAPVT .XXI.

ACceſſeruntqꝫ principes patrum leuitarū/ ad elhazar ſacerdotem ⁊ ad iehoſuam filium nun: ⁊ ad principes patrum tribuum filiorum iſrael. Locutiqꝫ ſunt ad eos in ſilo in terra chenahan dicendo: dominꝰ precepit per manum moſis vt darentur nobis ciuitates ad habitandum/ ⁊ ſuburbana earum pro animalibus noſtris.

ET dederunt filij iſrael leuitis de hereditate ſua iuxta verbuꝫ dn̄i/ ciuitates iſtas ⁊ ſuburbana earū. ¶ Egreſſaqꝫ eſt ſors per familias cehathitarum: ⁊ fuit filijs aharon ſacerdotis de leuitis/ de tribu iehude ⁊ de tribu ſimhon ⁊ de tribu biniamin per

ſortem ciuitates tredecim. & immediate poſt/filijs aũt cehath reliquis. & paulo inferius & filijs gerſon. & demũ ſubdit/ filijs merari. Ex his collige prudens lector ante mentis proſpectum uniuerſe tribus leuiticæ familias qdem tres (vcȝ cehathitas gerſonitas & meraritas) partes autẽ quattuor: quia cehathitæ diuiſi ſunt in duas partes. quarum una conſtat ex ſacerdotibus & hæc uocatur filioruȝ aharon. altera leuitico duntaxat gradu contenta fuit/ſicut & gerſonitæ & meraritæ. Et propterea ſecundum has quattuor portiones quattuor ſortes in hoc capitulo narrantur. Filijs autem cehath reliquis/de familijs tribus ephraim ⁊ de tribu dan ⁊ de dimidia tribu menaſſis per ſortẽ ciuitates decem. Et filijs gerſon de familijs tribus iſaſchar ⁊ de tribu aſer ⁊ de tribu naphthali ⁊ de dimidia tribu menaſſis in baſan per ſortem/ciuitates tredecim. Filijs merari per familias eorũ de tribu reuben ⁊ de tribu gad ⁊ de tribu zebulun/ ciuitates duodecim. Dederuntqȝ filij iſrael leuitis ciuitates has ⁊ ſuburbana earum: ſicut precepit dominus per manum moſis per ſortem.

Et dederunt de tribu filiorũ iehude ⁊ de tribu filioꝝ ſimhon ciuitates iſtas, quas vocabit noīe. Dederũtqȝ filijs aharon de familijs cehathitarum de filijs leui (eis. n. erat ſors prima) cir`iath arbah patris hanac ipſa eſt chebron in monte iehude/ ⁊ ſuburbana eius per circũitum eius. Agrũ vero ciuitatis ⁊ villas eius dederunt chaleb filio iephunne in poſſeſſionem eius.

Quanuis ciuitas chebron fuerit chaleb, quia tamen ſorte contigit ut eſſet ciuitas ſacerdotum oportuit chaleb quemadmodum & aliarũ tribuũ principes conſentire ut ciuitas chebron eſſet tribus leuiticæ quo ad uſum habitandi. Immo hic conſenſus fuit ante ſortes iſtas/ eo ipſo ꝙ decreuerunt ciuitatem chebron eſſe ciuitatem refugij: quoniam nu. 35. decernit deus ut ciuitates refugij ſint leuitarum. & propterea ſi prius decretæ ſunt ciuitates refugij/prior fuit chaleb cõſenſus. Verum ut in litera dicitur/uniuerſus ager chebron cum uillis eius apud chaleb manſit. ſola enim ciuitas chebron cum ſuburbano fuit uſui ſacerdotum.

Et filijs aharon ſacerdotis dederunt ciuitatem refugij homicide/chebron ⁊ ſuburbana eius: ⁊ libnã ac ſuburbana eiꝰ. ⁊ iathir ⁊ ſuburbana eiꝰ/ eſthemoah ac ſuburbana eiꝰ. ⁊ cholon ⁊ ſuburbana eiꝰ/⁊ debir ac ſuburbana eiꝰ. ⁊ hain ⁊ ſuburbana eiꝰ/ ⁊ iuttam ⁊ ſuburbana eiꝰ/ ⁊ beth ſemes ac ſuburbana eiꝰ: ciuitates nouem de duabꝰ tribubꝰ iſtis. De tribu vero biniamin ghibhon ⁊ ſuburbana eiꝰ: ghebah ac ſuburbana eius. Hanathoth ⁊ ſuburbana eius/ halmon ⁊ ſuburbana eius: ciuitates quattuor. Omnes ciuitates filiorum aharon ſacerdotũ/tredecim ciuitates ⁊ ſuburbana earum. ¶ Et familijs filiorum cehath leuitaꝝ

reliquorum de filijs cehath: fueruntqꝫ ciuitates ſortis eorũ de tribu ephraim. Et dederunt eis ciuitatem refugij homicide ſechem ⁊ ſuburbana eius in monte ephraim: ⁊ ghezer ac ſuburbana eius. ⁊ cibzaim ⁊ ſuburbana eius/ ⁊ beth`choron ac ſuburbana eius: ciuitates quattuor. Et de tribu dan elthece ⁊ ſuburbana eius: ⁊ ghibbethon ac ſuburbana eius. a`ialon ⁊ ſuburbana eius/ gath`rimmon ac ſuburbana eius: ciuitates quattuor. Et de dimidia tribu menaſſis thabnac ⁊ ſuburbana eius/ ⁊ ghath rimmon ac ſuburbana eius: ciuitates due. Omnes ciuitates decem ⁊ ſuburbana earuꝫ/ date ſunt filijs cehath inferioris gradus. Iuxta hebræum habetur. familijs filiorum cehath reliquis. quoniam ultimi leuitarum ſunt meraritæ. ¶ Filijs quoqꝫ gerſon de familijs leuitaꝝ/ de dimidia tribu menaſſis ciuitatem refugij homicide gholan in baſan ⁊ ſuburbana eiꝰ/ ⁊ beheſtherath ac ſuburbana eius: ciuitates due. Et de tribu iſaſchar cis`ion ⁊ ſuburbana eiꝰ: dob`rath ac ſuburbana eius. iarmuth ⁊ ſuburbana eiꝰ/ ⁊ hen`gannim ac ſuburbana eiꝰ: ciuitates quattuor. Et de tribu aſer/ mis`al ⁊ ſuburbana eiꝰ: habdon ⁊ ſuburbana eius. helcath ⁊ ſuburbana eiꝰ/ ⁊ rechob ac ſuburbana eiꝰ: ciuitates quattuor. Et de tribu naphthali ciuitateꝫ refugij homicide cedes in ghalil ⁊ ſuburbana eiꝰ/ ⁊ chamoth dor ac ſuburbana eiꝰ/ ⁊ charthan ⁊ ſuburbana eiꝰ: ciuitates tres. Omnes ciuitates gerſonitarum per familias eorum/ tredecim ciuitates ⁊ ſuburbana eaꝝ. ¶ Familijs autem filioꝝ merari leuitaꝝ reliquorũ/ de tribu zebulun iocneham ⁊ ſuburbana eiꝰ: cartham ⁊ ſuburbana eiꝰ. dimnã ⁊ ſuburbana eiꝰ/ nachalal ac ſuburbana eiꝰ: ciuitates quattuor. Et de tribu reuben bezer ⁊ ſuburbana eiꝰ: ⁊ iahezam ac ſuburbana eiꝰ. cedemoth ⁊ ſuburbana eiꝰ/ ⁊ mephahath ac ſuburbana eiꝰ: ciuitates quattuor. Et de tribu gad ciuitateꝫ refugij homicide ramoth i ghilhad ⁊ ſuburbana eiꝰ: ⁊ machanaim ac ſuburbana eiꝰ. cesbon ⁊ ſuburbana eiꝰ/ iahzer ac ſuburbana eiꝰ: omnes ciuitates quattuor. Omnes ciuitates filiorũ merari ꝑ familias eorũ reſiduorũ de familijs leuitarũ/ ciuitates duodecim. Omnes ciuitates leuitarũ in medio poſſeſſionis filiorũ iſrael/ ciuitates quadragintaocto ⁊ ſuburbana earũ. Erũt ciuitates iſte ciuitas ciuitas ⁊ ſuburbana eiꝰ per circũitum ipſiꝰ: ſic omnibus ciuitatibꝰ iſtis.

Deditqꝫ dominꝰ iſraeli omnem terram quam iurauit dare patribꝰ eorũ. Quæſtio magna oritur circa uerificationem huius ſententiæ. nam & ſuperius ca. 13. dictum eſt & inferius ca. 23. repetitur/ multã adhuc

ſupereſſe terram non acquiſitam quæ tamen acquirenda ſupererat cum promiſſione ꝙ deus diſperdet gentes illas : quomodo ergo uerificatur & dedit iehouah iſraeli omnem terram quam iurauit ad dandum patribus eorum? Et ꝙ ſit ſermo ꝙ dedit cum effectu, ſubiuncta manifeſtant. ⁊ hereditauerunt ipſã ⁊ habitauerunt in ipſa. Solutio eſt ꝙ ſententia hæc uerificatur ſecundũ formam promiſſionis diuinæ. modus enim & forma promiſſionis fuit ut non ſimul ſed temporibus congruis daret deus omnem terram ꝓmiſſionis. Expreſſe enim ſcribitur exo. 23. iſte modus. & aſſignatur ratio quia ſi in principio deus daret eis uniuerſam terram illam, cum ipſi non ſufficerent ad habitandum & colendum eam/multiplicarentur agreſtia animalia aduerſus eos. Quia itaq; deus de facto dedit tempore ioſuæ terram ſufficientem populo iſrael pro tunc, ideo uerificatur ꝙ dedit iſraeli omnem terram quam iurauit ſe daturum. ſubintelligitur enim ſecundum formã & modũ promiſſionis. Dataq; eſt a deo pax in omnes per circũitum nationes. Iuxta hebræum plus habetur. Et requiem dedit iehouah eis a circũitu/ ſicut omne quod iurauit patribus eorum. Perſpicuum eſt adimpletum eſſe hoc tempore ioſuæ : quoniam terræ non ſubactæ quieſcebant nec moleſtæ erant iſraelitis. nulluſq; eis hoſtium reſiſtere auſus eſt. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non ſtetit vir in faciebus eorum ex omnibus inimicis ipſorum. Significatur enim non negatio audaciæ ad reſiſtendum/ſed negatio ſubſiſtentiæ inimicorum, non abſolute ſed in faciebus iſraelitarum : hoc eſt in cõgreſſu cũ iſraelitis. omnes enim cum quibus prælium fuit/debellati ſunt : cum relictis autem terris non acquiſitis/nõ cõmiſit prælium iſrael. & propterea uerificatur ꝙ in faciebus eorum nullus inimicorum ſtetit. ſed cuncti in eorum ditionem redacti ſunt. Iuxta hebræum habetur. omnes inimicos eorum dedit iehouah in manus ipſorum. Inimici iſraelis appellantur hoc in loco illi ꝗ egreſſi fuerãt ad bellum contra iſrael. omnes enim iſtos traditos fuiſſe manibus iſrael perſpicuũ eſt. Ne unum quidem verbum quod illis preſtaturum ſe eſſe promiſerat/irritum fuit : ſed rebus expleta ſunt omnia. Iuxta hebræum habetur. Non cecidit verbum ex omni verbo bono quod locutus eſt iehouah domui iſrael : omne venit. Dicitur ex omni uerbo bono/ad differentiam diuinorum uerborum ad puniendum iſraelitas. huiuſmodi enim uerbum eſt ad malum pænæ inferendũ iſraeli : & ideo diſtinguit᷑ a uerbo bono hoc eſt collatiuo boni. Multa enim mala cõminatus fuerat deus quæ non executioni mandauerat, ſed bonum omne quod promiſit uenit.

CAPVT .XXII.

Tunc vocauit iehoſua reubenitas ⁊ gaditas ⁊ dimidiam tribum menaſſis. Et dixit ad eos : vos cuſtodiſtis omnia que precepit vobis moſes ſeruus domini/ ⁊ obediſtis voci mee in cunctis que precepi vobis.

Digitized by Google

Non reliquiſtis fratres veſtros iam diebus multis vſq; in diē
hunc: ⁊ ſeruaſtis cuſtodiam precepti dñi dei veſtri. Et nunc
requieſcere fecit dominus deus veſter fratres veſtros ſicut lo-
cutus eſt eis: ⁊ nunc reuertimini ⁊ ite vobis ad tentoria veſtra/
ad terram poſſeſſionis quam dedit vobis moſes ſeruus domini
trans iarden. Tantum cuſtodiatis attente vt faciatis manda-
tum ⁊ legem quam precepit vobis moſes ſeruus domini/ vt di-
ligatis dominum deum veſtrum ⁊ ambuletis in omnibus vijs
eius ⁊ ſeruetis precepta eius ⁊ adhereatis ei: ⁊ ſeruiatis ei in to-
to corde veſtro ⁊ in tota anima veſtra. Benedixitq; eis iehoſua:
⁊ dimiſit eos / abieruntq; in tentoria ſua. Dimidie autem tribui
menaſſis dederat moſes in baſan: dimidie vero eius dedit ie-
hoſua cum fratribus eorum trans iarden ad occidentem. ¶ Et
etiam cum dimitteret eos in tentoria ſua ⁊ benediceret eis/ dixit
ad eos: cum diuitijs multis reuertimini ad tentoria veſtra ⁊ cū
armento multo valde/ cum argento ⁊ auro ⁊ ere et ferro ⁊ veſti-
bus multis valde, diuidite predam hoſtium veſtrorum cū fra-
tribus veſtris. Quemadmodum tempore moſis diuiſa fuit præda madia-
nitarum (ut patet nu. 31.) ex præcepto dei ita ꝙ medietas fuit pugnantium &
medietas reliqui populi, ita nunc ioſua mandat quadraginta millibus ex ruben
gad & menaſſe/ ut redeuntes ad propria diuidant prædam cum fratribus ſuis q
non uenerant ad bellum. Reuerſiq; ſunt ⁊ abierunt filij reuben ⁊ filij
gad ⁊ dimidia tribus menaſſis a filijs iſrael de ſilo que eſt in ter-
ra chenahan: vt intrarent ghilhad terram poſſeſſionis ſue/ quā
obtinuerant iuxta imperium domini in manu moſis.

Cumq; veniſſent ad tumulos iordanis. Iuxta hebræum habet'.
ad volutabra iarden que in terra chenahan. Regio iuxta ior-
danem inutilis ad ſemina ex hoc ꝙ inuoluit iordanis alluuiōe / ſignificat' ultra
iordanem eundo a ieruſalem uerſus iordanem. edificauerunt iuxta iarden
altare infinite magnitudinis. Iuxta hebræum habetur. altare ma-
gnum viſu. ut ex hocipſo pateret ꝙ non ad ſacrificandum ſed ad uidendū
eleuatum erat: ut poſtea declararunt conſtructores eius. Quod cum audiſ-
ſent filij iſrael ⁊ ad eos certi nuncij detuliſſent. Interpres expoſito-
ris officio fungitur. nam iuxta hebræum habetur tantummodo. Et audie-
runt filij iſrael dicere: ecce edificauerunt filij reuben ⁊ filij gad ⁊
dimidia tribus menaſſis altare ī terra chenahan ſuper iordanis
tumulos contra filios iſrael. Iuxta hebræum habetur. e regione ter-
re chenahan ad volutabra iarden/ ad tranſitum filiorum iſrael.
Et hinc clare habetur ꝙ altare hoc ædificatum eſt non in terra chanahan / ſed in
terra rubenitarum gaditarum & dimidiæ tribus menaſſis: hoc eſt trans iorda-

nem relatiue ad ieruſalem. terra enim chanahan eſt cis iordanem relatiue ad ieruſalem. Audieruntq; filij iſrael / & conuenerunt omnes in ſilo vt aſcenderent contra eos ad pugnam.

ET interim miſerunt ad illos in terram ghilhad / pinchas filium elhazari ſacerdotis & decem principes cum eo / ſingulos de ſingulis tribubus. Deficit hic tota ſequens clauſula. & vnuſquiſq; caput domus patrum ſuorum ipſi in millibus iſrael. manifeſtatur enim per hoc q legati iſti fuerunt uiri primarij / utpote capita familiarum patrum ſuorum: hoc eſt iudæ / ſimeonis / aſer / dan / &c. continentium ſingillatim multa millia hominum in iſrael. ¶ Qui venerunt ad filios reuben & ad filios gad & ad dimidiam tribum menaſſis in terram ghilhad: locutiq; ſunt ad eos dicendo. ſic dixerũt omnis populus domini, que eſt iſta tranſgreſſio qua reliquiſtis dominum deũ iſrael / edificantes altare ſacrilegum. Superfluit ſacrilegum. & a cultu illius recedentes? An parum vobis eſt q peccaſtis in beelphegor / & vſq; in preſentem diem macula huius ſceleris in vobis permanet / multiq; de populo corruerunt? Iuxta hebræum habetur. An parum nobis iniquitas pehor qua nõ ſumus mũdi vſq; in diem iſtũ: & fuit plaga in ſynagoga domini? In prima loquuntur perſona, cõmune agnoſcũt & fatentur peccatum cõmiſſum tempore moſis / allicientibus mulieribus madianitis & moabitis ad cultum pehor: ut ſcriptum eſt nu. 25. Aiunt aũt non eſſe ſe mundos adhuc ab illa iniquitate, uel quia reliquiæ pœnarum adhuc erant / uel (quod potius crediderim) intelligebant diuinam ultionẽ eſſe ſuſpenſam. Et vos hodie reliquiſtis dominũ / & cras in vniuerſum iſrael ira eius deſeuiet. Iuxta hebræum habetur. Et vos reuertemini hodie ex poſt iehouah: & erit, vos rebellabitis hodie iehouah & cras vniuerſe ſynagoge iſrael iraſcetur. Sententia clara eſt q propter peccatum ueſtrum patiemur omnes ſtatim. huiuſmodi enim tempus ſignificatur per hodie & cras. Quod ſi putatis immundam eſſe terram poſſeſſionis veſtre. ratione abſentiæ tabernaculi domini intercedente flumine: cum ſecundum ueritatem uniuerſa terra filiorũ iſrael ex tabernaculo domini in quacunq; tribu moretur / redderetur munda ad diuinum cultum, & ſeruanda eſſet munda a ſuperſtitionibus & iniquitatibus lege prohibitis. tranſite vobis ad terram in qua tabernaculũ domini eſt & habitate inter nos: tantum a domino & conſortio noſtro non recedatis / edificando vobis altare preter altare domini dei noſtri. Nonne hachan filius zerach preterijt mandatum domini / & ſuper omnem populũ iſrael ira incubuit: & ipſe vir vnus non perijt in iniquitate ſua? Ex recentiori facto ſcripto ſuperius ca. 7. probant quod dixerãt: vz q uobis peccantibus omnes patiemur.

Reſponderuntq;

RÆſponderuntqʒ filij reuben ⁊ filij gad ⁊ dimidia tribus menaſſis: locutiqʒ ſunt ad principes millium iſrael. Fortiſſimꝰ dominus deus iſrael ipſe nouit ⁊ iſrael ſimul intelligat. Iuxta hebræum habetur. Æl elohim iehouah/el elohim iehouah ipſe ſciens ⁊ iſrael ipſe ſciet: ſi in rebellionem ⁊ ſi in pꝛeuaricationem in dominũ/non ſaluabit nos in die hac. Inuocant deũ teſtem/bis nominando eum tribus nominibus pluries declaratis. nominant ſiquidem deũ ab eſſentia iehouah/a potentia ſeu fortitudine el/a iudicio autẽ ſeu gubernatiõe elohim: ut integritatem ſuæ fidei profitcantur. & ad certitudinis exaggerationem eadeʒ repetunt profitendo ꝙ ipſe nouit qua intentiõe ædificatum eſt altare illud/& ex eorum uerbis ſciet omnis iſrael intentionem eorum. Æt ſi ea mente fecimꝰ vt holocauſtum ⁊ ſacrificiũ ⁊ pacificas victimas ſup ipſum imponeremus/dominus ipſe requirat. ⁊ ſi non ea magis cogitatione atqʒ tractatu vt diceremus: cras dicent filij veſtri filijs nr̃is, quid vobis ⁊ domino deo iſrael/terminum poſuit dominus inter nos ⁊ vos o filij reuben ⁊ filij gad iarden fluuiũ ⁊ idcirco partem non habetis in domino. ⁊ per hanc occaſionem auerterent filij veſtri filios noſtros a timoꝛe domini. Putauimus itaqʒ melius ⁊ diximus: extruamus nobis altare non in holocauſta neqʒ ad victimas offerendas/ſed in teſtimonium inter nos ⁊ vos ⁊ ſobolem noſtram veſtramqʒ pꝛogeniem, vt ſeruiamus domino/⁊ iuris nr̃i ſit offerre holocauſta ⁊ victimas ⁊ pacificas hoſtias. Paraphraſis eſt. nam hebraice nihil aliud habetur niſi. ad ſeruiendum ſeruitutẽ iehouah i faciebꝰ eiꝰ i holocauſtis nr̃is ⁊ i ſacrificijs nr̃is ⁊ pacificis nr̃is. fatent̃. n. feciſſe altare in teſtem, ad teſtificandũ ꝙ ipſi quoqʒ addicti ſunt ad exhibendũ ſeruitutẽ deo in facie ipſius dei: hoc eſt i tabernaculo dei ad offerendũ corã eo holocauſta &c. Et appellant ſeruire ſeruitutẽ ꝯcurſum cũ alijs ad ſumptus & quæcũqʒ alia neceſſaria ad diuinũ cultũ i tabernaculo dei. et neqq̃ʒ dicant cras filij vr̃i filijs nr̃is, nõ ẽ vobis pars in dño. Qđ ſi voluerint dicere/rñdebunt eis: ecce altare dñi qđ fecerũt pr̃es nr̃i, nõ in holocauſtũ neqʒ in ſacrificiũ ſed vt teſtis ſit inter nos ⁊ vos. Abſit a nobis hoc ſcelꝰ vt recedamꝰ a dño ⁊ eiꝰ veſtigia relinquamꝰ/extructo altari ad holocauſta ⁊ ſacrificia ⁊ victimas offerendas pꝛeter altare dñi dei noſtri quod extructum eſt ante tabernaculum eius.

QVibꝰ auditis pinchas ſacerdos ⁊ pꝛincipes legationis iſrael q erant cũ eo/placati ſunt: ⁊ verba filioꝝ reuben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus menaſſis libentiſſime ſuſceperunt. Dixitqʒ pinchas filius elhazari ſacerdotis ad eos: nunc ſcimus ꝙ nobiſcum ſit dominus quoniam alieni eſtis a pꝛeuaricatione

hac/⁊ liberaſtis filios iſrael de manu domini. Quemadmodũ ſi peccaſſent reubenitæ cũ ſocijs expoſuiſſent populũ iſrael diuinis flagellis, ita nõ peccãdo liberauerunt populum iſrael de manu dei per negationẽ peccati ꝓuocatiui diuinæ ultionis. Reuerſuſqꝫ eſt cum principibus a filijs reuben ⁊ gad de terra ghilhad ad terrã chenahan ad filios iſrael: ⁊ retulerũt eis rem. ¶ Placuitqꝫ ſermo cunctis audientibꝰ: ⁊ laudauerunt deũ filij iſrael, ⁊ nequaq̃ꝫ vltra dixerũt vt aſcenderent contra eos atqꝫ pugnarent/ ⁊ delerent terram poſſeſſionis eorum. Nomen eſt elohim. ſignificatur enim ꝙ laudauerunt deũ ut gubernatorem populi. Uocaueruntqꝫ filij reuben ⁊ filij gad altare quod extruxerant teſtimonium noſtrum. Iuxta hebræum habetur duntaxat. teſtis. nominauerunt enim altare teſtis. Et ratio nominis ſubiungitur. ꝙ dominus ipſe ſit deus. Iuxta hebræum habetur. quia teſtis ipſum inter nos ꝙ iehouah ipſe elohim. Officium altaris declarant teſtificari ꝙ primũ eſſendi principium eſt iudex & gubernator cultus ab eis.

CAPVT .XXIII.

Euoluto autem multo tempore poſtq̃ꝫ dederat dominus pacem iſraeli ab omnibus inimicis eiꝰ in circũitu iehoſua ſenuit/ venit in dies. Uocauitqꝫ iehoſua omnem iſrael, ſeniores eius ⁊ capita eius ⁊ iudices eiꝰ ac prefectos eius. Si ioſepho creditur annis uigintiſex præfuit ioſua populo. & quia anno ſexto creditur terminaſſe bella cum trãſtulit tabernaculum in ſilo, ideo uigeſimo anno poſt quietem a prælijs conuocatio iſta fuit. nam expreſſe in hoc dicitur capitulo ꝙ ioſua erat uicinus morti.

¶ Dixitqꝫ ad eos, ego ſenui/ veni in dies: voſqꝫ vidiſtis omnia que fecit dominus deus veſter cunctis ꝑ circuitum nationibꝰ/ quomodo pro vobis ipſe pugnauerit. Et nunc quia vobis ſorte diuiſerit omnem terrã ab orientali parte iordanis vſqꝫ ad mare magnum. Aduerte prudens lector ꝙ nullum interpretem inuenio contextũ ſequentem reddidiſſe iuxta hebraicã ueritatem. nam hebraice hæc ſcribuntur in prima perſona ex ore ioſuæ. Uidete feci cadere vobis gẽtes reſiduas iſtas ĩ hereditatẽ tribubꝰ veſtris, a iarden ⁊ oẽs gẽtes quas feci deſtruere/ ⁊ mare magnũ occaſum ſolis. Deinde imediate ſeqt͛. Et iehouah elohe vr̃ ipſe faciet impellere eas a faciebus vr̃is ⁊ faciet expellere eas a faciebus vr̃is: ⁊ hereditabitis terrã eaꝝ ſicut locutꝰ ẽ iehouah elohe vr̃ vobis. Hic eſt ꝯtextus lr̃æ iuxta hebraicã ueritatẽ. i qua ioſua monet primũ ꝙ ꝯſiderẽt uniuerſas ꝑtes terræ quas ipſe fecit cadere ſub ſortibus eoꝝ/ diſtinguẽdo in tres ꝑtes: vcꝫ ĩ gentes reſiduas/ hoc ẽ adhuc non acquiſitas. diſtribuerat. n. terras earum ſub ſortibus tribuum iſrael, ut qñ acquirerentur non eſſet lis ad quam tribum ſpectaret iſta uel illa pars. ſecundo,

autem loco ſupputat gentes iam deſtructas: hoc eſt terras earum quas acquiſie-rant & actualiter poſſidebant. & tertio ſupputat mare magnū quod eſt in parte occidentali terræ promiſſionis. Et appellat mare mediterraneum mare magnum / ad differentiam maris galilææ quod etiam hebraice uocatur mare ꝗuis ſecundum ueritatem ſit lacus. Deinde promittit ioſua ꝙ gentes quæ ſuperſunt deſtruendæ deus faciet deſtruere tempore congruo quia adimplebit uerbū ſuum quod locutus eſt per moſem uobis. Tantum confortamini ⁊ eſtote ſolliciti. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et roboramini valde ad cuſtodiendum ⁊ ad faciendum omne ſcriptum in volumine legis moſis: ⁊ non declinetis ab ea ad dexteram ⁊ ad ſiniſtram. Semper deus per prophetas ſuos apponit pollicitis mandatum ſeruandi legem: ut intelligeretur ꝙ ſi ipſi ponent obicem pollicitis nō ſeruando legem/ſibiipſis imputent non impleri diuinas promiſſiones. Ne poſtq̄ intraueritis ad gentes que inter vos future ſunt. Iuxta hebræum habetur. Non venietis in gentes iſtas / reſiduas iſtas cum vobis. prohibetur enim ut non conueniant cum gentibus reſiduis adhuc nō deſtructis ſed deſtruendis iuxta diuinum præceptum/ ut nullum ineant fœdus cū gentibus deſtruendis. iuretis. Ante prohibitionem iuramenti deficit una clauſula: videlicet. ⁊ in nomine elohe eorum non facietis recordari. Deinde ſequitur. ⁊ non iurabitis ⁊ non ſeruietis eis/⁊ non incuruabimini eis. Quattuor enim ꝓhibentur. primum nomina deorum gentium nec reuocare in memoriam. deinde non iurare per eorum nomina/ quod ſpectat ad linguam. poſtea non ſeruire eis/quod ſpectat ad ſacrificia & opera. & demum non incuruari eis / quod ſpectat ad ſigna uenerationis. Sed adhereatis dn̄o deo veſtro. Iuxta hebræū habet̄. Quod ſi adherebitis iehouah elohe veſtro. Et ſententia eſt conditionalis pendens uſq; ad illam concluſionem uir unus ex ueſtris perſequetur mille. ſicut feciſtis vſq; in diem iſtum. Verificatur hoc de tempore quo præfuit ioſua. affirmat enim ioſua ꝙ toto tempore ſui principatus uſq; in diem illum populus adhæſerit domino. Et tunc auferet dominus deus a conſpectu veſtro gentes magnas ⁊ robuſtiſſimas, ⁊ nullus vobis reſiſtere poterit. Iuxta hebræum habetur in præterito. Et expulit iehouah a faciebus veſtris gentes magnas ⁊ fortes, ⁊ vobis non ſtetit vir in faciebus veſtris vſq; in diem iſtū. continuatur enim ſententia hæc cum immediate præcedente / videlicet ſicut feciſtis uſq; in diem iſtum. Declarat ſiquidem ioſua ab experientia ꝙ quia uobis ſeruātibus legē uſq; in diē iſtū deus expulit gentes magnas & fortes & nullus bellantiū potuit ſubſiſtere in ꝯſpectu ur̄o, ſcitote ꝙ i futuro. Vir vnꝰ ex vobis ꝑſequet̄ mille: q̄a dn̄s deꝰ vr̄ ipſe pugnat ꝓ vobis ſicut locutꝰ ē vobis. hucuſq; .n. pendet cōſtructio literæ ſupioris ꝙ ſi adhærebitis iehouah. Hoc tantū diligētiſſime precauete vt diligatis dn̄m deū vr̄m.

Digitized by Google

Iuxta hebræum habetur. Et eritis cuſtoditi valde animis veſtris/ ad amandum iehouah elohe veſtrum. Quia amor interna eſt actio, ideo monet magnam ualde adhibendam eſſe curam animorum propriorum ad amandum fontem eſſendi iudicem eorum.

Quod ſi volueritis gentium harum que inter vos habitant erroribus adherere. Iuxta hebræum habetur. ꝙ ſi reuertendo reuertemini ⁊ adherebitis reſiduo gentium iſtarum/ reſiduarum iſtarum cum vobis. hoc eſt ſi reuertendo ad peccatum conuenietis cum reſiduis gentibus quæ deſtruendæ ſuperſunt/contra diuinum præceptum. Deinde ſequitur. ⁊ affinitatem contrahetis cum eis/ ⁊ venietis in eis ⁊ ipſi in vobis. mutua enim amicitia conuerſatio ac cõmunicatio ſignificatur, quanuis minus congrue latino ſermone. Iam nũc ſcitote ꝙ dominus deus veſter non eas delebit ante faciem veſtraꝫ: ſed erunt vobis in foueam ac laqueum ⁊ offendiculum ex lateribus veſtris. Superfluit fouea: ſed adiungitur hebraice poſt laqueũ & offendiculum tertio loco. ⁊ in flagellum in lateribus veſtris. Quod autem ſubiungitur. ⁊ ſudes in oculis veſtris/ hebraice habetur. ⁊ in rubos in oculis veſtris. Groſsiores ſpinæ ſignificantur infeſtæ oculis. Et hæc omnia euentus docuit. nam peccantibus iſraelitis & conuenientibus cum gentibus impegerunt in idolatrias earũ, & capti ſunt in ſeruitutem/ & flagellati ſunt/ & afflicti ualde ſicut oculi a ſpinis cruentati. donec vos diſperdat de terra hac bona quam tradidit vobis. En ego hodie ingrediar viã vniuerſe terre. Hinc apparet ꝙ circa finem uitæ ſuæ ioſua hanc monitionẽ fecit. Quod autem dicit hodie/ tanꝙ̃ præſentem deſcribit propinquam mortem, ſenectute iam excludente uitam. ⁊ cognoſcetis toto corde veſtro ⁊ tota anima veſtra ꝙ de omnibus verbis que ſe dominus preſtiturum vobis eſſe pollicitus eſt vnũ non preterierit incaſſum. Iuxta hebræũ habetur breuiſsime. ꝙ ex omnibus verbis bonis que locutus eſt iehouah elohe veſter ſuper vos omnia venerunt vobis/ non cecidit ex eo verbum vnum. Vulgata æditio quibuſdam caret/ & bonitatem circumloquitur ſuperflue. ioſua enim (ut ſubiuncta teſtantur) diſtinguit uerba dei in bona & mala: & monet eos ut quemadmodum experientia teſtatur ꝙ uerba bona uenerunt omnia/ ſic ſciant ꝙ uenient etiam uerba mala ſi peccauerint. Et erit/ ſicut venit ſuper vos omne verbum bonum quod locutus eſt dominus deus veſter vobis, ſic adducet dominus ſuper vos omne verbum malum donec diſpdat vos de terra bona iſta quã dedit vobis dñs deꝰ vr̃. Cuꝫ tranſgreſſi fueritis pactũ dñi dei vr̃i qđ precepit vobis/ ⁊ iueritis ⁊ ſuieritis dijs alienis ⁊ incuruati fueritis eis: iraſcet̃ furor dñi contra vos/ ⁊ pibitis cito de terra bona quam dedit vobis.

Digitized by Google

COngregauitqꝫ iehoſua omnes tribus iſrael i ſechem: ⁊ vocauit ſeniores iſrael, ⁊ capita eius ⁊ iudices eius ac præfectos eius. Non eſſe alium conuentum iſtum in ſechem a couentu prænarrato in præcedente capitulo, apparet ex eo ꝙ inferius ſubditur ꝙ in ſechem propoſuit populo præceptum & iudiciuꝫ. hæc enim duo perſpicuum eſt propoſuiſſe ioſuam populo in præcedente capitulo. Narrantur autem tanꝗ̃ diſtinctæ uocationes populi hæc & illa, quia ſecundum ueritatem fuerunt duæ uocationes diuerſis diebus iuxta diuerſitatem materiæ ſed conuentus fuit unus: ita ꝙ in uno eodemqꝫ conuentu/altero die uocauit eos ad fœdus ineundum de cultu dei, altero autem die uocauit eoſdeꝫ monendo eos ad ſeruandum præcepta legis & præcipue ad amandum deum/ propoſuitqꝫ eis diuina iudicia ad bonum & malum: ut in præcedenti patet capitulo. ſteterũtqꝫ in conſpectu domini. Paruirefert ꝙ iuxta hebræum habetur. ⁊ ſtatuerunt ſe in facie elohim. hoc eſt ſtatuerunt ſe uerſis uultibus ad faciem tabernaculi diuini quod erat in ſilo. Simile quid habes nu. 19. in cærimonijs uaccæ ruſæ quæ extra caſtra iugulatur. ioſua ſiquidem & omnis populus in ſuis ſenibus capitibus iudicibus & præfectis congregatus in ſechem, quia longe erant a tabernaculo domini ſtatuerunt ſe uerſus anteriorem partem tabernaculi/ut ſic ſupplerent ſitu quod diſtantia locorum impediebat. & propterea dicitur ꝙ ſtatuerunt ſe in conſpectu elohim.

¶Dixitqꝫ iehoſua ad omnem populum: ſic dicit dominus deus iſrael, trans fluuium. proculdubio euphratem. habitauerunt patres veſtri ab initio. Legendum eſt. a ſeculo. Et eſt ſenſus ꝙ a ſæculo patrum ueſtrorum ex quo diuiſæ ſunt linguæ/habitauerunt trans euphratem. therach pater abraham ⁊ nachor. Iuxta hebræum habetur. ⁊ pater nachor. Ita ꝙ quanuis dixerit patres ueſtri/non tamen multos ſed unum duntaxat patrem commemorat: videlicet dicendo therach pater abraham & pater nachor. ſeruieruntqꝫ dijs alienis. Legendum eſt. alijs. nam hebraice habetur. ⁊ ſeruierunt elohim alijs. non ſiquidem ſignificatur ꝙ ſeruierunt dijs mutuatis ex alijs gentibus, ſed ꝙ ſeruierunt dijs alijs a uero deo. Et dicendo in numero plurali ſeruierunt/ inſinuat ꝙ non ſolus therach ſed etiam aliquis alius auus iſraelitici populi ſeruiuit dijs alijs. niſi ſupputetur nachor inter patres iſraelitici populi/pro quanto fuit pater ribece ex qua originem habuit uniuerſus populus iſrael. Tuliqꝫ patrem veſtrum abraham de meſopotamie finibus. Iuxta hebræum habetur. de trans flumen. quæ regio meſopotamia appellaẽ, eo ꝙ ſit i medio tigris & euphratis. ⁊ adduxi eũ i terrã chanahan. Iuxta hebraũ habeẽ. ⁊ duxi eũ i oẽm terrã chenahan. Lege geneſim: & inuenies abraham nõ ſolũ ueniſſe in terrã chanahan/ ſed etiã luſtraſſe eam. multiplicauiqꝫ ſemen eius ⁊ dedi ei isbac. Illiqꝫ rurſum dedi iabacob ⁊ eſau. Iuxta hebræum ſcribitur clare. Et dedi isbac

Digitized by Google

iahacob ⁊ eſau. ut non ſit opus gloſa. et dedi eſau montem ſehir ad hereditandum ipſum: iahacob autem ⁊ filij eius deſcenderunt in egyptum. ¶ Miſiqꝫ moſem ⁊ aharon ⁊ percuſſi egyptuꝫ/ multis ſignis atqꝫ portentis. Iuxta hebræum habetur. ſicut feci in medio eius. Summarie compræhendit omnia geſta a deo in ægypto non explicando ſigna aut miracula. eduxiqꝫ vos ⁊ patres veſtros de egypto. Iuxta hebræum habetur. ⁊ poſtea eduxi vos. Et eduxi patres vr̃os de egypto. Quia multi ahduc ſuperſtites erãt qui exierant ex ægypto infantes pueri uel adoleſcentes infra uigeſimum annum, ideo uerificatur quo ad illos & eduxi uos: relatiue autem ad natos in deſerto uerificaẗ & eduxi patres ur̃os. ⁊ veniſtis ad mare: perſecutiqꝫ ſunt egyptij patres veſtros cũ curribus ⁊ equitatu vſqꝫ ad mare rubrum. Clamauerunt autẽ ad dominum, ⁊ poſuit tenebras inter vos ⁊ egyptios. Clare ſcribitur hic quod ſubintelligendum relictum eſt exo. 14. vcꝫ ꝙ obſcuritas fuit inter ægyptios & iſraelitas in tranſitu maris rubri. adduxitqꝫ ſuper eos mare ⁊ operuit eos/ ⁊ viderũt oculi veſtri que fecerim in egypto: ⁊ habitaſtis in ſolitudine diebus multis. Introduxiqꝫ vos in terraꝫ emorei qui habitabat trans iarden: cumqꝫ pugnarent cõtra vos tradidi eos in manus veſtras ⁊ poſſediſtis terram eorum/ atqꝫ interfeciſtis eos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ deſtruxi eos a facieb⁹ veſtris. Sibiipſi attribuit deus deletionẽ emoræorum. ¶ Surrexitqꝫ balac filius zipor rex moab/ ⁊ pugnauit contra iſraelem. Quæſtio de uerificatione huius ſententiæ eſt: quia deute. ca. 2. narratur tum inhibitio diuina pugnandi contra moabitas & hammonitas, tum ꝙ moabitæ dederunt iſrael tranſitum & alimenta: quomodo ergo uerificatur ꝙ rex moabitarum pugnauit contra iſraelẽ Solutio eſt ꝙ rex moabitarum pugnauit hoc eſt bellum inchoauit/ non ab armis ſed a maledictione prophetica per bilham. Ita ꝙ ſubiuncta uerba. ⁊ miſit ⁊ vocauit bilham filiuꝫ behor ad maledicendũ vos. intelligenda ſunt expoſitiue: hoc ẽ ſubiuncta ad exponendũ bellũ quo pugnauit rex moabitarum aduerſus iſrael. Nõ eſt itaqꝫ hic ſermo de pugna armati exercitus in executiõe, ſed de pugna inchoata ab attentata maledictione ꝑ bilham: & propterea non aduerſantur hæc ſcriptis in deuteronomio. Et ego nolui audire eum. Iuxta hebræum habetur. Et nolui audire bilham. Vbi clare patet animus bilham ad maledicendum populo iſrael promptus imo ſupplex: quod in libro numeri non clare habetur. benedixitqꝫ benedicendo vobis, ⁊ liberaui vos de manu eius.

¶ Tranſiitiſqꝫ iarden ⁊ veniſtis ad iericho, pugnauerũtqꝫ cõtra vos viri ciuitatis eius. Iuxta hebræũ habeẗ. ⁊ pugnauerũt contra vos heri iericho. Et ſtatim ſubditur. emoreus ⁊ perizeus ⁊ chenabaneus ⁊ chitheus ⁊ ghirgaſeus ⁊ chiueus ⁊ iebuſeus. Ob-

Digitized by Google

ſcūrā eſt litera: & anceps an ſit ſermo de pugna poſt captam iericho an etiam de
pugna in ipſa iericho. Et eo amplius augeť difficultas, quia iericho habebat herū
proprium(regem ſcilicet quem interfecit ioſua) nec unq̄ꝫ iericho pugnauit con-
tra iſrael. Solutio eſt ꝙ ſermo eſt de bello quo pugnauerunt aduerſus iſrael na-
tiones iſtæ poſt captam iericho tanq̄ꝫ ultores iericho. hoc enim ſignificatur ſe-
cundum planū literæ ſenſum, dicendo ꝙ contra iſrael pugnauerunt heri iericho
emoræus & perizæus &c. eſt eniꝫ ſenſus ꝙ tanq̄ꝫ heri iericho pugnauerūt aduer-
ſus iſrael. Et per hoc narratur cauſa moti belli ab iſtis nationibus contra iſrael:
uc ꝫ quia erant tanq̄ꝫ heri iericho/ quia erant tanq̄ꝫ patroni cauſæ iericho. Et ra-
tio(ut reor) fuit quia confœderati erant cum iericho. ⁊ tradidi eos in ma-
nus veſtras. Miſiqꝫ añ vos ſcabrones ⁊ eieci eos de locis ſuis.
Iuxta hebræum habetur. Et miſi ante vos veſpam ⁊ expulit eos a fa-
ciebus veſtris/ duos reges emorei: non in gladio tuo ⁊ nō in ar-
cu tuo. Quod tacitum fuit tam nu. 21. q̄ꝫ deute 2. & 3. de iſtis ueſpis ſuppletur
hic. Nec eſt ſenſus ꝙ multitudo iſtarum ueſparum ſic pugnauerit ut excluderet
gladios filiorum iſrael: ſed ꝙ præcipua ratio uictoriæ nō fuit gladius aut arcus
militum iſraelis ſed multitudo horum animalium/ quæ ueſpæ appellantur quia
ſimilia ueſpis creduntur. Varijs enim modis monſtrauit deus in diuerſis locis ſe
pugnare ꝓ iſrael. nam contra emoræos ueſpis/ contra iericho ſono tubarū/ con-
tra exercitum quinqꝫ regum lapidibus grandinum/ contra exercitum uero reli-
quorum regum mora ſolis in cœlo ſe pugnare manifeſtauit. Dediqꝫ vobis
terram in qua non laboraſtis ⁊ ciuitates quas non edificaſtis / ⁊
habitaſtis ĩ eis: vineas ⁊ olueta que nō plātaſtis comeditis.

NVnc ergo timete dominū/ ⁊ ſeruite ei ꝑfecto corde atqꝫ ve-
riſſimo. Iuxta hebræum habetur. in perfectione ⁊ in veritate.
Duas conditiones exigit ſeruitutis diuinæ. alteram ueritatis/ excludendo om-
nem fictionem omnemqꝫ hypocriſim: alteram perfectionis/ excludendo omneꝫ
diminutionem ut integre ſeruetur lex diuina quo ad omnia. ⁊ auferte deos
qbꝰ ſeruierunt patres veſtri in meſopotamia ⁊ in egypto/ ⁊ ſer-
uite domino. Quæſtio oritur: quia in præcedenti capitulo dixit ioſua ſicut
feciſtis uſqꝫ in diem iſtum/ loquendo de populi adhæſione ad deū. ſi enim om-
nibus diebus ioſuæ adhæſerat populus deo, incongrue moneť populus ut ſepa-
ret a ſe deos quibus ſeruierunt patres eorum in meſopotamia & in ægypto. So-
lutio eſt uel ꝙ ioſua dubitabat aliquod ſimulachrum ex meſopotamia aut ægy-
pto occulte ſeruari apud aliquem. uel eſt ſermo de ſeparatione ab animis/ ne ſint
affecti ad imitandum patres ſuos quo ad cultum deorum. Cum utroqꝫ autem
ſenſu ſtat ueritas ſupradictorum uerborū/ ꝙ populus tam cōmuniter q̄ꝫ priua-
tim non coluit palam niſi uerum deum toto tempore quo præfuerat ioſua. Si
autem malum vobis videtur ſeruire domino/ eligite vobis ho-
die cui ſeruiatis, an dijs quibus ſeruierunt patres veſtri in me-

ſopotamia an dijs emoreorum in quorum terra habitatis. Non ad ſignificandum libertatem licitam ſed ad prouocandum ut ex libero arbitrio eligant ſeruire deo/dicuntur hæc uerba. ego autem & domus mea ſeruiemus domino. ¶ Reſpōditq; populus & ait: abſit a nobis vt relinquamus dominum & ſeruiamus dijs alienis. Legendum eſt. dijs alijs. proculdubio a deo uero. Quia dominus deus noſter ipſe eduxit nos & patres noſtros de terra egypti/de domo ſeruitutis: feciтq; videntibus nobis ſigna ingentia, & cuſtodiuit nos in omni via per quam ambulauimus & in cunctis populis per quos tranſiuimus. Et eiecit dominus omnes populos/emoreū habitatorē terre quā nos intrauim⁹. Legendum eſt. & emoreum habitatorē terre a faciebus noſtris. Loco cuius uulgata æditio habet quā nos intrauimus. ſeruiemus igitur domino/quia ipſe eſt de⁹ noſter. Dictio interpretata deus eſt nomen elohe. ſeruiemus inquiunt fonti eſſendi/ quia ipſe eſt gubernator noſter.

¶ Dixitq; iehoſua ad populū: nō poteritis ſeruire domino/ de⁹ n. ſanctus & fortis emulator eſt. Iuxta hebræum habetur. non poteritis ſeruire iehouah/quia elohim ſancti ipſe: el emulator ipſe. In plurali numero ſcribitur elohim ſancti: ā (ut in principio geneſis diximus/& ſæpe textus moſis comprobat) modus loquendi uenerabiliter ratio fuit appellandi deū tam nomine elohim q̄ nomine adonai in numero plurali. ſunt enim hæc nomina cōmunia deo & creaturis: & conſueuerāt in plurali numero uti eis nominando honorabiliter ſuos principes. Et iuxta hunc loquendi morem (ut pote honorabiliorem) nominabant etiam deū dicendo in numero plurali q̄ ipſe eſt elohim ſancti: nō intēdentes p hoc ſignificare q̄ ipſe eſſet multi iudices ſancti, ſed honorabiliter nominare pluraliter. cuius ſignum eſt q̄ pronomine utunt̄ ſingulari. Et intendit ioſua per hæc uerba proponere populo rationes difficilis perſeuerantiæ in cultu ſummi dei: tum ex eo q̄ ipſe eſt iudex mundus/ac per hoc iuſtitiam exercens contra immundos. tum ex eo q̄ ipſe eſt fortis emulator: ac per hoc impatiens conſortij alterius dei & potens ad uindictam. propter quod ſubditur. non ignoſcet rebellionibus veſtris & peccatis veſtris. Si dimiſeritis dominum & ſeruieritis deo alieno: conuertet ſe & malefaciet vobis & euertet vos poſtq̄ benefecerit vobis. ¶ Dixitq; populus ad iehoſuam: non vt loqueris erit/quia domino ſeruiemus.

¶ Et dixit iehoſua ad populum/teſtes eſtis in vobis q̄ vos elegiſtis vobis dominum vt ſeruiatis ei. Ipſoſmet rogat teſtes in ſeipſis. & dixerunt/ teſtes. Nunc ergo ait auferte deos alienos de medio veſtri. Iuxta hebræum habetur. Et nunc facite ſeparare elohe alienos qui in medio veſtri. Intellige hoc mandatum propter

Digitized by Google

cautelam ſi aliquod ſimulachrū occultatuꝫ eſſet. uel potius relatiue ad animos. unde & ſubditur ꝙ inclinent corda ad uerum deum, & nulla ſubiungit̃ reſponſio aut executio de eiectione ſimulachroꝝ. Signum enim eſt ꝙ de ſeparatiōe ab animis erat ſermo: alioquin ſaltem ſecundo monenti hoc ioſuæ reſpondiſſent aliquid de hoc. ¶ Et ſcito ꝙ dictio interpretata alienos/non plene redditur. ſignificat enim alienum in abſtracto: acſi dici liceret deos extraneitatis. Et ſimile qd habetur deute. 31. Et poteſt intelligi reflexe ſuper ipſos deos: ut deſcribant̃ ꝙ ſunt dīj non ad proprium hominis bonum, ſed ad extraneū a ſalute humana. & ideo nominant̃ elohe extraneitatis tam a deo ibi alloquente moſem ꝙ̃ a ioſua hic alloquente populum. **ꝛ inclinate corda veſtra ad dominū deum iſrael. Dixitqꝫ populus ad iehoſuam: domino deo noſtro ſeruiem⁹ ꝛ voci eius obediem⁹. ¶ Percuſſitqꝫ iehoſua in die illo fedus.** deficit. **populo.** Ad cōfirmandū & renouandū ex parte populi fœdus olim initum cum deo/fecit hoc ioſua propter inſtabilitatem populi. **ꝛ propoſuit ei precepta atqꝫ iudicia i ſechem.** Hinc diximus ꝙ uocatio ſcripta in præcedenti capitulo fuit etiā in ſechem. in illa enim ut declaratū eſt/ ꝓpoſuit populo præceptum atqꝫ iudicium dei.

¶ **Et ſcripſit iehoſua omnia verba hec in libro legis domini.** Tanq̃ appendicem memoriaꝫ/ ſcripſit ioſua in eodem uolumine in quo ſcripta erat lex domini renouationem huius fœderis: ut quibus cōmunicaretur exēplar legis/ſimul etiam cōmunicaretur renouatio fœderis. **tulitqꝫ lapidem grandem.** Non ſat fuit ioſuæ ſcribere hanc renouationē fœderis, ſed lapidem grandem erexit in teſtem renouati fœderis etiam neſcientibus legere ad perpetuā rei memoriam. **poſuitqꝫ eum ſubter quercum que erat in ſanctuario domini.** Iuxta hebræum habetur. **ꝛ fecit erigere eum ibi ſub arbore que in ſancto iehouah.** Aduerte aduerbium locale ibi/ut manifeſte perpendas ꝙ ibi (ꝓculdubio in ſechem) erectus eſt lapis iſte grandis. Nec in litera hebraica habetur quercus, ſed neſcio quæ arbor infructuoſa: & propterea nomine cōmuni arbor appellatur a nobis. hebraice enim habetur ela. Et idem nomen ſcribitur. gen̄. 35. nominando arboreꝫ ſub qua iahacob ſuffodit ſimulachra deorum. & propterea eandem ego arborem intelligo fuiſſe hāc ſub cuius umbra ioſua erexit lapidem iſtum/& ſub cuius terra iahacob ſepeliuit ſimulachra deorū. & propterea hanc arborem quam perſpicuum eſt ex geneſi fuiſſe in ſechem/nominatam fuiſſe ſanctam iehouah. Ita ꝙ ad deſcribendū hanc arborem fuiſſe illam quæ ſanctificata fuit a iahacob ad ignominiam deorum / ſcribitur ꝙ erexit lapidem ſub arbore quæ in ſancto iehouah: hoc eſt quæ ſanctificata eſt iehouah ob ſub ea poſita idola a iahacob patriarcha. ut unus atqꝫ idē locus qui teſtis erat abdicatorum idolorum tempore iahacob/eſſet quoqꝫ teſtis renouati fœderis per filios iſrael, ꝙ penitus abdicauerint a ſe cultum idolorū & elegerint ſeruire ſummo deo. **Dixitqꝫ iehoſua ad totū populum: en lapis iſte erit vo-**

bis in teſtimonium ꝙ audieritis omnia verba domini que locutus eſt vobis, ne forte poſtea negare velitis ⁊ mentiri domino deo veſtro. Iuxta hebræum habetur. quia ipſe audiuit omnia dicta iehouah que locutus eſt nobiſcum: ⁊ erit in vobis in teſtimoniũ/ ne quando mentiamini in elohe veſtro. Metaphorico ſermone attribuitur lapidi ꝙ ipſe audiuit dicta dei ad ioſuam & populum. Et eſt ſenſus ꝙ lapis iſte erit in teſtimonium tanq̃ ſi audiſſet non ſolum uerba noſtra ſed etiã uerba dei nobiſcum. Caute autem locutus eſt ioſua non dicendo ꝙ lapis iſte audiuit uerba noſtra/ ſed ꝙ audiuit dicta dei nobiſcum: eo ꝙ omnes creaturæ obediunt deo tanq̃ ſi audirent mandata eius. lapidem itaq; tanq̃ conſcium diuinorum dictorum ratione ſummæ obedientiæ ad deum acſi audiret accommodat in teſtimonium. Dimiſitq; iehoſua populum/ vnumquẽq; in hereditatem ſuam.

ET fuit poſt hec verba, mortuus eſt iehoſua filius nun ſeruꝰ domini filius centum ⁊ decem annorum. Sepelieruntq; eum in termino poſſeſſionis ſue. Legendum eſt. hereditatis ſue. appoſitiue enim adiungitur. in thimnath ſerach. Nomen eſt ciuitatis quæ olim data fuerat ioſuæ. que eſt in monte ephraim/ ab aquilone monti ghahas. Et ſeruiuit iſrael domino omnibus diebus iehoſue ⁊ omnibus diebus ſeniorum qui longo vixerunt tempore poſt iehoſuam: ⁊ qui nouerant omnia opera domini que fecit iſraeli. Annotabis hæc duo tempora(vz ioſuæ & ſenum qui nouerant opera dei) propter intelligentiam hiſtoriarum libri ſequentis.

¶ Oſſa quoq; ioſeph que aſcendere fecerãt filij iſrael ex egypto, ſepelierunt in ſechem in parte agri quam emerat iahacob a filijs chamor patris ſechem centum nouellis ouibus. Iuxta hebræum habetur. centum nummis. quantum autem ualeret nummus unus neſcimus. ⁊ fuerunt filijs ioſeph in hereditatem. Elhazar quoq; filius aharon mortuus eſt: ⁊ ſepelierunt eum ĩ gibbath pinchas filij eius/ que data eſt ei in monte ephraim. Quanuis dictio gibhath ſignificet collem, pro proprio tamen nomine loci dati pinchas in monte ephraim hic poni uidetur. Et ſic finitur liber ioſuæ. Romæ die. XXIIII. Iunij M. D. XXXI.

¶ COMMENTARIORVM THOMAE DE VIO CAietani Cardinalis ſancti Xyſti in ioſuam/ finis.

THOMAE DE VIO CAIETANI/ CARDINALIS SANCTI XYSTI in iudices commentarij.

ET fuit poſt mortem iehoſue. Tempus ſenum qui nouerant opera dei ſignificatur. illud enim tempus continuatum fuit tempori ioſuæ: & utroq; tempore (ut in fine præcedentis libri ſcriptum eſt) ſeruiuit populus iſrael deo. Vnde & ſubditur. conſuluerunt filij iſrael dominum dicentes. Parui refert q; hebraice habet. & interrogauerũt filij iſrael in iehouah dicẽdo. Non dicitur q; ipſi interrogauerunt ſummum deum/ ſed q; interrogauerunt in ſummo deo: ad inſinuandum q; more legis interrogauerunt per ſacerdotem/innitendo non dijs alijs ſed confidendo in ipſo fonte eſſendi. quis aſcendet ante nos contra chenahaneum & erit dux belli: Expoſitoris officio fungitur interpres / & utinam bene. nam hebraice habetur. quis aſcendet nobis ad chenahaneum in principio ad pugnandũ in eum: Subiuncta executio manifeſtat ſenſum petitionis. non enim ſubiungitur q; iudas fuerit dux belli, immo nullum ſubiungitur cõmune bellũ/nullus ſubiungitur cõmunis exercitus: ſed ſubiunguntur multa particularia bella diuerſarum tribuum/uniuſcuiuſq; ad reſiduum propriæ ſortis acquirendum. Et hinc habetur q; cum cõmuniter filij iſrael deliberaſſent ut quælibet tribus progrederetur ad acquirendum reſiduum ſuæ ſortis debellando chananæos habitatores terræ reſiduæ, interrogauerunt ut ſcirent a deo quæ tribus primum inchoaret huiuſmodi bella. Res enim cõmunis agebatur/q̃uis per ſingulas tribus ſingillatim. & propterea in litera dicitur quis aſcendet nobis. Et magni referebat primos aggreſſores uincere uel perdere: quoniam fama primæ uictoriæ multum conferebat alijs tribubus.

¶ Dixitq; dominus. Nomen eſt tetragrammaton; & quemadmodum in præcedẽtibus diximus de nominibus diuinis/ita intelligas in uniuerſis ↄſequentibus: ſcilicet q; ubi nominatur dominus/hebraice habetur nomen tetragrãmaton: & ubi dicit dominus deus noſter ſeu dominus deus iſrael uel eiuſmodi, hebraice habetur iehouah elohe noſter/iehouah elohe iſraelis & huiuſmodi. Modus quo deus dixit reſpondendo/ intelligẽdus eſt modus aliquis quo ſolitus eſt deus reuelare prophetis uel dormiendo uel uigilando. incertus eſt enim nobis in ſpecie modus quo deus reuelauit hoc in loco. iehuda aſcendet: ecce dedi terrã in manũ eius. Non eſt hominis ſed tribus nomen iudas: ut ſubiuncta teſtantur. Et dixit iehuda ſimhoni fratri ſuo. certũ eſt enim q; nominibus pa-

Digitized by Google

triarcharum ſignificãtur hic non perſonæ ipſorum/ſed tribus eorum. Et ex hoc ꝙ nulla perſona ſed tribus iudæ præponiť diuina reſponſione, patet quod prædiximus/non fuiſſe petitum a deo ducem belli ſed quæ tribus primum congredi deberet. aſcende mecuꝫ in ſortem meã ⁊ pugnabimus cõtra chenabaneum/⁊ ibo etiam ego tecum in ſortem tuam: ⁊ iuit cum eo ſimbon. Hinc clare patet ꝙ de particularibus bellis tribuum ad proprias ſortes tractabatur.

¶ Aſcenditqꝫ iehuda/⁊ tradidit dominus chenabaneum ac pizeum in manus eorum: ⁊ percuſſerunt in bezec decem millia virorum. Inueneruntqꝫ adoni bezec ĩ bezec / ⁊ pugnauerũt cũ eo: ⁊ ꝑcuſſerunt chenabaneuꝫ ⁊ perizeum. Fugitqꝫ adoni bezec / ⁊ ꝑſecuti ſunt eum: comprehenderuntqꝫ eum ceſis ſummitatibꝰ manuum eius ac pedum. Iuxta hebræum ſignificatur inciſio montis pollicis cum ipſo pollice: ex qua inciſione manus reddebať tam impotens ut fere ad nihil ualeret. Dixitqꝫ adoni bezec: ſeptuaginta reges amputatis manuum ac pedum ſummitatibus colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias, ſicut feci ita reddidit mihi deus. Nomen eſt elohim. agnouit iſte diuinum iudicium. adduxeruntqꝫ eum in ieruſalaim/⁊ ibi mortuus eſt. Nomine ieruſalem intellige territorium ieruſalem. adduxerũt enim dominum bezec cæſis manibus & pedibus modo dicto ſecum in exercitu ad expugnationem ieruſalem. Vnde ſequitur. Et pugnauerũt filij iehude contra ieruſalaim / ⁊ ceperunt ipſam ⁊ percuſſerunt eam in ore gladij. Hinc prudens lector clare habes duo. alterum ꝙ iſte progreſſus bellicus iudæ eſt alter a progreſſu eiuſdem ſcripto ioſuæ ca. 15. nam in illo progreſſu clare dicitur ꝙ filij iudæ non potuerunt delere iebuſæum habitatorem ieruſalem, ſed habitauerũt ſimul in ieruſalem filij iudæ & iebuſæi: in hoc uero progreſſu narratur ꝙ filij iudæ præualuerunt in ieruſalem & percuſſerunt habitatores eius in ore gladij, nec habitauerunt cum iebuſæis ſed incenderunt ciuitatem. Et hinc inſinuať alterum: vꝫ ꝙ iebuſæi ieroſolimitæ defecerant a tribu iudæ. & propterea in hoc progreſſu (tempore ſenum) tribus iudæ pugnauit contra ieruſalem tanq̃ rebellem: & quam in primo progreſſu tempore ioſuæ (quia impares ſe cognoſcebant ad uincendum) ſuſcæperunt ut confœderatam, poſtea tempore ſenũ rebellẽ trucidarũt. & quod plus eſt. tradentes cunctaꝫ incendio ciuitatem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ciuitatem miſerunt in igne. hoc eſt & miſerunt ignem in ciuitate. Et hæc fuit prima combuſtio ieruſalem. quo tamen igne non eſſe combuſtaꝫ ieruſalem penitus, ipſe modus loquendi innuit dicendo & miſerũt/ tanq̃ ignem accenderint & receſſerint parui pendendo an ignis creſcat an extinguatur.

ET poſtea deſcenderunt filij iehude ad pugnandũ cõtra chenabaneum, habitantẽ in monte ⁊ meridie ⁊ planicie. Quanuis

ad præliandum contra chananæum habitantem in monte deſcendentes tamen deſcribuntur, quia ex ſublimiori loco ibant: ex monte enim celſiore q̃uis eatur ad montem alium / deſcenditur tamen. Pergenſq; iudas contra chenabaneum qui habitabat in chebron. Iuxta hebræum initium eſt alterius clauſulæ. Et iuit iehuda ad chenabaneum habitantem in chebron / ⁊ nomen chebron fuit antea cir`iath arbah. Nõ dictiur & poſtea iuit iudas ad chananæum habitantem in chebron: quoniam ut prædicta diuerſitas geſtorum in ieruſalem teſtatur / iſte progreſſus ad chebron iam fuerat tempore ioſuæ. ut etiam identitas geſtorum quæ ſubiunguntur hic & narrata ſunt tempore ioſuæ teſtatur: ex eo ꝙ deletio gigantum ex chebron & reliqua terra exceptis terris peliſtinorum attribuitur ioſuæ in . xi . ca. quod non poſſet uerificari ſi ſecundum hiſtoriæ otdinem hæc quæ ſubiunguntur circa chebron / geſta fuiſſent poſt mortem ioſuæ tempore ſenum. Ex iſtis igitur duobus teſtimonijs indubie ſentiendum eſt hiſtoriam hanc chaleb circa chebron & cir`iath ſepher & debir fuiſſe tempore ioſuæ / repeti autem hic ad magnificandum geſta tribus iudæ noua ex ſimilibus ſeu maioribus paulo ante geſtis tempore ioſuæ ab eadem tribu. intentio enim authoris huius libri (ut manifeſtæ repetitiones ſubiunctæ teſtantur) fuit iungere illa duo tempora (uidelicet tempus ioſuæ & tempus ſenum) & fere pro uno tempore ſupputare. & propterea geſta tempore ſenum iungit geſtis tempore ioſuæ tanq̃ ſub uno contextu. Et quoniam ſubiuncta expoſita fuerunt in libro ioſuæ ca. 15. uide ibi: & corrige textum hic ut ibi. ⁊ percuſſerunt ſeſai ⁊ achiman ⁊ thalmai.

Et iuit inde ad habitatores debir: ⁊ nomen debir fuit antea cir`iath ſepher. i. ciuitas literarum. Dixitq; chaleb: qui percuſſerit cir`iath ſepher ⁊ ceperit eam / dabo ei hachſam filiam meam in vxorem. Et cepit eam hothniel filius cenaz frater chaleb minor eo: deditq; ei hachſam filiam ſuam in vxorem. Quam pergentem in itinere monuit vir eius vt peteret a patre ſuo agrum: que cum ſuſpiraſſet ſedens in aſino / dixit ei chaleb quid habes? At illa reſpondit, da mihi benedictionem / quia terram arentem dediſti mihi da ⁊ irriguam aquis: deditq; ei chaleb irriguum ſuperius ⁊ irriguum inferius.

¶ Filij autem cinei cognati moſis. Iuxta hebræum habetur. Et filij ceni ſoceri moſis. Multitudo filiorum inſinuat ꝙ uniuerſa progenies originem habens ex ſocero moſis orta ex chobab qui uenit cum moſe p̄ deſertũ (ut colligitur ex nu. 10.) ſignificatur. aſcenderunt de ciuitate palmarum cum filijs iehude. Iericho iam deſtructa appellabatur ciuitas palmaꝝ / & ex illius territorio aſcendiſſe narrantur. in deſertum ſortis eius. Clare in he-

bræo dicitur. Deſertum iebude quod in meridie harad. Et per hæc omnia nihil aliud ſignificatur niſi ꝙ iſti deſcendentes a ſoccro moſis habitauerunt in ſorte iudæ & cum uniuerſo populo iſrael quieuerunt. nam ubi uulgata æditio habet. ⁊ habitauerunt cum eo. iuxta hebræum habetur. ⁊ iuit ⁊ habitauit populus. hoc eſt & habitauit tanq̃ pars populi iſrael. Et iuit iebuda cum ſimbone fratre ſuo. Ad inſinuandum ꝙ interiecta ſunt hæc (utpote geſta tempore ioſuæ) redeundo ad inchoatam hiſtoriam tempore ſenum de progreſſu iudæ cum ſimeone fratre ſuo/ dicit author libri & iuit iudas cum ſimeone fratre ſuo. ⁊ percuſſerunt chenabaneum habitatoꝛem zephath: ⁊ euerterunt eam/ vocatūqꝫ eſt nomen ciuitatis hoꝛma. Legendum eſſet. choꝛma. Ad quod interpres exponendum adiecit. id eſt anathema. Secunduꝫ tamen uocabuli proprietatem ſignificat deſtructionem. ex eo enim ꝙ deſtruxerunt illam penitus, appellata eſt deſtructio. Cepitqꝫ iebuda bazzam cum finibus eius/ ⁊ aſcelon cum finibus eius: ⁊ hec'ron cum finibus eius. Fuitqꝫ dominus cum iebuda ⁊ montem poſſedit: nec potuit delere habitatoꝛes vallis quia ferreis curribus abundabant. Diuina prouidentia fert opem ſecundum menſuram ſuæ diſpoſitionis. & propterea utrunqꝫ dicit ſcriptura: & ꝙ fuit iehouah cum iuda / & ꝙ non fuit cum eo ad expellendum habitatores uallis. Non enim hebraice ſcribitur & non potuerunt: ſed & fuit iehouah cum iuda & hæreditauit montem / ꝙ non ad expellendum habitatores uallis: hoc eſt fuit iehouah eum iuda ad hoc ut poſsideret montem ita ꝙ non ad expellendum habitatores uallis. facile ſiquidem fuiſſet deo ferre opem contra ſecundas cauſas ſubiunctas curruum ferreorum.

Dederuntqꝫ chaleb chebꝛon / ſicut locutus fuerat moſes: ⁊ expulit inde tres filios hanac. Iterum miſcet geſta tempore ioſuæ ratione ſupradicta. Iebuſeum autem habitatoꝛem ieruſalaim non expulerunt filij biniamin: habitauitqꝫ iebuſeus cum filijs biniamin in ierūſalaim vſqꝫ in pꝛeſentem diem. Tranſitur a geſtis iudæ ad geſta tribus beniamin tempore ſenum. Intelligimus enim ꝙ derelicta ieruſaleꝫ a filijs iudæ/habitata eſt a filijs beniamin & iebuſæis ſimul q ſupererant ex clade facta a filijs iudæ. ieruſalem enim in ſorte beniamin ſupputata eſt ioſuæ .18.

Domus quoqꝫ ioſeph aſcendit in beth'hel: ⁊ fuit dominus cum ea. Bonum opus nec ephraim nec menaſsi ſed domui ioſeph attribuitur: ad inſinuandum uel ꝙ merito patriarchæ ioſeph uel ꝙ imitatoribus ioſeph deus opem tulit. Et exploꝛare fecerunt domus ioſeph beth'hel: ⁊ nomen ciuitatis fuit antea luꝫ. Videruntqꝫ hominem. Iuxta hebræum habetur. Et viderunt cuſtodes virum exeuntē de ciuita-

te. hoc eſt cuſtodes uiderũt uirum egredientem quidem de ciuitate ſed nõ uiderunt qua parte egreſſus eſſet: occulte enim egreſſus fuerat / nec cuſtodes aliud perpenderunt niſi ꝙ de ciuitate exierat. & propterea petunr ab apprehenſo homine ut oſtendat eis qua parte ipſe exierit/ut per eandem ipſi poſſent introire occulte. Dixeruntqꝫ ad eum/oſtende nobis queſumus introitum ciuitatis ⁊ faciemus tecum miſericordiam. Legendum eſt. gratiam. iam enim erat captus, & promittunt liberratem non ſolum ei ſed & familiæ eius uniuerſe: ut teſtantur ſubiuncta. Et oſtendit eis introitum ciuitatis/⁊ percuſſerunt ciuitatem in ore gladij: virum autem ⁊ omnem familiam eius dimiſerunt. Iuitqꝫ vir in terram ethim. Legendum eſt. chitthim. Quod ideo annotauerim quia hinc argumentum habetur ꝙ chitthim nomen eſt regionis non multum remoræ a terra promiſsionis: & hoc propter prophetias balaham. edificauitqꝫ ciuitatem ⁊ vocauit nomen eius luz, que ita appellatur vſqꝫ in preſentem diem.

MEnaſſes quoqꝫ non deleuit beth'ſcan ⁊ filias eius / ⁊ thahanac ⁊ filias eius / ⁊ habitatores dor ⁊ filias eius / et habitatores ijb'leham ⁊ filias eius / ⁊ habitatores megiddo ⁊ filias eius: voluitqꝫ chenahaneus habitare in terra iſta. Et fuit cum roboratus eſt iſrael / poſuit chenahaneum tributarium: ⁊ expellendo nõ expulit eum. Eph'raim etiam non expulit chenahaneum habitantem in ghazer: habitauitqꝫ chenahaneus in medio eius in ghazer. Malum non attribuitur filijs ioſeph ſed nominibus proprijs menaſsis & ſimiliter ephraim: de ambobus enim dicitur ꝙ neuter expulit chenahanæum habitantem in ſua ſorte contra mandatum dei.

Zebulun non expulit habitatores cit'ron ⁊ habitatores nahalol: habitauitqꝫ chenahaneus in medio eius / ⁊ fuit ei tributarius. Aſer non expulit habitatores haccho ⁊ habitatores zidon: ⁊ ach'lab ⁊ achzib ⁊ chelbe / ⁊ aphic ⁊ rechob. Habitauitqꝫ aſerita in medio chenahanei habitatoris terre: quia non expulit eum. Naphthali non expulit habitatores beth'ſemes ⁊ habitatores beth'hanath/ habitauitqꝫ in medio chenahaneorum habitatorũ terre: ⁊ habitatores beth'ſemes ⁊ beth'hanath fuerunt eis tributarij.

¶ Et compulerunt emorei filios dan ad montem: non enim dederunt eis vt deſcenderent in vallem. Narratis malis culpæ multarum tribuum inobedientium præceptis diuinis / ſubiungitur malum pœnæ illatum tribui dan. quo autem peccato hanc pœnam meruerit tribus dan / non ſcribitur. Habitauitqꝫ in monte cheres (quod interpreta-

tur teſtatio) in a'ialon ⁊ ſahalbim. Iuxta hebræum habetur. Et cepit emoreus ad habitandum in monte cheres / in a'ialon ⁊ in ſa'halbim. Reliqua addidit interpres. & ſententia eſt manifeſta / niſi ꝙ loca ſunt ignota. Mons tamen cheres ſonat montem ſolis in ſorte ephraim: & conſonat ſubiunctæ obuiationi. ⁊ aggrauata eſt manus domus ioſeph. Iuxta hebræum habetur. ⁊ aggrauauit manus domus ioſeph. Et eſt ſenſus ꝙ attentātibus emoræis appropriare ſibi montem cheres cum dictis ciuitatibus, filij ioſeph inſurrexerunt aduerſus eos non delendo eos ſed faciendo eos tributarios. nam iuxta hebræum ſubiungitur. ⁊ fuerunt tributarij. emoræi enim referuntur ſubiecti tributo & non deleti. Et propterea ſubiunguntur termini terræ quam habitabant. Et terminus emorei ab aſcenſu ſcorpionum / a petra ⁊ ſupra.

CAPVT .II.

AScenditq; angelus domini de ghilgal ad locū flentium. Poſtremo geſta tempore ſenum deſcribuntur. diuina ſiquidem benignitas uidens tot tribus iſrael præteriſſe mādata ſua tempore ſenum quo ad duo (uidelicet gentes delendas ſub fœdere tributi accipere / & aras idolorum non ſubuertere) anteꝗ̄ ad peiora progrederentur miſit angelum ſuum / arguentem eos prouocantemq; ad pœnitentiā. Et quia narratur ꝙ angelus de ghalgalis aſcendit ad locum qui poſtea appellatus eſt locus flentium, inſinuatur ꝙ angelus primo apparuit in ghalgalis: ſed quomodo concurrerit populus ad eum / non eſt ſcriptum. Nec eſt ſcriptum an mandauerit populum congregari in loco flentium / an ipſe cum populo congregato in ghalgalis aſcenderit ad locum flentium. ⁊ ait / eduxi vos de egypto ⁊ introduxi in terram quam iuraui patribus veſtris. Angelus dei non tanꝗ̄ nuncius ſed in perſona dei loqui ſe manifeſtat / dicendo eduxi uos de ægypto & introduxi in terram quam iuraui patribus ueſtris &c. ⁊ pollicitus ſum. Legendum eſt. ⁊ dixi / non ſoluam pactum meum vobiſcum in eternum. Et vos non ferietis fedus cum habitatoribus terre huius. Inter beneficia diuina collata populo / commemorat ſe affirmaſſe ꝙ non franget in ſempiternum pactum ſuum cum eis, & ꝙ ipſi fœdus non inirent &c. ⁊ aras eorum diruetis: ⁊ non audiſtis vocem meam / cur hoc feciſtis? Libra prudens lector uerba angelica / & prædicta duo tm̄ pctā inuenies: ita ꝙ adhuc nō declinauerat populus in idolatriam. Quāobrem nolui delere eos a facie veſtra: vt habeatis hoſtes / ⁊ dij eorum ſint vobis in ruinam. Iuxta hebræum habetur.

Et etiam dixi/non expellam eos a faciebus veſtris: ⁊ erunt vobis in laqueos/⁊ dij eorum erunt vobis in offendiculum. Commemorat angelus olim a deo prædicta: vcꝫ ꝙ nõ omnes gentes delendas ſimul deleret(hoc enim dixerat deus exo.23) & quod olim monuerat eos ꝙ a gẽtibus interim relictis cauendum eſſet ut a laqueis/& a dijs earum ut ab offendiculis: hoc enim millies prædictum eſt.

¶ Cũqꝫ loqueretur angelus domini hec verba ad omnes filios iſrael. Hinc clare apparet conueniſſe populum iſrael ad angelum. eleuauerunt vocem ſuam ⁊ fleuerũt. Ecce pœnitentia populi. Vocauerũtqꝫ nomen loci illius bochim. Ex iſto fletu locus ille ſortitus eſt nomen bochim: hoc eſt ploratores. ⁊ immolauerunt ibi domino. Non ſolis clamore & fletu ſed etiam ſacrificio pœnitentiam egerunt. Et ex apparitione angeli ibidem/licere ſibi ſacrificare in loco interdicto ſecundum legem reputauerunt. nam ſecundum legem nullibi fas erat offerre ſacrificium niſi ubi erat tabernaculum dei.

Dimiſit ergo iehoſua populũ: ⁊ abierũt filij iſrael vnuſqſqꝫ in poſſeſſionem ſuam vt obtinerent eam. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et miſit iehoſua populum: ⁊ ierunt filij iſrael / quilibet ad hereditatem ſuam ad hereditandum terram. Hæc uerba ſumpta ſunt ex calce libri ioſuæ. & eſt manifeſta repetitio/& ut prima fronte apparet extra propoſitum: ſed reuera non eſt extra propoſitũ authoris/intendentis ex tribus temporibus ſummare duo tempora: hoc eſt ex tempore ioſuæ & ex tempore ſenum & ex tempore iudicum ſummare duo tempora / alterum ioſuæ & ſenum alterum iudicum: eo ꝙ relatiue ad cultum dei tempus ioſuæ & tempus ſenum conuenerunt/ut infra clare ſubiungitur. Et ſimiliter uniuerſa tempora iudicum conuenerunt. illa quidem in perſeuerantia cultus ſolius ueri dei: iſta autem in alterius diuino cultu & cultu idolorum: quod etiam inferius clare ſubiungitur. Poſt narrata itaqꝫ geſta tempore ſenum, uniturus author tempus ioſuæ & tempus ſenum relatiue ad cultum dei/ reſumit extrema ioſuæ. Seruieruntqꝫ populus domino omnibus diebus iehoſue: ⁊ omnibus diebus ſeniorum qui longo tempore vixerunt poſt iehoſuã/ ⁊ qui nouerant omnia opera domini magna que fecit iſraeli. Ecce manifeſte explicatur conuenientia temporis ioſuæ & temporis ſenum quo ad cultum dei. Et bene nota ꝙ non dicitur ꝙ ſeruauerunt præcepta domini/ſed ꝙ ſeruierunt populus iehouah: hoc eſt coluerunt ipſum ſolum omnibus diebus ioſuæ & omnibus diebus ſenum.

¶ Mortuuſqꝫ eſt iehoſua fili⁹ nun ſeru⁹ dñi / fili⁹ centũ ⁊ decem annorum. Et ſepelierunt eum in termino hereditatis eius in thimnath cheres in monte ephraim / ab aquilone monti gha-

his. Aduerte ꝙ nomen ciuitatis huius uariat̃ hic & ioſuæ ultimo. nã ibi noiat̃ thimnath ſerach/hic uero thimnath cheres: ad inſinuandum ꝙ ciuitas quæ prius uocabat̃ prohibitio reſidui (neſcio a quo euentu) uocata fuerit poſt reædificationem a ioſua prohibitio ſolis/ in memoriam prohibiti a ioſua ſolis ne progrederet̃. thimnath enim prohibitionem/ſerach reſiduum/cheres uero ſolem ſignificat. ¶ Omniſq; illa generatio congregata eſt ad patres ſuos. Deſcripturus tempus iudicum/prænarrat mortẽ tã ioſuæ ꝗ̃ ſenũ, ut poſt mortẽ ſenũ manifeſtior fiat qualitas ſucceſſoꝝ de qbus ſubditur. ⁊ ſurrexerũt alij q non nouerant dñm/⁊ opa que fecerat cũ iſrael. Iuxta hebræum plus habetur. ⁊ ſurrexit generatio altera poſt eos qui neſcierunt iehouah/⁊ etiam opus quod fecit iſraeli. Ad differentiam ſenum qui fuerant poſt ioſuam/deſcribitur ab oppoſitis cõditionibus generatio noua compræhendens uniuerſam generationem tempore iudicum.

FEceruntq; filij iſrael malum in conſpectu domini, ⁊ ſeruierunt bebalim. Et dimiſerunt dominum deum patrum ſuoꝝ qui eduxerat eos de terra egypti/ ⁊ iuerũt poſt deos alienos ex dijs populorum qui erant in circũitu eorum ⁊ adorauerunt eos: ⁊ ad iracundiam concitauerunt dominum. Dimiſerũtq; dominum, ⁊ ſeruierunt babal ⁊ haſtaroth. Perlege ſubiuncta: & inuenies deſcribi uniuerſam generationem tempore iudicum relatiue ad diuinum cultum. narratur enim ꝙ ſeruierunt alijs dijs. Et in hoc manifeſtatur ꝙ longe deteriores fuerunt illis qui fuerunt tempore ſenum. nam tempore ſenum peccauerũt omiſſione deſtruendi tum gentes tum aras gentilium: tempore autem poſteriore peccauerunt peccato commiſſionis maximo colendo deos alios: immo (quod peius eſt) reliquerunt dominũ deum patrũ ſuoꝝ qui eduxit eos de terra ægypti. Et in hoc fuerunt peiores ſamaritanis. nam ſamaritani colebant & deum uerum & deos alios: iſti autem ſic coluerunt deos alios ꝙ dereliquerunt cultum dei ueri. Hæc enim crimina clare narrantur in litera.

¶ Iratuſq; eſt furor domini contra iſrael. Narratis criminibus nouæ generationis, narratur punitio eiuſdem ſimiliter in genere. Et ut ſæpe dictũ eſt/ ad ſimilitudinem irati deſcribitur furor dei punientis iſrael. ⁊ tradidit eos in manus diripientium. Ecce prima pœna quo ad facultates. qui ceperunt eos. Legendum eſt. ⁊ diripuerunt eos. Executio cum effectu direptionis rerum deſcribitur. ⁊ vendiderunt hoſtibus qui habitabãt per gyrum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ vendidit eos in manus inimicorum eorum in circũitu. De deo dicitur ꝙ uendidit eos. & eſt ſenſus ꝙ uenales eos reddidit ſub manibus inimicorum eorum in circũitu. Et per hoc deſcribitur ſecunda pœna maior priore, quãto ſeruitus maior eſt pœna ꝗ̃ pati direptionem rerum. fecit enim eos deus ſeruos uenales in circũitu inimicoruꝫ eoꝝ. nec potuerunt reſiſtere aduerſarijs ſuis. Iuxta hebræum habetur.

Digitized by Google

⁊ non potuerunt adhuc ſtare coram inimicis ſuis. Tertia ſiquidẽ pœna deſcribitur impotentia ſtandi coram inimicis ſuis etiam poſt direptionem & uenalitatẽ: hoc eſt ꝙ multis direptis & multis uenditis reſidui adhuc ſunt puniti impotentia ſtandi coram inimicis ſuis. Et hæc impotentia declaratur ſubiungendo. In omni quo egreſſi ſunt manus iehouah fuit in eis in malum. Siue egrederentur ad reſiſtendum ſiue ad aggrediendum/ſemper manus dei fuit eis in malum pœnæ. ſicut locutus eſt dominus/ ⁊ ſicut iurauit dominus eis: ⁊ anguſtari fecit eos valde. Quãuis pluries deus legatur cõminatus ultionem huiuſmodi, iuramentum tamen non apparet alibi ſcriptum niſi hic cõmemorando illud. Nec eſt dubitandum ſic fuiſſe: multa enim dixit deus quæ non ſunt ſcripta in libris moſis, quæ tamen uel per reuelationem diuinam uel per traditionem paternam nouerunt & ſcripſerunt authores ſacræ ſcripturæ.

SVſcitauitq; dominus iudices: ⁊ liberauerunt eos de manu diripientium eos. Tempus iudicum diſtinguit author in tempus peccati/in tempus punitionis & in tempus diuinæ benignitatis eleuantis iudicem aliquẽ ad liberandum populum de manu diripientiũ eos. Sed nec eos audire voluerunt/fornicantes cum dijs alienis ⁊ adorantes eos: receſſerunt cito de via per quã ambulauerunt patres eoꝝ ad audiendum præcepta domini/non fecerunt ſic. Intellige hanc ſententiã ut inferius declaratur. dicitur enim hoc non ad narrandum ꝙ etiam uiuentibus iudicibus populus nollet eos audire: ſed ad narrandum inſtabilitatem populi / ꝙ non perſeuerabat in bono poſt uiſam ſalutem datam a deo per iudicem, ſed tanq̃ ſi iudicem non audiſſent reuertebant̃ ad idolatriam cito. ¶ Cunq; dominus iudices ſuſcitaret. Ad declarandum propoſita ambo (uidelicet & bonum tempore iudicis & malum ꝙ iudices non audiebant) dicit author ꝙ quando uiuebant iudices bene res gerebat̃, mortuo autem iudice reuertebantur ad uomitum. in diebus eorum flectebatur miſericordia, ⁊ audiebat afflictorũ gemitus ⁊ liberabat eos de cede vaſtantium. Paraphraſis eſt: nam hebraice ſcribitur. ⁊ erit iehouah cum iudice/⁊ faciet ſeruare eos de manu inimicorum eorum omnibus diebus iudicis: quia penitebit iehouah a clamore eorũ / a faciebus oppreſſorum eorum ⁊ impulſorum eorum. Benignitas dei ad ſaluandũ eos uiuente iudice cum ratione benignitatis (pœnitentia ſcilicet diuina afflicti populi) declaratur. Sed pœnitentiam metaphorice intellige in deo quemadmodum iram. ad inſtar ſiquidem pœnitentis quantum ad effectum deſcribitur tanq̃ motus ad pœnitendum ꝙ afflixerit populum a clamore populi oppreſſi & continue ad peiora redacti ab inimicis. diuina enim opera more humano deſcribuntur. Poſtq̃ autem mortu9 eſſet iudex reuertebãtur ⁊ corrumpebantur magiſq̃ patres eorum / ſequentes deos alienos

ſeruiendo eis ⁊ adorando eos: non dimiſerunt opera ſua ⁊ viã ſuam duram per quam ambulare conſueuerant.

¶ Iratuſqꝫ eſt furor domini in iſrael / ⁊ ait: quia tranſgreſſa eſt gens iſta pactum meum quod precepi patribꝰ eorum ⁊ non obedierunt voci meę. etiam ego non delebo virum a facie eorum de gentibus quas dimiſit iehoſua / ⁊ mortuus eſt. Narrauerat maiorẽ effectum diuinæ iræ / vcꝫ tradere iſraelitas in manus hoſtium: narrat modo minorem effectum / videlicet non delere gentes relictas a ioſua. hebraico enim more a maiore ad minus procedit oratio. Vt in ipſis experiar iſrael vtrũ cuſtodiant viam domini ⁊ ambulent in ea ſicut cuſtodierũt patres eorum / an non. Quanuis anceps ſit experiendi uerbum in hebræo an referatur ad ioſuam an ad deum, quia tamen mortuus non poteſt experiri / recte refertur ad deum. Et quemadmodum pœnitere & iraſci attribuuntur deo metaphorice, ita & experiri ſeu tentare / pro quanto efficit ad inſtar tentantis & experientiam uidere uolentis. Sicut enim deus reliquit obiecta tentationum quibus homines tentantur ad peccata (puta delectabilia ſecundum ſenſum / & delectabilia ſecundum animum / honorem gloriam & huiuſmodi) tanq̃ ad experientia teſte uidendum an homines ſeruent præcepta diuinæ legis an non, ita reliquit illas gentes poſt mortem ioſuæ ut experientia manifeſtaret animos iſraelitarum in lege dei erga illas gentes. Dimiſitqꝫ dominus gentes iſtas / non delendo eas cito: ⁊ non tradidit eas in manum iehoſue. Prædictam rationem reddit author quare deus non deleuit per manus ioſuæ gentes iſtas.

CAPVT .III.

Iſtęqꝫ ſunt gentes quas dimiſit dominus: Occaſione commemoratarum gentium quas non ſubegit ioſua, ſubiungitur quæ ſint iſtæ gentes. vt erudiret in eis iſraelem ⁊ omnes qui non nouerant bella chananeorum. Iuxta hebræum habetur. ad probandum in eis iſrael: omnes qui neſcierunt omnia bella chenahan. Alia adiungitur ratio quare relictæ ſint iſtæ gentes: vcꝫ ut iſraelitæ ſcirent præliari. Et declarat̃ in litera ꝙ eſt ſermo de iſraelitis neſcientibus prælia chanahan: hoc eſt q nõ interfuerunt prælijs contra chananæos tempore ioſuæ. ꝓpterea enim abſqꝫ coniunctiõe copulatiua in textu hebraico ſubiungitur appoſitiue / omnes q neſcierũt omnia bella chanahan. Et ad hoc magis explicandum ſtatim ſubditur. Tantum vt ſcirent generationes filiorum iſrael ad docendum eos prelium. Et declarando ꝓnomen eos / ſtatim ſubditur. tantum qui prius neſcierunt ea. Ratio itaqꝫ relictarum gentium iſtarum fuit ut iſraelitæ exercerentur ad bellum, ita ꝙ filij non alerentur a parentibus abſqꝫ arte militari ſubſiſtente cauſa debellandi gentes iſtas.

Digitized by Google

Ex quibus iunctis ijs quæ tradidit moſes/ triplex ratio colligitur quare relictæ ſunt iſtæ gentes paulatim delendæ. prima quia populus iſrael non ſufficiebat ad habitandum & colendum terram illam totam: ſuccreuiſſent enim beſtiæ aduerſus eos ſi terra fuiſſet inculta. ſecunda ut exercerentur animi iſraelitarum in ijs quæ religionis & morum ſunt/iuxta ſe poſitis gentibus idolatris & malorũ morum. tertia ut exercerentur iſraelitarum filij in arte militari/habendo iuxta ſe delendos hoſtes. Et omnes iſtæ rationes concernunt bonum populi iſrael. prima enim ad quietam uitam/ſecunda ad liberum exercitium uirtutis ac meriti/tertia ad effugandam ignauiam molliciemq; a populo ſpectat. Et ſcripta ſunt hæc in doctrina ſacra/attributaq; deo, ut intelligamus gratam eſſe deo non ſolum pugnam aduerſus uitia ſed etiam ipſam armatam militiam aduerſus hoſtes. quam hodie uituperant uitia militum: ſed eorũ iniquitas non militia ipſa in culpa eſt.

Quinq; principes peliſtinorum/omnemq; chenabaneũ & zidonium & chiueum habitantẽ in monte libano: a mõte bahal chermon vſq; ad introitum chamath.

Fueruntq; ad probandum in eis iſraelem: ad ſciendũ an audirent precepta domini que precepit patribus eorum per manum moſis. ¶ Et filij iſrael habitauerunt in medio chenabanei/ hithei & emorei & perizei & chiuei & iebuſei. acceperũtq; filias eorum ſibi in vxores/& filias ſuas dederunt filijs eorũ: & ſeruierunt dijs eorum. Epilogat author ſtatum filiorum iſrael poſt tempus ſenũ/adiungendo crimini idolatriæ peccata affinitatum inhibitarum in lege. & hic terminatur ſummarium temporum iudicum in genere. Vbi prudens lector aduerte quod ex eo quod author libri antequam tractet de ſingulis iudicibus ſummauit alterna bona & mala totius temporis iudicũ, manifeſte patet quod liber iſte non eſt ſcriptus tempore quo res gerebantur/ſed poſt tempora iudicum cõpleta. Ex annalibus autem iſrael credendum eſt authorem libri habuiſſe notitiam præteritorum geſtorum: neſcitur enim author. Feceruntq; malũ in conſpectu domini/ & obliti ſunt domini dei ſui. Redit author ad hiſtoriam narrando quæ cito ſubſecuta ſunt poſt tempus ſenum. ex tunc enim ſupputatur tempus iudicum. & propterea non repetendo ſed ad narrandum in ſpecie generatiõis illius quæ immediate ſucceſsit tempori ſenum peccata/dicit & fecerunt filij iſrael malum in oculis iehouah &c. Quod autem ſubditur. ſeruientes bahalim & aſtaroth. iuxta hebræum habetur. & ſeruierunt behalim & quercubus. Et behalim quidem nomen eſt idolorum: quercus autem diuinum cultum exhibitum arboribus conſecratis dæmonibus ſignificant. nam dicitur quod ſeruierunt quercubus. ¶ Iratuſq; eſt furor domini contra iſrael. Prima afflictio iſraelis tempore iudicum deſcribitur. & tradidit eos. Iuxta hebræum habetur. & vendidit eos. tum quia in ſeruos uenales dedit: tum quia pro precio alicuius boni opis quod fecerat ſubiunctus rex dedit eos / iuxta reuelationem factam

ezechieli ca. 29. de mercede nabuchodonoſor. in manꝰ chuſan risbathaim regis meſopotamie. Iuxta hebræum habetur. regis aram fluuiorum. Aram ciuitas eſt in qua peregrinatus eſt iacob/unde orta eſt ribeca. quæ appellatur aram fluuiorum, eo ꝙ ſita eſt inter tigrim & euphratem. ſeruieruntqȝ ei octo annis. Non ſolum effecti ſunt uenales multi eorum, ſed manentes in urbibus ſeruierunt regi.

¶ Et clamauerũt filij iſrael ad dñm. Tandẽ ad cor reuerſi/ex intimo corde magno feruore (nõ oris clamore) inuocarũt fontẽ eſſendi. ſuſcitauitqȝ dominus ſaluatorem filijs iſrael ⁊ liberauit eos: hothniel filium cenaȝ/fratrẽ chaleb minorem eo. Hinc apparet ꝙ paruum tempus fuerit tempus ſenum. nam iſte hothniel fuerat tantæ ætatis tẽpore ioſuæ ut primus debellator cir'iath ſepher fuerit. Fuitqȝ ſuper eum ſpiritus domini. Ecce modus quomodo ſuſcitauit deus hothnielem in ſaluatorem populi/infundendo ſcilicet ſpiritum ſuum in eum, proculdubio ſpiritum accenſiuum populi ad ſeruitutem dei/ad uendicandum ſe in libertatem/ad bellum. ⁊ iudicauit iſrael. Primus iudex iſraelitici populi fuit hothniel. egreſſuſqȝ eſt ad pugnam. Ecce modus quo ſaluauit iſrael. ⁊ tradidit dominus in manꝰ eius chuſan risbathaim regem ſyrie. Legendum eſt, regem aram. Non intelligo perſonam regis ſed exercitum eius traditum in manũ hothnielis. In cuius ſignum ſequitur. ⁊ oppreſſit eum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ roborauit manum eius ſuper chuſan risbathaim. ſignificatur enim ꝙ deus nõ ſolum dedit uictoriam aduerſus exercitum regis aram, ſed etiam roborauit potentiã hothnielis ſuper regem illum. Et hinc deſcribit' effectus. Quieuitqȝ terra annis quadraginta. uſqȝ vcȝ ad mortem hothnielis. ⁊ mortuus eſt hothniel filius cenaȝ.

ET addiderũt filij iſrael. proculdubio prioribus peccatis. ad faciendum malum in oculis domini: q confortauit. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ roborauit iehouah heg'lon regem moab contra iſrael/propterea ꝙ fecerant malum in oculis domini. Proculdubio tanqȝ inſtrumento iuſtitiæ ſuæ utendo rege illo/roborauit & animũ & uires eius ad bellum contra iſrael. Et copulauit ei filios hammon ⁊ hamalec. Non eſt perſpicuum in textu hebraico an deo an regi attribuatur adunatio iſta. nam poteſt legi & adunauit ei: & tunc ſignificatur deus. & poteſt legi & adunauit ſibi: & tunc ſignificaretur rex. Prima tamen lectio magis quadrat/ad ſignificandum modum quo deus roborauit regem moab: vcȝ adiungendo illi hammonitas & hamalecitas in fœdus: ut tutus undiqȝ totum robur ſuum cõuerteret aduerſus iſrael. Non enim ſcribitur ꝙ cum hammonitis & hamalecitis progreſſus fuerit ad bellum, ſed duntaxat ꝙ adunati ſunt ei. Si quis tamen tanqȝ auxiliares milites adunatos hos intellexerit/nõ errat. abijtqȝ ⁊ percuſſit iſraelȝ/ ⁊ poſſederunt ciuitatem palmarum. Territorium iericho ſignificatur

ſpecialiter poſſeſſum, quia in eo collocauit præſidium militare rex moab ad cõtinendum iſrael ſub ſeruitute. Seruierũtq; filij iſrael heg'lon regi moab decem ⁊ octo annis. Hæc eſt ſecunda afflictio iſraelis/maior priore. nam prima fuit octo annis, hæc autem decem & octo.

Et clamauerunt filij iſrael ad dominum. Intellige ut prius clamore cordis. ſuſcitauitq; dominus eis ſaluatorem nomine aioth. Corruptum eſt uocabulum: nam hebraice uocaẗ ehud: ſed innumeræ ſunt huiuſmodi corruptiones. filium ghere filij iemini. Non uertitur in dubium apud hebræos ſignificari beniamin: in tribu enim beniamin ſupputatur aioth. Et hinc uniuerſaliter intellige appellatione iemini intelligi beniamin. qui vtraq; manu pro dextera vtebatur. Iuxta hebræum habetur. virum clauſum manu dextera ſua. Vbi clare patet nõ ſignificari uirum utentem utraq; manu pro dextera, ſed clauſum quo ad uſum dexteræ manus. Clauſa ſiquidem ſignificatur uis motiua ne diffunderetur ad naturale robur dexteræ manus: impedimentum enim naturæ appellatur ab authore clauſura. Aiunt tamen hebræi in hodiernum uſq; diem appellari apud eos clauſum eum quẽ uulgo ſiniſtrum dicimus. Significatur itaq; ꝙ homo iſte ſiniſter erat ſecundum uſum manus. miſeruntq; filij iſrael per manum eius munus heg'lon regi moab. Fecitq; ſibi ehud gladium ancipitem/habentem in medio capulum. Hæ ultimæ quattuor dictiones non habentur in hebræo. longitudinis palme manus. Iuxta hebræum habetur. menſura vnius brachij viri longitudo eius. Duæ conditiones gladij huius deſcribuntur. altera ꝙ erat duarum acierum: altera ꝙ erat longitudinis unius cubiti. ⁊ accinctus eſt eo ſubter ſagum in dextero femore ſuo. Speciem pro genere interpres poſuit. nam hebraice ſub ueſtibus abſq; ueſtis ſpecie deſcribiẗ. Obtulitq; munus heg'lon regi moab: heg'lon autem erat vir craſſus valde. Cũq; obtuliſſet munus/dimiſit populum qui detulerat munus. Et reuerſus de ghalgalis vbi erant idola. Iuxta hebræum habetur. Et ipſe reuerſus eſt ab inciſionibus que cum ghilgal. Et dictio interpretata inciſionibus/hebraico more ſignificare poteſt concretum: hoc eſt inciſa. Quo uocabulo quandoq; ſignificantur ſimulachra inciſionibus figurata: ſignificatæ ſunt etiam tabellæ lapideæ decem præceptorum inciſæ a moſe. nonnulli autem intelligunt ibidem fuiſſe lapidicinam. Et quia inciſionis nomen cõmune eſt, non niſi diuinando definire poſſem quid in hac litera ſignificetur ꝑ inciſiones. notiſſimus ſiquidem locus uidetur ſignificari: & propterea intelligere lapidicinas non abnuo. ⁊ dixit/verbum ſecretum eſt mihi ad te o rex: ⁊ ille imperauit ſilentium. Minus dicitur & plus ſignificatur: ve3 egreſſus aliorum. egreſſiq; ſunt ab eo omnes qui ſtabant apud eu3. Et ehud ingreſſus eſt ad eum. hoc eſt appropinquauit ad alloquendũ eum. non enim ſumitur ingredi pro introire ſed pro uenire: ut hebraica teſtatur

Digitized by Google

ueritas. ipſe autem ſedebat in eſtiuo cenaculo/ſolus. Iuxta hebræum habetur. quod ipſi/ſoli ipſi. De aula refrigerationis dicitur. quæ ipſi/regi, ſoli ipſi regi/erat uſui. Dixitqꝫ ehud/ verbum dei habeo ad te: ⁊ ſurrexit de ſolio. Nomen elohim ſcribitur hic. Et finxit aioth relatuꝫ um ſe uerbum ex parte dei iudicantis & gubernantis/multiplici ratiõe. tum ex parte ipſius aioth, ut non genuflexus ſed ſtans alloqueretur regem/ ut commodius poſſet occidere eum. nuncius enim dei quanto honore afficeretur/ teſtatur aſſurrectio regis. Et hæc fuit præcipua cauſa huius fictionis. quam comitabatur ſitus regis facilior ad hoc ut unico ictu uehementius percuteretur ſtans ꝙ ſedens: necnõ ꝙ dum rex attendit ad exhibendam deo reuerentiã/minus aduertat ad manum percuſſoris. Miſitqꝫ ehud ſiniſtram manum ſuam/ ⁊ tulit gladium de dextero femore ſuo: ⁊ infixit eum in ventrem eius tam valide vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere/ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur. Nec eduxit gladium/ſed ita vt percuſſerat reliquit in corpore: ⁊ exierũt excrementa. Ehud aũt clauſis per ſe oſtijs cenaculi ⁊ offirmatis ſera. Iuxta hebræum habetur. ⁊ claudet. hoc eſt ꝙ ita clauſit oſtia aulæ per ſeipſum ꝙ ſubſecuta eſt clauſio. ſignificat᷑ enim ꝙ ſera erat ſic fabrefacta ut ſolo tractu clauderetur ſic ꝙ non niſi claue aperiri poſſet: ut frequentiſſimo uſu uidemus. per poſticum egreſſus eſt. Iuxta hebræum habetur. egreſſus eſt ad ordinationem. hoc eſt ad locum in quo ordinarie curiales manere conſueuerant. ſignificatur enim ꝙ exiuit ꝑ ordinaria loca tanꝙ nihil mali egiſſet/nullã ſui ſuſpitionem dans curialibus. Seruiqꝫ regis ingreſſi/viderunt clauſas fores cenaculi: atqꝫ dixerunt/forſitan purgat aluum in eſtiuo cenaculo. Expectanteſqꝫ diu donec erubeſcerent. Iuxta hebræum habetur. Et expectarunt vſqꝫquo tardaret. Sententia eſt clara. ⁊ ecce non aperiebat fores cenaculi: ceperuntqꝫ clauem ⁊ aperuerunt/ ⁊ ecce dominus eorum ceciderat in terram mortuus. Ehud autem euaſit dum illi turbarentur. Iuxta hebræum habetur. dum illi tardarent. expectando dominum ſuum ut aperiret. ⁊ pertranſijt locum idolorum vnde reuerſus fuerat/ venitqꝫ in ſehirath. Interpres addidit: nam hebraice nihil aliud ſcribitur niſi ꝙ tranſiit inciſiones & euaſit in ſehirath. Senſus tamen in idem redit: niſi ꝙ ambiguum eſt inciſionis nomen ut prædictum fuit.

¶ Et fuit dum veniret/ clanxit buccina in monte ephraim: deſcenderuntqꝫ cum eo filij iſrael de monte/ ipſo ante eos gradiente. Dixitqꝫ ad eos, ſequimini me/tradidit enim dominus inimicos veſtros moabitas in manus veſtras: deſcenderuntqꝫ poſt eum, ⁊ ceperunt vada iarden moabitis/ ⁊ nõ permiſerũt quenqꝫ tranſire. Præſidium militum regis moab ad continendum iſrael ſub ſeruitute habitabat in iericho quæ eſt cis iordaneꝫ in terra chanahan. & ꝓpterea pruden-

ter aioth

ter aioth occupauit uada iordanis ad moab (quæ eſt trans iordanē) ut regium præſidiū ꝯcluderet̃ flumine/& ſic interficeret̃: ut rei ꝓbauit euentus. Percuſſeruntq́ȝ moab in tpe illo circiter decem millia viroꝝ / oēs robuſtos. Hebraice habet̃. pingues ⁊ fortes viros. deſcribunt̃. n. decē millia uiroꝝ in præſidiū omnes uiri non ſolū fortes ſed etiā corpulenti. ⁊ non euaſit quiſq́ȝ. Ex his geſtis habes prudens lector ꝙ licite occidit̃ tyrānus q nō eſt dñs gētis nō ſolū a populo ſed ēt a quolibet populi: tanq̄ȝ hoſtis publicus/habēs ꝯtinue iniuſtū bellū aduerſus poplm uiolēter tenēdo eū in ſeruitute. Humiliatuſq́ȝ eſt moab ī die illo ſub manu iſrael, ⁊ quieuit terra octoginta ānis.

ET poſt hunc fuit ſamgar filius danath. Hic fuit tertius iudex/q modico tpe floruiſſe uidet̃. q ꝑcuſſit peliſtim ſexcentos viros vomere. Iuxta hebræū habet̃. in ſtimulo bouis. Hebraico more ſingularis numeri nomine multitudo deſcribitur ſtimuloꝝ. inſurrexit. n. hic cū alijs loco gladioꝝ & lāceaꝝ habentibus ſtimulos bouinos, & ꝑcuſſit ſexcentos peliſtinos moleſtos iſraeli. ⁊ ēt ipſe ſaluauit iſrael. Quāuis unicū tm̄ geſtū ab hoc referatur, inter ſaluatores tm̄ iſraelis in textu ſupputat̃/quia eo tempore quo rexit ſeruauit populum ab oppreſſionibus exterorum.

CAPVT .IIII.

ADdideruntq́ȝ filij iſrael facere malū in cōſpectu dñi/poſt mortē aioth. Parui refert ꝙ iuxta hebraū hr̃. ⁊ ehud mortu9 ē. ſignificat̃. n. ꝙ ipſo mortuo reuerſi ſunt filij iſrael ad malū. Et tā paruo tpe rexit ſamgar ut ꝓ nihilo ſupputet̃: & ꝓpea ſolus ehud dicit̃ mortuus. Et tradidit illos dñs. Iuxta hebræū hr̃. Et vendidit eos iehouah in man9 iabin regis chenahan. Expone uenditionē ut ſupra. Et eſt hæc tertia afflictio iſrael ſub poteſtate iabin regis chanahan. q regnauit ī chaſor. Hæc ē ciuitas quā ꝯbuſſerat ioſua: & reædificata fuit a chananæis/ i q̄ reſidebat iabin rex. ⁊ princeps exercit9 ei9 erat ſiſera/ipſe aūt habitabat ī haroſeth gentiū. Iuxta hebræū hr̃. ⁊ ipſe habitās in ſylua gentiū. Pronomen ipſe/demonſtrat ſiſerā principē exercitus. Quis autem locus appelletur ſylua gentium/non facile hodie ſciri poteſt.

CLamaueruntq́ȝ filij iſrael ad dñm: nōgentos. n. hēbat falcatos curr9/⁊ ipſe oppreſſit iſraelē vehemēter viginti ānis. Hæc tertia afflictio lōgior tā p̄ma q̄ȝ ſecūda deſcribit̃ & merito/qa pctā multiplicata erāt.

¶ Erat aūt debora ꝓphetes. Iuxta hebræū hr̃. Et debora mulier ꝓphetes vxor lapidoth. Vbi ſcito ꝙ dictio interpretata uxor ꝓp̄e ſignificat uxorē. Quod ideo ānotauerī ne fallaris. erat. n. uere uxor uiri noīe lapidoth. que iudicabat iſraelē ī tpe illo. Officiū iudicis in mulierē trāſlatū quarto loco deſcribit̃/honeſtādo muliebrē ſexū dono ꝓphetiæ. hoc. n. donū ratio fuit ut ipſa eſſet iudex iſraelis. Et ſedebat ſub palma que noīe illi9 vocabat̃. Palma quæ uocabatur debora ſignificatur. nam hebraice nihil aliud ſcribitur q̄ȝ. ſub palma debora inter ramam ⁊ beth'el ī monte ephraim. Mul-

titudo.n.palmaꝝ cognominata a delbora habitatrice loci inferioris palmis ſignificatur. ⁊ aſcendebant ad eam filij iſrael ad iudicium. Que miſit ⁊ vocauit barac filiū abinobam de cedes naphthali: dixitq; ad eū nōne precepit dn̄s deus iſrael: vade ⁊ trahe in montē thabor/⁊ tolle tecū decē millia viroꝝ de filijs naphthali ⁊ de filijs zebulun. Et traham ad te ad torrentē ciſon ſicerā principē exercit⁹ iabin/⁊ currus eius ⁊ multitudinem eius:⁊ tradā eum in manū tuā. Dixitq; ad eam barac: ſi veneris mecū ibo/⁊ ſi nō veneris mecū nō ibo. Et dixit/eūdo ibo tecū, veruntamē nō erit gloria tua tecū in via qua ambulas/qa ī manū mulieris vendet dn̄s ſiſeram: ſurrexitq; debora/⁊ iuit cum barac in cedes.

¶ Qui cōgregauit zebulun ⁊ naphthali. Deficit.ī cedes.illic.n.congregauit exercitū.⁊ aſcendit cū decē millib⁹ pugnatoꝝ. Iuxta hebræum habetur.⁊ aſcendit ī pedib⁹ ſuis cū decē millibus viroꝝ.pedeſtris.n.exercitus ſignificat᷑ aſcendiſſe in montem thabor.aſcenditq; cū eo debora. Haber aūt cine⁹ receſſerat quondā a ceteris cineis fratrib⁹ ſuis filijs obab cognati moyſi. Iuxta hebræū habet᷑. Et cheber cene⁹ fuit ſeparat⁹ a cain/a filijs chobab ſoceri moſis,⁊ tetendit tentorium ſuū vſq; ad quercū ī zahanaim que cū cedes. Narrat᷑ incidēter ſegregatio iſtius cenei ab alijs/ pp ſubſecutū euentū occiſionis ſiſere apud iſtū. Noīa aūt locoꝝ quoꝝ hic fit mentio/qa ignota ſunt nobis ptrāſeo. Nunciatūq; ē ſiſere ꝙ aſcendiſſet barac fili⁹ abinoham ī montē thabor. Et cōgregauit ſicera oēs curr⁹ ſuos/nōgentos curr⁹ ferreos/⁊ oēs populum qui erat cum eo:de ſylua gentium ad torrentem ciſon.

¶ Dixitq; debora ad barac, ſurge/ hec.n.ē dies ī q̄ tradidit dn̄s ſiſerā in manū tuā/nōne dn̄s egreſſus eſt an̄ faciē tuā:⁊ deſcēdit barac de mōte thabor/⁊ decē millia viroꝝ poſt eū. Et pterruit dn̄s ſiſerā ⁊ oēm currū ac oīa caſtra in ore gladij an̄ faciē barac. Iuxta hebræū pluſq̄ terror ſignificat᷑:ucȝ ꝙ ſic terruit ꝙ reddidit eū attonitū/ita ut trucidarent᷑ gladijs iſraelitaꝝ tanq̄ attoniti uerſi ī fugā. deſcēditq; ſiſera de curru ⁊ fugit pedib⁹ ſuis. Barac aūt pſecut⁹ eſt currus ⁊ caſtra vſq; ad ſyluam gentium:⁊ ceciderunt omnia caſtra ſiſere in ore gladij,non remanſit vſq; ad vnum.

¶ Siſera aūt fugit pedib⁹ ſuis ad tentoriū iahel vxoris cheber cenei:qa erat pax inter iabin regē chazor ⁊ domū cheber cenei. Et egreſſa ē iahel ī occurſuȝ ſiſere/dixitq; ad eū declina dn̄e mi declina ad me/ne timeas:⁊ declinauit ad eā in tentoriū/⁊ opuit eū ſtragulo. Dixitq; ad eā/da bibere mihi queſo paululū aque qa ſitio:que apuit vtrē lactis ⁊ dedit ei bibere/⁊ opuit illū. Dixitq; ad eā/ſta ad oſtiū tentorij:⁊ erit/ſiquis venerit ⁊ interrogauerit

Digitized by Google

te ⁊ dixerit eſtne hic quiſq̄z dices non. Et cepit iahel vxoꝛ che/
ber clauum tentoꝛij / ⁊ poſuit malleum in manu ſua , ⁊ ingreſſa
eſt ad eum clam / ⁊ infixit clauum in tempus eius , ⁊ confixit ſe
in terram : ipſeq̄z ſopoꝛatus ⁊ laſſus moꝛtuus eſt . Et ecce
barac ſequens ſiſeram : egreſſaq̄z eſt iahel in occurſum eius , ⁊
dixit veni ⁊ oſtendam tibi virum quem queris . intrauitq̄z ad
eam , ⁊ ecce ſiſera ceciderat moꝛtuus / ⁊ clauus in tempoꝛe eius.
Humiliauitq̄z deus in die illo iabin regem chenahan coꝛam fi/
lijs iſrael . Nomen eſt elohim . ſummo iudici aſcribitur humiliatio iabin re/
gis / utpote iuſto iudicio effecta. Et ibat manus filioꝛum iſrael eun/
do / ⁊ dura erat cõtra iabin regẽ chenahan, donec excideret eũ.

CAPVT .V.

Ecinerunt q̄z deboꝛa ⁊ barac filius abinoham in die il
lo dicẽdo. Præponitur delbora tanq̄ principalior in conſtructio/
ne huius cantici: ipſa enim dono prophetiæ condidit illud. Qui
ſponte obtuliſtis de iſrael animas veſtras ad pericu/
lum . Manca eſt litera. hebraice enim incipit canticum . In ſoluendo ſo/
lutionem in iſrael / in eſſe ſpontaneum populum , benedicite ie/
houah . Inuitat enim ad laudandum fontem eſſendi in duobus beneficijs: vꝫ
in ultione / quæ ſignificatur per metaphoram ſolutionis tanq̄ ipſa ultio ſit ſo/
lutio debiti inimicis . Alterum uero beneficium eſt libertas populi / ſignificata
per hoc ꝙ populus redditus eſt ſpontaneus ad pugnandum pro libertate : ac
per hoc redditus eſt liber ac ſpontaneus in ſuis rebus ac operibus. Audite re/
ges / auribus percipite pꝛincipes: ego ſum ego ſum que domino
canã / pſallam domino deo iſrael. Iuxta hebræum habet. ego iehouah
ego canam / pſallam iehouah elohe iſrael. Et eſt datiui caſus iehouah.
ſententia eſt clara.

Dñe cum exires de ſehir. Alludit ad dicta moſis in principio benedi/
ctionis filiorum iſrael deute.33. ibi . n. dicit moſes ꝙ dominus ortus eſt iſraelitis
de ſehir: quod ibi declarauimus. Cõmemorat itaq̄ delbora miracula facta tem/
pore moſis: & apparitiones diuinas in monte ſinai / tanq̄ procedentes ex illa pla
ga cœli ſub qua eſt mons ſehir deſcribit, quod in libro exodi tacitũ eſt. ſecundum
enim ſenſibilem apparitionem dicitur domine dum exires de ſehir. ⁊ tranſires
per regiones edom. Legendum eſt iuxta hebræum. dum ambulares ex
agro edom. Explanatio eſt exitus. declaratur enim ꝙ exiuit de ſehir ad montẽ
ſinai ꝑ modum ambulantis ex regione idumææ: ſpecies enim illa ſenſibilis qua/
ſi ambulans uenit ex plaga cœli ſupra idumæam ad locum ſupra montem ſinai.
Terra mota eſt. Iuxta hebrãu habetur. terra tremuit . ad literã. n. mons
ſinai tremuit : ut ſcribitur exo . 19 . iuxta hebraicam ueritatem. celiq̄z ac nu/
bes diſtillauerunt aquis . Iuxta hebræum habetur . etiam celi ſtilla/

uerunt / etiam nubes ſtillauerunt aquas. Nullibi in libris moſis ſcriptum eſt nubes ſtillaſſe aquas. quod autem dicitur de ſtillatione cœlorum niſi ad manna referatur/nullibi etiam legitur quandiu populus fuit in deſerto. Veruntamen quæ non ſunt ibi ſcripta hic ſupplentur: & pluuiæ datæ mirabiliter populo ſignificantur. **Montes fluxerunt a facie domini.** Hoc uerificatur (ſi contextus pateretur) de fluxu aquarum ex petra mirabiliter bis per moſem effecto: aquæ enim illæ tanq̃ fluentes ex montibus ſignificant̃: ut quemadmodum niues fluunt ex ſuperficie extrinſeca montium / ita aquæ illæ ex internis montium fluentes ſignificentur. **⁊ ſinai a facie domini dei iſrael.** Iuxta hebræum abſqꝫ coniunctione habetur. **iſte ſinai a facie iehouah elohe iſrael.** Et contextus quidem ſonat ꝙ appoſitiue dicitur montes fluxerunt iſte ſinai. Veruntamen neſcimus quis fluxus fuerit corporeus in monte ſinai: niſi metaphorice applicetur fluxus ad fumum ignemqꝫ & ſonitum buccinæ quæ apparuerunt in monte ſinai. Vel (quod contextui huic quadrat) ſuppletam intelligamus hic pluuiam tacitam exo. 20. ita ꝙ manifeſtetur hic ꝙ apparente deo in monte ſinai, non ſolum ignis ardens & fumus ſed etiam inter tonitrua coruſcationes ac nubes / cœli per nubes ſtillauerint aquas pluuiæ / ſimulqꝫ ex monte ſinai fluxerint aquæ pluuiales. Hic enim ſenſus ualde conſonat huic contextui. nec diſſonat ab exodo: quoniam perſpicuum eſt ex deuteronomio fuiſſe in eo tacita multa: & in deſcriptis nubibus obſcuris cum tonitruis & coruſcationibus inſinuatur implicite pluuia in monte cuius hic mentio fit. Et hic eſt apud me ſenſus literalis.

¶ In diebus ſamgar filij banath/in diebus iabel ceſſauerunt ſemite: ⁊ ambulantes per vias / iuerunt per ſemitas tortuoſas. Poſt commemorata diuina opera mirabilia tempore patrum priſcorum tranſit ad ſtatum populi paulo ante hanc uictoriam, ut oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. ad hoc enim tempora ſamgar commemorat/ut monſtret diſparitatem inter tempus ſamgar & tempus illius uictoriæ. Quare autẽ iungatur tempus iahelis / aliunde neſcitur. hæc enim litera inſinuat ꝙ iahel aliquo tempore concurrerit ad curam populi iſrael: nam ſignificatur ꝙ in diebus utriuſqꝫ (uẽ ſamgar & iahel) itinera non erant tuta, ſed oportuit itinerantes per tortuoſas incedere uias ut effugerent hoſtes. **Ceſſauerunt fortes in iſrael ⁊ quieuerunt donec ſurgeret delbora/ſurgeret mater in iſrael.** Iuxta hebræum habetur. **Ceſſauerunt ville in iſrael/ceſſauerunt: donec ſurrexi debora / ſurrexi mater in iſrael.** Narrat ꝙ non ſolũ uiæ ceſſauerunt ab officio ſuo/ſed etiam uillæ ceſſauerunt ab habitatione anteqꝫ ipſa regeret: eo ꝙ nec itinerantes irent tuti/nec in uillis ſecure poterat habitari propter hoſtes.

¶ Noua bella elegit dñs. Iuxta hebræum habet̃. **Eliget elohim nouos.** Quod dixerat donec ſurrexi delbora mr̃ in iſrael/modo repetit ſub officio iudicis, manifeſtans ſe electam a deo. Nõ ſibiipſi ſed deo tribuit hanc noui

tatem ꝙ mulier ſit iudex in iſrael.hoc enim ſignificatur dicendo deus eliget nouos elohim/hoc eſt nouos iudices. ¶ Et utitur plurali numero/uel propter adiunctum barac, uel quia elohim pluralis eſt numeri etiam quando ponitur pro ſingulari. Vtitur autem futuri temporis uerbo/non relatiue ad tempus cantici,ſed relatiue ad tempus prærecitatũ quo & uillæ & uiæ erãt deſertæ. ⁊ portas hoſtium ipſe ſubuertit. Iuxta hebræum habetur. tunc oppugnauit portas. Tempus electionis ſuæ deſcribit amplius. deſcripſerat enim illud ex hoc ꝙ tam uias ꝗ̃ uillas inuenit deſertas: deſcribit modo illudmet ex hoc ꝙ uſq; ad portas ciuitatum ueniebant hoſtes / ita ꝙ etiam intra portas ciuitatis exiſtentes iſraelitas oportebat ſe defendere aduerſus uexatores uſq; ad portas diſcurrentes. clypeus ⁊ haſta ſi apparuerunt in quadraginta millibus iſrael. Deſcribit adhuc tempus electionis ſuæ/etiam ex hoc ꝙ iſraelitæ erãt adeo inermes ut nec unus clypeus aut una lancea inueniri poſſet in iſrael intra quadraginta millia hominum. tanta raritas armorum deſcribitur, ut ſupputato populo iſrael & ſupputatis armis / non inueniebantur tot arma ut quadraginta millibus hominum reſponderet unus clypeus & una lancea. deſcribuntur enim per hoc iſraelitæ tunc inermes.

¶ Cor meum diligit principes iſrael. Iuxta hebræum habetur. Cor meum ad ſcribas iſrael. Deſcripto tempore quo electa eſt/deſcribit remedium: videlicet ꝙ uidens populum ſic anguſtatum & inermem / cor ſuum direxit ad doctrinam legis ſcriptam a moſe & ioſua,quos appellat ſcribas iſraelis. qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini. Iuxta hebræum habetur. quia ſpontaneos ſe exhibent/in populo benedicite iehouah. Et eſt ordo literæ.benedicite ſonti eſſendi in populo, quia ſpontaneos ſe exhibent/ obediendo diuino mandato promulgato per me ut eant ad bellũ contra ſiſeram. Qui aſcenditis ſuper nitentes aſinos. Iuxta hebræum habetur. Equitatores aſinarum albarum. Gens aliqua habens aſinas albas inuitatẽ. ⁊ ſedetis ſupra ĩ iudicio ⁊ ambulatis ĩ via. Iuxta hebræũ hr̃. habitãtes ſup̱ middim ⁊ ambulãtes ĩ via. Nomẽ loci eſt middim. loqmini. Magis q̃drat ut legatẽ. canite. inuitantẽ.n. eq̃tatores aſinaꝝ habitantes ſuper middim & ambulantes per uias ad cantandum. E regione ſiquidem antedictorum temporum quibus deſertæ erant uiæ & uillæ/deſcribuntur uiæ & uillæ iam redditæ ſecuritati & habitationi. uiæ quidem inuitando ambulantes in uia ad cantandum: uillæ autem inuitando ad idem equitatores aſinarum albarum habitantes ſuper middim. Ubi colliſi ſunt currus ⁊ hoſtium ſuffocatus eſt exercitus,ibi narrentur iuſtitie domini ⁊ clementia in fortes iſrael. Iuxta hebræum habetur. A voce ſagittatorum inter hauſtores aquarum ibi cõferent iuſtitias iehouah / iuſtitias ville eius in iſrael. Modus quo deus pugnauit pro iſrael contra exercitum regis iabin/deſcribitur præpoſtero ordine. nam prius deſcripta eſt ſecuri-

tas uiarum & uillarum quæ fuit effectus uictoriæ / & poſtea deſcribitur modus uincendi. Et intendit per uocem ſagittatoꝝ tonitrua diuinorum fulminum in locis ubi hauriẽ aqua: hoc eſt iuxta torrentes ubi ſuperatus eſt exercitus chananæorum. & propterea dicitur ꝙ ibi conferent commemorando iuſtitias domini aduerſus chananæos / & in ſpecie iuſtitias uindicatiuas uillarũ ſuarum in iſrael quæ fuerant deſertæ. vniuerſa enim hæc inuitatio refertur ad habitatores uillarum & uiatores. Deinde ſubditur. tunc deſcendit populus domini ad portas/ ⁊ obtinuit principatum. Nõ habetur in hebræo & obtinuit principatum: ſed declarata ſecuritate uiarum ac uillarum/ declaratur libertas ciuitatum ex eadem uictoria ſecuta. e regiõe enim eius quod dixerat oppugnari olim portas ciuitatum, manifeſtat redditam libertatem populis iſrael eundi ad portas ciuitatum in quibus ſedebant ſenes/ fiebant iudicia &c.

¶ Exurge exurge debora, exurge exurge loquere canticum: ſurge barac ⁊ apprehende captiuos tuos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ apprehende prædam tuam fili abinoham. Non ſunt hæc cõmonentis uerba, ſed cantantis res geſtas cum exultatiõe narrando acſi eſſent in facto. Saluatæ ſunt reliquiæ populi. Iuxta hebræum habetur. Tunc dominabitur reliquus in fortibus populi. Et immediate ſequitur. iehouah dominabitur in potentibus. Effectus uictoriæ deſcribitur ꝙ reliquus populus (qui ſcilicet relictus eſt ab oppreſſoribus) dominabitur ſuper fortes chananæos: & reſoluendo rationem dominij in deum qui erat actor uictoriæ & dominij, ſubiungitur ꝙ deus dominabitur in potentibus iſraelitis ſuper chananæos.

Ex ephraim deleuit eos in hamalec. Iuxta hebræum habetur. De ephraim radix eoꝝ in hamalec. Narrata uictoria cum illius effectu ex diuino auxilio/ narrat qualiter ſe habuerunt tribus iſrael ad illud bellũ: ſic tamen ut aliquas tribus laudando (non quo ad hoc) inferat pro cõmuni lætitia/ ut aliunde laudentur quæ ex hoc facto laude carent. Et incipit a tribu ephraim de qua erat ipſa delbora: ut teſtatur habitatio eius ſcripta in præcedente capitulo. Laudat autem tribum ephraim tanq̃ non nouitiam ad huiuſmodi opera bellica, eo ꝙ radix uictoriæ bellicæ fuerit ioſua ex tribu ephraim in prælio contra hamalecitas in egreſſu de ægypto. Et nominando radicem/ inſinuat exortos inde ramos tot uictoriarum poſtea contra chananæos eiuſdem ioſuæ. Acſi apertius dixiſſet. non eſt mirum ꝙ ex tribu ephraim prodijt hoc bellum / quoniã radix præliorum & uictoriaꝝ ex illa fuit ex quo cœperunt bella, a primo bello vez contra hamalec. ⁊ poſt eum in biniamin in populos tuos o hamalec. Iuxta hebræum habetur. poſt te biniamin in populis tuis. Nihilq; dicitur de hamalec. Et cõmendatur ad literam tribus beniamin, ex qua fuit aíoth qui liberauit populum de manu moabitarum. & propterea dicitur & poſt te ephraim: hoc eſt imitator tui fuit beniamin in populis tuis liberandis de manu hoſtium. De machir principes deſcenderunt. Iuxta hebræum

non habetur principes/ſed ſcribæ. tribus enim menaſsis ex qua erat machir cõmendatur ꝙ ſcribas produxerit:hoc eſt ſapientes ad regimen. Et ad literam meminit machir/eo ꝙ (ut patet nu.ulti.)filij machir conſuluerunt moderamen legis de nuptijs filiarum hæredum:vẓ ut nuberent ſuis propinquis ne hæreditates ſortium confunderentur. ⁊ de zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ de zebulun tractores in ſtilo ſcribe. Ignotæ nobis hiſtoriæ inducunt ad intelligenduẓ ꝙ tribus zabulon laudetur in arte ſcribendi/tanq̃ alijs præſtarent in hoc. ☞ Aduerte prudens lector ꝙ hinc habes per modum laudis commemorari a delbora hæc quæ impertinentia uidentur. ex hoc enim ꝙ tribus zabulon quam perſpicuum eſt ad bellum hoc cõcurriſſe/prælaudatur de arte ſcribendi, inſinuatur ꝙ reliqua quæ de alijs tribubus commemorantur/ non niſi laudabiliter commemorentur. Et rationi conſentaneum eſt ut delbora iudex(ac per hoc perſona cõmunis uniuerſo iſraeli) in publica laude illarum trium tribuum quæ affuerunt, ne inuidiam excitaret in alijs tribubus(ac per hoc diſſenſionem) laudes aliarum tribuum pro bono pacis inſeruerit.

¶ Duces iſachar fuere cum delbora/⁊ barac veſtigia ſunt ſecuti. Iuxta hebræum habetur. Et principes in iſaſchar cum debora ⁊ iſaſchar. ſignificatur enim ꝙ non ſolum principes tribus iſachar ſed etiam ipſa tribus iſachar conuenerunt cum delbora. Deinde immediate ſubiungitur. ſic barac in vallem fuit miſſus in pedibus ſuis. Hinc clare apparet ꝙ quando barac deſcendit de monte thabor cum decem millibus ex neptalim et zabulon / concurrerunt in ualle principes iſachar cum multitudine ex tribu illa. hoc enim ſignificatur dicendo ſic barac miſſus fuit in uallem. aduerbium ſiquidem ſic/ad conuentum iſachar refertur. diuiſo contra ſe ruben magnanimorum reperta eſt contentio. Iuxta hebræum habetur. in elongationibus reuben magne ſcriptiones cordis. Quia rubenitæ ſeparabantur flumine ab alijs iſraelitis in terra promiſsionis/ideo in elongationibus deſcribuntur. & quia uiri erant multum meditantes/ideo laudant᷑ ꝙ erant magni ſcriptores in cordibus: figebant enim cordibus proprijs cogitamina ſua. Quare habitas inter duos terminos? Iuxta hebræum habetur. vt quid habitaſti inter confinia?ad audiendos ſibilos gregum. Lege.32. caput numeri:& inuenies rubenitas petijſſe habitationem in confinibus ꝓpter multitudinem gregum quibus paſcendis apta erat terra illa. & ꝓpterea cõmemorantur in confinibus ad audiendum ſibilos gregum. Nec dicitur ut quid/ad denotandam uanitatem aut quancunq̃ ignominiam ſeu repræhenſionem: ſed cum ꝑ modum interrogantis dictum fuiſſet ut quid habitaſti inter confinia/ſubiuncta eſt reſponſio ad audiendum ſibilos gregum. ratio enim habitandi inter cõfinia/ redditur copia magna animalium. ita ꝙ ad laudem opulentiæ rubenitarũ hoc ſpectat. diuiſo contra ſe ruben/magnanimorum reperta eſt con-

Digitized by Google

tẽtio. Iuxta hebræũ habet. i elõgationib⁹ reuben magna ſcrutinia cor
dis. Sententia eadẽ eſt cũ priore. exaggerando. n. laudat ruben circa cordis me
ditationes: quod ad laudẽ ꝯſilij ſpectat. Ghalaad trans iordanẽ qeſce-
bat. Legendũ ẽ. Ghilhad trãs iarden mãſit. Ghilhad nomẽ eſt filij ma-
chir filij menaſſis. de quo nihil aliud dicitur niſi ꝙ trãs iordanẽ habitauit. iun-
gitur enim cum rubenitis. ⁊ dan vacabat nauibus. Iuxta hebræum ha-
betur. ⁊ dan quare habitabit in nauibus? quaſi dicat/non fruſtra ha-
bitat iuxta mare mediterraneum & maritimis lucris attendit. aſer habitabat
in littore maris/⁊ in portubus morabatur. Iuxta hebræum habetur.
aſer habitauit in portu maris/⁊ ſuper fracturas eius caſtrame-
tabitur. Fracturas maris appellat colliſiones undarum maris. laudatur. n.
ꝙ negociatur nauigando non obſtantibus marinis colliſionibus. ❡ Zabulon
vero ⁊ neptalim obtulerunt animas ſuas morti in regione me-
rome. Iuxta hebræum habetur. Zebulun populus dehoneſtauit ani-
mam ſuam ad moriendum ⁊ naphthali/ſuper celſitudines cam-
pi. Laudantur iſtæ duæ tribus ꝙ dehoneſtationi expoſuerunt uitam ſuam cum
decem millia ex eis aſcenderunt in montem thabor. eſt enim ſenſus ꝙ ſecundum
humanum iudicium non ſolum expoſuerunt uitam ſuam morti ſed etiam op-
probrio/ꝙ tam pauci pedites contra tantum exercitum & tam ualidum ſe eri-
gerent. Et ex hoc magis cõmendantur/tanꝗ̃ fidentes diuino auxilio. ❡ Ve-
nerunt reges pugnauerunt/tunc pugnauerũt reges chenaban
in tabanac iuxta aquas migiddo: ⁊ tamen nihil tulere prædan-
tes. Vel plurale ponitur pro ſingulari (eo ꝙ iabin rex uirtualiter æquiualebat
pluribus regibus) uel milites a pluribus regibus concurrerunt.

DE celo dimicatum eſt contra vos: ſtelle manentes in ordi
ne ⁊ curſu ſuo aduerſus ſiſeram pugnauerunt. Iuxta hebræ-
um habetur. E celis pugnauerũt ſtelle: de gradib⁹ ſuis pugnaue-
runt cum ſiſera. Pugna ſtellarum creditur coruſcationibus/grandinibus &
huiuſmodi fuiſſe. Et adiungitur de gradibus ſuis/hoc eſt abſq; mutatione cur-
ſus ſui: ne intelligeretur ꝙ ſtellæ paſſæ fuerint ſimile aliquid fixioni ſolis & lunæ
tempore ioſuæ. Torrens ciſon traxit eos/torrens cedumim torrẽs
ciſon. Et hinc apparet ꝙ tanta aduerſus hoſtes erupit pluuia ut torrens aqua
plenus traxerit cadauera eorum. Nec ſis ſolicitus de nominibus torrentiũ, quia
ignota ſunt nobis. conculca anima mea robuſtos. Iuxta hebræũ habet.
diriges anima mea fortitudinem. Vox eſt prophetiſſæ interponentis
deſideriũ ſuũ ut ſemp anima populi dirigat fortitudinem: hoc eſt non obliquet
fortitudinem a deo uero in deos gentium/ſed ſemper fortitudinem ſuam locet in
uero deo. hoc eſt enim uere dirigere fortitudinem. Vngule equoruz ceci-
derunt: fugientibus impetu ⁊ per preceps ruentib⁹ fortiſſimis
hoſtium. Iuxta hebræũ habet. Tũc calcanei equorꝝ fregerunt: a cal-

cationibꝰ/calcationibꝰ fortiū ſuoꝝ. deſcribitur enim ꝙ fortes chananæi etiam hac pœna mulctati ſūt/ꝙ calcati ſunt a proprijs equis fractiqꝫ pedibus equorum ſuorum.

M**Aledicite meroʒ.** Ex hoc ꝙ reprǽhenditur ſola terra meroz eo ꝙ nō uenerit in adiutorium populo iſrael/inſinuatur quod ſuperius diximus: veʒ ꝙ non reprǽhenſiue commemorantur aliæ tribus iſrael in hoc cantico quæ non ſcribuntur conueniſſe ad bellum hoc. Et ratio diuerſitatis uidetur eſſe, quia iſtæ aliæ tribus non fuerunt requiſitæ/habitatores autem meroz requiſiti noluerunt opem ferre. **Dixit angelus domini.** Scipſaʒ appellat delbora angelum domini/eo ꝙ tanq̄ nuncius dei maledictionem aduerſus meroz proferebat. Poſſet nihilominus intelligi barac, eo ꝙ fuerit nuncius dei ad congregandum exercitum pro liberatione populi. In idem autem redit ſiquis angelum iehouah intelligat angelum qui reuelabat delboræ agenda. Et hic ſenſus quadrat hebraicæ literæ. in qua non eſt articulus genitiui caſus iehouah: ſed ſolito more deſcribendi uere angelos dei/ſcribitur hic angelus iehouah. tanq̄ appoſitiue diceremus angelus deus: hoc eſt agens perſonā dei: hoc eſt deus in ſuo angelo. quanuis interpretes cōmuniter ubiqꝫ transferant angelus domini. **Maledicendo maledicite habitatoribus eius: quia non venerunt ad auxilium domini/in adiutorium fortiſſimorum eius.** Iuxta hebræum habetur. **quia nō venerūt in adiutoriū iehouah/in adiutoriū iehouah i fortibꝰ.** Habebant. n. habitatores meroz uiros fortes: & quia non uenerunt cum fortibus uiris/maledictione dignos ſe reddiderunt. Et in hoc tangitur diſparitas inter iſtos & tribus iſrael quæ non conuenerant: eo ꝙ apud iſtos eſſent uiri fortes potentes ad bellum, apud tribus autem illas non erant/ſed erant uacantes gregibus alendis uel maritimis exercitijs & huiuſmodi alijs: ut in hoc cantico prærecitatū eſt ad excuſandos eos. Reliqua huius capituli correctione aliqua indigerent, ſed quoniam materia ualde tenuis eſt/pertranſeo.

¶ Benedicatur inter mulieres iahel vxor cheber cinei: inter mulieres in tentorio benedicatur. Aquam petenti lac dedit: i phiala principum obtulit butyrum. Manum ſuam ad clauum miſit/⁊ dexteram ſuam ad malleum fabrorum: ⁊ percuſſit ſiſerā/ abſcidit caput eius ⁊ perfodit ⁊ incidit tempus eius. Inter pedes eiꝰ incuruatus eſt/cecidit dormiuit: inter pedes eius incuruatꝰ eſt cecidit, vbi incuruatus eſt ibi cecidit vaſtatꝰ. ¶ Per feneſtram reſpiciens vlulabat mater ſiſere/⁊ de cenaculo loquebatur: cur moratur regredi currus eius/cur tardauerunt pedes quadrigarum eius? Sapientes domicelle eius reſponderunt ei: etiā ipſa reſpondit verba ſua. forſitan nūc diuidit ſpolia/⁊ pulcherrima feminarum eligitur ei: veſtes diuerſorum coloꝝ ſiſere traduntur in predam/⁊ ſupellex varia ad ornandū collū congeritur. Sic

Digitized by Google

pereant omnes inimici tui domine / qui autem diligunt te ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet ita rutilent: quieuitq; terra quadraginta annis.

CAPVT . .VI.

FEcerunt autem filij iſrael malũ in oculis domini: ꝛ tradidit eos dominus in manum mid'ian ſeptem annis. Minus (ut reor) malum fecerunt q̃ patres eorum. & propterea non dicitur & addiderunt ad faciendum malum/ſed fecerunt malum: nec dicitur ꝙ uendidit eos/ſed dedit eos iehouah in manum madiã. & tempus pœnæ breuius ſcribitur: vc; ſeptem annorum. Et eſt hæc quarta afflictio populi. Et inualuit manus mid'ian ſuper iſrael: a facie mid'ian fecerũt ſibi filij iſrael antra in montibus/ ꝛ ſpeluncas ꝛ munitiones. Et erat ſi ſerebat iſrael, aſcendebat mid'ian ꝛ hamalec: ꝛ filij cedem aſcendebant contra eum. Et figebant tentoria contra eos, et ſicut erant in herbis cuncta vaſtabant. Iuxta hebræum habetur. ꝛ deſtruebant prouentum terre vſq; ad introitum hazze: ꝛ non relinquebant victum in iſrael, non oues non boues non aſinos. Ipſi enim ꝛ greges eorum aſcendebant cum tentorijs ſuis, veniebantq; tanq; locuſte in multitudine/ꝛ ipſorum ꝛ camelorum eorum non erat numerus: ꝛ veniebant in terram ad deuaſtandũ eam. Iſti qui hodie appellantur arabes diſcurrentes in curribus cum uxoribus & filijs modo hic & modo illic caſtrametantes & alienas meſſes ſecantes &c. aut ſimiles eis deſcribuntur. uiuunt enim alienis ſudoribus & conculcant omnia quæ non rapiunt. Humiliatuſq; eſt. Iuxta hebræũ habetur. Et attenuatus eſt iſrael valde a facie mid'ian. in rebus exterioribus punitus ualde eſt. ꝛ clamauit ad dominum, poſtulans auxilium cõtra mid'ianitas.

QUi miſit ad filios iſrael virum prophetam. Ne intelligeremus angelum, manifeſte dicitur uirum prophetam: q̃uis neſciamus qs fuerit iſte ſanctus uir ueri dei propheta. Dixitq; ad eos, ſic dixit dominus deus iſrael/ ego aſcendere feci vos ex egypto ꝛ eduxi vos de domo ſeruitutis. Et liberaui vos de manu egyptiorum ꝛ de manu omnium opprimentium vos: expuliq; eos a facie veſtra/ ꝛ dedi vobis terram eorũ. Et dixi vobis, ego dominus deus veſter/ non timeatis deos emoreorum in quorum terra habitatis: ꝛ noluiſtis audire vocem meam.

¶ Venit autem angelus domini. Vide benignitatem diuinam. prius miſit prophetam ad filios iſrael ut præpararet populum ad diuinum beneficium: deinde mittit angelũ ad gedeonẽ. ꝛ ſedit ſub quercu que erat in ophra / ꝛ pertinebat ad ioas patrem hezritarũ. Ex hoc ꝙ ſedit, manifeſte pa-

tet ꝙ in ſpecie ſenſibili in forma humana apparuit angelus iſte. Nec ſit tibi curæ de proprietate arboris: hebraice enim habetur nõ quercus ſed ela. **Ghidhonqꝫ filius eius excutiebat frumenta in torculari vt fugeret madian.** Legendum eſt. **Vt faceret fugere a facie mid'ian.** Significat̃ ꝙ occulte excutiebat frumenta in torculari ne caperentur a madianitis. **Et apparuit ei angelus domini/dixitqꝫ ad eum.** Non ſolũ deſcribit̃ angelus ſedens ſub ela, ſed etiã ꝙ fuit uiſus ab ipſo gedeone & ꝙ allocutus eſt gedeonem. **Dominꝰ tecum virorum fortiſſime.** Iuxta hebræum habetur. **Vir fortitudinis.** Ita tamen ꝙ uiri nomine non intelligas uirum cõmuniter/ſed uirum eximium. Salutatur ſiquidem ab angelo tum a coniunctione dei, dicendo iehouah tecum. tum a præcipua fortitudine, dicendo uir fortitudinis.

¶ **Dixitqꝫ ei ghidhon: obſecro mi domine ſi dominus nobiſcum eſt cur ergo apprehenderunt nos hec omnia?** Hinc apparet ꝙ gedeon cœpit ſuſpicari ꝙ angelus ſeu propheta domini ſalutaſſet eum: & ex ipſa ſalutatione argumentum ſumpſit interrogandi cauſam tantorum malorum quæ patiebantur a madianitis. Admirabatur enim ꝙ ſtarent ſimul duo hæc: vcꝫ deum eſſe cum eis/& pati eos tot mala, intellexerat enim uerbuꝫ angeli non ſolum relatiue ad perſonam propriam ſed ad populum: & propterea dicit/ſi dominus eſt nobiſcum. **⁊ Vbi ſunt omnia mirabilia eius que narrauerunt nobis patres noſtri dicendo/ nonne de egypto eduxit nos dominus? nunc dereliquit nos dominus ⁊ tradidit nos in manum mid'ian.** Reddit rationem interrogationis ſuæ ex effectibus contrarijs: vcꝫ ꝙ deus fecit tot mirabilia pro populo quãdo erat cum eis/nunc autem dereliquit eos ſub poteſtate madianitarum. **Reſpexitqꝫ ad eum dominus.** Iuxta hebræum habetur. **Et vertit iehouah ad eum.** Situs mutatio deſcribitur. inſinuatur enim ꝙ ſedens angelus non ſecundum rectæ lineæ proſpectum ante faciem ſuam habebat gedeonẽ/ſed uel ad dexterã uel ad ſiniſtram: & propterea ſcribitur ꝙ uertit proculdubio faciem uerſus gedeonem intuendo ipſum. Et qui prius nominatus eſt angelus nunc nominatur iehouah, quia dei pſonã agebat. **⁊ ait, vade in fortitudine tua iſta ⁊ saluũ facies iſrael de manu mid'ian.** Nõ dicit uade in fortitudine tua/ſed adiungit pronomen iſta: ad inſinuandum ꝙ de fortitudine fiduciæ in deo/de fortitudine gedeonis innixa deo loquit̃. Profeſſus enim erat gedeon/ a deo fuiſſe ſalutẽ patrũ & a deo fuiſſe ſe traditos in manũ madian/ & mirari ꝙ deus ſit cum eis & nõ liberet eos: in hac ergo fortitudine liberaturus dicitur iſraelem. **ſcito ꝙ miſerim te.** Parui refert ꝙ hebraice habetur. **an non miſi te?** Interrogatiue legendum eſt/ ad affirmandum ꝙ miſi te. tacitæ ſiquidem obiectioni qua authoritate ibo/reſpõdet ꝙ ego miſi te. Et non dicit mitto ſed miſi, ad manifeſtandum ꝙ olim elegerat ipſum & diſpoſuerat ut iret ad liberandum populum. **Qui reſpõdens ait/obſecro mi domine.** Parui refert ꝙ hebraice habetur. **adonai in quo**

liberabo iſrael. Penſantis ſeipſuȝ tũ ex qualitate ſortis ſuæ tũ ex ꝓpria pſona
uerba ſunt. ecce familia mea infima ẽ i menaſſe. Iuxta hebræu habet. ec-
ce millenari⁹ me⁹ paup in menaſſe/ ꝛ ego paruus i domo patris
mei. nec ſociorum diuitiæ nec authoritas propriæ perſonæ ſuppetit tanto opi.
Vt intelligas textũ/ recole ꝙ populus iſrael diſtinctus erat per tribus duodecim:
& quælibet tribus erat diſtincta primo per millenos/ poſtea per centenos / po-
ſtea per qnquagenos. Gedeon itaqȝ de tribu menaſſis/ citat pauptatem ſui mille-
narij ſub quo compræhendebantur & centeni & quinquageni. Dixitqȝ ad
eum dominus/ quia ero tecuȝ: percutieſqȝ mid'ian quaſi virum
vnum.

¶ Et ait ad eum: ſi inueni gratiaȝ in oculis tuis/ da mihi ſignum
ꝙ tu ſis qui loqueris ad me. Iuxta hebræum habet. fac mihi ſignum
ꝙ tu loquens mecum. Opinatus gedeon illum qui loquebatur ſecum di-
uina authoritate fultum (dicendo ego miſi te/ ego ero tecuȝ & percuties madia-
nitas tanq̃ uirum unum) eſſe angelum uel prophetam dei, quærit fieri certior
petens ab eo ſignum. ¶ Vbi prudens lector libra uerba & facta. uerba ſonant
ſignum non alicuius rei occultæ ſed mãifeſtæ ipſi gedeoni: videlicet ꝙ tu loquens
mecum. Non dicit ꝙ tu ſis deus uel angelus dei/ ſed ꝙ tu loquens mecum. Si-
militer facta gedeonis non ſonant ſacrificium (ut uulgata habet æditio) ſed mu-
nus. ſubiungitur enim hebraice. Ne queſo recedas hinc donec veni-
am ad te, ꝛ educam munus meum ꝛ ponam coram te. hæc enim ut
allata teſtantur ſonant prandium non ſacrificium. Signum itaqȝ firmi ac bene-
fici ſermonis petit ſibi fieri expectando prandium de manu ipſius gedeõis. Nec
diſſonat a ſuſpitione (ſeu etiam opinione) ꝙ eſſet angelus dei oblatio prandij:
quoniam uulgatum erat apud hebræos angelos in domo abrahæ pranſos fuiſſe:
nec gedeon idiota ſciebat tot ſubtilitates ꝙ angeli nõ uere comederẽt, ſed in cor-
poribus aſſumptis exercerent opa ſimilia operibus uitalibus: comedere/ bibe-
re & ambulare &c. Quemadmodum igitur angeli apud abraham & apud lot
ſignum familiaris firmi ac benefici colloquij exhibuerũt facto comedendi & bi-
bendi, ita gedeon incertus adhuc quis ille eſſet diuino nomine tanta promittẽs/
petit pro ſigno familiaris firmi ac benefici colloquij ut expectet prandiũ de ma-
nu ſua. qui reſpondit/ ego præſtolabor aduentum tuum. Parui re-
fert ꝙ hebraice habetur. ego ſedebo donec reuertaris. Sicut apparuerat
ſedens/ ita expectaturum ſe dixit. Ingreſſus eſt itaqȝ ghidhon ꝛ co-
xit hedum ꝛ de modio farine azymos panes. Hebraice habetur. ꝛ
fecit hedum caprarum ꝛ modium farine azymoruȝ. Subiuncta de
iure carnium/ manifeſtant ꝙ lixauit hæduȝ: azymos autem coxit panes ut celeri-
us perficeret. Et hinc habetur ꝙ non in ſacrificium ſed in prandiũ parauit hæc.
non enim carnes coctæ portabantur ad ſacrificandum, ſed adeps cremabatur
in primis deo / & deinde coquebantur carnes: hic autem nulla fit mentio adi-
pis, ſed

pis,ſed duntaxat ꝙ carnes elixas & panem & ius carnium detulit. carnes poſuit in caniſtro ⁊ ius carnium poſuit in olla: ⁊ tulit oĩa ſub quercu ⁊ obtulit ei. Iuxta hebræum habetur. ⁊ eduxit ad eum ſub ela/ ⁊ appropinquauit. Et eſt ſenſus ꝙ ad angelum ſub ela ſedentem eduxit ea & appropinquauit ad eum. Ita ꝙ non ſignificat̃ ꝙ poſuerit res illas ſub ela,ſed ꝙ ipſe acceſſerit propius ad angelũ. rationabile ſiqdem eſt ꝙ cũ ſeruis ſeu ancillis deferentibus res uenerit/& ipſe propius acceſſerit mõſtrans prandiũ paratũ. Cui dixit angelus dei. Iuxta hebræũ habetur. angelus elohim. Nõ ſine myſterio fit hæc mutatio nominũ. retributurus ſiqdem quaſi mercedẽ oblati prandij nomen elohim induit:iuſtitiæ enim opus eſt retributio. tolle carnẽ ⁊ azyma/ ⁊ pone ad petrã hanc/ ⁊ ius carnium effunde: ⁊ fecit ſic. Extenditqꝫ angelus domini. Hebraice habetur. angelus iehouah. Gratiam miraculi a fonte eſſendi procedere ipſa nominis mutatio ſignificat. ſummitatem virge quam tenebat in manu ſua. Iuxta hebræum ſignificatur baculus quo utimur ad ſuſtentandum. Et hinc innuitur ꝙ uiatoris uel ſenis habitum præ ſe ferebat angelus utens baculo. tetigitqꝫ carnẽ ⁊ azyma: ⁊ aſcendit ignis de petra/ ⁊ carnem azymaqꝫ conſumpſit: angelus autem domini euanuit. Iuxta hebræuꝫ habetur. iuit ab oculis eiꝰ. ſubiuncta enim manifeſtant ꝙ non repente euanuit,ſed ſtatim agnitus ire cœpit/proculdubio uerſus cœlum.

¶ Videnſqꝫ gedeon ꝙ eſſet angelus domini. Rectius texitur hebraice. Et vidit ghidhon ꝙ angelꝰ iehouah ipſe. Ex miraculo ignis aſcendentis de petra & ꝯſumentis carnes & panes/agnouit gedeon ꝙ ille q loquebat̃ ſecum erat angelus iehouah. ⁊ dixit ghidhon/ heu mi dñe deꝰ qa vidi angelũ dñi. Iuxta hebræũ hr̃. heu me adonai iehouah/ꝙ ſup ſic vidi angelũ iehouah facie ad faciẽ. Quia dixerat deus moſi non uidebit me homo & uiuet/uulgatũ erat ꝙ ille cui apparuiſſet deus uiſibiliter citius moreret̃: & ppea gedeon timens mortẽ/dixit heu me(clamando ad deũ) qa ſup ſic: hoc eſt qa ppea ut morerer uidi deũ quaſi nuncium facie ad faciem. ¶ Dixitqꝫ ei dominꝰ. Hebraice habetur. Et dixit ei iehouah: pax tibi,ne timeas/ non morieris. Illemet angelus nomen dei induit quia a fonte eſſendi & uita & pax noſtra procedit. Et hinc habetur ꝙ angelus non penitus receſſerat ſtatim ut gedeon agnouit eum:ſed timenti mortem locutus eſt/hebraico more dicendo pax tibi(ſignificant enim pacis nomine ſoſpitatem ſalutem & huiuſmodi bonorum collectionem)& timorem excluſit mortis,& ſic iuit. ita ꝙ cum primum gedeon cognouit illũ eſſe angelum,& angelus incœpit recedere/& gedeon incœpit dolere/& recedendo angelus ꝯſolatus eſt eũ. ¶ Edificauitqꝫ ibi ghidhon altare dño. Nõ inſolito ſcripturæ more prius narrat̃ factũ/& deinde cã & modus faciẽdi. altare ſiqdẽ hoc fuit ædificatũ nõ tũc ſed poſt reuelationẽ ſubſequentẽ: ſed rõne nominis prænarrat̃ hic. nec dicit̃ & ædificauit tũc/ſed dicit̃ & ædificauit ibi: vcꝫ in lapide illo ex quo exierat ignis. vocauitqꝫ illud dñi pax. Hebraice habet̃. iehouah pax/ vſqꝫ ad diẽ hãc. Ex eo ꝙ deus ibi dixerat

ei pax tibi nõ morieris,ideo altari nomẽ impoſuit a diuina pace . cũq; adhuc eſſet i ephra que eſt familie hezri. Iuxta hebræũ habet̃. adhuc ipſe in hophrath pr̃is hezritaꝝ. Nõ eſt uſqꝙquaq; claꝝ an ꝓnomẽ ipſe/demõſtret gedeonẽ (ut iterpres uulgatæ æditiõis itellexit)an demõſtret altare ut alij inter- pretes intelligũt. ꝯtextus.n.fauet huic ſecũdo itellectui:eo ꝙ imediate ſubiũgit̃.

E⸗t fuit in nocte ipſa. ex eo.n. ꝙ nocte immediate ſequente deſcribitur hæc reuelatio,ſatis manifeſtatur ꝙ gedeon erat ibidem/nec oportuit dicere ꝙ adhuc erat ibi. ⁊ dixit ad eum iehouah. Nocturna hæc locutio dormien te gedeone intelligitur.inter ſpecies enim prophetiæ non infimũ tenet locũ au- dire in ſomno alloquentem ſibi deum. tolle tauꝝ bouis qui eſt patri tuo. Adiungitur bouis/ad differentiã tauri bubaloꝝ . ⁊ alteꝝ tauꝝ. Iuxta hebræũ habet̃. ⁊ tauꝝ ſecundum ſeptẽ annoꝝ. Subiuncta de unius duntaxat tau ri immolatione mouent me ad intelligendũ uerba hæc expoſitiue:ut nõ duo tau ri ſed unus duntaxat tollendus præcipiatur/qui appellabatur ſecundus & erat annoꝝ ſeptem. ſuſpicor enim ꝙ a proſperitate appellabat̃ ſecundus taurus ille q alebatur pro ſacrificio proſperitatis iuxta ſuperſtitiões ethnicoꝝ . deſtruesq; aram bahal que ẽ patri tuo/⁊ nemꝰ quod circa aram eſt ſuccide. Iuxta hebræũ habetur. ⁊ quercum que ſuper ipſam ſuccides. altare enim bahal erat ſub quercu. Et edificabis altare dño deo tuo. Prius nar rata fuit ædificatio iſtius altaris/& modo narrat̃ præceptum ædificandi : nunc ordo rei geſtæ ſcribit̃/prius uero res ipſa ſine ordine ſcripta eſt . in ſummita- te petre huius ſuper quam ante ſacrificium poſuiſti. Iuxta hebræũ parciſsime ſcribitur. ſuper verticem fortitudinis huius in ordinatio ne. Facile eſt intelligere quid ſignificetur dicendo in ordinatione. mandatur.n. ut ædificetur altare ſecundum ordinationem legis moſis:vʒ ex terra ſeu lapidi- bus quos ferrum non tetigit. Sed quod dicitur ſuper uerticem fortitudinis iſtius/ non facile patet . antiquus interpres intellexit lapidem illum in quo fuerat obla- tuʒ ſacrificium. Et quia neſcimus ſitum loci illius/& demonſtratio fit ad ſenſuʒ, a ratione alienum non eſt ut intelligi poſsit ꝙ lapis unde aſcendit ignis / rupes erat.& propterea hic dicitur ſup caput fortitudinis iſtius:hoc eſt ſup caput iſtius rupis,a fortitudine denominatæ uel quia duriſsimus lapis erat/uel qa arcis fun- damentum ſeu uices præ ſe ferebat . Et iuxta hunc ſenſum mandatur ꝙ in ſum- mitate illius rupis ædificetur deo uero altare ſecundum ordinem legis. tollesq; taurum ſecundum. Nulla fit mentio alterius tauri. ⁊ aſcendere facies holocauſtum. Aduerte prudens lector ꝙ deus præcipit duo ꝯtra legeʒ mo- ſis. alterum ædificari altare extra locum ubi erat tabernaculum diuinum: alteꝝ offerri ibi holocauſtum a non ſacerdote ſeu leuita . ſuper ſtruem lignorum que de nemore ſucciderís. Iuxta hebræum habetur. in lignis quer- cus quã ſuccides. Sup ligna quercus bahal præcipit offerri holocauſtũ.

¶ Tulitq; ghidhon decem viros de ſeruis ſuis/⁊ fecit ſicut lo- cutꝰ eſt ad eum dñs:timens autem familiam patris ſui ⁊ viros ciuitatis/in die non fecit ſed in nocte. Cunq; ſurrexiſſent viri

Digitized by Google

ciuitatis mane, viderũt deſtructã aram bahal quercũq; ſucciſam: & tau; ſecundũ impoſitũ ſup altare qđ tũc edificatũ erat. Dixerũtq; adinuicẽ qs fecit hoc? Cũq; pquirerẽt authorẽ facti/ dictũ ẽ ghidhon filius ioas fecit hoc. Et dixerũt viri ciuitatis ad ioas: educ filiũ tuũ & moriat̃, qa deſtruxit aram bahal & ſuccidit quercũ que erat iuxta illã. Quib⁹ ille rñdit: nunqd vltores eſtis bahal vt pugnetis p eo? q aduerſari⁹ ẽ ei⁹ moriat̃ anq; lux craſtina veniat, ſi de⁹ ẽ vindicet ſe de eo q ſuffodit arã ei⁹. Iuxta hebræũ hr̃. nũ vos litigabitis p bahal? nũ vos facietis ſaluare eũ? q litigabit i eũ morief vſq; mane: ſi elohim ipſe/ litigabit i eũ qa deſtruxit altar̃ ei⁹. Tria dicit ad retrahendũ homines ab impetitiõe filÿ. primũ q nõ ſpectat ad eos uindicare bahal: deinde imp̃cat̃ mortẽ actori criminis infra breuiſsimũ tp̃s: & demũ authorẽ mortis imprecatæ implorat ip̃m bahal. Et qm̃ hæc uerba ſedarũt impetũ populi, intelligẽda ſunt affectu ↄdoletis dicta/ & reuerẽter reſeruãtis cã; uindictæ ipſi bahal: acſi aptius pmiſiſſet q bahal faciet uindictã celerrime. Et vocauit eũ in die illa ieroboal. Legendũ eẽt. ierubbahal dicẽdo. Et rõ nois ↄpoſiti in lr̃a ſubdit̃ ſentẽtia pr̃is. ↄpon̄ t̃. n. nomen hoc ex lite & bahal. dixerat. n. pr̃. litigabit in eum bahal qa diruit altare eius. hoc eſt pugnabit aduerſus eum bahal &c.

IGit̃ oĩs mid'ian & hamalec & orientales populi congregati ſunt ſimul: & trãſeuntes iordanẽ. Interpres addidit iordane p claritate lr̃æ. ingreſſi. n. ſignificant̃ terrã pmiſsiõis. caſtrametati ſunt in valle iezrael. Legendũ eſſet. izrehel. Nomen eſt ppriũ. Sp̃us aũt dñi induit ghidhon. Deſcribit̃ ſp̃us diuinus inſtar indumenti gedeõis/ ad ſignificandũ q exterioribus ſignis apparuit gedeon tanq̃ actus & motus a diuino ſp̃u. reluxit ſiqdem in eo diuinus ſp̃us quemadmodũ in induto ueſte regia relucet regius fauor. & clanxit tuba/ & cõgregata eſt dom⁹ abihezer poſt eũ. Miſitq; nuncios i totũ menaſſem q & ipſe ſecut⁹ eſt eũ. & nũcios miſit i aſer & i zebulun & in naphthali/ q aſcẽderũt i occurſũ eo;. Dixitq; ghidhon ad deũ. Nomen eſt elohim/ eo q ad deũ tanq̃ ad gubernatorẽ recurrit. ſi ſaluas p manũ meã iſrael ſicut locut⁹ es. ecce ego ſtatuo vellus lane i area: ſi ros fuerit ad vell⁹ tantũ & ſup totã terrã fuerit ſiccitas/ ſciã q ſaluũ facies iſrael p manũ meã ſicut locut⁹ es. Qđ nõ p ſeipſo ſed p populo petÿt gedeon huiuſmodi ſignũ (& ppea nõ peccauit nec tentauit deũ: ſed p utilitate populi ut ſecurus ſequeretur illũ ad bellũ/ petÿt ſignũ) inſinuatur in primis ex eo q fuit petitio ſigni cõgregato iam exercitu. deinde q ipſe gedeon repetit indubie deũ hoc dixiſſe: nõ ergo ut ipſe noſſet (qui iam nouerat) ſed ut populus ſciret/ ſignũ petÿt. Et fuit ita & ſurrexit in craſtino, & expreſſo rore de vellere/ concham impleuit aq̃. Dixitq; ghidhon ad deũ. Nomẽ ẽ elohim ob dictã rõnem. ne iraſcat̃ furor tu⁹ i me & loq̃r tantũ ſemel. Et hinc tertio apparet q hũiliter petebat quemadmodũ abrahã: & q charitate motus erga populũ/ petebat ſecun

dũ ſignũ futuræ uictoriæ. tentabo obſecro tantum ſemel in vellere/ ſit obſecro ſiccitas ad vell⁹ tantũ ⁊ ſuper totam terram ſit ros. Ad ſatisfaciendũ populo expimentũ iterũ in uellere petyt. forte enim opponebãt aliqui ꝙ caſu acciderat primũ ſignũ. Fecitqꝫ deus ſic in nocte illa: ⁊ fuit ſiccitas ad vellus tantũ/ ⁊ ſup totã terrã fuit ros.

CAPVT .VII.

Et ſurrexit ierubbabal (ipſe eſt ghidbon) ⁊ tot⁹ popul⁹ q erat cũ eo, ⁊ caſtrametati ſunt iuxta fonteꝫ charod: caſtraqꝫ mid'ian erãt ei ab aqlone a colle more in valle. Dixitqꝫ dñs ad ghidbon/ mult⁹ eſt popul⁹ q tecuꝫ eſt ad dandum me mid'ian in manũ eoꝝ: ne glorief cõtra me iſrael dicendo/ meis virib⁹ libat⁹ ſum. Et nunc loquere ad populũ ⁊ cunctis audientib⁹ pdica/ q formidoloſus ⁊ timid⁹ eſt reuertatur. Hoc fuit ſecundũ legem moſis. receſſeruntqꝫ de monte galahad. Iuxta hebræũ habef. qui timens ⁊ tremẽs/ reuertetur ⁊ diluculabit e mõte ghilhad. Sed quæſtio orif qũo uerificaf reuerſio de monte galahad/ cũ nõ ibi eſſent. nam mons galahad eſt ultra iordanem eundo a ieruſalem uerſus iordanem: gedeon aũt erat citra iordanẽ in terra pmiſſionis/ ut ſubiũcta teſtanf. ¶ Solutio eſt ꝙ multi uenerãt ad exercitũ gedeõis ex regiõe ultra iordanẽ: ut patet ex eo ꝙ in capitulo præcedẽti ſcribif ꝙ miſit gedeon nũcios in oẽꝫ menaſſem q ſecutus ẽ eũ. pſpicuũ eſt. n. ꝙ dimidia tribus menaſſis habitabat trãs iordanem: immo (ut nu. 32. ſcribif) mons galahad datus eſt a moſe machir filio menaſſis. Quia itaqꝫ ↄuenerãt ad exercitũ multi ex regiõe trans iordanẽ, clamatũ eſt uoce præconũ ut qlibet timidus undecũqꝫ eſſet ẽt ex mõte galahad reuertatur: ita ꝙ mõs galahad nõ noiaf ut terminus a quo reuerſiõis, ſed ut extenſio priaꝝ unde uenerãt. Et meminit ſpecialiter mõtis galahad ad inſinuandũ tũ ꝙ ẽt remotiſſimi/ tũ ꝙ ẽt ↄtribules gedeõis reuerterenf ſi timerẽt. ⁊ reuerſa ſunt de poplo viginti duo millia/ ⁊ decẽ millia remãſerunt. ¶ Dixitqꝫ dñs ad ghidbon: adhuc popul⁹ mult⁹ ẽ, fac deſcẽdere eos ad aquas ⁊ ibi pbabo illos. Iuxta hebræũ hr. ⁊ purificabo eũ tibi ibi. Ad ſimilitudinem purificãtis diſcretuꝝ ſe pmittit populũ ſeparãdo magnã ab eo partẽ. ⁊ de quo dixero tibi vt tecũ vadat/ ipſe pgat: quẽ vero ire phibuero/ reuertaf. Cũqꝫ deſcẽdiſſet popul⁹ ad aquas/ dixit dñs ad ghidbon: q lingua lãbuerit aquas ſicut ſolẽt canes lãbere/ ſepabis eos ſeorſuꝫ: q aũt curuatis genib⁹ biberint/ in altera pte erũt. Fuit itaqꝫ numer⁹ eoꝝ q manu ſua ad os lãbuerant trecẽti viri: ois aũt reliqua multitudo flexo poplite biberat. ¶ Et ait dñs ad ghidbon in trecẽtis viris q lãbuerũt aquas libabo vos ⁊ tradã in manũ tuã mid'ian: ois aũt reliq multitudo reuertaf i locũ ſuũ. Sumptis itaqꝫ p nũero cibarijs ⁊ tubis/ oẽꝫ reliqꝫ multitudinẽ abire pcepit i tẽtoria ſua: ⁊ ipſe cũ trecẽtis viris ſe certamini dedit. Iuxta hebræũ hr. ⁊ i trecẽtis viris fecit robur. uniuerſum. n. exercitus ro-

Digitized by Google

bur ꝯſtituit in trecentis uiris. caſtra aũt mid'ian erãt ei ſubter in valle.

Eademqꝫ nocte dixit dominus ad eum. Nocturnum tempus al⸗locutionem in ſomno inſinuat. Ad quod etiam facit quod dicitur. ſurge. iacenti enim dicitur ſurge. ⁊ deſcende in caſtra/quia tradidi ea in ma⸗num tuam. Et ſi formidas ſolus deſcendere/ deſcendat tecum pura puer tuus. Et cum audieris quid loquantur, tunc confor⸗tabuntur manꝰ tue/ ⁊ ſecurior ad hoſtiũ caſtra deſcẽdes. Ad ſua⸗uem diuinæ gubernationis diſpoſitionem ſpectat confortare animos hominum ex ſenſibilibus ſignis: inter quæ ſupputantur ab hominibus ſumpta omina. nam magnifiebant apud priſcos huiuſmodi omina tanq̃ a ſuperis data. Deſcen⸗ditqꝫ ipſe ⁊ pura puer eius in partem caſtrorum vbi erãt arma⸗torum vigiliæ. Mid'ian autem ⁊ hamalec ⁊ omnes orientales populi ſimul iacebãt in valle vt locuſtæ in multitudine: cameli au⸗tem eoꝝ innumerabiles erant ſicut arena que iacet in littore ma⸗ris. Cumqꝫ veniſſet ghidhon/narrabat vnus ſomnium proxi⸗mo ſuo: ⁊ in hunc modũ referebat quod viderat. Vidi ſomnium/ ⁊ videbaẗ mihi quaſi ſubcinericiꝰ panis ex hordeo volui ⁊ in ca⸗ſtra mid'ian deſcendere. Rectius legiẗ. ⁊ ecce tremor panis hordeo⸗rum voluentis ſe in caſtra mid'ian. Hebraica dictio interpretata tre⸗mor/q̃uis non ſignificet proprie tremorem, quia tamen ad tremorem pertinet/ nominatur tremor ob penuriam nominum. ſignificatur enim ad literam ꝙ cõ⸗motio quædaꝫ terribilis apparuit panis hordeacei uoluentis ſe. Et ex eo ꝙ deſcri bitur uoluentis ſe/inſinuatur ꝙ huiuſmodi panis erat orbicularis figuræ. hæc.n. figura ad motum reuolutionis ualde eſt habilis. Nec intelligo per panem panem unum/ſed multitudinem panis. quemadmodum & per tentorium nõ ſignifica⸗tur tentorium unicum ſed uniuerſitas tentoriorum cum ſubiungitur. ⁊ venit vſqꝫ ad tentorium ⁊ percuſſit illud ⁊ cecidit/ ⁊ voluit illud in ſu⸗pra ⁊ cadet tentorium. Ita iacet in hebræo. deſcribitur enim multitudo pa⸗nũ terribili motu uoluentiũ ſe in caſtra madian ita ꝙ uenerũt nõ ſolũ ad loca ex⸗cubiaꝝ ſed ẽt uſqꝫ ad ipſa tẽtoria & ꝑcuſſerũt tẽtoria & ceciderũt. Statimqꝫ ſub⸗iungiẗ modus ꝑcuſſionis & modus caſus. modus qdẽ ꝑcutiendi/dicẽdo & uol⸗uit ipſm in ſupra: hoc ẽ nõ ſolum ꝑcuſſit ueꝝ uertit partes inferiores in ſupiores. Et hoc mõ ſecutus tentorioꝝ caſus deſcribiẗ in futuro relatiue ad motũ hmõi ꝑ⸗cuſſionis. Rñditqꝫ is cui loquebaẗ/nõ ẽ hoc aliud niſi gladiꝰ ghid⸗honis filij ioas viri iſraelite: tradidit.n. dñs i manũ eiꝰ mid'ian. Nomẽ eſt elohim: deus quatenus gubernat ſignificaẗ. ⁊ oĩa caſtra. Hinc ap⸗paret ueꝝ eſſe qđ diximus: vcꝫ ſomniantẽ uidiſſe omnia tẽtoria ꝑcuſſa. Cũqꝫ audiſſet ghidhon ſomniũ ⁊ interpretationẽ eiꝰ/adorauit. gratias agendo deo de huiuſmodi omine dato. ⁊ reuerſus ẽ ad caſtra iſrael ⁊ ait: ſurgite/tradidit.n. dñs in manꝰ vr̃as caſtra mid'ian.

Diuiſitqꝫ trecentos viros in tres partes. Parui refert ꝙ hebraice habetur. in tria capita. tres ſiquidem centuriones inſtituit. ⁊ dedit

tubas in manum omnium eoꝛum, lagenaſqꝫ vacuas ⁊ lampades. Rectius legeretur. ⁊ toꝛres in medio lagenarum. ligneæ ſiquidem faces optime ardentes intelliguntur. Et dixit ad eos / quod me facere videbitis hoc facite: ingrediar partem caſtroꝛum. Legendum eſt. in extremum caſtroꝛum, ⁊ erit / ſicut faciam ſic facietis. Clangāqꝫ tuba ⁊ omnis qui erit mecum: ⁊ clangetis tubis etiam vos per circūitus omnium caſtroꝛuꝫ, ⁊ dicetis / domino ⁊ ghidhoni. Ingreſſuſqꝫ eſt ghidhon ⁊ trecenti viri qui erant cuꝫ eo in partem caſtroꝛum. Iuxta hebræum habetur. in extremuꝫ caſtroꝛum. Quod autem ſequitur. incipientibus vigilijs noctis medie. iuxta hebræum habetur. caput cuſtodie medie. Antiquus interpres retulit hoc ad tempus: litera autem anceps eſt an referatur ad locum quo uenit gedeon (vcꝫ ꝙ uenit ad angulum caſtroꝝ caput cuſtodiæ mediæ) an ꝙ uenerit in principio uigiliæ mediæ. ⁊ cuſtodibus ſuſcitatis. Iuxta hebræum habetur. tantum ſurgendo fecerunt ſurgere cuſtodes. & eſt dictu ꝙ nō attentauerunt aliquid facere aduerſus madian ſed duntaxat excitare cuſtodes / procul dubio facto aduentus. ⁊ clanxerunt tubis / ⁊ colliſerunt inter ſe lagenas quas habebant in manibus ſuis. Cūqꝫ per gyꝝ caſtroꝝ in tribus perſonarent locis ⁊ lagenas confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades. Iuxta hebræum habetur. roboꝛauerunt in manu ſiniſtra ſua toꝛres / ⁊ in manu dextera ſua tubas clangendo. Ex tali ſiqdem robore apparet ꝙ faces ligneæ erant: quæ motu roborantur ad ardendum & ad apparendum in maiori multitudine. clamaueruntqꝫ / gladius domino ⁊ ghidhoni. Steteruntqꝫ quiſqꝫ in loco ſuo per circumitum caſtroꝛum: ⁊ omnia caſtra turbata ſunt. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ cucurrerunt omnia caſtra. Velox motus timentium deſcribitur. ⁊ vociferantes vlulanteſqꝫ fugerunt. Rectius legeretur. ⁊ clanxerunt ⁊ fugerunt. Ita ꝙ clangere intelligatur actio hebræorum / fugere uero madianitarū. Deinde immediate ſequitur. Et ſonarunt trecenti coꝛnibus. Exponit quod dixerat & clanxerunt / explicando numerum clangentium. immiſitqꝫ dominus gladium ī omnibus caſtris: ⁊ mutua ſe cede truncabant / fugientes vſqꝫ ad beth ſitte ī zeradath / vſqꝫ ad labꝛum abel mechole ſuper tabath. Quali occæcatione mentis deus hoc fecerit / ſcriptum non eſt. ¶ Conclamātes autem viri iſrael. Iuxta hebræū habet. Et fuit adunat⁹ vir iſrael de naphthali ⁊ aſer ⁊ toto menaſſe, ⁊ perſecuti ſunt mid ian. Ex eo ꝙ ſubiungit gedeonem miſiſſe nuncios in montem ephraim, inſinuatur ꝙ miſit ſimiliter nuncios ad neptalim / aſer & menaſſem ut perſequerentur madianitas. Meminit autem in ſpecie nunciorum ad ephraim, qa iſtis mandata eſt ſpecialis cura præueniendi tranſitus aquarum ne euadere poſſent madianitæ.

Miſitqꝫ ghidhon nuncios in omneꝫ montē ephraim dicens: deſcendite in occurſuꝫ mid ian, ⁊ capite eis aquas vſqꝫ ad

beth'bare ⁊ iarden. ⁊ congregatus eſt omnis vir ephꝛaim, ⁊ ce-
perunt aquas vſqꝫ ad beth'barc ⁊ iarden. ¶ Et compꝛehende-
runt duos pꝛincipes mid'ian/hoꝛeb ⁊ zeeb: ⁊ interfecerunt ho-
reb in petra hoꝛeb/⁊ zeeb occiderunt in toꝛculari zeeb. Non eſt iſta
petra choreb ex qua moſes eduxit aquas in deſerto: ſed eſt quædam petra in ter-
ra promiſsionis denominata petra horeb a cæde regis horeb ibidem. ſicut & tor-
cular zeeb denominatum eſt a cæde regis zeeb ibi. ⁊ pſecuti ſunt mid'ian:
caputqꝫ hoꝛeb ⁊ zeeb attulerunt ad ghidhon trans iarden. Au-
thor libri ad terminandū geſta ephraim iam inchoata/narrat ea quæ poſtea ge-
ſta ſunt. prius enim gedeon perſecutus eſt ultra iordanem alios duos reges & ui-
ctoriam habuit integram/& poſtea geſtū eſt hoc quod modo narratur: videlicet
ꝙ uiri ephraim portauerunt capita horeb & zeeb ad gedeonem trans iordanem.
ſed (ut dictum eſt) ad continuandum geſta ephraim prænarratio iſta fit.

CAPVT .VIII.

Dixeruntqꝫ ad eum viri eph'ꝛaim/cur hoc feciſti nobis
vt non vocares nos cum pergeres ad pugnandū con
tra mid'ian: iurgātes foꝛtiter ⁊ pꝛope vim inferentes.
Superfluunt quattuor ultimæ dictiones. Elati ſiquidem uiri ephra-
im tumebant aduerſus gedeonem principem exercitus & caput tantæ uictoriæ.
Dixitqꝫ ad eos/quid.n. tale facere potui quale vos feciſtis? Iuxta
hebræum legendum potius eſt. quid feci nunc ſicut vos? Magnificat ge-
ſta ab eis ut ſic elatos mitiget. nonne melioꝛ eſt racemus eph'ꝛaim vin-
demia abihezer? ipſe enim erat ex progenie abihezer. In manū veſtraꝫ
dedit dominus pꝛincipes mid'ian/hoꝛeb ⁊ zeeb, quid potui fa-
cere ſicut vos? quod cum locutus eſſet/requieuit ſpiritus eoꝛum
quo tumebant contra eum.

Cumqꝫ veniſſet ghidhon ad iarden, tranſiuit eum ⁊ trecenti
viri qui cum eo erant. Redit ad ordinem hiſtoriæ: iſte enim tranſitus
fuit prius antedicto iurgio ephraim. ⁊ pꝛe laſſitudine fugientes perſe-
qui non poterant. Iuxta hebræum habetur. feſſi ⁊ ſequentes. non enim
ſubſtiterant præ laſsitudine. Dixitqꝫ viris ſucchoth/date obſecro pa-
nes populo qui mecum eſt: quia laſſi ſunt/⁊ ego perſequens ze-
bach ⁊ zalmunnah reges mid'ian. ¶ Dixeruntqꝫ pꝛincipes ſuc-
choth: foꝛſitan palme manuū zebach ⁊ zalmunnah nunc in ma-
nu tua ſunt/⁊ idcirco poſtulas vt demus exercitui tuo panes.
Hinc clare apparet ꝙ principes in culpa fuerunt. Succhoth autem ciuitas erat
trās iordanem in loco ubi iacob ædificauit ſibi domum & gregi ſuo fecit taber-
nacula geñ. 33. Quibꝰ ille ait: idcirco cū tradiderit dominus zebach
⁊ zalmunnah in manū meā, conteram carnes veſtras cum ſpi-
nis tribuliſqꝫ deſerti. Et inde conſcendēs venit in penuel/locu-

tuſqꝫ eſt ad viros loci illius ſimilia. Penuel eſt locus ubi iacob luctatus
eſt cum angelo geñ.32.cui ⁊ illi reſponderunt ſicut reſpõderant viri
ſucchoth. Dixitqꝫ eis: cum reuerſus fuero victor in pace/diruã
turrim hanc.

¶ Zebach autem ⁊ zalmunnah erant ĩ carcor cũ exercitu ſuo: cir
citer. n. quindecim millia virorum remãſerant ex omnibus tur⸗
mis orientalium populorum/ceſis centum ⁊ viginti millibꝰ vi⸗
roꝝ educentiũ gladiũ. Hinc conyci poteſt ꝙ̃ ingens fuerit multitudo orien
taliũ diſcurrentiũ.erãt enim inter eos tot millia bellatorũ. Aſcenditqꝫ ghid⸗
hon per viam eorum qui in tentorijs morabãtur/ab oriente no⸗
bach ⁊ iogbehe: ⁊ percuſſit caſtra/que ſecura erãt ⁊ nihil aduerſi
ſuſpicabantur. Fugerũtqꝫ zebach ⁊ zalmunnah: quos pſequẽs
ghidhon comprehendit turbato omni exercitu eorum.

¶ Et reuerſus eſt ghidhon filius ioas de bello ante ſolis ortum.
Auceps eſt hebraica litera.nam legi poteſt. ab aſcenſu ſolis.uel. añ aſcen
ſum ſolis. Vtrouis aũt modo legatur,inſinuatur ꝙ nocte aggreſſus eſt reges
iſtos/ita ꝙ reuerſus eſt ante meridiem. tũc enim completur ſolis aſcenſus/ & tũc
uerificatur adhuc aſcenſus ſolis. Cepitqꝫ puerum de viris ſucchoth/
⁊ interrogauit eum nomina principum ⁊ ſeniorum ſucchoth: ⁊
deſcripſit ſibi ſeptuagintaſeptem viros. Venitqꝫ ad homines
ſucchoth ⁊ ait: en zebach ⁊ zalmunnah de qbꝰ exprobraſtis mi⸗
hi dicentes/forſitan manus zebach ⁊ zalmunnah nunc in manu
tua ſunt ⁊ idcirco poſtulas vt demus viris tuis laſſis panes.
Tulit ergo ſeniores ciuitatis ⁊ ſpinas deſerti ac tribulos,⁊ con⸗
triuit cum eis atqꝫ comminuit viros ſucchoth. Iuxta hebræum ha⸗
betur. ⁊ fecit cognoſcere in eis viros ſucchoth. afflictio ſiquidem prin
cipum ſucchoth cum ſpinis & rubis(ſiue per modum flagellationis ſiue alio mo⸗
do) deſcribitur per experimentalem cognitionem qua ſenſerunt in proprys car
nibus ſpinas & rubos ut promiſerat gedeon: nam dixerat teram carnes ueſtras
ſpinis & rubis. Turrim quoqꝫ penuel diruit/occiſis habitatoribꝰ
ciuitatis. Mirum eſt ꝙ principes ſucchoth non occidit/uiros autem ciuitatis
phanuel occidit. Crediderim ego diſparitatem hanc ortam ex eo ꝙ uiri ſucchoth
redeunti gedeoni humiles ſe exhibuerunt(cuius ſignum eſt ꝙ ſolum colloquium
inter gedeonem & eos deſcribitur) uiri uero phanuel confidentes in turri non ſe
humiliauerunt. & propterea gedeon non ſolum turrim deſtruxit(ut commina⸗
tus fuerat) ſed etiam uiros ciuitatis utpote adhuc reſiſtentes occidit.

¶ Dixitqꝫ ad zebach ⁊ zalmunnah/quales viri fuerũt quos in⸗
terfeciſtis in thabor? qui reſponderunt/ſimiles tibi ⁊ vnꝰ ex eis
quaſi filius regis. Et ait/fratres mei filij matris mee erant: vi⸗
uit dominus. Parui refert ꝙ hebraice habetur. viuus iehouah ſi ſeruaſ
ſetis eos non vos occiderem. Modus erat iurandi afferendo uitam dei in
teſtimonium dicti. Dixitqꝫ iether primogenito ſuo/ ſurge interfice

Digitized by Google

eos: ⁊ non eduxit puer gladium ſuum, timebat. n. quia adhuc puer erat. Dixitq; zebach ⁊ zalmunnah/ ſurge tu ⁊ occide nos quia iuxta etatẽ robur eſt hominis: ſurrexitq; ghidhon ⁊ interfecit zebach ⁊ zalmunnah, tulitq; lunulas que erant in collis camelorum eorum.

¶ Dixerũtq; viri iſrael ad ghidhonem: dominare nobis tu ⁊ filius tuus ⁊ filius filij tui / quia liberaſti nos de manu mid'ian. ☞ Quibus ille ait: non dominabor vobis nec dominabitur filius meus vobis, dominabitur vobis dominus. Reſpuit gedeon dominatũ/deferens domini nomen deo. & propterea inter iudices ſupputatur quintus.

¶ Dixitq; ad eos ghidhon, vnam petitionem poſtulo a vobis / date mihi inaures ex preda veſtra: inaures. n. auree erant eis quia iſmehelite erant. Et dixerunt/dando dabimus: ⁊ extenderunt pallium/ ⁊ proiecerunt ibi quiſq; inaures ſpoliorum ſuorum. Et fuit pondus inauriũ aurearũ quas poſtulauerat mille ⁊ ſeptingentorum aureorum: preter lunulas ⁊ monilia ⁊ veſtes purpureas que erãt ſuper reges mid'ian/ ⁊ preter torques que erant in collis camelorum eorum.

¶ Fecitq; ex eo gedeon ephod. Parui refert ꝗ hebraice habetur. Et fecit illud ghidhon ĩ ephod/ ⁊ fecit manere ipſũ in ciuitate ſua in hophra, ⁊ fornicati ſunt oĩs iſrael poſt ipſũ ibi: ⁊ fuit ghidhoni ⁊ domui eius ĩ offendiculum. Quia anceps eſt ſenſus/textum ut iacet afferendum cenſui. Nomen ephod / ſignificat indumentũ ſuperhumerale ex quacunq; materia fit. non enim eſt nomen proprium indumenti ſacerdotalis, ſed cõmune cuilibet tali indumẽto. Vnde & mater ſamuelis fecit ſamueli puero ephod lineũ: & dauid deducendo arcã domini accinctus erat ephod lineo / ut patet. 2. reg. 6. Et quantum conijcere poſſum, erat indumentum tegens humeros & pectus/apertum in utroq; latere/non tegens brachia: quale uidemus in militibus q̃d uulgari italico zorneã appellãt. Lineo aũt ephod utunt̃ uſq; in hodiernũ diẽ clerici germaniæ. ☞ Hæc idcirco dixerim/ut appareat ꝗ ex proprietate nominis non ſignificatur ꝗ gedeon fecerit ephod pontificale, ſed duntaxat ꝗ fecerit ephod. Et ſi materia conſiderata fuerit, apparebit ꝗ non fecit ephod ſacerdotale: quoniam clare in textu dicitur & fecit illud in ephod. materia ergo ephod facti a gedeone fuit aurum: ſacerdotalis autem ueſtis apellata ephod nõ erat aurea (ſed de auro/hyacintho/purpura/cocco & byſſo) & erat texta ope polymitario: ut patet exo. 28. Manifeſta ſiquidem diſparitas eſt ſecundum materiam: quia ſuperhumerale pontificium textum erat ex filis aureis/lineis & laneis ad minus: ſuperhumerale autem factũ a gedeone erat ex auro: hoc eſt ex auro ductili / quale erat aurum inaurium. hoc enim ſignificat litera. Et huic ſenſui conſonant ſubiuncta uerba/& fecit ipſũ manere in ciuitate ſua. nullus. n. uſus huius ueſtis aureæ deſcribitur niſi ꝗ fecit manere ipſam in ciuitate ſua: erat enim ueſut lorica non ferrea ſed aurea ſtans in ſeipſa. Fornicatio autem ſubiuncta quia

Digitized by Google

communis ſcribitur gedeoni & toti iſrael(dicendo & fornicati ſunt omnis iſrael poſt eum ibi) non eſt intelligenda fornicatio idolatriæ: nam gedeon ſemper fidelis perſtitit in cultu unius dei/ut teſtanť ſubiuncta in calce iſtius capituli. ſed ſuperſtitio aliqua cōmiſſa & abipſo gedeone in illo ſuphumerali/ & a toto iſrael exemplo gedeonis: & propterea dicitur poſt eum. Qualis autem fuerit huiuſmodi ſuperſtitio/ſcriptum non eſt. Poteſt tamen facile intelligi ꝙ exaltauit ueſtem illam ut memoriam perpetuam ſuorum geſtotum: & conſequenter conueniebant ibidē offerendo ſacrificia pacifica deo uero. ſed hoc erat ſupſtitiōis ꝙ tanq̃ honorando ſignum illud/ſacrificabant: præter hoc ꝙ extra locū ubi erat tabernaculū diuinum immolabant. ſed ratione primi dicuntur fornicati: unde ſcriptum eſt ꝙ hoc ſuperhumerale fuit in offendiculum caſus & ipſi & domui eius. Et de caſu quidem culpæ non eſt dubium, cum fornicati ſcribantur: de caſu autem pœnæ quo ad domum eius patet in ſequenti capitulo: quo ad ipſuꝫ uero nihil aliud ſcriptum eſt. ſed poteſt intelligi ꝙ mors filiorum fuit iniuria irrogata patri: ut in calce ſeq uentis capituli ſcribitur. Humiliatuſqꝫ eſt mid'ian coram filijs iſrael/⁊ non addiderunt vt eleuarent caput ſuum: ⁊ quieuit terra quadraginta annis in diebus ghidhon.

ABijt itaqꝫ ierubbabal filius ioas/⁊ habitauit in domo ſua. Habuitqꝫ ſeptuaginta filios qui egreſſi ſunt de femore eius: eo ꝙ plures haberet vxores. Concubina autē eius quam habebat in ſechem/peperit ei etiā ipſa filium: ⁊ poſuit nomen eiꝰ abimelech. Mortuuſqꝫ eſt ghidhon filius ioas in ſenectute bona: ⁊ ſepultus eſt in ſepulchro ioas patris ſui in hophra/ patris hezritarum. ¶ Poſtqꝫ autem mortuꝰ eſt ghidhon, reuerſi ſunt filij iſrael ⁊ fornicati ſunt poſt behalim: percuſſeruntqꝫ cum bahal fedus vt eſſet eis in deum. Hinc apparet ꝙ quandiu uixit gedeon, populus iſrael coluit uerum deum. Nec recordati ſunt filij iſrael domini dei ſui, qui eripuit eos de manu omnium inimicorum eoꝝ per circumitum. Nec fecerunt miſericordiaꝫ. Legendum eſſet. Et non fecerunt gratiam cum domo ierubbabal/iuxta omnia bona que fecerat cum iſrael. ingrati ſiquidem deſcribunť erga domū gedeonis.

CAPVT .IX.

ABijt autem abimelech filius ierubbabal in ſechem ad fratres matris ſue: ⁊ locutus eſt ad eos ⁊ ad omnem familiam domus patris matriſqꝫ ſue dicendo. Superfluit coniunctio ꝙ. eſt enim ſermo de domo genitoris matris eius. Loquimini obſecro ad omnes heros ſechem: qd vobis eſt melius/ vt dominētur vobis ſeptuaginta viri (omnes filij ierubbabal) an vt dominetur vobis vnus vir: mementote ꝙ os veſtrum ⁊ caro veſtra ſum. Et locuti ſunt fratres ma tris eiꝰ

de eo ad omnes heros ſechem omnes ſermones iſtos: ⁊ inclina-
tum eſt cor eorū poſt abimelech/dixerunt. n. frater noſter eſt.
Dederuntqꝫ ei ſeptuaginta argenteos e domo bahal berith: qui
conduxit ſibi ex eis viros inopes ⁊ vagos. Parui refert ꝙ hebraice
habetur. viros vacuos ⁊ feſtinos. ocioſos enim & ueloces ad arma con-
duxit. Nec alienum eſt ut feſtinatio referatur ad animū: & ſignificent uiri præ-
cipites/quales ſunt iuuenes qui mercede currunt ad bellū. ⁊ ſecuti ſunt eū:
Et venit in domum patris ſui in hophram/⁊ interfecit fratres
ſuos filios ierubbahal ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum:
remanſitqꝫ iotham filius ierubbahal paruus, quia fuit abſcon-
ditus. Congregati ſunt autem omnes heri ſechem ⁊ omnes fa-
milie vrbis mello. Legendum eſt. ⁊ omnis domus millo. Nomen eſt
proprium. abieruntqꝫ ⁊ conſtituerunt regem abimelech. Aduerte ꝙ
non fuit ab uniuerſo iſraele nec etiam a tota una tribu, ſed duntaxat a ſechemitis
& millonitis conſtitutus rex abimelech. & propterea non ſupputatur in cata-
logo regū iſrael tanq̄ primus rex: ſed honor iſte attribuitur ſauli/qui ab uniuer-
ſo populo electus fuit rex primus. iuxta quercum que ſtabat in ſechem.
Iuxta hebræum habetur. in elon fixa que in ſechem. Non ſignificatur quer-
cus, ſed arbor cuius ſæpe mentio facta eſt. & deſcribitur fixa ad differentiam ar-
borum quas licitum erat incidere & eradicare: hæc enim arbor perſeuerabat ſem-
per tanq̄ res immobilis & diuina. Et ipſa eſt ſub qua iacob ſuffodit idola/ & io-
ſua poſuit lapidem magnum in teſtem. Arbitrantur tamen quidam elon ſignifi-
care non arborem ſed planiciem: & quia in illa planicie fixa manebat ſtatua uel
columna aliqua/ideo appellari planiciem fixam a ſigno ibidē fixo. & hanc di-
cunt eſſe ueram literam hebraicam.

QVod cum nunciatum eſſet iotham, iuit ⁊ ſtetit in vertice
montis gherizim/eleuataqꝫ voce clamauit: ⁊ dixit/ audite
me heri ſechem ita vt audiat vos dominus. Iuxta hebræum habe-
tur. ⁊ audiet vos elohim. Imprecando diuinam ultionem dicit hæc uer-
ba/cupiendo ut attendat iniquitati eorum deus iuſtus iudex. Eundo ierunt
ligna vt vngerent ſuper ſe regem: dixeruntqꝫ oliue/regna ſuper
nos. Parabola hæc quorſum tendat/manifeſtat clare in lr̄a: ucꝫ ad imprecandū
malum inter abimelech & ſechemitas ac millonitas. Meminit autem oliuæ ficus
& uitis reſpuentium regnum, ad inſinuandum ternario numero uniuerſos uiros
probos qui fuerunt iudices in iſrael non aſpiraſſe ad regnū. uel ad inſinuandum
ꝙ requiſiti gedeon/filius eius & filius filij reſpuerunt regnum (ut patet in capitulo
præcedente) tanq̄ uiri optimi. Abimelech autem tanq̄ ſentes non ſolū pungens
ſed emittens ignem/ambiuit tam crudeliter regnum. Dixitqꝫ eis oliua: an
deſeram pinguedinem meam qua ⁊ dij vtuntur ⁊ homines.
Iuxta hebræum habetur. quam i me honorabunt elohim ⁊ homines.
Literalis rō tā huius dicti q̄ ſubiuncti de uino qd̄ lætificat elohim & homines,
nō eſt quærenda alia q̄ hyperbole iuxta cōſuetas poetarꝫ fabellas. ⁊ vadam

Digitized by Google

vt promouear ſuper ligna? Dixeruntqꝫ ligna ad ficum: veni
tu/regna ſuper nos. Que reſpondit eis: an deſeram dulcedi-
nem meam ⁊ fructum meum bonum/⁊ vadam vt promouear
ſuper ligna? Dixeruntqꝫ ligna ad vitem: veni tu/regna ſuper
nos. Que reſpondit eis: an deſeram muſtum meum quod leti-
ficat deum ⁊ homines/⁊ vadam vt promouear ſuper ligna?
Dixeruntqꝫ omnia ligna ad rhamnum: veni tu/regna ſup nos.
Qui reſpondit eis: ſi in veritate vngitis me in regem ſuper vos/
venite ⁊ requieſcite ſub vmbra mea, ⁊ ſi non/egrediatur ignis
de rhamno ⁊ deuoret cedros libani. ¶ Et nūc ſi in veritate ⁊ ſim-
plicitate feciſtis ⁊ regnare feciſtis abimelech: ⁊ ſi bene egiſtis cū
ierubbahal ⁊ cum domo eius/⁊ ſi ſecundum retributionem ma-
nuum eius feciſtis ei. qui pugnauit pro vobis: ⁊ animam ſuam
dedit periculis, ⁊ liberauit vos de manu mid'ian. Et vos ſur-
rexiſtis contra domum patris mei hodie/⁊ interfeciſtis filios eiꝰ
ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum: ⁊ regnare feciſtis abi-
melech filium ancille eius ſuper heros ſechem/quia frater ve-
ſter eſt. Et ſi in veritate ⁊ ſimplicitate egiſtis cum ierubbahal
⁊ cum domo eius die hac, letemini in abimelech ⁊ letetur etiam
ipſe in vobis. Et ſi non, egrediatur ignis de abimelech ⁊ deuo-
ret heros ſechem ⁊ domū millo: egrediaturqꝫ ignis de heris ſe-
chem ⁊ de domo millo/⁊ deuoret abimelech. Que cum dixiſſet
iotham/fugit ⁊ abijt in beer: ⁊ manſit ibi a facie abimelech fra-
tris ſui.

REgnauit itaqꝫ abimelech ſuper iſrael tribus annis. Quan-
uis a ſechemitis & millóitis dūtaxat fuiſſet electus rex abimelech/tyran-
nide tamen ſua imperauit ſuper iſrael annis tribus. Miſitqꝫ dominus ſpi-
ritum peſſimum. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et miſit elohim ſpi-
ritum malum inter abimelech ⁊ heros ſechem. Deus iuſtus iudex mi-
ſit uel dæmonem (qui eſt ſpiritus malus) ad efficiendam diſcordiam inter abime
lech & ſechemitas: uel per ſpiritum malum ſignificatur malus affectus mutuus
inter abimelech & ſechemitas. Vtrouis autem modo intelligas/uerificatꝛ ꝙ deus
miſit tanꝗ̄ author efficiendo quicquid poſitiui entis fuit in hoc malo/permitten
do autem malum culpæ. qui ceperunt eum deteſtari. Iuxta hebræum
habetur. ⁊ mentiti ſunt primates ſechem in abimelech. Rebellio ſcri-
bitur primatum contra fidem datam regi ſuo. ⁊ ſcelus interfectionis ſe-
ptuaginta filiorum ierubbahal ⁊ effuſionem ſanguinis eoꝝ con-
ferre in abimelech fratrem ſuum: ⁊ inter ceteros ſichimoꝝ prin-
cipes qui eum adiuuerant. Interpres mutauit etiam ſenſum: quoniā iuxta
hebræum non ſignificatur actio ſechemitarum reijciens ſcelus in abimelech: ſed
ſignificatur quorſum deus miſerit ſpiritum malum cum ſubſecuto effectu rebel-
lionis/dicendo. Vt veniret iniuria ſeptuaginta filioꝝ ierubbahal: ⁊
ſanguis

ſanguis eorū ad ponendū ſup abimelech frēz eorꝝ q occidit eos, ⁊ ſup heros ſechem q roborauerunt man⁹ ei⁹ ad occidendū frēs ſuos. Sententia eſt clara/explicans finem ad quem deus ordinauit ſpūz maluz: vcz ad ultionem occiſorꝝ fratrū tam contra abimelech ꝙ̄ ſechemitas. Poſuerūtqz ei heri ſechem inſidias ſup cacumina montiū / ⁊ predabāt oēm q tranſibat iuxta ea ꝑ viā: ⁊ nunciatū eſt abimelech. Rebellio ſechemitarꝝ abſente abimelech facta deſcribit᷑ (quanuis nō deſcribat᷑ cā rebellionis) & effectus: vcz ꝗ ſechemitæ ꝯſtituerunt inſidias in cacuminibus montiū ad occidendū abimelech uenturꝝ. ¶ Venit āt ghabal fili⁹ hebed ⁊ frēs ei⁹ ⁊ tranſierūt in ſechem: ſperaueruntqz in eo heri ſechem. Non inuēio qs fuerit iſte ghahal. Et egreſſi ſunt ī agrū. Proculdubio deſcribūt᷑ ſechemitæ animæqores effecti ex præſentia ghahal ita ꝗ publice manifeſtarunt rebellionem ſuā egrediendo in agrū. Vaſtantes vineas vuaſqz calcantes. Iuxta hebræū habet᷑. ⁊ vindemiarūt vineas ſuas ⁊ calcauerūt ⁊ fecerūt letitias. Quia erat tempus uindemiarꝝ/ calcatio recte refert᷑ ad uuas ut antiquus intellexit interpres: ita ꝗ etiā uuas calcauerūt cū lætitia ī torcularibus. ⁊ ingreſſi ſunt domū dei ſui/ ⁊ comederūt ac biberūt/ ⁊ maledixerūt abimelech: clamāte ghabal filio hobed. Iuxta hebræum hr̄. Et dixit ghabal fili⁹ hebed. Nihil dicit᷑ de clamore: ſed uidens ghahal populū apte ꝯtra abimelech loquentem/ oblata occaſiōe maledicentiū manifeſtauit ambitionem ſuā. qs eſt abimelech ⁊ que ē ſechem vt ſeruiam⁹ ei? nōne fili⁹ ierubbahal. Cōparationē facit inter abimelech & ſechem, indignū aſſerens ut ſechem ſeruiat abimelech. Et dicendo ut ſeruiamus ei/ ſignificat ſe eſſe ſechemitā. Rō aūt indignitatis ſubiungit᷑/ qa abimelech eſt filius ierubbahal nō præferendi ſechemitis. ⁊ cōſtituit principē zebul ſeruū ſuū ſup viros chamor pr̄is ſechem? Longe aliter habet᷑ hebraice. ⁊ zebul prepoſitus ei⁹? Exaggerādo indignitatez/ adiūgit & zebul præpoſitus eius: qa indignius eſt ſeruire duobus ꝙ̄ uni. Deinde ſeqt᷑. ſeruite viris chamor pr̄is ſechem/ ⁊ quare ſeruiem⁹ ei nos? Suadet populo ut ſeruiant nō filio ierubbahal/ ſed uiris ex ſechem. ex antiqtate gn̄is chamor patris ſechemitarꝝ (cuius mētio fit gen̄. 34.) indignū declarat ut populus ciuitatis quæ gloriat᷑ in tā ātiquo patre ſeruiat ciui alterius ciuitatis. Et ſimul captat beneuolentiā omniū ſechemitarū: de quorꝝ nūero ſe eſſe māifeſtat/ dicēs & quare nos ſeruiemus ei? Et qa zebul credit᷑ quoqꝫ ſechemita, ex his uerbis nō offendit eū/ dicendo in gn̄e ſeruite uiris chamor: nō dicit mihi aut illi. Et qs dabit populū iſtū ī manu mea. Caute loqt᷑: nō dicit qs faciet me regē aut dn̄m: ſed qs faciet me ducē populi ad bellū. Vt auferrē de medio abimelech. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ remouebo abimelech? Nō ꝓmittit ſe occiſurꝝ abimelech, ſed ablaturꝝ principatū eius ſup ſechez ſi ipſe ghahal fieret dux populi. dixitqꝫ eſt abimelech/ cōgrega exercit⁹ multitudinē ⁊ veni. Iuxta hebræū habet᷑. ⁊ dixit ad abimelech/ auge exercitū tuū ⁊ egredere. Senſus eſt. & ghahal dixit inſultādo & irridēdo ad abimelech abſentē: ut ꝯſueuerūt ꝯfidentes in ſuis uiribus ad oſtentationez ſui & deſpe-

Digitized by Google

ctionem inimici abſentis iactanter dicere.
¶ Zebul enim princeps ciuitatis auditis ſermonibus ghabal fi-
lij hobed. Legendum eſt. Et audiuit zebul princeps ciuitatis verba
ghabal filij hebed. Non redditur rõ antedicti, ſed accumulantur cauſæ mo-
uendi abimelech ad bellum. prius enim narratum eſt ꝙ nunciatũ fuit abimelech
de inſidijs poſitis. ⁊ iratus eſt valde. Vel ira iſta fuit ſimulata cõtra abime-
lech/uel ſi fuit uera fuit occulta. Primus tamen ſenſus quadrat ſubiũcto familia-
ri collogo ghabal cũ zebul. Et miſit clam. Iuxta hebræũ hr̃. Et miſit nun
cios ad abimelech ĩ dolo dicẽdo. Ex hoc ꝙ in dolo miſit nũcios/inſinuat
zebul ſimulaſſe amicitiam cum ghabal:nã dolus relatiue ad ghabal ſcribit. ecce
ghabal filius hebed ⁊ fratres eius venerunt in ſechem/⁊ oppu-
gnant aduerſum te ciuitatem. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ angu-
ſtant ciuitatem ſuper te. Accuſat eos eo ꝙ anguſtam redderent ciuitatem
regimini ipſius abimelech/paucos relinquentes illi beniuolos. Surge itaqꝫ
nocte cum populo qui tecum eſt, ⁊ latita in agro. Et primo ma-
ne oriente ſole irrue ſuper ciuitatem: illo autẽ egrediente contra
te cum populo ſuo/fac ei quod potueris. Surrexitqꝫ abimelech
cum omni exercitu ſuo nocte: ⁊ tetendit inſidias iuxta ſechem in
quattuor locis. Hebraice habetur. quattuor capitibus. ſiue ſignificen-
tur capita locorum ſiue capita militum. Egreſſuſqꝫ eſt ghabal filiꝰ he-
bed / ⁊ ſtetit in introitu porte ciuitatis: ſurrexitqꝫ abimelech ⁊
omnis exercitus cum eo de inſidiarũ loco. Cũqꝫ vidiſſet popu-
lũ ghabal dixit ad zebul/ecce de montibus multitudo deſcẽdit:
⁊ ait ad eum zebul/ vmbram montiũ vides quaſi homines. Rur
ſumqꝫ ghabal ait: ecce populꝰ de vmbilico terre deſcendit/⁊ dux
vnus venit per viam que reſpicit quercum. Cui dixit zebul/
vbi eſt nunc os tuum quo dicebas quis abimelech vt ſeruiamꝰ
ei: nonne hic eſt populus quẽ deſpiciebas? egredere obſecro nũc
⁊ pugna contra eum.. Hinc clare apparet ꝙ hactenus ſimulauerat amici-
tiam zebul cum ghabal. Abijt ergo ghabal expectante ſichimorum
populo. Iuxta hebræum habetur. Et exiuit ghabal in faciebus hero-
rum ſechem. hoc eſt exiuit ante heros ſechem tanqꝫ dux belli, ita ꝙ primates
ſechẽ ſecuti ſunt eũ. ⁊ pugnauit cõtra abimelech. Et pſecutꝰ ẽ eũ abi-
melech/⁊ fugit a facie eiꝰ: ⁊ ceciderũt vulnerati multi vſqꝫ ad in-
troitũ porte. Et mãſit abimelech ĩ rahama. Legendũ eſt. ĩ aruma.
Nomẽ eſt ꝓpriũ loci. ⁊ expulit zebul ghabal ⁊ frẽs eiꝰ ex ſechem.

ET fuit/ſequenti die egreſſus eſt populus in campum. Expul-
ſo ghabal credidit populus ſechem quiete ſe uiuere ſub zebul præpoſito ab
abimelech/& exiuit in agrum (uel ad proſequendas uindemias ut ioſephus di-
cit/uel ad ruralia opera) ſed male ſucceſſit propter ſpiritum malum abimelech
erga ſechemitas. ⁊ nunciatum eſt abimelech. Et cepit populũ ⁊ di
uiſit eos ĩ tres turmas/⁊ inſidiatꝰ eſt in agro: videnſqꝫ ꝙ egre-

Digitized by Google

deretur populus de ciuitate/ſurrexit contra eos ⁊ percuſſit eos. Et abimelech cum turmis que erant cum eo graſſat⁹ eſt/ ⁊ ſtetit ad introitum porte ciuitatis: due autem turme graſſate ſunt contra omnes qui erant in agro ⁊ percuſſerunt eos. Et abimelech pugnauit cōtra ciuitatem tota die illa/ ⁊ cepit ciuitatē ⁊ populū q erat i ea interfecit: diruitq; ciuitatē/ ⁊ ſeminauit i ea ſal.

¶ Et audierunt omnes heri turris ſechem. Hinc habetur ꝙ turris ſichimoꝝ diſtabat a ciuitate ſechem. ⁊ ingreſſi ſunt phanū dei ſui berith. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ venerunt ad locū altum/domus el berith. Sæpe dictū eſt ꝙ el ſignificat deum quatenus eſt fortis: berith aūt ſignificat fœdus. Ita ꝙ eſt ſenſus. uenerunt in excelſum locum ubi erat domus dei fœderis/ tanq̄ eſſet deus fortis ad ſeruandū fœdera. Abimelech quoq; cū audiſſet omnes heros turris ſechem congregatos/ aſcendit in montem ʒalmon cū toto populo ſuo: ⁊ arrepta ſecuri precidit arboris ramū ⁊ portauit cū/ ⁊ poſuit ſuper humeꝝ ſuum: dixitq; ad populum q erat cū eo, quod vidiſtis feci/ feſtinate facite ſicut ego. Igit̄ certatim ramos de arboribus precidentes ſequebantur ducē: quos circundantes preſidiū ſuccenderunt. Iuxta hebræū habetur. ⁊ poſuerunt ſup locū celſum/ ⁊ combuſſerūt ſup eos locū celſum in igne. Non apparet pſpicue modus applicandi ignem: eo ꝙ dicitur ꝙ poſuerūt ramos arborum ſuper locum celſum. ſonant enim uerba ꝙ ſuper tectū illius templi poſuerunt ligna/ & appoſito igne combuſſerunt & domū & exiſtentes in ea: uerumtamen modus quo huiuſmodi ligna poſuerunt ſuper domum/non ſcribitur. Poſſet tamen intelligi appoſita fuiſſe ligna ſuper locum altum/hoc eſt ſuper latera illius loci excelſi: & ſic reddit̄ facilis intellectus literæ. Itaq; factū eſt vt fumo ⁊ igne mille hoīes necarēt̄. Iuxta hebræū nihil hr̄ de fumo: ſed ſtatī ſubiūgit̄. ⁊ mortui ſunt ēt oēs hoīes turris ſechem/circiter mille viri ⁊ mulieres. Ex qbus apparet ꝙ ēt zebul mortuus eſt cū reliqs ſechemitis.

¶ Abimelech aūt inde pficiſcens iuit ad thebeʒ: ⁊ caſtrametat⁹ ē cōtra thebeʒ ⁊ cepit ipſā. Inſinuat̄ ꝙ hoc oppidū nō obediebat abimelech. Erat aūt turris fortis in medio ciuitatis/ad quā cōfugerāt oēs viri ⁊ mulieres ⁊ oēs heri ciuitatis clauſa firmiſſime ianua: ⁊ aſcēderāt ſup tectū turris. Et venit abimelech vſq; ad turrim ⁊ pugnabat contra eā: appropinquauitq; vſq; ad oſtiū turris vt cōbureret illud igni. Et piecit mulier vna fragmē mole ſup caput abimelech: ⁊ cōfregit cerebrū ei⁹. Nō fiat uis in uerbo cerebrū: qa dictio hebraica ſonat ꝯfuſe uniuerſas capitis partes. Qui vocauit cito armigeꝝ ſuū ⁊ ait ad eū/euagina gladiū tuū ⁊ pcute me ne forte dicat̄ ꝙ a femina interfect⁹ ſim: qui iuſſa perficiens interfecit eum.

Illoq; mortuo oēs q cū eo erāt de iſrael/ reuerſi ſūt i ſedes ſuas. Et reddidit de⁹ malū abimelech. Nomē ē elohim/quadrās ultiōi. qd fecerat contra prēʒ ſuū/iterficiēs ſeptuaginta frēs ſuos. Ecce q d hr̄

Digitized by Google

mali pœnæ illati gedeoni ex peccato ephod. Et oẽ malũ hominũ ſechem
reddidit deus ĩ caput eoꝝ: ⁊ venit ſuper eos maledictio iotham
filij ierubbahal. propterea ſiquidem narrata eſt ſuperius in hoc eodem ca-
pitulo parabola huius iotham ut monſtraretur uerificata.

CAPVT .X.

POſt abimelech ſurrexit dux in iſrael. Iuxta hebræũ habeẽ.
Surrexitq; poſt abimelech ad faciendũ ſaluare iſra-
el. Nullus titulus ducis aut principis ſed officiũ ſaluandi deſcribitẽ.
Significãtius aũt diciẽ ꝙ ſurrexit/ad differentiã miſſoꝝ a deo & ele
ctoꝝ a populo. nec ſcribitur modus quo ambiuit officium ſaluatoris. tholah.
Hic eſt ſextus iudex iſrael. filius pue patrui abimelech. Non habetur in he
bræo patrui abimelech: ſed legitur. filius pue filij dodo viri de iſaſchar:
⁊ ipſe habitans in ſamir in monte ephraim. Nulla conſanguinitas ad
abimelech ratio huius principatus innuitur: immo ex alia tribu deſcribitur/ha
bitans tamen in monte ephraim. Et iudicauit iſrael viginti ⁊ tribus
annis. Hinc inter iudices ſupputatẽ. mortuusq; eſt ac ſepultꝰ ĩ ſamir.
Nullũ præclare geſtũ ab hoc recitatẽ. ¶ Huic ſucceſſit. Iuxta hebræum hẽ.
Et ſurrexit poſt eũ iair ghilhadites. Hinc inſinuatur & ꝙ iſte ambiuit
principatũ/& ꝙ fuerit de tribu menaſſis: ex illa vz dimidia tribu quæ erat trãs
iordanẽ: nã ghalahad erat machir filij menaſsis. ꝗ iudicauit iſrael viginti ⁊
duobꝰ ãnis. Septimus ergo iudex fuit iſte iair. Qui habuit triginta fili-
os eq̃tantes ſup̃ triginta pullos aſinaꝝ. Superfluit aſinaꝝ. pulli enim
equorum intelligendi potius ſunt: quoniam pro gloria patris hæc referuntur.
⁊ principes triginta ciuitatum: que ex nomine eius ſunt appella
te chauoth iair (.i. oppida iair) vſq; in preſentem diem/que erãt
in terra ghilhad. Mortuuſq; eſt iair/ ⁊ ſepultus in camon. Nec
iſtius iudicis præclarum aliquid ſcribitur pro populo factum.

FIlij autem iſrael peccatis veteribus iungentes noua/fecerũt
malũ in conſpectu domini, ⁊ ſeruierũt behalim ⁊ haſtharoth
⁊ dijs ſyrie. Iuxta hebræum habetur non ſyria ſed aram: quæ eſt in meſopota
mia. ⁊ dijs zidonis ⁊ dijs moab ⁊ dijs filiorum hãmon ⁊ dijs pe-
liſtim: dereliqueruntq; dominum ⁊ non ſeruierunt ei. Iratuſq;
eſt furor domini contra iſrael: ⁊ tradidit eos. Iuxta hebræum habeẽ.
⁊ vendidit eos in manum peliſtim ⁊ in manũ filiorum hãmon:
hoc eſt uenales eos effecit ſub manu peliſtinorum & hammonitarũ. Afflictiq;
ſunt ⁊ vehementer oppreſſi. Omittiẽ in uulgata æditiõe una clauſula: vz
⁊ cõtuderũt ⁊ fregerũt filios iſrael ĩ ãno ipſo. Narraẽ ꝙ uno eodemq;
ãno peliſtini & hãmonitæ non ſolũ ꝯtuderũt ſed ẽt fregerũt filios iſrael. & hoc q-
dem narraẽ in genere ſub metaphora ꝯtuſiõis & fractiõis: deinde diſtinguendo
p̃ partes/narranẽ ſubſecuta & geſta. Decẽ ⁊ octo ãnis omnes filios iſra-
el qui erãt trans iarden ĩ terra emorei que eſt ĩ ghilhad. Incipit a

Digitized by Google

parte iſraelis quæ erat trans iordanem/narrando ꝙ annis decem & octo oppreſ ſa fuit pars illa. Intantū vt filij hammon iordane tranſmiſſo vaſta rent iudam. Iuxta hebræū habet᷑. Et tranſierūt filij hammon iarden ad preliandū ēt contra iehudā ⁊ cōtra biniamin ⁊ contra domuz ephraim: ⁊ anguſtat⁹ eſt iſrael valde. Altera pars iſraelis quæ erat in terra promiſsionis afflicta narrat᷑ etiam ab hammonitis; afflicta aūt in potētio ribus tribubus, ut ex his intelligerent᷑ magis afflictæ alie tribus. Et quāuis præ libatū fuerit iſraelitas oppreſſos fuiſſe etiam a peliſtinis, nihil tamē in ſpecie ſub iungitur de peliſtinis / quia hammonitæ erant principales: & ſubiunctus ſal uator/contra hammonitas bellum ſuſcæpit. Et hæc eſt quinta afflictio populi iſrael.

Clamaueruntq̃ʒ filij iſrael ad dominum dicendo: peccaui mus tibi/ quia dereliquimus te dominum deum noſtrum ⁊ ſeruiuimus behalim. ¶ Quibus dixit dominus: nōne egyptij ⁊ emorei ⁊ filij hammon ⁊ peliſtim ⁊ zidonij ⁊ hamalec ⁊ mahon oppreſſerunt vos/ clamaſtiſq̃ʒ ad me ⁊ eripui vos de manu eo rum? Modus quo locutus eſt/& ſimiliter per quem locutus eſt deus filijs iſra el, latet nos. Et vos dereliquiſtis me ⁊ ſeruiſtis dijs alienis: id circo non addam vt vltra vos liberem. Diuina hæc uerba intelli genda ſunt ſecundum præſentem iuſtitiam: non enim merebantur liberari. Ite ⁊ inuocate deos quos elegiſtis: ipſi vos liberent in tempore an guſtie veſtre. Non mandātis ſed exprobrantis ſunt uerba. Dixeruntq̃ʒ filij iſrael ad dominum: peccauimus/fac tu nobis ſecundum ꝙ bonum eſt in oculis tuis, tantum libera nos queſum⁹ in die hac. ¶ Et proiecerunt de finibus ſuis omnia alienorum deorum ido la ⁊ ſeruierunt domino. Veræ pœnitentiæ opus demonſtrarunt relin quendo idolatriam & colendo uerum deum. qui doluit ſuper miſerijs eorum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ decurtata eſt anima eius in labo re iſrael. Triſtitiæ eſt retrahere animum / quemadmodum lætitiæ eſt animuʒ extendere: & propterea ad inſtar triſtati deſcribitur deus utendo ſimilitudine de curtati animi. Humano ſiqdem more deſcribit᷑ deus condolens iſraeli afflicto: ut nō iſraelis merito ſed diuinæ miſericordiæ attribuat᷑ ſecuta liberatio populi.

Conclamauerūtq̃ʒ filij hammon. proculdubio tubis & huiuſmodi. ⁊ caſtrametati ſunt in ghilhad: contra quos cōgregati filij iſrael/caſtrametati ſunt in mizpa. Congregatio iſraelitaꝝ in mizpa/poſt aduentum iepthæ intelligenda eſt. narratur enim more ſolito prius res geſta / & deinde cā ſeu modus rei geſtæ. Vnde ſtatim ſubiungitur modus quo habitus eſt dux exercitus, ſubiungendo concilium ghalahaditaruʒ contra quos directe ten debat bellum: & fuit concluſio concilij ꝙ caput exercitus eſſet princeps in regio ne ghalahad. Dixerūtq̃ʒ principes ghilhad qlibet ad proximū ſuuʒ: quicūq̃ʒ ceperit pugnare contra filios hammon / erit dux oībus habitatoribus ghilhad.

Fuitqȝ illo tempore iJphthach ghilbadites vir fortis/ filius mulieris meretricis: qui natus eſt de galahad. Legendum eſſet. & genuit ghilbad iJphthach. Et eſt ſenſus q̧ de muliere illa meretrice genuit galahad ieptham. corruptis tamen nominibus illis utor ꝓpter conſuetudinem. Et ſcito q̧ galahad nomen eſt æquiuocum:nam & eſt nomen proprium patris iepthæ/& eſt nomen proprium loci. Habuit aūt ghilbad vxorē de qua ſuſcepit filios: q poſtq̃ȝ creuerūt eiecerūt iJphthach,& dixerunt ei/heres i domo patris noſtri eſſe non poteris quia de adultera matre natus es. Iuxta hebræuȝ habetur. quia filius mulieris altere tu. Nihil dicitur de adulterio: ſed duntaxat q̧ mater eius eſſet mulier alia. Et eſt ſenſus q̧ erat mulier neq; uxor neq; concubina patris. concubinæ enim erant ueræ uxores quantum ad thorum/ quanuis non quantum ad dignitatem: & filij eaꝝ inter hæredes ſupputabant̃ niſi pater aliter diſpoſuiſſet / ut fecit abraham:nam filij iacob omnes fuerunt hæredes. Sed iſte ieptha natus erat ex muliere quæ nō erat mulier patris iepthæ: & ꝓpterea dicit̃ mulier alia/hoc eſt mulier aliena a patre eoꝝ: utpote nullo uinculo illi iuncta/ſed fornicario dūtaxat coitu. Quos ille fugiens habitauit ī terra tob: congregatiqȝ ſunt ad euȝ viri inopes & latrocinātes. Iuxta hebræum habetur. viri vacui. Nihil dicitur de latrocinio/ ſed de paupertate: erant enim uacui opibus. & egreſſi ſunt cum eo.

¶ Et fuit poſt aliquot dies/ pugnauerunt filij hammon contra iſrael. Redit author ad ordinem hiſtoriæ. Quibus acriter inſtantibus. Non habetur hoc in hebræo. Et fuit/cū pugnarent filij hammon contra iſrael, perrexerūt ſeniores ghilhad vt tollerent iJphthach de terra tob. Dixerūtqȝ ad eum: veni & eſto princeps noſter / & pugna contra filios hammon. ¶ Quibus ille rn̄dit: nōne vos eſtis q odiſtis me & eieciſtis de domo patris mei, & cur veniſtis ad me cū anguſtia eſt vobis? Hinc apparet q̧ ſenum authoritate expulſus fuerat ieptha e domo patris ſui publico mandato, ita ut fugere illū oportuerit. Dixeruntqȝ ſeniores ghilhad ad eū: ob hanc cām nūc reuerſi ſumꝰ ad te vt proficiſcaris nobiſcū & pugnes contra filios hammon ſiſq; dux oīum qui habitant in ghilhad. Fatentur ſenes ob ſuā anguſtiā quaȝ patiebant̃ ab hāmonitis reuerſos ſe ad iepthā. Et aiūt reuerſi ſumus ad te / nō q̧ bis uenerint: ſed q̧ animū denuo uerterint ad ipſum/ quemadmodū prius bonuȝ habuerant erga ipſum animū anteq̄ȝ expellerent eū. Dixitqȝ iJphthach ad eos: ſi reuerti facitis me ad pugnandū cōtra filios hammon tradideritqȝ eos dn̄s corā me/ego ero vobis ī ducē? Qui rn̄derunt ei: dn̄s q hec audit / ipſe mediator ac teſtis eſt q̧ noſtra ꝓmiſſa faciemus. Parui refert q̧ hebraice habetur. iehouah erit audiens inter nos inuicem ſi non ſecundū verbū tuuȝ ſic faciemus. Deū teſtem ac iudicem inuocant ſi non fecerint ſecundū uerbū iepthæ. ¶ Iuitqȝ iJphthach cū ſenioribus ghilhad/poſuitqȝ eū populꝰ ſup ſe caput & ducēȝ:

locutuſqꝫ eſt iiphthach omnes ſermones ſuos coraꝫ domino in mizpa. De uerbis iepthæ habitis cum populo quãdo conſtitutus eſt princeps/ eſt ſermo. narratur enim deuotio eius erga uerũ deũ in aſſecutione principatus: & hoc in mizpa ciuitate ſua.

ET miſit iiphthach nũcios ad regẽ filioꝝ hammon dicendo. Quia hammonitæ inferebant bellũ aduerſus galahaditas, optimo officio principis incipit fungi iepthа interrogãdo cãm belli. quid mihi ⁊ tibi ꝙ veniſti ad me vt pugnes contra terram meam? Interrogantis ſunt qd cõmune utriqꝫ ſit cã belli. Quibꝰ ille rñdit: qa tulit iſrael terrã meam qñ aſcẽdit ex egypto/ab arnon vſqꝫ ad iabboc ⁊ vſqꝫ ad iarden, ⁊ nũc redde eam cum pace. Hinc apparet ꝙ rex iſte erat etiã rex moab. nã terra quam repetebat/moabitaꝝ olim fuerat: ut ſcribitur nu. 21.

¶ Addidit aũt adhuc iiphthach: ⁊ miſit nuncios ad regeꝫ filioꝝ hammon. Et impauit eis vt dicerent regi hammon: hec dicit iiphthach/nõ tulit iſrael terrã moab ⁊ filioꝝ hammon. Sed cuꝫ aſcenderent ex egypto, ambulauit iſrael ꝑ ſolitudinẽ vſqꝫ ad mare rubrũ/⁊ venit in cades. Miſitqꝫ iſrael nuncios ad regẽ edom dicendo/dimitte obſecro vt tranſeam ꝑ terram tuam: q noluit acqeſcere precibꝰ eiꝰ. ¶ Miſit quoqꝫ ad regẽ moab: q ⁊ ipſe tranſitum prebere noluit. Intellige hanc legationem miſſam anno ſecũdo egreſſionis ex ægypto: & ꝑpende tacitam fuiſſe a moſe hmõi legationem ante regreſſum exploratoꝝ. manſitqꝫ iſrael in cades. Ambulauitqꝫ ꝑ deſertũ/ ⁊ circũiuit terram edom ⁊ terrã moab, venitqꝫ ab ortu ſolis terre moab ⁊ caſtrametati ſunt trans arnon: nec intrauerũt terminum moab/arnon. n. ẽ terminꝰ moab. Miſitqꝫ iſrael nũcios ad ſichon regem emoreum/regem cheſbon: ⁊ dixit ei iſrael/tranſeaꝫ obſecro ꝑ terram tuam vſqꝫ ad locum meum. hoc eſt uſqꝫ ad terram ꝓmiſſionis. Qui ⁊ ipſe iſrael verba deſpiciens/ nõ dimiſit eũ tranſire ꝑ terminos ſuos. Honeſtius narrat hebraica litera. Et nõ credidit ſichon iſraelem tranſire ꝑ terminum ſuum. Diffidentia ſcribit̃ rõ negati tranſitus. ſed infinita multitudine cõgregata egreſſus eſt contra eum in iaſa/⁊ fortiter reſiſtebat. Iuxta hebræum habet̃. ⁊ cõgregauit ſichon totum populum ſuum/⁊ caſtrametati ſunt in iahza: ⁊ pugnauit cum iſrael. Bellum offenſiuum ex parte regis ſeon deſcribit̃ aduerſus iſraelem. Tradiditqꝫ eũ dñs in manꝰ iſrael cũ omni exercitu ſuo. Iuxta hebræum habet̃. Et dedit iehouah elohe iſraelis ſichon ⁊ oẽm populum eiꝰ in manum iſrael/⁊ ꝑcuſſerũt eos. Summus deus tanꝙ ꝓprius deus iſraelis donator uictoriæ ſignificat̃. ⁊ poſſedit iſrael omnẽ terram emorei habitatoris terre illius. Et poſſederunt oẽs terminũ emorei ab arnõ vſqꝫ ad iabboc/⁊ a ſolitudine vſqꝫ ad iarden. Et nũc dñs deꝰ iſrael expulit emoreum/pugnante cõtra illũ populo ſuo iſrael. Parui refert ꝙ hebraice hr̃. a facie populi ſui iſrael. Deum

largitorem illius terræ probat ex eo ꝙ expulit emoræum ad præſentiam filiorꝫ iſrael. ⁊ tu poſſidebis eum? Nõne que poſſedit chamos deus tuꝰ tibi iure debent? Iuxta hebræum hr̃. Nõne qđ faciet poſſidere te chemos elohe tuꝰ illud poſſidebis? ⁊ qcqd poſſidere fecit dñs deꝰ nr̃ a facie nr̃a/illud poſſidebimꝰ. Cõfirmat rõnẽ a ſimili ſeu pari ſecũdũ opinionẽ deorꝫ. Et nũc an melior es balac filio zipor rege moab? Accumulat rationes ex parte illius regis qui regnabat in moab tempore quo iſraelitæ accæperunt terram illam. aut docere potes ꝙ iurgatus ſit contra iſrael ⁊ pugnauerit contra eum? Iuxta hebræum habetur. num litigando litigauit cũ iſrael? num pugnando pugnauit contra eos? Sententia eſt clara. Quando habitauit iſrael in chesbon ⁊ in filiabꝰ eius ⁊ in barbor ⁊ in filiabus eius ⁊ in oĩbus ciuitatibꝰ que ſunt ſuper terminos arnon/per trecentos annos. Intellige cõſueto loquendi modo dixiſſe iepthã trecentos annos, quia parum deerat temporis a poſſeſſione illius terræ ad trecentiſimum annum. quare tanto tempore nihil ſup hac repetitione tentaſtis? Iuxta hebræum habetur. ⁊ quare non feciſtis eruere in tempore ipſo? ſed ſententia in idem redit. Egoq; non peccaui tibi/ ⁊ tu facis mihi malum pugnando contra me: iudicet dominus arbiter huius diei. Iuxta hebræũ habetur. iudicabit iehonah/iudicans hodie inter filios iſrael ⁊ inter filios hammon. Remittit cãm in iudicium diuinum demonſtrandũ uictoria partis habentis ius. Et honorat deum uerꝫ officio iudicãdi, dicens ꝙ hodie (hoc eſt in præſenti tpe) inter filios iſrael & filios hammon iudicabit ſummus deus iudicans: hoc eſt ad quem ſpectat iudicium. Noluitq; acquieſcere rex filiorum hammon verbis ijpthach que miſerat ad eum.

FActus eſt ergo ſuper iepthã ſpiritꝰ domini: ⁊ circũiens ghalahad ⁊ menaſſe/maſphat quoq; ghalahad/⁊ inde tranſiens ad filios hãmon. Parui refert ꝙ hebraice habet. Et fuit ſup ijphthach ſpiritus iehouah/⁊ trãſiuit ghilhad ⁊ menaſſe: ⁊ trãſiuit mizpe ghilhad/⁊ de mizpe ghilhad tranſiuit ad filios hammon. Effectus diuini ſpiritus manifeſte ſignificatur tranſitus iepthæ ad filios hammon. qui deſcribitur in litera primo quo ad regiones ꝑtranſitas/dicendo & trãſiuit ghilhad & menaſſem: deinde quo ad uiã/dicendo ꝙ tranſiuit mizpe ghilhad & de mizpe ghilhad tranſiuit ad filios hammon. Et dicit mizpe ghilhad ad differentiam alterius mizpe quæ eſt in tribu iudæ, cuius fit mentio .1.reg.7. Votum vouit domino dicens. Iuxta hebræum habetur. Et vouit ijphthach votum iehouah dicendo. Quod ideo annotauerim/ut ab omnibus ſciatᷣ aliam eſſe orationem in contextu hebraico: ne ſumatur argumentum ex cõtextu ꝙ hoc uotum profectum eſt a ſpiritu domini. nam ex contextu efficacia huius argumenti non apparet, nec etiam contextus excludit hoc argumentum. ſi tradendo tradideris filios hammon in manum meam, quicũq; primus fuerit egreſſus e foribus domus mee i occurſum meũ cum

reuerſus fuero in pace a filijs hammon. Non eſt in hebræo dictio primus. quanuis ſubintelligatur: alioquin uouiſſet ſacrificare omnes e domo ſua egredientes obuiam reuertenti. eum holocauſtum offeraꝫ domino. Plus habetur hebraice. ⁊ erit iehouah/⁊ offeram eum holocauſtum. Ita ꝙ duo uouet: & ꝙ egrediens ſibi obuiam erit fonti eſſendi (hoc eſt dicabitur ſummo deo) & offeram eum in holocauſtum/quod totum cremabatur deo. Et hæc ānotabis ut librar̄ poſsis uaria dicta de iſto uoto. ¶ Trāſiuitqꝫ ijphthach ad filios hammon vt pugnaret contra eos: ⁊ tradidit eos dominus in manum eius. Et percuſſit eos ab harober vſqꝫquo venias in minnith viginti ciuitates ⁊ vſqꝫ ad abel vinearum/plaga magna valde: humiliatiqꝫ ſunt filij hammon a facie filiorum iſrael.

VEnitqꝫ ijphthach in mizpā ad domū ſuam/⁊ ecce filia eius egrediebat̄ in occurſuꝫ eius cū tympanis ⁊ choris: ⁊ tantū ipſa ſola/non erat ei ex ſe filiꝰ vel filia. Qua viſa ſcidit veſtimenta ſua ⁊ ait: heu me filia mea decepiſti me. Iuxta hebræum habetur. genuflectendo feciſti genuflectere me. Et eſt ſermo metaphoricus. eſt enim ſenſus ꝙ humiliaſti me ad inſtar genuflexi. Genuflexio enim ſpecies eſt humiliationis tum ſecundum ſitum corporalem/tum ſecundum affectum animi/tum ſecundum robur: ex eo enim ꝙ uniuerſum ſemen ſuū ſe amittere ex hoc occurſu perpendebat/ualde humiliatum ſe doluit. ⁊ ipſa decepta es. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tu fuiſti inter conturbantes me. vbi credidiſti lætificare me conturbaſti me/quo ad animum. aperui. n. os meū ad dominuꝫ ⁊ non potero retractare. Cui illa reſpondit: pater mi ſi aperuiſti os tuum ad dominum fac mihi quicquid pollicitus es, conceſſa tibi vltiōe atqꝫ victoria de hoſtibꝰ tuis/de filijs hāmon. Dixitqꝫ patri ſuo, hoc ſolum mihi preſta/dimitte me duobꝰ menſibus vt circūeam montes. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ ibo ⁊ deſcendam ſuper montes. Nōnulla uagandi ſpecies deſcribit̄. niſi credamus dicentibus ꝙ dictio interpretata deſcendam interpretanda eſt lamentabor. Et hæc interpretatio magis quadrat materiæ. ⁊ flebo ſuper virginitatem meam ego ⁊ ſodales mee. Cui ille reſpondit vade, dimiſitqꝫ eam duobꝰ menſibus: cūqꝫ abiſſet cuꝫ ſocijs ac ſodalibus ſuis. Iuxta hebræū habet̄. ⁊ iuit ipſa ⁊ ſodales eius. nihilqꝫ dicitur de ſocijs. ⁊ fleuit ſuper virginitatem ſuam in montibus.

¶ Et fuit circa finem duorum menſiū/reuerſa eſt ad pr̄eꝫ ſuum, ⁊ fecit ei ſicut vouerat. Iuxta hebræum clarius habetur. ⁊ fecit ei votuꝫ ſuum quod vouit. Recole ꝙ uouit & erit domino & offeram eum holocauſtum: & clare ſcribi cognoſces ꝙ non ſolum dicauit eam deo ſed etiā obtulit eam in holocauſtum: alioquin non uerificaretur ſcriptura/dicens & fecit ei uotū ſuuꝫ quod uouit. ¶ De quæſtiōe autem an bene uel male fecerit adimplendo ſic uotū/nihil certi habeo: quoniam poteſt intelligi ꝙ ex ſpiritu diuino qui fuit ſuper eum

ſecit huiuſmodi uotuꝫ & adimpleuit. in cuius ſignũ in epiſtola ad hebræos ſupputaturieptha in catalogo ſanctorum. Et poteſt intelligi ꝙ ex mala intelligentia legis moſis promulgatæ leui. ult. (ut ibi diffuſe declarauimus) adimpleuit uotum hoc: ut ſic ieptha excuſetur non a toto ſed a tanto. Videt enim ꝙ hac ignorantia laborauerit non ipſe ſolus ſed etiã ſacerdos illius temporis. nam cum ipſe eẽt pͥnceps/& duobus mẽſibus ꝓrogata fuerit executio uoti iam in publicũ deducti, rõni conſentaneuꝫ eſt ut nec ſummus ſacerdos ſciuerit declarare ſenſum legis: ſuppoſito ꝙ ſpiritu dei hoc non fecerit/ſed arbitratus ſe obligari ad uotum ex lege. ⁊ ipſa non cognouit virum/ exinde mos increuit in iſrael. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fuit ſtatutum in iſrael. Pluſq̃ mos aut conſuetudo ſcribitur. Vt poſt anni circulum. Legendum eſt. Annuatim. quod clarius ſonat perpetuitatem. conueniant in vnum. Iuxta hebræum habet. ibunt filie iſrael. & nihil dicitur de conuentu. ad plangendum filiam ijphthach ghilhadite, quattuoꝛ diebus in anno.

CAPVT .XII.

Ecce autem in ephꝛaim oꝛta eſt ſeditio. Iuxta hebræum habetur. Et fuit congregatus vir ephꝛaim/⁊ tranſiuit ad ſeptentrionem. Et eſt ſermo de congregatione cum ſono tubaꝝ. ſignificatur. n. cõgregatio exercitus/maluſq; animus ephraitarum erga iepthã deſcribitur. Dixeruntq; ad ijphthach: quare tranſiſti ad pugnandum cum filijs hammon ⁊ nos non vocaſti vt ꝑgeremus tecum? domum tuam incendemus. Deficit. ſuper te. minantur enim incendere & ipſum & domum eius. Quibus ille reſpondit: diſceptatio erat mihi ⁊ populo meo cõtra filios hãmon vehemens. Populum ghalahaditem appellat populum ſuum. Vocauiq; vos. Plus habetur hebraice. ⁊ clamaui ad vos. Vnde patet mentitos fuiſſe ephraitas/ dicendo ſe non fuiſſe uocatos. ⁊ non ſaluaſtis me de manu coꝝ. Quod cernens poſui animam meam in manib⁹ meis. Metaphoricus eſt ſermo/ſignificans ꝙ expoſui uitam meam periculo pugnæ quæ fit ꝑ manus. tranſiuiq; ad filios hammon/⁊ tradidit eos dñs i manũ meã: qd cõmerui vt aduerſum me conſurgatis hodie ad pꝛelium?

Vocatis itaq; ad ſe cũctis viris de ghilhad/pugnauit cõtra ephꝛaim: percuſſerũtq; viri ghilhad ephꝛaim, qa dixerat fugitiu⁹ eſt ghilhad de ephꝛaim ⁊ habitat in medio ephꝛaim ⁊ menaſſis. Iuxta hebræum habetur. euaſi de ephꝛaim vos ghilhad/ in medio ephꝛaim in medio menaſſis. Ad explanandū hebraicam dictioneꝫ/ finximus participium paſsiuum euaſi. ignominia ſiquidem affecti fuerant ghalahaditæ tanq̃ fugitiui ex ephraim/tanq̃ fugaces reputati tam a tribu ephraim q̃ a tribu menaſsis cuius pars erat ghalahad. Cur autem hanc ignominiã protulerint, liquidam occaſionem neſcimus: cum nulla occurrat hiſtoria tradens de

ghalahaditis aliquid huiuſmodi. Occupaueruntqꝫ viri ghilhadite vada iarden per que ephraim reuerſurus erat: ⁊ fuit quando dicebant fugitiui ephraim tranſibo/dicebant ei viri ghilhad an tu es ephrateus? ⁊ dicebat nō. Dicebantqꝫ ei dic ergo ſiboleth/qđ interpretatur ſpica: qui reſpondebat cheboleth / eadem litera ſpicam exprimere non valens. Iuxta hebræum habetur. ſciboleth: ⁊ dixit ſiboleth / ⁊ non faciet dirigere ad loquenduꝫ ſic. interpres.n. antiquus expoſitoris officium aſſumpſit. Quod autem dicitur in futuro tempore de ephraita & nō faciet dirigere linguam ſuam ad loquendum ſic/relatiue ad interrogationem deſcribitur. Ex uſu autem loquendi ephraitarum defectus iſte proferendi accidiſſe uidetur eis: quemadmodum experimur in italia aliquam nationem loco corui proferre crouum. ſtatimqꝫ apprehenſum iugulabant in ipſo trāſitu iarden: ⁊ ceciderūt in illo tpe de ephraim quadragintaduo millia. ¶ Iudicauitqꝫ ijphthach ghilhadites iſraelem ſex annis. Octauus iudex fuit ieptha: ita ꝙ relatiue ad ghalahad fuit dominus/relatiue uero ad iſrael fuit iudex. ⁊ mortuus eſt ac ſepultus in ciuitate ſua ghilhad. Superfluit ſua. non enim explicatur in qua ciuitate ſepultus fuerit: ſed duntaxat ꝙ ſepultus eſt in ciuitatibus ghalahad. Forte in loco cōmuni pluribus ciuitatibus ſepultus fuit: & propterea ſcribitur ſepultus in ciuitatibus ghalahad.

POſt huncqꝫ. Tres iudices (vꝫ nonus/decimus & undecimus) ſubiungūtur ſine præclaris geſtis. iudicauit iſraelē ibzan de beth'lechem. Qui habuit triginta filios ⁊ totideꝫ filias: quas emittens foras maritis dedit, ⁊ eiuſdeꝫ numeri filijs ſuis accepit vxores introducens eas in domum ſuam: iudicauitqꝫ iſraelem ſepteꝫ annis. Et mortuus eſt ibzan/ac ſepultus in beth'lecheꝫ. ¶ Cui ſucceſſit elon zebulonites: iudicauitqꝫ iſraelem decem annis. Et mortuus eſt elon zebulonites/ac ſepultus in a'ialon ī terra zebulun. ¶ Poſt huncqꝫ iudicauit iſraelem habdon filiꝰ billel/pir'bathonites. Qui habuit quadraginta filios ⁊ triginta ex eis nepotes equitantes ſuper ſeptuaginta pullos aſinarum. Superfluit aſinaꝝ: pulli enim equorum ad eorum gloriam ſignificantur. ⁊ iudicauit iſraelem octo annis. Mortuuſqꝫ eſt habdon filius billel pir'bathonites: ⁊ ſepultus eſt in pir'bathon in terra ephraim in monte hamalecitarum.

CAPVT ·XIII.

RVrſumqꝫ filij iſrael fecerunt maluꝫ. Iuxta hebræum habetur. Et addiderunt filij iſrael ad facienduꝫ malum in oculis dñi. Progreſſus de malo in peius deſcribiť. tradiditqꝫ eos dñs ī manū peliſtinoꝝ q̄draginta ānis. Sexta ē hæc afflictio popli iſrael/diuturnior reliqs ſupradictis poſt igreſſuꝫ i terrā ꝓmiſſiōis.

Digitized by Google

FUitqꝫ vir vnus de ſar ba de familia danitarum/ ⁊ nomen eiꝰ manoach: ⁊ vxor eiꝰ ſterilis ⁊ nõ pepit. Apparuitqꝫ ange
lus domini mulieri ⁊ dixit ei: ecce nũc ſterilis es ⁊ non peperiſti/
concipies autem ⁊ paries filium. Caue ergo ne bibas vinum ⁊
ſiceram/ ⁊ ne immundum quicq̃ꝫ comedas. Quia cocipies ⁊ pa-
ries filium, ⁊ nouacula non aſcendet ſuper caput eius / quia erit
nazareus dei ab infantia ſua ⁊ ex matris vtero. Non habetur in
hebræo ab infantia ſua: ſed duntaxat. quia nezireus elohim erit puer
ab vtero. Lege capitulum ſextum numeri: & inuenies legem nazaræoꝝ. Sed
ſat eſt hic noſſe ꝙ ratio inhibendi matri quæ inhibita ſunt nazaræis/ redditur in li
tera ut puer incipiat nazaræatum ſuum ex materno utero: quia eniꝫ puer in ute
ro alitur ex ſanguine matris, ideo abſtinentia matris ab inhibitis nazaræo/ impu
taẽ filio. ⁊ ipſe incipiet liberare iſraelẽ de manu peliſtinorum. Signi-
ficanter non dicit liberabit ſed incipiet liberare, quia ſamſon non liberauit ſed in-
cœpit liberare iſraelem a peliſtinis. Que cum veniſſet ad maritum ſuũ/
dixit ei: vir dei. Iuxta hebræum habetur. vir elohim venit ad me. Et
hinc clare apparet ꝙ in ſpecie uiri apparuit angelus. habens vultum ange-
licum. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ aſpectus eius ſicut aſpectus
angeli elohim terribilis valde. Dictio interpretata terribilis/ ſonat potius
formidatum. Nõ apparuit ſub ſpecie uiri amabilis ſed timendi, quia mulieri iu-
ueni apparebat: nec decebat eam trahere ad ſui amorem ſed reuerentiaꝫ. & pro-
pterea aptius interpretaretur reuerendus ualde: ut etiam ipſa uerba uxoris exi-
merent maritum ab omni ſuſpitione noui amoris in uxore. quem cum inter-
rogaſſem quis eſſet ⁊ vnde veniſſet ⁊ quo nomine vocaretur/
noluit mihi dicere. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non interrogaui cũ quo
ab iſto ipſe/ ⁊ nomen ſuum non indicauit mihi. Manifeſtat mulier ſe
nihil aliud ſcire de cõditionibus angeli qui apparuit/ quia neſcit nomen illius &
non interrogauit quo iret a loco iſto. & per hoc manifeſtat ꝙ neſcit ubi habitet
aut quo diuerterit. Dixitqꝫ mihi: ecce concipies ⁊ paries filium/ ca-
ue ne vinum bibas ⁊ ſiceram ⁊ ne aliquo veſcaris imundo, erit
enim puer nezireus dei ab infantia ſua ⁊ ex vtero matris ſue. Ite-
rum habetur elohim: nec habeẽ ab infantia ſua/ ſed ex utero. vſqꝫ in diẽ mor
tis ſue. Perpetuitas nazaræatus ſamſonis prænunciaẽ. quæ res fuit ualde ſin-
gularis: nam ſecundum legem/ nazaræatus erat ad tempus & nõ per totã uitam
hominis: ut patet numeri. 10.

ORauit itaqꝫ manoach ad dominum ⁊ ait: obſecro domine.
Nomen eſt adonai/ blande precantem manifeſtans. vt vir dei quẽ mi-
ſiſti veniat iterum/ ⁊ doceat nos quid debeamus facere de puero
qui naſciturꝰ eſt. Dictio interpretata dei/ eſt nomen elohim. exiſtimabat.n.
angelum qui apparuerat uxori eſſe uirum iuſtum timentem deuꝫ ac prophetaꝫ:
& propterea appellauit ipſum uirum elohim. Exauditqꝫ deus depre-
cationem manoach. Et hic deus nominaẽ elohim/ conſonans gubernatiõi:

iterumqꝫ

Digitized by Google

iterſuꝙ idem nomen repetitur ſubiungendo apparitionem angeli domini. appellatur enim angelus elohim ab officio gubernandi. ⁊ apparuit rurſuꝫ angelus dñi vxori eius ſedenti in agro/ ⁊ manoach vir eius non erat cũ ea. Que feſtinauit ⁊ cucurrit ad viꝝ ſuũ: ⁊ nũciauit ei dicens/ ecce apparuit mihi vir quem ante videram.

⁋ Qui ſurrexit ⁊ iuit poſt vxorem ſuam: veniensqꝫ ad viꝝ dixit ei/ tu es qui locutꝰ es mulieri? ⁊ ait/ ſum. Dixitqꝫ manoach: quã do ſermo tuus fuerit expletus/ quid vis vt faciat puer aut a quo ſe obſeruare debebit? Iuxta hebræum habetur. quod erit iudiciũ pueri ⁊ opꝰ eiꝰ? Iudiciũ appellat decretũ de uita pueri/ & ſpecialiter operis eius. Et dixit angelꝰ dñi ad manoach: ab oibꝰ que locutꝰ ſum mulieri caueat. de oĩ quod ex vite naſcit̃ ne comedat/ ⁊ vinum ⁊ siceraꝫ nõ bibat/ ⁊ nihil imundũ comedat, oẽ quod ei precepi cuſtodiat. Scito prudens lector ꝙ nõ referuntur hæc uerba angeli ad pueꝝ: ſed ad uxorem: quia in textu hebraico omnia hæc uerba tertiæ perſonæ (cauebit/ comedet/ bibet/ cuſtodiet) ſunt fœminini generis. Quanuis enim manue interrogauerit de puero, angelus tamen ſecundum hæc ſcripta diſtinctius reſpondet de uxore. de puero autem quid dixerit non eſt ſcriptum, ſed ex his perpendendum author libri reliquit: puta ꝙ erit nazaræus uſqꝫ ad mortem/ & ꝙ incipiet liberare populum a peliſtinis.

⁋ Dixit itaqꝫ manoach ad angelum domini: obſecro te vt acqeſcas precibus meis. Iuxta hebræum habetur. retinebimus obſecro te ⁊ faciemꝰ tibi hedũ capraꝝ. Prandiũ ſeu cænã uolebat ei præparare. Cui rñdit angelꝰ dñi: ſi retinueris me nõ comedã de pane tuo, ſi vero feceris holocauſtũ offer illud dño: qa neſciebat manoach ꝙ angelꝰ dñi eſſet. Dixitqꝫ ad eũ: quod eſt nomẽ tuũ, qa veniet ſermo tuꝰ ⁊ honorabimꝰ te? Cui ille rñdit: cur queris nomẽ meũ quod eſt mirabile? Hebraica dictio quanuis interpretari quoqꝫ poſſit occultum, ſubiunctis tamen quadrat ut interpretetur mirabile. quadrat etiam geſtis ſamſonis admiratione dignis quem annunciare uenerat. Tulitqꝫ manoach hedum caprarum ⁊ libamenta. Iuxta hebræum habetur. ⁊ munus: De quo diffuſe ſcriptum eſt in leuitici capitulo ſecũdo: ſignificat enim florem farinæ cum oleo &c. ⁊ obtulit ſuper petraꝫ domino/ qui facit mirabilia. Iuxta hebræum habetur. ⁊ mirando ad faciendum: manoach autem ⁊ vxor eius intuebantur. deſcribitur ſiquidem ad literam ꝙ manue poſuit ſuper petram hædum & munus ad offerendum ſummo deo: & ipſe non obtulit deo, ſed rogauit angelum qui appellatur mirandus ut faceret holocauſtum: & ipſe & uxor eius intuebantur angelum facientem holocauſtum. ⁋ Hinc in primis habes ꝙ nomen angeli interpretandum eſt mirabile: nam inde author libri nominat ipſum admirandum. Habes deinde ꝙ hædus non coctus delatus eſt: quia in holocauſtum offerendus portabatur/ iuxta mandatum angeli reſpuentis comedere & monentis ut offerret holocauſtum. Habes ter-

tio ꝙ angelus officiũ ſacerdotis exercuit faciendo quæcũq; erant ſecundũ legem holocauſti. ¶ Nec mutat̃ ſenſus ſi legat̃ actiue facienti mirari ad faciendũ. nam etiã ſic ſignificat̃ ꝙ angelo facienti mirari dedit ad faciendũ holocauſtũ. Siue ergo legatur hebraica dictio actiue ſiue paſſiue, in idem redit ſententia. Cumq; aſcenderet flamma ſupra altare in celũ/angel⁹ dñi pariter ĩ flamma aſcendit. Quia nulla ſit mentio lignoꝝ/ nulla ſit mentio ignis delati ſed ſolius flammæ (non qualiſcunq; ſed aſcendentis in cœlos) inſinuatur implicite flammã illã ſubito ex lapide erupiſſe angelico miniſterio. manoach autem ⁊ vxor eius intuebantur/⁊ ceciderunt ſuper faciẽ ſuam in terram. Et vltra non apparuit eis angelus domini: tũcq; intellexit manoach angelum domini eſſe.

¶ Dixitq; ad vxorem ſuam: morte moriemur quia vidimus dominuz. Nomen eſt elohim: & ſæpe dicta eſt ratio ſimilis timoris. Cui rñdit vxor eius: ſi dñs nos vellet occidere/nõ ſuſcepiſſet de manib⁹ noſtris holocauſtũ ⁊ libamẽta. Legendũ ẽ. ⁊ mun⁹. ut ſupra expoſuimus. nec oñdiſſet nobis oĩa hec: neq; ea que vẽtura ſunt dixiſſet. Iuxta hebræũ habet̃. ⁊ ſicut tẽpus non fecit audire nos ſicut hoc. Obſcura ſunt uerba. ſenſus tñ ẽ ꝙ nõ feciſſet nos audire tũ ſpectãtia ad tp̃s futuꝝ tũ ſpectãtia ad talia futura: vꝫ abſtinentiã meã a uino &c. nazaræatũ pueri naſcituri & alendi. arguit. n. mulier tũ ex gratia ſuſcæpi holocauſti / tũ ex beneficio uiſus/ tũ ex beneficio auditus. Et hinc prudens lector ex hoc ꝙ mulier aſſerit deũ ſuſcæpiſſe holocauſtũ & munus de manu coꝝ/cõfirmatur ꝙ ſenſibili ſigno erumpentis ignis de petra uiderant holocauſtũ ſuſcæptũ fuiſſe a deo.

PEperitq; mulier filiũ/⁊ vocauit nomẽ eius ſimſon: creuitq; puer ⁊ bñdixit ei dñs. Bñdicere dei eſt bñfacere: ac ꝑ hoc bñficiũ augmenti, omni ex parte ꝑfectũ ſignificat̃. Cepitq; ſpũs dei agitare euz. Dictio interpretata agitare/ſignificat agitare ſeu aliqd ſimile, puta ꝯcutere: ſed qa bonũ ſignificat̃/rectius exprimit̃ ꝑ agitare. Quo aũt uel quali ſigno ſenſibili cœpit hæc agitatio/nõ eſt ſcriptũ. ĩ caſtris dan inter zorham ⁊ eſthaol. Locus in quo diuinus ſpũs cœpit ꝯmouere ſamſonem deſcribit̃ nõ ciuitas ſed caſtra dan/qa inter tentoria hic effectus apparuit.

CAPVT .XIIII.

DEſcẽditq; ſimſon ĩ thimnath: ⁊ vidit mulierẽ ĩ thimnath de filiab⁹ peliſtinoꝝ. Aſcẽditq; ⁊ nũciauit prĩ ſuo ⁊ mrĩ ſue dicẽs: mulierẽ vidi in thimnath de filiab⁹ peliſtinoꝝ, ⁊ nũc accipite eã mihi ĩ vxorẽ. Cui dixerũt prĩ ⁊ mr̃ ei⁹: an nõ ẽ ĩ filiab⁹ frꝫ tuoꝝ ⁊ ĩ toto populo meo mulier/ ꝙ tu vadis vt accipias vxorẽ de peliſtinis incircũciſis: dixitq; ſimſon prĩ ſuo/eã accipe mihi qa placuit ĩ oculis meis. ¶ Parentes aũt ei⁹ neſciebãt ꝙ res a dño fieret ⁊ quereret occaſionẽ cõtra peliſtinos. Iunge dicta in calce præcedẽtis capituli ꝙ ſpũs dei incœpit ꝯmouere

ſamſonē & ꝙ petijt uxorē peliſtinā ut quæreret occaſionē aduerſus peliſtinos/ cū ignorātia parentū eius ꝙ res iſta ꝓcederet a deo: & ꝑpendes ꝙ ſamſon motus ſpū dei/ſciens & prudens petijt hmōi cōiugiū ꝗ̄uis ꝯtra legē moſis. ideo. n. non ſamſonē ſed parētes eius latere diuinū ꝯſiliū ſcribit᷑. co. n. tꝑe peliſtini dn̄abantur iſraeli. Ad reddendā rōnē iuſtæ occaſiōis quæſitæ a ſamſone aduerſus peliſtinos/adiungit᷑ hic dn̄ium peliſtinoꝶ ſupra iſrael. cōtra tyrānos. n. iuſte quæritur occaſio lædendi.

DEſcendit itaqꝫ ſimſon cū pr̄e ſuo ⁊ mr̄e in thimnath: venerūtqꝫ ad vineas thimnath/ ⁊ ecce catul⁹ leonū ſeu⁹ ⁊ rugiēs. Iuxta hebræū hr̄. clamans i occurſū ei⁹. nec dr̄ aliqd de ſæuitia. Irruit aūt ſpūs dn̄i i ſimſon. Iuxta hebræū hr̄. Et ſecūdauit ſuꝑ eū ſpūs iehouah. Si liceret dicere legendū eſſet & ꝓſpauit. nā ſucceſſum ꝓſperū in ſamſone diuini ſpūs ſignificat: ut effectus ſubſecutus teſtat᷑. ⁊ dilacerauit eū ꝗ̄ſi hedū in fruſta decerperet/nihil oīno hn̄s in manu ſua: ⁊ nō indicauit pr̄i ſuo ⁊ matri quod fecerat. Hinc clare hr̄ ꝙ ſamſon declinauerat a uia qua incedebāt parētes eius/& extra uiā occurrit ei catulus leonis. Deſcenditqꝫ ⁊ locut⁹ eſt mulieri: ⁊ placuit in oculis ſimſon.

¶ Et reuerſus ē poſt aliquot dies vt acciꝑet eā: declinauitqꝫ vt videret cadauer leonis / ⁊ ecce examen apū erat i corpore leonis ⁊ mel. Quod cū ſumpſiſſet in manib⁹ / iuit cōdo ⁊ comedendo: veniensqꝫ ad pr̄em ſuū ⁊ mr̄em dedit eis ꝑtē ⁊ comederūt, ⁊ nō indicauit eis ꝙ de corpore leonis tuliſſet mel. Deſcēdit itaqꝫ pr̄ ei⁹ ad mulierē: ⁊ fecit ibi ſimſon conuiuium/ſic. n. iuuenes facere conſueuerant.

CVnqꝫ ciues loci illi⁹ vidiſſent eū/dederūt ei ſodales triginta q eſſent cū eo. Niſi ſamſonis ꝑſona præ ſe tuliſſet uiꝶ robuſtū & ꝓceꝶ, non redderet᷑ ꝓ cā datoꝶ triginta ſodaliū aſpectus eius. dati ſiqdē uidentur ſub ſpecie ꝯuiuaꝶ/ad cauendū tn̄ ne qd mali ex ſamſonis robore ꝓficiſceretur. Quibus dixit ſimſon: ꝓponā vobis ꝓblema qd̄ ſi ſolueritis mihi itra ſeptē dies cōuiuij, dabo vobis trigita ſyndones ⁊ totidē tunicas: ſi aūt nō potueritis ſoluere/ vos dabitis mihi triginta ſyndones ⁊ triginta tunicas. Qui rn̄derunt ei: propone problema vt audiam⁹. Dixitqꝫ eis/ de comedente exiuit cib⁹ ⁊ de forti egreſſa eſt dulcedo: nec potuerunt ꝑ tres dies ꝓpōnē ſoluere.
¶ Cunqꝫ adeſſet dies ſeptimus/dixerunt vxori ſimſon: ſuade viro tuo vt indicet tibi quid ſignificet problema/ne cōburamus te ⁊ domum patris tui igni: vt ſpoliaret nos vocaſti nos nonne? Fleuitqꝫ vxor ſimſon iuxta eū ⁊ ait: profecto odis me ⁊ non diligis/idcirco problema quod propoſuiſti filijs populi mei nō vis mihi exponere. cui ille reſpondit/patri meo ⁊ matri non indicaui ⁊ tibi indicabo? ¶ Septem igitur diebus cōuiuij flebat ante eū: tandemqꝫ die ſeptimo cum ei eſſet moleſta/expoſuit. Literalis quæ

ſtio ſuboritur: quoniam paulo ſuperius dictum eſt / tum ꝙ per tres dies ſoluerē non potuerunt ænygma / tum ꝙ iſti ſodales die ſeptimo requiſiuerunt uxorem ſamſonis: quomodo ergo nunc dicitur ꝙ fleuit uxor ſeptem diebus conuiuij ⸮ Solutio eſt ꝙ ſecundum ordinem hiſtoriæ triduo ſtuduerunt ad ſoluendū ænygma: quarto autem die ad uxorem ſamſonis recurrerunt ſimpliciter/ſeptimo autem die adiecerunt minas incendendi ipſam & domum patris: uxor autem ſamſonis quattuor diebus ultimis moleſta erat ipſi ſamſoni inquirendo ueritatem ænygmatis: & ſamſone renuente uſq; ad diem ſeptimum / tandem ſeptimo die uicit improbitas mulieris. Senſus autem literæ huius non eſt ꝙ diebus ſeptem uniuerſis fleuerit, ſed ꝙ infra illos dies ſeptem conuiuij fleuit.ad librandum enim ꝙ tempore conuiuij nuptialis illa fleuerit, ſcriptum eſt ꝙ flebat ſeptem diebus conuiuij: hoc eſt non obſtante ꝙ duraret ſeptenarius numerus dierum conuiuij nuptialis.que ſtatim indicauit ciuibus ſuis. Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis occubitum/quid dulcius melle ⁊ quid fortius leone⸮ qui ait ad eos/ſi non araſſetis in vitula mea non inueniſſetis propoſitionē meam. Irruit itaq; in eum ſpiritus domini. Iuxta hebræum repetuntur ſupradicta uerba. Et proſperatus eſt ſuper eum ſpiritus iehouah, deſcenditq; in aſcelon ⁊ percuſſit ex eis triginta viros/quorum ablatas veſtes dedit iis qui problema ſoluerant. Proſperior ſucceſſus deſcribitur ad percutiendum triginta peliſtinos ꝙ̄ fuerat ad diſcerpendū leonem. Si miraris diuinum ſpiritū inter hos iuueniles ludos admiſcere opus ſuū, recole ꝙ angelus annūciator ſamſonis dixit cur quæris nomen meū quod eſt mirabile⸮ Et hoc oportet præ oculis habere in ſubiūctis ſamſonis factis/quæ ſunt mirabiliora. iratuſq; ē furor ei⁹ ⁊ aſcendit ī domū pr̄is ſui⸮ fuitq; vxor ſimſon ſodali ei⁹ q ſocietatē fecerat ei.

CAPVT .XV.

Et fuit poſt dies aliquot in diebus meſſis triticeæ/viſitauit ſimſon vxorē ſuā cū hedo caprarū: dixitq; ingrediar ad vxorē meā in cubiculum/⁊ non permiſit ei pr̄ ei⁹ vt intraret. Dixitq; ei pr̄ ei⁹: putaui ꝙ odiſſes eam. Quia ſamſon iratus receſſerat a domo ſoceri(ut in calce dicitur præcedentis capituli) & uxor ꝓditrix illius fuerat,ideo ſocer dicit putaui ꝙ odiſſes eā.uere.n.digna erat odio ſamſonis. ⁊ ideo tradidi illā amico tuo: ſed hēt ſororē que iunior ⁊ pulchrior illa eſt/ſit tibi ꝓ ea vxor. Cui ſimſon reſpondit: ab hac die nō erit culpa in me contra peliſtinos/faciam.n.eis malum.

Perrexitq; ⁊ cepit trecentas vulpes: caudaſq; earū iunxit ad caudas ⁊ faces ligauit ī medio. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ poſuit facē vnā inter duas caudas ī medio. deſcribit.n.particulariter numerū:vc; ꝙ binas iunxit uulpes in caudis cū face in medio duarū caudarū. Ligneas aūt crediderim faces ꝓus ligatas/& deinde accēſas ſtatim emittēdo ꝯbinationē illā:nō.n.dr̄ ꝙ oēs ſimul emiſit. Quas igne ſuccendēs dimiſit vt huc illucq; diſcurre

rēt, que ſtatiȝ prerexerūt in ſegetes peliſtinoꝝ: qbꝰ ſuccenſis / ꝛ comportate iā fruges ꝛ adhuc ſtātes i ſtipula cōcremate ſunt, itantū vt vineas quoqȝ ꝛ olivueta flāma cōſumeret. Iuxta hebræū hr̃. Et ſuccēdit ignē i facibꝰ / ꝛ miſit i ſegetes peliſtinoꝝ: ꝛ fecit cōburere ab aceruo vſqȝ ad ſegetem / ꝛ vſqȝ ad vineam ꝛ oleam. Vbi clare patent quattuor damna. quorum prima fuerunt granorum tum aceruatim adhuc manentium in agris, tum manentium in culmis inexpertis meſſorum falcem. Dixeruntqȝ peliſtini / quis fecit hanc rem? quibus dictum ē / ſimſon gener thimnite quia tulit vxorem eius ꝛ dedit eam ſodali eiꝰ: aſcenderūtqȝ peliſtini ꝛ cōbuſſerunt eā ꝛ prē eiꝰ igni.

¶ Quibus ait ſimſon: licet hoc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam vltionem / ꝛ tunc quieſcam. Iuxta hebræum habetur. ſi facietis ſicut iſtam? quia ſi vindicaui in vos ꝛ poſtea ceſſabo? Obſcura ualde ſententia eſt. nec occurrit mihi magis conſonus ſenſus q̃ iſte: videlicet an facietis ſicut iſtam? quaſi dicat non: hoc eſt an facietis uindictā de alÿs quēadmodum feciſtis de ſocero & de uxore? Et explicando negatiuam / ſubiungit an quia uindicaui in uos & poſtea ceſſabo? hoc eſt / ſignum ꝙ non facietis iuſtitiam / eſt ꝙ ratio facti ueſtri (quam interrogatiue proponit / an quia uindicaui in uos & poſtea ceſſabo?) ratio inquam mouens animum ueſtrum non eſt iuſtitia, ſed ſpes ꝙ ego ceſſabo a uindicta quia uindicaui in uos / comburendo ſegetes. Vniuerſa ergo ſententia ad duo capita pertinet: nam prima interrogatiua ſententia negationem iuſtitiæ in illis / ſecunda autem ſpem quietis ſamſonis poſt huiuſmodi duas uindictas (alteram ab ipſo, alteram a peliſtinis) affirmat. Et per hæc manifeſtat nullum in ipſis eſſe zelum iuſtitiæ. propter quod ſubiungitur. Percuſſitqȝ eos ingenti plaga / ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent. Sæpe interpres expoſitoris officium uſurpat. nam iuxta hebræum habetur. Et percuſſit eos tibia ſuper coxam percuſſione magna. Scito tamen ꝙ non eſt certus caſus dictionis interpretatæ tibia / an ſit accuſatiui an ablatiui. Poteſt enim legi in caſu accuſatiuo: & ſic ſignificaret rem percuſſam. & poteſt legi in caſu ablatiuo: & ſic ſignificaret inſtrumentum percutiendi. Et quidem ſi percuſſa res ſignificatur, intelligunt nomine tibiæ pedites / nomine coxæ equites: quia illi ſuper tibias / iſti ſuper crura ſuſtinentur. Si uero inſtrumentum percutiendi intelligitur / mirabilis percutiendi modus ſignificatur: videlicet ꝙ pede percuſſerit fœmora eorum. Et hic ſenſus quadrat negocio. nam iſti peliſtini loquentes cum ſamſone / aduenerant ut ſamſon agnita combuſtione ſoceri & uxoris facta ab eis ceſſaret a uindicta, nec erat multitudo magna: & propterea facile potuit ſamſon monſtrata iniuſtitia eorum / contra ipſos inſurgere pede percutiendo fœmora eorum, & fugientium poſteriores partes. utraqȝ enim partes ſignificantur dicendo ſuper coxam. Et quoniam uehementes erant ictus / ideo dicitur plaga magna. Deſcendenſqȝ habitauit in ſpelunca petre hetam. In tribu iudæ rupes hæc erat: ut teſtant̃ ſubſecuta geſta a peliſtinis ꝯtra iudā & ab ipſis iudæis.

¶ Aſcenderuntqꝫ peliſtini, ⁊ caſtrametati ſunt in iebuda in lo-
co qui poſtea vocatus eſt lechi.i.maxilla. Dixeruntqꝫ ad eos vi
ri de tribu iebude/cur aſcendiſtis contra nos? qui reſponderunt/
vt ligemus ſimſon aſcendimus ad faciendum ei ſicut fecit no-
bis. Deſcenderuntqꝫ tria millia viroꝝ de iebuda ad ſpecuꝫ ſi-
licis hetam: ⁊ dixerunt ad ſimſon/nonne noſti ꝙ peliſtini nobis
imperant? cur hoc feciſti nobis? quibus ille ait/ſicut fecerũt mi-
hi ſic feci eis. Dixeruntqꝫ ei/ad ligandū te deſcendimus vt de-
mus in manum peliſtinoꝝ: quibus dixit ſimſon/iurate mihi
ꝙ non occideris me. Iuxta hebræum habetur. ꝙ non aduerſabimini
mihi vos. Nolebat ſamſon contra iudæos præliari:& propterea petijt ut ipſi
iudæi non pugnarent contra eum. Dixeruntqꝫ ei/nõ te occidemus ſed
vinctum trademus: ⁊ ligauerunt eum duobus nouis funibus/
⁊ aſcendere fecerunt euꝫ de petra hetam. Intellige eum ligatum ſpon-
te tradentem ſe eis ſub fide non aliter lædendi eum. huc enim tetendit totum col
loquium habitum cum ſamſone. ¶ Qui cũ veniſſet ad locum maxille/
⁊ peliſtini vociferantes occurriſſent ei, irruit ſpiritus domini in
eum. Iuxta hebræum habetur. proſperatus eſt ſuper eum ſpiritus ie-
houah. Longe maior proſperitatis ſucceſſus deſcribitur & pene incredibilis.
⁊ ſicut ſolent ad ardorem ignis lina conſumi/ita vincula quibꝰ
ligatus erat diſſipata ſunt ⁊ ſoluta. Inuenitqꝫ maxillam aſini.
Iuxta hebræum additur. recenteꝫ. paulo ante ſiqdem mortuus fuerat aſinus.
miſitqꝫ manum ſuam ⁊ accepit eam/⁊ percuſſit i ea mille viros.
Et ait ſimſon. cantando canticum. i maxilla aſini aſini aceruoꝝ/i ma
xilla aſini ꝑcuſſi mille viros. Sic iacet in hebræo: niſi ꝙ multi hebræi aſinũ
ſecundo nominatum intelligunt aceruum/& legunt aceruum aceruorum. Et in-
telligo referri capita cantici: ut primuꝫ ꝙ ſola maxilla aſini deinde ꝙ aceruos ui-
rorum fugauerit & demum ꝙ mille uiros percuſſerit/cecinerit diffuſe. Nõ eſt aũt
diffuſe ſcriptuꝫ ſamſonis canticum ſicut canticũ delboræ, quia nihil deo attribui
in hoc cantico/hæc tria capita recitata teſtantur. Propter quod non irrationa-
biliter ioſephus ſamſonem elatum gloria uana deſcribit. in cuius ſignũ ſacra ſcri-
ptura nec introducendo ſamſonem incipienteꝫ canticum nec deſcribendo finiſ-
ſe canticum dicit ꝙ cecinit domino: ſed dũtaxat ꝙ ſamſon locutus eſt/nullã men
tionẽ dei aut domini faciẽdo. ¶ Cũqꝫ compleuiſſet loqꝫ/proiecit maxil
lam de manu ſua: ⁊ vocauit locum illum ramath lechi/ quod in-
terpretatur eleuatio maxille. Sitienſqꝫ valde/clamauit ad domi
num ⁊ ait: tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc magnam, ⁊
nunc morior ſiti incidãqꝫ in manus incircunciſorum. Et rupit
deus molarẽ dentẽ q erat in maxilla/⁊ egreſſe ſunt ex eo aque, qui-
bus hauſtis reuerſus eſt ſpiritus eiꝰ ⁊ vixit: idcirco vocauit no-
men eius fons inuocantis qui erat in maxilla/vſqꝫ in preſenteꝫ
diem. ¶ Iudicauitqꝫ iſrael in diebꝰ peliſtim viginti annis. Duo-

Digitized by Google

decimus iudex ſamſon ſcribitur/dominantibus tñ ſuper iſrael peliſtinis. Et hinc clare habes ꝙ iudices iſrael ꝗuis eſſent primi in populo, non tamen habebant dominium ſed officium iudicandi duntaxat.

CAPVT .XVI.

ABijt quoqꝫ ſim ſon i hazzam: viditqꝫ ibi mulierẽ meretricẽ/ꝛ ingreſſus ẽ ad eã. Cũqꝫ dictũ eſſet hazzitis ſimſon venit huc, circundederunt eum/poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus qui ibi tota nocte cum ſilentio preſtolarentur vt facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autem ſimſon vſqꝫ ad medium noctis, ſurrexitqꝫ media nocte ꝛ apprehendit fores porte ciuitatis cum duobus poſtibus ꝛ ſera: impoſitaſqꝫ humeris ſuis portauit ad verticẽ montis qui reſpicit chebron.

ET fuit poſt hec/dilexit mulierem in valle ſorec: ꝛ vocabatur dalila. Neſcitur an mulier iſta fuerit hebræa an peliſtina: ex eo tamen ꝙ non ſcribitur peliſtina/innuitur ꝙ non erat alienigena ſed hebræa. Parui autem refert ꝙ hebraice legitur. in torrente ſorec. Et quo ad nomen mulieris legendum eſſet delila. ¶ Veneruntqꝫ ad eam principes peliſtinorũ ꝛ dixerunt ei; decipe eum ꝛ vide in quo ſit fortitudo eius magna / ꝛ quomodo eum ſuperare valeamus ꝛ vinctum affligere: quod ſi feceris dabimus tibi ſinguli mille ꝛ centum argenteos. Quot fuerint iſti ſatrapæ peliſtinorum non eſt ſcriptum: quia tamen quinqꝫ erant peliſtinorum ciuitates præcipuæ/creduntur fuiſſe quinqꝫ. & tũ authoritate (dominabantur .n. peliſtini hebræis) tum magnitudine pecuniæ/tum leuitate mali quod cõminabantur inferre ſamſoni (non enim eum emebant ad occidendũ aut uulnerandum ſed ad affligendum) facile muliebrem animum corruperunt.

¶ Dixitqꝫ delila ad ſimſon: indica queſo mihi in quo eſt fortitudo tua magna/ꝛ quid ſit quo ligatus erumpere nequeas. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ꝛ quo ligeris ad affligendum te. in idem enim redit ſententia. Dixitqꝫ ei ſimſon: ſi ſeptem neruiceis funibꝰ necdum ſiccis ꝛ adhuc humentibus. Iuxta hebræum habetur. funibus recentibus que non fuerunt ſiccate ligatus fuero/ infirmꝰ ero ꝛ vt ceteri homines. Incerta eſt materia horum funiculorum: quamuis certum ſit ꝙ inuenitur quandoqꝫ ſicca & quandoqꝫ recens. & ſi libratum fuerit recens contra exiccatũ/apparebit ꝙ recens ponitꝰ ꝑ uiridi: & ſignificantꝰ funiculi ex uirgultis uiridibus. Attulerũtqꝫ ad eã ſatrape peliſtinorum ſeptẽ funes vt dixerat: quibus vinxit eum / latentibus apud eam inſidijs ꝛ in cubiculo finem rei expectantibus. Dixitqꝫ ad eũ/peliſtim ſuper te ſimſon. Aduerte prudens lector ꝙ mulier non ſtudebat ad hoc ut occideretur ſamſon (facile enim fuiſſet dormientẽ a latentibus in aula occidi) ſed labo

rabat ut uinctus traderetur peliſtinis affligendus: & propterea interpres ꝑ cla-
ritate hiſtoriæ appoſuit finem rei expectãtibus. Ligato enim ſamſone & dicen-
te muliere peliſthim ſuper te ſamſon, tentabatur an ex huiuſmodi incuſſione ti-
moris tanq̃ ſuperuenientium peliſtinoruꝫ ſamſon præualeret uinculis: ut ſi præ-
ualeret / incuſſiſſe timorem iocando fingeret mulier: ſi autem non præualeret /
prodirent latentes in cubiculo peliſtini & caperent eum. Et hoc modo intelli-
ge ſingulis uicibus repetita uincula & repetitas cõminationes ſeu excitationes
peliſthim ſuper te ſamſon / cuꝫ latentibus inſidijs. ⁊ rupit funes ſicut rum-
pitur filum ſtupe quando odorat ipſum ignis: ⁊ non eſt cognita
fortitudo eius. ¶ Dixitq; delila ad ſimſon: ecce illuſiſti mihi ⁊
falſum locutus es / nunc indica queſo mihi quo ligari debeas.
¶ Cui ille reſpondit: ſi ligaueris me nouis funibus quibus non
eſt factum opus, infirmus ero ⁊ alijs hominibus ſimilis. ¶ Qui-
bus rurſum delila vinxit euꝫ / ⁊ dixit ei peliſthim ſuper te ſimſon,
inſidie autem manebãt in cubiculo: ⁊ rupit eos de brachijs ſuis
ſicut filum. ¶ Dixitq; delila ad eum, vſq; quo decipies me ⁊ fal-
ſum loqueris / indica mihi quo ligari debeas: dixitq; ad eam, ſi
ſeptem crines capitis mei licio texueris ⁊ clauum his circumli-
gatũ terre fixeris / infirmꝰ ero. Aiũt capillos ſamſonis diuiſos fuiſſe i ſeptẽ
partes quaſi ſepteꝫ cincinnos / & propterea ſcriptum eſſe ſeptem crines: quia ta-
mẽ hoc nõ ẽ certũ / tutius eſt ꝑ ſeptẽ crines intelligere crines uniuerſos. erat. n. na-
zaræus habẽs lõgos crines / & ſeptenario numero uniuerſitatẽ ſignificari ꝑſpicuũ
eſt. ¶ Quod cuꝫ feciſſet delila / dixit ad euꝫ peliſthim ſuꝑ te ſimſon:
qui conſurgens de ſomno / extraxit clauum cum crinibus ⁊ licio.
¶ Dixitq; ad eum delila: quomodo dicis ꝙ amas me / cuꝫ animus
tuus non ſit mecum? iam ter illuſiſti mihi ⁊ nõ indicaſti mihi in
quo ſit fortitudo tua magna.

¶ Et fuit cũ coartaret eũ verbis ſuis omnibꝰ diebꝰ ⁊ moleſtaret
eũ, laſſata eſt anima eius vſq; ad mortem. Cerne quanta eſt uis inſani
amoris muliebris. & hyperbolico ſermõe deſcribit laſſitudo animi uſq; ad mor-
tem. Indicauitq; ei totũ cor ſuũ ⁊ dixit ei: nouacula nunq̃ aſcen-
dit ſuꝑ caput meũ / quia nezireus dei ſum ab vtero matris mee.
Iuxta hebræum habetur nomen elohim. ſi raſum fuerit caput meum, re-
cedet a me fortitudo mea ⁊ deficiam / ⁊ ero ſicut ceteri homines.
Hinc clare apparet ꝙ fortitudo ſamſonis agnoſcebatur ab ipſomet non ex na-
turalibus uiribus / ſed ſpeciale donum dei. capilli enim nõ cõferunt uires: & con-
ſequenter raſus non perdit uires naturales. ¶ Videnſq; delila ꝙ indicaſſet
ſibi totum cor ſuum, miſit ⁊ vocauit principes peliſtinorum di-
cendo / aſcendite adhuc ſemel quia nũc indicauit mihi totũ cor
ſuum: qui aſcenderũt aſſumpta pecunia quam promiſerant. ¶ At
illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, vocauitq; tonſorem ⁊ ra-
ſit ſeptem crines eius. Intellige hæc ut ſupra. ⁊ cepit abigere eũ. Iuxta

hebræum habetur. ꝛ cepit affligere eum/ꝛ receſſit fortitudo ei⁹ab eo.
Dixitq́ʒ/ peliſthim ſup te ſimſon. Qualis fuerit afflictio non eſt ſcriptũ:
opinetur quiſq́ʒ ut ſibi uidetur: ueruntamen ppendat ꝙ duo ſimul patrauit mu-
lier; nam & facto affixit eum/& uerbo excitauit eum ſolita cõminatione peli-
ſthiʒ ſuper te ſamſon/& utrũq́ʒ ad tentandũ ſi uere receſſiſſet ab eo fortitudo eius.
Vnde & ſubditur ꝙ expergefactus propoſuit facere ſicut aliis uicibus fecerat.
qui de ſomno conſurgens dixit in animo ſuo/egrediar ſicut ante
feci ꝛ excutiam me, neſciens ꝙ receſſiſſet ab eo dominus. Mirum
eſt ꝙ neſciſſe dicat̃ quod ſe ſcire prædixerat/dicendo ſi raſus fuero recedet a me
fortitudo mea. Solutio eſt ꝙ expergefactus non animaduertit ad caput ſuum
raſum, ſed animum applicauit ad utendũ ſolito robore. in repentinis enim opa-
mur ſecundum præexiſtentem habitũ:& propterea dicit̃ neſciens quo ad actua-
lem notitiam in illa excitatione. ¶ Significantius autem dicitur ꝙ iehouah re-
ceſſit a ſuper eum: tum ad inſinuandum propriam cauſam fortitudinis ſamſonis
fuiſſe deum manentem ſuper ſamſonem, manentem autem nõ localiter ſed ſecun
dum ſpeciale donum aſſiſtendi ad utendum membris ſamſonis ad opera tantæ
fortitudinis. tum ad inſinuandum ſpiritum diuinum ſuper ſamſonem fuiſſe gra-
tiam gratis datam ad externas actiones fortitudinis: ideo enim ſcribitur non ſo-
lum ꝙ receſſit ab eo fortitudo eius ſed etiam ꝙ receſſit ab eo iehouah.

¶ Quem cũ apprehendiſſent peliſthim. Comperto per experientiam
ꝙ ſamſon perdiderat fortitudinem ſuam/uocati a muliere peliſtini in aula laten
tes comprehenderunt eum. ſtatim eruerunt oculos eius. Superfluit ſta-
tim. Sed uiolauerunt fidem effodiendo oculos ſamſonis. nam promiſerãt mulie-
ri ligare eum duntaxat ad affligendum. ꝛ deſcendere fecerũt eũ i hazzã
vinctum catenis/ꝛ clauſum in carcere molere fecerunt. Iuxta he-
bræum habetur. ꝛ ligauerunt ipſum in compedib⁹ ferri/ ꝛ fuit mo-
litor in domo vinctorum. Sententia eſt clara. Iamq́ʒ capilli eius re-
naſci ceperant. Iuxta hebræum habet̃. Et cepit capillus eius germi
nare ſicut fuit raſus. Et eſt ſenſus ꝙ raſo capite nõ fuit priuatus ſamſon ger
mine capillorum, ſed iuxta ſolitum naturæ curſum cœperunt capilli creſcere. Et
ſcribitur hoc ad ſignificandum regreſſum nazaræatus in ſamſone. iuxta legis. n.
ſanctionem ſi nazaræus infra tempus nazaræatus fuiſſet raſus, oportebat iteruʒ
incipere nazaræatum: ut patet nu. 10.

ET principes peliſtinorum congregati ſunt ad ſacrificanduʒ
ſacrificium magnum dagon deo ſuo ꝛ ad letitiam: dixerũtq́ʒ
tradidit nobis deus noſter in manum noſtram ſimſon inimicuʒ
noſtrum. Quod etiam videns populus laudabat deum ſuum:
dicebat eniʒ/ tradidit deus noſter in manus noſtras inimicũ no
ſtrum ꝛ delentem terram noſtram ꝛ qui occidit plurimos. Et
fuit cum iucundum eſſet cor eorum, dixerunt vocate ſimſon ꝛ
faciat ridere nos: q adductus de carcere ludebat ante eos/ fece-
runtq́ʒ eum ſtare inter columnas. Dixitq́ʒ ſimſon ad puerũ qui

Digitized by Google

tenebat manum eius: duc me ⁊ fac me tangere columnas ſuper quas domus firmatur/⁊ innitar eis. Domus autem erat plena virorum ac mulierum/⁊ ibi erant omnes principes peliſthinorum: ⁊ ſuper tectum circiter tria millia virorum ⁊ mulierum qui ſpectabant cum luderet ſimſon. At ille inuocato domino ait: domine deus meus memento mei. Iuxta hebræum habetur. adonai iehoui memento mei queſo. Supplicantis blandis nominibus ſunt preces. ⁊ robora me obſecro tantum hac vice elohim. Tertium adijcit diuinū nomen. primū domine mi/deinde fontem eſſendi/& demū gubernatorem ac iudicem uniuerſorum inuocat. Nec confidit in auctis capillis qui obſecrat ſupplex pro robore hac uice. ⁊ vlciſcar vltione vna de duobus oculis meis de peliſthinis. Quanuis peliſthini deos ſuos laudarent, nihil tamen ſcribitur zeli diuini in ſamſone/ſed duntaxat amor uindicandi oculos proprios: aut intelligamus peliſthinos quidem ex ſua idolatria meruiſſe occidi, ſamſonem autem perſiſtentem in cultu ueri dei obtinuiſſe a deo robur ad ultionem propriam quam deus ordinabat ad ultionem quoqꝫ diuinam. Et apprehendens ſimſon duas columnas medias quibus innitebatur domus/alteramqꝫ earum dextera ⁊ alterā leua tenens, ait moriatur anima mea cuꝫ peliſthim. Anima proculdubio pro uita corporali ſumitur hebraico loquendi more. elegiſſe ſiquidem ſe mori ſimul cum peliſthinis māifeſtat: quemadmodum princeps exercitus proſtraturus hoſtes/mortem propriam concomitantem non reſpuit. ¶ Nō eligitur in huiuſmodi caſibus mors propria in ſeipſa: ſed per ſe eligitur mors hoſtium/& concomitans propria mors toleranda admittitur ꝓpter bonum ultionis. Perſpicuum eſt autem humanas actiōes morales iudicandas eſſe bonas uel malas moraliter ex per ſe obiecto conſono uel diſſono a ratiōe recta/quicquid ſit de concomitantibus: ut patet de hominem iniquū occidente ſe defendendo/quanuis iniqui concomitetur æterna mors in inferno. quia defendens hæc non intendit q̄uis cognoſcat, ſed intendit defendere ſe/ad quod ſequitur & mors corporis & animæ alterius. Concuſſiſqꝫ fortiter columnis/cecidit domus ſuper omnes principes ⁊ ceteram multitudinem que ibi erat: pluresqꝫ interfecit moriens q̄ꝫ ante viuus interfecerat. Deſcenderunt autem fratres eius ⁊ tota domus patris eius, ⁊ tulerunt eum ⁊ aſcenderunt/⁊ ſepelierunt eum inter zorham ⁊ eſthaol in ſepulchro manoach patris eius: iudicauitqꝫ iſrael viginti annis.

CAPVT .XVII.

Fuitqꝫ vir de monte ephraim, cui⁹ nomē erat michaiehu. Qui dixit matri ſue: mille ⁊ centū argentei quos ſeparaueras. Iuxta hebræum habetur. qui fuerunt ablati a te. fuerant enim furtiue ablati. ⁊ ſup quibus me audiēte iuraueras. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tu iuraſti maledicendo ⁊ etiā di

xiſti in auribus meis. Inuocauerat enim deum imprecando malũ/ ut conſueuerunt mulieres amiſſis rebus execrationes dicere. ecce ego habeo eos ⁊ apud me ſunt. Iuxta hebræũ hr̃. ecce argentũ mecũ ẽ, ego accepi ipſuꝫ. Fatet̃ filius ſe abſtuliſſe argentũ illud/ & adhuc eẽ apud ſe. ⁊ dixit mr̃ ei/ benedictus filius meus domino. Nomen eſt tetragrammaton. Et mirũ eſt ꝙ mulier idolatra uerum deum inuocat ad opus idolatriæ. ideo enim benedicit filio/quia adimpleturam ſe iam uidet uotum ſuum ad faciendum idola: ut teſtantur ſubiuncta. ¶ Solutio eſt ꝙ iſti arbitrabantur obſequiũ ſe præſtare deo uero/uenerando idola quædam nullius ſpecialis dei nomine inſignita. Cõiectura autem huius habetur, tum ex eo ꝙ pluries in hoc negocio repetit̃ nomen domini tetragrammaton/ quod eſt nomẽ proprium ueri dei. tum ꝙ idola abſqꝫ aliquo nomine proprio alicuius dei aut animalis ſcribuntur in litera. Vnde & mater ſubiungit ſe ſanctificaſſe argentum hoc domino. & eſt nomen tetragrammaton/clare ſignificans obſequij ſui uotum directũ uero deo. Et reddidit mille ⁊ centum argenteos matri ſue: dixitqꝫ mater eius, ſanctificando ſanctificaui argentũ domino de manu mea filio meo ad faciendum ſculptile atqꝫ conflatile/⁊ nũc trado illud tibi. Iuxta hebræum habetur ⁊ nunc reddã ipſum tibi. Litera hebraico more texitur: prius narrando factum (videlicet ꝙ filius reſtituit matri argentum) deinde narrando uerba matris ad filiũ interiecta anteꝗ̃ reſtitutio fieret (videlicet ꝙ ſanctificauerat argentum illud deo/intercedente tamen executione filij: & propterea reddet illud filio ad exequendum uotum) & demum repetendo reſtitutionem.

¶ Reddiditqꝫ argentũ matri ſue: que tulit ducentos argenteos/ ⁊ dedit eos argentario. Intellige eam dediſſe per filium. ⁊ fecit ex eis ſculptile atqꝫ cõflatile/quod fuit ĩ domo micha iehu. Viroqꝫ miche fuit domus dei. Nomen eſt elohim: quod eſt nomen cõmune uero deo & dijs ſecundum opinionem. ⁊ fecit ephod ⁊ theraphim. Quod autem ſequitur (ideſt veſtẽ ſacerdotalem ⁊ idola) interpres addidit. Et ephod ſignificat ueſtem ſuperhumeraleꝫ qua utebantur in ſacris: theraphim autem obſcuræ eſt ſignificationis. certuꝫ tamen eſt & ex geñ. 31. & hinc ꝙ nomen eſt ſimulachrorum: nam quæ prius dixerat ſculptile & conflatile/ modo appellat theraphim. Aiunt autem theraphim eſſe nomen officij, ita ꝙ ſtatuæ ad officium diuinandi appellabantur theraphim. & ſi hoc eſt uerum, explicauit author quorſum hæc ſimulachra (alterum inciſione alterũ fuſione facta) culta fuerint. impleuitqꝫ vnius filiorum ſuorum manum / ⁊ fuit ei in ſacerdotem. Sæpe legitur actus iſte implendi manum ad conſtituendum ſacerdotem, ſed adhuc non comperi quid eſſet. ſuſpicari licet ꝙ implebant manus oleo/tanꝗ̃ cõſecrando illius manus: uel ꝙ implerent̃ manus aliquo offerendo primũ deo. Crediderim tamen ego ꝙ implere ſumitur pro perficere. & eſt ſenſus / pfecit manus perfectione requiſita ad manus ſacerdotales: quod eſt ungere manus mixtura ex oleo & ſanguine: ut in unctione ſacerdotum legalium apparet. Et hæc ſufficiant pro expoſitione ſimilium ubi repetuntur. In diebus illis non erat rex in

iſrael: ſed vnuſquiſqȝ quod ſibi rectũ videbatur hoc faciebat. Nõ dr̃ nõ erat iudex: & propterea incertum reſtat tempus quo hæc geſta fuerũt quæ narrantur ab hoc capitulo uſqȝ ad finem huius libri. iudices enim non dominabantur quemadmodum reges dominantur: & propterea dicendo non erat rex, ſignificatur ꝙ non erat aliqs dominus/non erat aliqs habens poteſtatem coercendi inuitos & puniendi &c. & propterea unuſquiſqȝ ſuo arbitrio regebatur.

Fuitqȝ in tempore illo adoleſcens de beth`lechem iehude/ex cognatione eius. Clarius ſcribitur hebraice. de familia iehude: eratqȝ ipſe leuita ⁊ peregrinabatur ibi. Mirum eſt ꝙ iſte ſimul ſcribitur & leuita & de familia iudæ: cum tribus leui & tribus iudæ eſſent diuerſæ tribus. Ceſſat autem admiratio, intelligendo leuitam maternũ genus ex tribu iudæ/paternum uero ex tribu leui duxiſſe. Abijtqȝ vir de ciuitate beth`lechem iehude ad peregrinandum vbicunqȝ ſibi commodum inueniſſet: venitqȝ in montem ephraim vſqȝ ad domum miche/faciens iter ſuum. Dixitqȝ ei michas/vnde venis? ⁊ dixit ei leuita/ego ſum de beth`lechẽ iehude ⁊ vado ad peregrinandũ vbicũqȝ inuenero. Dixitqȝ ei michas: mane apud me ⁊ eſto mihi in patrẽ ac ſacerdotẽ/⁊ dabo tibi decẽ argẽteos ãnuatim ac veſtẽ duplicẽ. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ ordinationẽ veſtiũ. integra ſiquidem ꝓmiſſio ueſtiũ ꝓmittitur. ⁊ victũ tuũ: acquieuitqȝ. Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ iuit leuita. Deinde ſequitur. Et voluit leuita manere cũ viro. Inſinuatur ꝙ extra domum colloquium hoc fuerit: & ꝙ his auditis leuita iuit domum & uidit eam/& ꝙ uiſis omnibus placuit ei manere ibidem. ⁊ fuit adoleſcens ei ſicut vnus ex filijs eius. Impleuitqȝ michas manum leuite. expone ut ſupra. ⁊ fuit ei adoleſcens in ſacerdotẽ: fuitqȝ in domo miche. Dixitqȝ michas: nunc ſcio ꝙ benefaciet mihi dominus/qa eſt mihi leuita in ſacerdotem. Dictio interpretata dominus/ẽ nomẽ tetragrammaton: ut hinc etiam conijciamus ꝙ arbitrabatur michas in cultu illo obſequium ſe præſtare uero deo.

CAPVT .XVIII.

In diebus illis non erat rex in iſrael: ⁊ in dieb9 illis tribus danitarum querebat ſibi hereditatem ad habitandum/non enim acceperat vſqȝ ad diem illum in medio tribuum filiorum iſrael hereditatẽ. Quia incertum eſt nobis tempus de quo eſt ſermo, tutum eſt intelligere de ſorte ſufficiente ad habitandum præſentibus tunc danitis. Et niſi negligentia danitarum interceſſiſſet, nequaqȝ ſcriptura diceret ꝙ uſqȝ ad diem illũ non accæperat hæreditatem ſuam tribus dan. Miſeruntqȝ filij dan de familia ſua quinqȝ viros de extremo ſuo viros filios fortitudinis de ʒorha ⁊ de eſthaol ad explorandũ terrã ⁊ cõſiderandũ eã/⁊ dixerũt eis ite cõſiderate terrã: veneruntqȝ ĩ montẽ ephraim vſqȝ ad domũ miche/⁊ manſerunt ibi.

Digitized by Google

runt ibi. Ipſiſqꝫ exiſtentibꝰ apud domũ miche/agnouerũt vocẽ
adoleſcentis leuite. Alium fuiſſe modum proferendi apud ephraim & aliuꝫ
apud iudam/ipſa agnitio uocis teſtatur. declinaueruntqꝫ illuc ⁊ dixerũt
ei, quis huc te adduxit/quid hic agis/⁊ quid eſt tibi hic? Dixitqꝫ
ad eos: hec ⁊ hec preſtitit mihi michas/⁊ me mercede conduxit
vt ſim ei in ſacerdotem. Dixeruntqꝫ ei: conſule queſumus deuꝫ
an ſecundabit viam noſtram per quam ambulamus. Dictio in-
terpretata deũ/eſt nomen elohim. Parua iſtis cura fuit an uerũ deuꝫ an opinatos
deos conſulerent. Dixitqꝫ eis ſacerdos: ite in pace/dominus reſpi-
cit viam veſtram ⁊ iter quo pergitis. Iuxta hebræum habet. iehouah
in fronte vie veſtre per quam ambulatis. Verum deum reſpondet le-
uita præcedere eos ad proſperum iter.

¶ Abierunt igitur quinqꝫ viri ⁊ venerunt in lais: videruntqꝫ
populum qui erat in medio eius habitantem confidenter/iuxta
conſuetudinem zidoniorum quietum ⁊ ſecurum, nullo ei peni-
tus reſiſtente. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non faciens pudere ver-
bo/in terra heres coactor. Et eſt ſenſus ꝙ nullus erat uexans eos uerbis
comminatorijs/nullus uexans eos iure hæreditatis tanꝗ hæres dominij ſuper
eos/nullus demum uexans eos facto bellico. Deinde immediate ſequitur. ⁊
diſtantes ipſi a zidonijs/⁊ verbum non eis cum homine. Recole
tamen ꝙ apud hebræos uerbum ſumitur quandoqꝫ pro re. & ſignificatur ad lite-
ram ꝙ ciuitas iſta nullam rem habebat communem cum alijs. ¶ Veneruntqꝫ
ad fratres ſuos in zorham ⁊ eſthaol: ⁊ dixerunt eis fratres eo-
rum/quid vos? Qui reſponderũt/ſurgite ⁊ aſcendamus ad eos:
vidimus. n. terram ⁊ ecce eſt bona valde, nolite negligere/nolite
ceſſare. Iuxta hebræum habetur. ⁊ vos tacentes? Arguentis uerba ſunt.
Deinde immediate ſequitur. ne pigritabimini ad eundum vt ingredia-
mini ad hereditandum terram. Hinc clare apparet negligentia danita-
rũ ob quã nõ acceperant hæreditateꝫ/ponẽdo obicẽ executiõi diuinæ ꝓmiſſiõis.
Quũ intrabitis/venietis ad populũ ſecurũ ⁊ terrã latã manibꝰ/quã
tradidit eã deꝰ ĩ manꝰ vr̃as: locũ in quo nõ ẽ defectꝰ alicuius rei
que eſt in terra. Dictio interpretata deus/eſt nomen elohim.

Profectiqꝫ ſunt inde de familia danitarũ de zorha ⁊ eſthaol/
ſexcenti viri accincti armis bellicis. Et aſcenderũt ⁊ caſtra-
metati ſunt in cir'iath iebarim in iehuda. hoc eſt iuxta ciuitatem illaꝫ:
ut ſubiuncta teſtantur. propter quod vocauerunt locũ illũ caſtra dan
vſqꝫ ad diem hanc/⁊ eſt poſt cir'iath iebarim. Tranſieruntqꝫ
inde in montem ephraim: ⁊ venerunt vſqꝫ ad domum miche.
Locutiqꝫ ſunt quinqꝫ viri qui ierant ad explorandam terram
lais/⁊ dixerunt fratribꝰ ſuis: noſtis ꝙ in domibꝰ iſtis ſit ephod.
Iuxta hebræũ hr̃. num noſtis ꝙ ĩ domibꝰ iſtis ephod ⁊ theraphim
⁊ ſculptile ⁊ conflatile? Aduerte prudens lector contextum cum coniun-

ctionibus copulatiuis: quoniam hinc argumentum ſumitur ꝙ theraphim diſtinguitur contra ſculptile & conflatile. Dici tamen poteſt ꝙ proculdubio diſtiguitur tanq̃ nomen officij contra nomina artium: hoc eſt tanq̃ officium contra res in quibus exercebatur officium illud. ⁊ nunc videte quid faciatis. Declinaueruntqꝫ illuc ⁊ venerunt ad domum adoleſcẽtis leuite/domum miche: ⁊ ſalutauerunt eum pacifice. Et ſexcenti viri accincti armis bellicis ſuis ſtabant ad oſtium porte: qui erant de filijs dan. Et aſcendentes quinqꝫ viri qui iuerant ad explorandum terrã/ ingreſſi ſunt illuc ad tollendum ſculptile ⁊ ephod ⁊ theraphim ⁊ conflatile: ſacerdoſqꝫ ſtabat ad oſtium porte/ ⁊ ſexcenti viri accincti armis bellicis. Et iſti ingreſſi ſunt domum miche/ ⁊ tulerunt ſculptile ⁊ ephod ⁊ theraphim ⁊ conflatile: dixitqꝫ ad eos ſacerdos/ quid vos facitis? Qui reſponderunt ei: tace ⁊ pone manum tuam ſuper os tuum ⁊ veni nobiſcum ⁊ ſis nobis in patrem ⁊ ſacerdotem/quid eſt melius eſſe te ſacerdotem domus viri vnius aut eſſe te ſacerdotẽ tribus ⁊ familie ĩ iſrael? Et iucundum fuit cor ſacerdotis: tulitqꝫ ephod ⁊ theraphim ⁊ ſculptile/ ⁊ ingreſſus eſt medium populi. Qui cum pergerent/ Verteruntqꝫ ſe ⁊ abierunt: ⁊ poſuerunt paruulos ac iumenta ⁊ preccioſa ante ſe. Ne intelligas res raptas ex domo michæ: ſed quia cum uxoribus & filijs & uniuerſa ſupellectili ſexcenti iſti uiri ꝓficiſcebantur ad nouas ſedes/ timentes quod euenit (videlicet ꝙ homines de familia michæ congregarentur aduerſus eos ꝓ furto idolorum) præmiſerunt caute pueros & reliqua ante ſe, ne læſio aliqua inferretur eis a familiaribus michæ.

Ipſi longe erant a domo miche: ⁊ viri q̃ erant in domibus que erant apud domum miche congregati ſunt/ ⁊ perſecuti ſunt filios dan. Clamaueruntqꝫ ad filios dan: qui verterũt facies ſuas ⁊ dixerunt ad micham/quid habes ꝙ congregatus es? Qui reſpondit eis: deos meos quos feci tuliſtis ⁊ ſacerdotẽ ⁊ abiſtis. Idola illa quæ theraphim appellata ſunt/uocat deos ſuos. ⁊ omnia que habeo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ quid mihi vltra? Non conqueritur ꝙ danitæ accæperint omnia quæ habebat: ſed ꝙ ea quæ accæperãt (videlicet deos & ſacerdotem) tantipendebat ut illis perditis nihil ſibi intereſſe uideretur. ⁊ dicitis mihi/ quid tibi eſt? Dixeruntqꝫ ei filij dan: caue ne vltra loquaris ad nos/ne veniant ad te viri animo concitati ⁊ ipſe cum domo tua pereas. Abieruntqꝫ viri dan in viam ſuam: videns autem michas ꝙ fortiores ſe eſſent/ vertit ſe ⁊ reuerſus eſt in domum ſuam.

Et ipſi accepũt que fecerat michas ⁊ ſacerdotẽ q̃ fuerat ei: veneruntqꝫ ĩ lais ad populũ q̃eſcentẽ ⁊ ſecurũ, ⁊ percuſſerũt eos ĩ ore gladij/ ⁊ ciuitatẽ ſuccenderunt igni. Quæſtio an hæc ciuitas ſit illa met

Digitized by Google

cuius mentio facta eſt ioſuæ. 19. tractata eſt ibidem conferendo ſcripta hic cum ſcriptis ibi. Et non fuit liberator, quia longinqua erat a ʒidone & commercium non erat eis cum homine/ & ipſa erat in valle que erat beth rechob: edificaueruntq; ciuitatem & habitauerunt in ea. Vocaueruntq; nomē ciuitatis dan i nomine dan patris eorum qui natus eſt iſraeli: & quidem lais nomen ciuitatis erat in principio.

Poſueruntq; ſibi ſculptile. Iuxta hebræum habetur. Et fecerunt ſurgere ſibi filij dan ſculptile. Intellige hæc uerba de filijs dan qui habitabant ſiue ibi ſiue alibi: ut intelligamus q̄ nō ſolum iſti ſexcenti danitæ ſed communiter filij dan erexerunt ſibi ſculptile. & iebonathan filius gherſom filij moſis. Varia eſt lectio. antiq codices hebræorum habent filij meſch: moderni habent menaſſeh. Et legendo meſeh/intelligunt moſem (q̄uis nuſq̄ alibi ſic ſcribatur moſes) uel q̄ auus ionathan uocabatur menaſſes. Deinde immediate ſubiungitur. ipſe & filij eius fuerunt ſacerdotes tribui dan vſq; ad diem captiuitatis terre. Ex eo q̄ dicitur tribui dan/trahor ad intelligendum hæc de tribu dan communiter. quod facile uerificari poteſt non multiplicando ſculptilia & ſacerdotes: nam poteſt intelligi q̄ uniuerſa tribus dan concurrebat ad hoc ſculptile & utebatur hoc ſacerdote. Et dicit uſq; ad diem captiuitatis terræ/non uniuerſæ ſed illius. ſed hoc ad durationem iſtorum ſacerdotum duntaxat refertur: ut contextus ipſe ſonat. Deinde immediate ſequitur. Et poſuerunt ſibi ſculptile quod fecit michas/ omnibus diebus quibus fuit domus elohim in ſilo. Vide diſparitatem. ſacerdotium ionathan in filijs durauit uſq; ad captiuitatem terræ: ſculptile autem michæ durauit quandiu domus domini fuit in ſilo. Et domus quidem domini quanuis quo ad ipſum tabernaculum ſine termino certo fuerit in ſilo, quo ad officium tamen domus domini deſiit eſſe in ſilo in morte heli ſacerdotis. & de duratione quo ad officium intellige literam hanc. An autem ionathan ſit nomen proprium illius leuitæ qui ex domo michæ perrexit cum ipſis ſexcentis uiris / q̄uis non explanetur in litera, conſentaneum tamen rationi eſt ut quemadmodum explicatur in calce q̄ ſculptile tribus dan erat ſculptile quod fecit michas / ita explanetur nomen ſacerdotis ſæpe repetiti abſq; nomine proprio. ¶ Vna tamen ſupereſt quæſtio / de duratione ſacerdotij uſq; ad diem captiuitatis terræ: quia captiuitas terræ fuit poſt tempora dauidis: tempore autem dauidis ordinatum fuit ſacerdotium/ nec in tribu aliqua permiſit dauid huiuſmodi abuſus. Crediderim ego propter hanc rationem q̄ non eſt ſermo de captiuitate terræ quæ facta eſt poſt tempora dauidis, ſed de aliqua alia particulari captiuitate illius terræ facta prius: non enim omnia ſunt ſcripta.

ET fuit in diebus illis/nõ erat rex in iſrael: fuitqꝫ vir leuita peregrinans in latere. Iuxta hebræum habetur. in pedibus montis ephꝛaim. Ima pars montis ſignificatur. qui accepit vxoꝛem. Iuxta hebræum habetur. mulierem concubinam. Vxor ſignificatur quo ad thorum : ſic enim priſci patres appellabant concubinas quæ quo ad thorum duntaxat erãt uxores. de beth`lechem iehude. ad differentiam alterius beth`lechem in zabulon. Et reliquit eũ. Deficit ante hanc clauſulam una clauſula: videlicet. Et foꝛnicata eſt ſuper eum concubina eius. Hæc eſt cauſa quare receſſit a marito/ quia fornicata eſt. Deinde ſequitur. ⁊ receſſit ab eo ad domum patris ſui in beth`lechem iehude: manſitqꝫ apud eum quattuoꝛ menſibus. Iuxta hebræum habetur. annum quattuoꝛ menſes. Quamuis dictio interpretata annum interpretari poſſit dies: & ſic legendum eſſet. dierum quattuoꝛ menſes. Elige lector quem malueris ſenſum. Surrexitqꝫ vir eius ⁊ iuit poſt eam vt loqueretur ad coꝛ eius ad reducendum eam/ ⁊ puer eius erat cum eo ⁊ par aſinoꝛum : que introduxit eum in domum patris ſui/ ⁊ vidit eum pater puelle ⁊ letatus eſt in occurſu eius. Et amplexatus eſt eum ſocer eius pater puelle / ⁊ manſit cum eo tribus diebus : comederuntqꝫ ⁊ biberunt ⁊ manſerunt ibi.

¶ Et fuit die quarta/ ſurrexerunt mane, ⁊ ſurrexit vt abiret: dixitqꝫ pater puelle ad generum ſuum / fulci coꝛ tuum buccella panis ⁊ poſtea ibitis. Sederuntqꝫ ac comederunt ambo ſimul/ ⁊ biberunt : dixitqꝫ pater puelle ad virum/ queſo vt hodie maneas ⁊ letetur coꝛ tuum. Surrexitqꝫ vir vt abiret : ⁊ compulit eum ſocer eius / ⁊ reuerſus eſt ⁊ manſit ibi. Surrexitqꝫ mane die quinta vt abiret: ⁊ dixit ei pater puelle/ fulci queſo coꝛ tuum, ⁊ remoꝛatus eſt eum vſqꝫ ad inclinationẽ diei. Non eſt ueriſimile ꝙ hæc uerba dixerit mane/ ſed poſt prandium ad euitandum calorem meridianuꝫ. comederuntqꝫ ambo. Surrexitqꝫ vir vt abiret cum concubina ſua ⁊ puero : ⁊ dixit ei ſocer eius pater puelle, ecce nũc dies ad occaſum tendit/ mane queſo etiam hodie hic ⁊ letetur coꝛ tuum/ craſqꝫ ſurgetis in viam veſtram ⁊ ibis in tentoꝛia tua.

¶ Noluitqꝫ vir manere, ſed ſurrexit ⁊ abijt ⁊ venit contra iebus / ipſa eſt ieruſalam : ducens ſecum duos aſinos onuſtos ⁊ concubinam. Ipſis exiſtentibus iuxta iebus / dies inclinatus erat valde : dixitqꝫ puer ad dominum ſuum / veni obſecro ⁊ declinemus ad ciuitatem hanc iebuſeoꝛum ⁊ maneamus in ea.

¶ Cui reſpondit dominus eius: non declinemus ad ciuitatem gentis aliene que non eſt de filijs iſrael. Hinc ſumitur argumentum ꝙ hiſtoria hæc fuit anteꝗ̃ ieruſalem eſſet tam iudæ ꝗ̃ beniamin. Dici tamen poſſet ꝙ hiſtoria hæc fuit medio tempore : videlicet poſt combuſtionem

Digitized by Google

illam ieruſalem quæ facta eſt a tribu iudæ anteq̃ʒ habitaret beniamin in ea cum iebuſæis. ſed tranſeamus vſqꝫ ad ghibham: ⁊ cum illuc peruenerimus / manebimus in ea aut certe in rama. Tranſieruntqꝫ ⁊ abierunt: ⁊ occubuit eis ſol iuxta ghibham que eſt in tribu biniamin. Diuerteruntqꝫ ad eam vt manerent ibi: quo cum intraſſent ſedebant in platea ciuitatis / ⁊ nullus eos recipere volebat hoſpitio. Et ecce vir ſenex venit ab opera ſua ex agro in veſpera: qui ⁊ ipſe de monte erat ephraim ⁊ peregrinabatur in ghibba/homines autem loci illius erant filij iemini. hoc eſt filij beniamin. deſcribitur enim ꝙ non ſolum ciuitas erat in ſorte beniamin ſed habitatores erãt filij beniamin: iſte autem qui hoſpitalitati uacauit peregrinus erat/ utpote de tribu ephraim. Eleuatiſqꝫ oculis ſuis vidit ſenex ſedentem hominem. Iuxta hebræum habetur. virum viatorem. Et ad hoc clarificandum interpres addidit. cum ſarcinulis ſuis. hoc enim in textu nõ habetur: ſed ad explanandum quomodo cognouerit illum eſſe uiatorem/ adiunctum eſt. in platea ciuitatis: ⁊ dixit ad eum/ quo vadis ⁊ vnde venis? Qui reſpondit ei: tranſimus de beth`lechem iehude vſqꝫ ad pedes mõtis ephraim vnde ſum ⁊ perrexi vſqꝫ ad beth`lechem iehude/ad domũqꝫ domini vado. Nomen eſt tetragrammaton. domus ſiquidem dei tunc erat in ſorte ephraim. ⁊ nõ eſt vir colligẽs me in domũ. Palea ⁊ fenum eſt aſinis noſtris/ ⁊ etiam panis ⁊ vinum eſt mihi ⁊ ancille tue ⁊ puero cuꝫ ſeruo tuo: nulla re indigemus niſi hoſpitio. Cui reſpõdit ſenex: pax tibi ſit, ego prebebo omnia que neceſſaria ſunt/tantum in platea ne maneas. Introduxitqꝫ eum in domum ſuam ⁊ pabulum aſinis prebuit: ⁊ lauerunt pedes ſuos/ comederuntqꝫ ac biberunt.

Illis epulantibꝰ/ecce venerũt viri ciuitatis viri filij beli`iahal. i. abſqꝫ iugo. Optime interpres addidit ideſt abſqꝫ iugo: uiri enim liberi ad malum tanq̃ʒ ſine lege ſignificantur. ⁊ circũdantes domũ pulſauerũt ad oſtiũ: dixeruntqꝫ ad virum dominũ domus ſenẽ dicendo / educ viꝝ qui ingreſſus eſt domũ tuam vt abutamur eo. Quãuis hebraice habeatur. ⁊ cognoſcemus eum. cognitio tamen pro actu uenereo ponitur: ut ſubiuncta ſenis uerba manifeſte teſtant᷑. Egreſſuſqꝫ eſt ad eos ſenex ⁊ ait: non fratres mei non faciatis maluꝫ hoc/quia ingreſſus eſt vir iſte domũ meam ceſſate ab hac ſtultitia. Legendum eſſet. ignominia. fuiſſet enim ignominia magna. Habeo filiam virginem ⁊ hic vir habet concubinã, educam eas ad vos/humilietis eas ⁊ veſtrã libidinem compleatis. Iuxta hebræum honeſtius habetur. ⁊ facite eis bonum in oculis vr̃is. Sic enim locutus fuerat etiam lot. ubi diſputauimus de pctõ offerentiũ filias/ uide ibi. tantũ obſecro ne ſcelꝰ hoc cõtra nãm operemini in viꝝ. Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ viro iſti nõ facietis rẽ ignominie

huius. circũloquitur enim abuſum uiri. Et nolebant acquieſcere ſermonibus eius: quod cernens homo/eduxit ad eos concubinã ſuam ⁊ eis tradidit illudendã. Iuxta hebræum habetur. ⁊ apprehendit vir in concubina ſua/⁊ fecit exire ad eos foras: ⁊ cognouerunt eam ⁊ abuſi ſunt ea tota nocte vſqꝫ mane/dimiſeruntqꝫ eam in aſcenſu auroræ. Mirum eſt ꝙ non acquieſcentes uerbis ſenis offerentis concubinam hoſpitis & propriam filiam/acquieuerint facto hoſpitis cõcedentis eis ſolã concubinam. Solutio eſt ꝙ multa alia interceſſerunt quæ hic tacentur. nam inferius leuita ille refert coram ſenioribus iſrael ꝙ uiri iſti quærebant occidere ipſum leuitam: quod hic tacetur. Secundum igitur rei geſtæ ordinem uiri iſti primum quæſiuerunt abuti leuita illo/ nec acquieuerunt precibus ſenis; deinde uel difficultate uel ira uel neſcio qua occaſione mutati/ad occidendum leuitam ſe uerterunt: quo ſe tuente cum alijs qui domi erant/ tandeꝫ ad hoc deuentum eſt ut data illis concubina leuitæ deſiſterent a uexatione domus: & ſic leuita quaſi uiolente appræhendit concubinam propriam & compulit illam ad exeundum foras. Hic ordo quadrat ſcriptis utrobiqꝫ: diuinare enim oportet. Sed tunc occurrit antiqua quæſtio/quomodo licuit leuitæ flagitium flagitio repenſare: ipſe enim facto dedit uxorem ſuam illis. Solutio eſt ꝙ flagitium flagitio repenſare nunqꝫ licet: ſed repenſare paſſionem inferendam ſibi ex uno alieno flagitio altera paſſione inferenda ex minore alieno quoqꝫ flagitio/nullum peccatum eſt. In propoſito autem leuita pati mortem propriã repenſauit ſupplicio uxoris. ita ꝙ nõ conſenſit in adulterium uxoris, ſed in ſupplicium quo affligenda erat a tot uexatoribus ſecundum actus uenereos: et quemadmodum uxor inuita paſſa eſt (& ideo excuſatur) ita leuita inuitus uxoris ſupplicium pertulit ut uitam propriam ſeruaret/non credens uxorem inde morituram. Sed reſtat quæſtio an licuerit uiro paſſionem ꝓpriã repenſare paſſione uxoris inuitæ? Solutio eſt ꝙ excuſatur a tanto (eo ꝙ uxor eſt aliquid uiri) ſed non a toto: quia non ſubditur uxor uiro quo ad hoc. Et mulier recedentibus tenebris venit ad oſtium domus vbi erat dominus eius/⁊ ibi corruit.

Maneqꝫ facto ſurrexit dominus eius/⁊ aperuit oſtiũ dom⁹/ ⁊ egreſſus eſt vt iret in viam ſuam: ⁊ ecce concubina eius iacebat ante oſtium/⁊ manus eius erant ſuper limen. Et dixit ad eam/ſurge ⁊ eamus: qua nihil reſpondente intelligens ꝙ eẽt mortua/ tulit eaꝫ ⁊ impoſuit aſino, reuerſuſqꝫ eſt in domũ ſuam. Quam cuꝫ eſſet ingreſſus/accepit gladium: ⁊ cadauer vxoris cum oſſibus ei⁹ in duodecim fruſta concidit/⁊ miſit ĩ omnes terminos iſrael. Forte duo miſit in tribum menaſſis/quia media trans flumen habitabat iordanis. & forte etiam ad ipſam tribuꝫ beniamin miſit ſuam partem/ ne non requiſita uideretur. Quod cum vidiſſent ſinguli cõclamabãt: Parui refert ꝙ aliter introducitur hebraice. Et erit oĩs videns ⁊ dicet/nõ fuit ⁊ non fuit viſum ſicut hoc a die quo aſcenderunt filij iſrael e terra egypti vſqꝫ ad diem hanc: ponite vobis ſuper hoc/con

ſulite ⁊ loquimini. Verum quoniam ſententia in idem redit/ tranſeo huiuſmodi leuia.

CAPVT .XX.

EGreſſiqȝ ſunt omnes filij iſrael,⁊ congregatus eſt cetus tanqȝ vir vnus a dan vſqȝ ad beerſebah/ ⁊ terra ghilhad. Meminit ſpecialiter terræ ghalahad/ qa erat extra terram promiſſiōis. Et appellatiōe ghalahad uenit uniuerſa regio trās iordanem/in qua erant duæ tribus & dimidia. ad dominum in mizpa. Optimum principium conuenire ad ſupplicandum deo.Et eſt ſermo de maſpha quæ erat in tribu iudæ. Steteruntqȝ anguli totius populi omnium tribuum iſrael. hoc eſt principes totius populi quos capitaneos milites appellant. in eccleſia populi dei/quadraginta millia virorum peditū pugnatorum. Dictio interpretata dei/eſt nomen elohim.deſcripto enim locoubi conuenerunt/deſcribitur unitas populi colentis unum deum,ut zelus dei ratio conueniendi declaretur. Et audierunt filij biniamin ꝙ aſcendiſſent filij iſrael in mizpā: dixeruntqȝ filij iſrael / loqmini quomodo fuit malum hoc.

¶ Responditqȝ vir leuita maritus mulieris occiſe ⁊ ait: veni in ghibhā biniamin cum vxore mea ad hoſpitandum. Et ſurrexerunt aduerſum me heri ghibhe: ⁊ circundederunt nocte domū in qua manebam volentes me occidere. Ecce ex relatione leuitæ apparet quod tacitum fuit in præcedente capitulo. vxorēqȝ meam vexarunt ⁊ mortua eſt. Quam arreptam in fruſta concidi/miſiqȝ eam ī omnes terminos poſſeſſionis veſtre. Iuxta hebræum habetur. hereditatis iſrael. Et ſtatim ſequitur. quia fecerunt fornicationem ⁊ ignominiam in iſrael. Et ſtatim ſequitur. Ecce omnes vos filij iſrael: date vobis verbum ⁊ conſilium hic. Modus loquendi uariatur / ſententia autem in idem redit:& propterea in huiuſmodi leuibus pertranſimus.

¶ Surrexitqȝ totus populus / tanq̄ȝ vir vnus dicendo: non recedemus in tentoria noſtra nec in ſuam domum quiſqȝ declinabit. Sed hoc contra ghibhā in ſorte faciemus. decem viri accipiantur e centum ex omni tribu iſrael/⁊ centum de mille/⁊ mille de decem millibus: vt comportent exercitui cibaria vt poſſimꝰ pugnantes contra ghebah biniamin reddere ei quod ꝓ ſcelere meretur. Conuenitqȝ omnis vir iſrael in ciuitatem/tanq̄ȝ vir vnus ſocij. Quanuis non explicetur nomen ciuitatis/ ſubiuncta tamen inſinuant ꝙ in ciuitatem maſpha uenerint. explicatum enim fuerat nomen ciuitatis.nam in capitulo ultimo clare dicitur ꝙ in maſpha iurauerunt ꝙ non darent filias ſuas filijs beniamin: hoc autem iuramentum fuit poſt negatam iuſtitiam a beniamitis. ☞ Miſeruntqȝ tribus iſrael nuncios ad totam tribuȝ biniamin dicendo: quod malū hoc qd̄ factū eſt in vobis? Et nūc

tradite homines de ghibba qui hoc flagitium perpetrarunt vt moriantur ⁊ auferatur malum de iſrael. Non fuerat in culpa uniuerſa tribus biniamin. & propterea tota tribus requirit̃ ad opus iuſtitie/ad uindictã malefactorum. Qui noluerunt fratrum ſuorum filiorum iſrael vocem audire: ſed congregati ſunt filij biniamin e ciuitatibus in ghibba vt exirent ad bellum contra filios iſrael. Inuentaqʒ ſunt de biniamin vigintiquinqʒ millia. Corrupta eſt litera. Legendum eſt. viginti ⁊ ſex millia virorum educentium gladium. ſic enim habet hebraica ueritas. Preter habitatores ghibbe, q ſeptingenti erant/ viri fortes ita ſiniſtra vt dextera preliantes. Oppoſitum habetur hebraice: nam legitur. vir electus/ clauſus manum dexteram ſuam. De quolibet iſtorum ſeptingentorum dicitur clauſus manum dexterã ſuam, qa ſiniſtra utebantur pro dextra: ut latius declaratũ fuit ſuperius cũ de aioth idem ſcriptum fuit. omnes iſti funda iaciebant lapides ad capillũ/ ⁊ non deficiebant. Hyperbolicus eſt ſermo.

Virorum quoqʒ iſrael preter filios biniamin inuẽta ſunt quadringenta millia/educentium gladios ⁊ paratorum ad pugnam. Qui ſurrexerunt ⁊ venerunt in domũ dei/hoc eſt in ſilo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ aſcenderunt in beth el. ſed interpres expoſuit hoc eſt in ſilo. Vere uenerunt in domũ dei. ita q beth el non eſt nomen proprium loci, ſed ſunt duæ dictiones. beth enim ſignificat domum/ & el ſignificat deum. Teſtant̃ enim ſubiuncta q de domo dei hoc eſt de tabernaculo ubi erat arca fœderis & ſummus ſacerdos/eſt ſermo. conſuluerunt qʒ deum. Nomen eſt elohim/cuius eſt iudicia uindictæ decernere. atqʒ dixerunt/quis erit i exercitu nr̃o princeps certaminis? Similis accidit hic uarietas ei quæ cõmiſſa eſt in principio huius libri. nam hebraice habetur. quis aſcendet nobis in principio ad bellum contra filios biniamin? Nõ petitur dux exercitus: ſed quæ tribus primam aciem habebit. quibus reſpondit dñs / iudas ſit dux veſter. Iuxta hebræum habetur. iehuda erit in principio. Caput totius exercitus decernitur tribus iudæ: ut vcʒ ſit prima ad pugnandum.

¶ Surrexerũtqʒ filij iſrael mane/⁊ caſtrametati ſunt cõtra ghibbã. ⁊ egreſſi ſunt viri iſrael ad preliũ cõtra filios biniamin: ⁊ diſpoſuerunt viri iſrael contra eos preliũ ad ghibbã. Egreſſiqʒ filij biniamin de ghibba / proſtrauerunt de filijs iſrael die illo viginti duo millia viroꝝ. Et cõfortatus eſt populus virorũ iſrael: ⁊ addiderũt vt diſponerent preliũ i loco i quo diſpoſuerãt die pri ma. Aſcenderuntqʒ filij iſrael ⁊ fleuerunt ante dominũ vſqʒ ad veſperam: ⁊ interrogauerunt in domino dicendo/addã vltra procedere ad dimicandum cõtra filios biniamin fratris mei an nõ? quibus reſpondit dominus/aſcendite ad eum. Acceſſeruntqʒ filij iſrael ad filios biniamin die ſecũda. ⁊ egreſſus ẽ biniamin in occurſum eoꝝ de ghibba die ſecũda: ⁊ pſtrauerunt de filijs iſrael

adhuc decem ⁊ octo millia virorum educentium gladium. Mirus euentus. deo ſiquidem approbante immo dāte eis caput aggreſſi ſunt iuſtiſſimū bellum, & tamen bis cæſi ſunt & tanta multitudo perempta cum turpi fuga. Occulta ſunt nobis iudicia dei quo ad eorum rationes in ſpecie: in genere autem ſcimus ꝙ iuſta ſunt. in litera ſiquidem nulla innuitur ratio niſi ꝙ tertia duntaxat uice fit mentio maioris humilitatis ac deuotionis in deum iſraelitarum, narrando ꝙ tunc non aliqui ſed omnes filij iſrael uenerunt ad domum dei/& ꝙ non ſolum fleuerunt(ut ſecunda uice) ſed etiam ꝙ ieiunauerunt/& tertio ꝙ obtulerunt holocauſta & pacifica: & demum fit mentio ꝙ erat ibi arca dei & phinces pontifex ſtabat ante arcam/& ꝙ per ipſum conſuluerunt deum. Hæc tamen duo ultima de arca & de phinces non arctantur ad tertiam uicem: quoniam expreſſe ueritas hebraica habet ꝙ arca erat ibi in diebus illis / & ſimiliter phinces in diebus illis: per hoc enim inſinuatᷓ ꝙ non tantum illa tertia uice ſed in illis diebus quibus fuit bellum erat ibi & arca & pontifex. Nulla itaqꝫ ex hac ſcriptura habetur ratio ex parte dei quare prima & ſecunda uice iſraelitæ ſuccubuerunt / tertia autem uictores fuerunt, niſi quia tertia uice fuit concurſus totius populi/ & adiunctū eſt ieiunium cum holocauſtis & pacificis. Dico autem ex parte dei/ad differentiaꝫ humanæ induſtriæ quæ adhibita fuit non prioribus uicibus ſed tertia: vꝫ de ordinata ſimulatione fugæ ad educendum beniamitas longe a ciuitate & diuidendum eos in diuerſas uias/& ordinatis ſimul inſidijs tum ad comburendum ciuitatem tum ad percutiendum euadere uolentes.

AScenderuntqꝫ omnes filij iſrael ⁊ totus populus ⁊ venerunt in domum dei/fleueruntqꝫ ac manſerunt ibi corā dn̄o ⁊ ieiunauerunt die illa vſqꝫ ad veſperam: ⁊ obtulerunt holocauſta ⁊ pacifica coram domino. ¶ Interrogaueruntqꝫ filij iſrael in domino: ⁊ ibi erat arca federis dei ī diebus illis. Nomen eſt elohim/ conſonans fœderi tabularum quæ erant in arca. Et pinchas filius elhazari filij aharon ſtabat ante eam in dieb⁹ illis dicendo/addaꝫ vltra egredi ad prelium contra filios biniamin fratris mei an ceſſabo? Hinc patet reꝫ hanc geſtam fuiſſe uiuente adhuc phinees. Dixitqꝫ dominus/ aſcendite quia cras dabo eum in manum tuam.

¶ Poſuitqꝫ iſrael inſidias cōtra ghibbā ꝑ circūitum. aſcenderuntqꝫ filij iſrael ad filios biniamin die tertia: ⁊ diſpoſuerunt ad ghibbā ſicut ſemel ⁊ iterum. Egreſſiqꝫ filij biniamin in occurſuꝫ populi/euulſi ſunt a ciuitate: ⁊ ceperunt percutere de populo fugiente ſicut ſemel ⁊ iterum per duas ſemitas. Arte fugiebant ꝑ diuerſas uias ut diuiderent perſecutores. quaꝝ vna aſcendebat ī beth el. Duæ ſunt dictiones/ut prædictum eſt. ⁊ altera in ghibbā. Iuxta hebraū adiūgitᷓ. in campo. & deinde ſequitur. circiter triginta viros in iſrael. Scito ꝙ ghabaha quandoqꝫ eſt nomen proprium: ut hactenus ciuitas in quā cōmiſſum fuit tantum ſcelus uocata eſt ghabaha. quandoqꝫ uero eſt nomen appellatiuū/ & ſignificat collem: & ſic ſumitur hic. propter quod adiungitur in campo. Diſcerne

ergo prudens lector quando eſt nomen proprium & quando appellatiuum. Putauerũt enim filij biniamin eos fugere ſicut prius: filij autem iſrael dixerunt/fugiamus ⁊ euellamꝰ eos ex ciuitate ad ſemitas. Omnes itaqꝫ viri iſrael ſurgentes de loco ſuo ſtruxerunt aciem in bahalthamar: inſidieqꝫ iſrael paulatim ſe aperire ceperunt/ ⁊ ab occidentali ciuitatis parte procedere. Et venerunt contra ghibbã decem millia virorum electorum de iſrael/ ⁊ prelium aggrauatũ eſt: illiqꝫ nõ intellexerunt ꝙ ex omni parte ipſis inſtaret interitus. Percuſſitqꝫ eos dominus in conſpectu filiorũ iſrael. Summo deo attribuit ſcriptura uictoriã. ⁊ interfecerũt filij iſrael de biniamin in die illa viginti quinqꝫ millia ⁊ centũ viros/ omnes bellatores ⁊ educentes gladium. Hic quidem deſcribitur numerus occiſorũ beniamitarum quantũ ad tempus/ vz illo die: inferius autem deſcribitur idem numerus in tres diuiſus partes, quia deſcribitur quo ad locum. & horum decem & octo millia in loco uno/ quinqꝫ millia uero alibi/ & duo millia demũ ultra tendentia occiſa ſunt.

Filij autem biniamin cum ſe inferiores eſſe vidiſſent/ ceperunt fugere: quod cernentes filij iſrael dederunt eis ad fugiendum locum/ vt ad preparatas inſidias deuenirent quas iuxta ciuitatem poſuerant. Que cum repente de latibulis ſurrexiſſent ⁊ biniamin terga cedentibus daret, ingreſſi ſunt ciuitatem ⁊ percuſſerunt eam in ore gladij. ¶ Signum autem dederant filij iſrael ijs quos ĩ inſidijs collocauerãt, vt poſtqꝫ ciuitatẽ cepiſſent ignes accenderent: vt aſcendente in altum fumo captã ciuitatem demoſtrarent. Verteruntqꝫ ſe filij iſrael in prelio: filij autem biniamin putauerunt eos fugere/ ⁊ inſtantiꝰ perſequebantur ceſis ex exercitu iſrael circiter triginta viris. Combuſtio aũt cepit aſcendere e ciuitate vt columna fumi: reſpexitqꝫ biniamin poſt ſe/ ⁊ ecce aſcendebat combuſtio ciuitatis ad celum. Viri autem iſrael reuerterunt ſe: quod cũ vidiſſent filij biniamin in fugã verſi ſunt. ⁊ ad viam deſerti ire ceperunt/ illuc quoqꝫ eos aduerſarijs perſequentibus: ⁊ ij qui ciuitatem ſuccenderant occurrerunt eis. Atqꝫ ita factum eſt vt ex vtraqꝫ parte ab hoſtibus cederentur/ ⁊ ſine quiete conculcarentur vſqꝫ ad orientalem plagam ciuitatis ghibbe. Cecideruntqꝫ de biniamin decem ⁊ octo millia virorum: ⁊ omnes ij erant viri fortes. Quod cũ vidiſſent qui remanſerant de biniamin/ verterũt ſe ⁊ fugerũt in ſolitudinem ad petram rimmon, in qua fuga occiſa ſunt in ſemitis qnqꝫ millia virorum: ⁊ perſecuti ſunt filij iſrael biniamin vſqꝫ ad ghidhon/ ⁊ percuſſerunt ex eo duo alia millia virorum.

¶ Fueruntqꝫ omnes qui ceciderũt de biniamin in diuerſis locis viginti quinqꝫ millia virorum/ educentium gladiũ in die illa. Nõ

aduerſatur hæc ſumma prius ſcriptæ ſummæ uigintiquinq; milliũ & centũ: ſubintelliguntur.n.centum taciti. Remanſerunt itaq; de omni numero biniamin qui euadere potuerant ⁊ fugere in ſolitudinem/ſexcenti viri: manſeruntq; in petra rimmon quattuor menſibus. Supputãdo filios beniamin ſuperius ſcriptos, perſpicuum eſt fuiſſe uigintiſex millia & ſeptingentos/mortuos autem ex his uigintiquinq; millia & centũ: reſidui igitur fuerunt mille & ſexcenti: quo itaq; pacto uerificatur iſta litera narrans ꝙ reſidui fuerunt ſexcenti uiri? Solutio eſt ꝙ mille uiri occiſi in primis duobus congreſſibus ſubticentur: nulla enim in litera fit mentio de beniamitis occiſis in primis duobus prælijs: ſed narrando demũ remanſiſſe duntaxat ſexcentos, inſinuat ꝙ mille occiſi fuerant in primis prælijs. Regreſſi autem viri iſrael ad filios biniamin/omnes reliquias ciuitatis a viris vſq; ad iumenta gladio percuſſerunt: cunctaſq; ciuitates que inuente ſunt/vorax flamma conſumpſit. Magna apparet crudelitas ſæuire in mulieres ac infantes ex tribu beniamin nulli ætati nulliq; ſexui parcendo: neſcio quo iure hoc fecerint/cum in lege moſis clare inhibeatur occidere filios pro peccatis parentum. Suſpicor autem ab exemplo maiorum didiciſſe ꝙ quandocunq; domus uel ciuitas decerneretur anathema (ſiue alieni ſiue iſraelitici generis) tunc interimebant omnes ſine diſcretione. & propterea tales cenſuerunt tunc filios beniamin. Et mos iſte fultus eſt authoritate legis deute.13. ubi decernit ꝙ ciuitas iſraelita declinans ad idolatriam puniatur ſic. ſimiliter fultus eſt a iudicio ioſuæ qui hachan cum ſuis omnibus obruit.

CAPVT .XXI.

IUrauerant aũt filij iſrael in mizpa dicendo: nullus ex nobis dabit filiam ſuã biniamin in vxorẽ. Hinc clare habes ꝙ in maſpha exiſtentes filij iſrael acceperant reſponſum negatæ iuſtitiæ a filijs beniamin. nam poſt negatam iuſtitiam iurauerũt ſe non tradituros illis filias ſuas in uxores. Veneruntq; omnes ad domum dei in ſilo. Iuxta hebræum habetur. Et venit populus beth el/⁊ ſederunt ibi vſq; ad veſperam in conſpectu elohim: leuaueruntq; vocem ſuam ⁊ fleuerunt fletu magno. Commiſeratio populi reſpectu tribus beniamin deſcribitur. Ac dixerunt: quare domine deus iſrael. Solita ſunt nomina. iehouah elohe iſrael. implorant enim ſummi dei ac gubernatoris eoꝝ conſilium. fuit hoc in iſrael/vt deficeret hodie ex iſrael vna tribus? Anguſtiæ erant undiq;. nam dare reſiduis in uxores proprias filias/erat periurium: admittere autem mulieres finitimas erat contra legem.

ALtera autem die diluculo conſurgentes extruxerũt altare: obtuleruntq; ibi holocauſta ⁊ pacificas victimas. Mirum eſt ꝙ ibi (vez in loco domus dei) ædificauerint altare/propterea ꝙ altare holocauſtorum erat ibi ſecundum legis decretum. Solutio eſt ꝙ altare factum a moſe põ

Digitized by Google

erat ſufficiēs ad ſacrificia populi: & ꝑpea in ſupplementū ædificatū eſt nouū alta
re/uel antiquū illud altare paſſum ruinā fuerat. ignoramus. n. geſta illius tpis.
Dixeruntq́ꝫ filij iſrael/ qs nō aſcēdit i exercitū dñi de vniuerſis
tribubus iſrael: magno. n. iuramento ſe conſtrinxerāt cū eſſent in
mizpa/ interfici eos qui defuiſſent. Et alterum iuramentum (videlicet
interficiendi iſraelitas q deeſſent huic cōmuni bello) factū narrat́ in maſpha. Et
ducti penitentia filij iſrael erga fratrē ſuū biniamin dixerūt: abla
ta eſt hodie trib⁹ vna de iſrael. Vñ accipiēt ij q remanſerūt vxo-
res? oēs. n. in cōe iurauimus ꝑ dñm/ non daturos nos eis filias
nr̃as in vxores. ¶ Idcirco dixerunt/ qs eſt de oib⁹ tribub⁹ iſrael
q non aſcendit ad dñm in mizpā? ꝛ ecce inuenti ſunt habitatores
iabes ghilhad in illo exercitu non fuiſſe. Iuxta hebræum hr̃. ꝛ ecce nō
venit vir ad caſtra ex iabes ghilhad ad congregationē. Narratur
factū: vꝫ ꝙ iabitæ non uenerant ad congregationem caſtroꝝ. Eo quoq́ꝫ tpe
cū eſſent in ſilo/ nullus ex eis ibi reptus eſt. Iuxta hebraeū hr̃. Et nu
merat⁹ eſt popul⁹: ꝛ ecce nō ibi vir ex habitatorib⁹ iabes ghilhad.
Prius narratū eſt ꝙ nō interfuerunt iabitæ: nunc narrat́ modus quo ꝯptū eſt ꝙ
iabitæ non interfuerunt/ vꝫ recenſendo populū q interfuit exercitui.

Miſerunt itaq́ꝫ decem millia. Legendum eſt. Miſeruntq́ꝫ illuc
congregationem duodecim milliū viroꝝ fortiū. ſic. n. habet
hebraica ueritas. ꝛ preceperunt eis dicendo, ite ꝛ ꝑcutite habitatores
iabes ghilhad in ore gladij/ ꝛ mulieres ꝛ paruulos. Et hoc ē qd
obſeruare debetis: oēm maſculū ꝛ oēm mulierē que cognouit vi-
rū interficite. Ecce iteꝝ ſæuitia in innocentes iſraelitici generis: & certe nō ob
magnū ſcelus/ ſed ob negligentiā maioꝝ. Inuēteq́ꝫ ſunt de habitatorib⁹
iabes ghilhad quadringente puelle virgines que non nouerant
viri thorū: ꝛ adduxerūt eas ad caſtra in ſilo in terra chenahan.
Dr̃ in terra chanahan, q̃a iabes ghalahad erat trans iordanem ubi erant duæ tri-
bus & dimidia/ nec erat pars terræ promiſſionis quæ appellat́ terra chanahan.
Miſitq́ꝫ tota cōgregatio ꝛ locuta eſt ad filios biniamin q erāt in
petra rimmon: ꝛ vocauit eos in pace. Et reuerſus eſt biniamin i
tpe illo/ ꝛ dederunt eis mulieres quas viuificauerant ex mulieri-
b⁹ iabes ghilhad: ꝛ nō ſuffecerunt eis ſic.

Tōtuſq́ꝫ iſrael valde doluit/ q̃a fecit dñs fracturā in tribub⁹
iſrael. Dixeruntq́ꝫ ſeniores cōgregationis: qd faciem⁹ reli-
qs q non accepūt vxores? oēs enim de biniamin femine cōcide-
runt. Et dixerunt: op⁹ eſt vt ſit hereditas ijs q euaſerūt de binia-
min/ vt non deleatur vna trib⁹ ex iſrael. Noſq́ꝫ non poſſum⁹ da-
re eis vxores de filiab⁹ nr̃is: conſtricti iuramento quo diximus/
maledict⁹ q dederit vxorē biniamin. ¶ Et dixerunt: ecce ſolen-
nitas dñi eſt in ſilo anniuerſaria, que ſita eſt ad ſeptentrionem
vrbis beth'el ad orientalem plagam vie que de beth'el tendit ad
ſichimam/

ſichinam/ꝛ ad meridiem oppidi libona : Interpres,expoſitoris officio fungitur . nam hebraice habetur . que a ſeptentrione ad beth'el ad orientem vie aſcendenti a beth'el ad ſechem/ꝛ a meridie ad lebonã. Sic deſcribitur in textu hebræo ſitus huius feſtiuitatis . feſtiuitas enim iſta erat quidem feſtiuiras domini in ciuitate ſilo ubi erat arca dei : ſed extendebaẛ quaſi proceſſio feſtiua uſqꝫ ad certum locum extra ciuitatem / cuius loci ſitus deſcribitur relatiue ad tres cæli plagas.

¶ Preceperũtqꝫ filijs biniamin dicendo/ite ꝛ latitate in vineis : cumqꝫ videritis filias ſilo ad ducendos choros ex more procedere , exite repente de vineis / ꝛ rapite vobis vnuſquiſqꝫ vxorem ſuam de filiabus ſilo: ꝛ pergite in terram biniamin. Duplex quæſtio occurrit.altera an ſenes iſti periurium incurrerint prouidendo beniamitis de filiabus ſuorum in uxores : uniuerſi enim iurauerant. Altera an & ſenes & beniamitæ peccauerint peccato raptus . ☞ Solutio primæ eſt ꝙ ipſi qui iurauerant, ſcientes formam iuramenti /interpretati ſunt iuramentum fuiſſe uinculum ſingulorum: vcꝫ ꝙ nullus propriam filiam daret beniamitis in uxorem. & propterea non fuerunt periuri tam tradendo illis filias iabes ꝙ̃ tradendo filias ſilo:iſti enim ſenes neutrius erant ciuitatis. Solutio ſecundæ eſt ꝙ cum uoluntate & propoſito maleficia diſtinguantur/& in hac actione nulla fuerit uoluntas rapiendi , non eſt cõmiſſum peccatum raptus formaliter ſed raptus duntaxat materialiter.non enim tendebatur ad iniuriam inferendam parentibus & conſanguineis aut puellis(ut patet) ſed ad ſupplendum impotentiam parentum ob iuramentũ:ut per hanc materialiter rapinam adimpleretur uoluntas parentũ ſi liberi a uinculo iuramenti fuiſſent:ut rei probauit euentus. Cumqꝫ venerint patres vel fratres earum ad litigandum ante nos/dicemus eis:miſeremini eorum.non enim rapuerunt eas iure bellantiũ atqꝫ victorum , ſed rogantibꝰ vt accipent nõ dediſtis/ꝛ a vr̃a pte peccatũ ẽ. Iuxta hebræũ longe aliter hr̃. qa non accepimꝰ cuilibet vxorẽ ſuã i bello,qa nõ vos dediſtis eis ſicut tẽpꝰ culpabimini. Integrant ſenes ex duobus capitibus excuſationem rapinæ.alterꝝ eſt qa non prouidimus in bello contra iabes ghalahad cuilibet filioꝝ beniamin uxorẽ ſuã: defecerũt enim ducentæ.& in capite hoc tãgiẛ tũ neceſſitas uxoꝝ/tũ cõmunis deliberatio ꝓuidẽdi eis de uxoribus/tũ ſenioꝝ authoritas ꝯcurrens ad hãc rapinã. Alterꝝ eſt ꝙ hoc mõ ſine culpa ur̃a ſine uiolatiõe piurij adimpletũ eſt qđ oẽs deſiderabamus:qa nõ uos dediſtis ipſis uxores , quod fuiſſet ꝯtra iuſiurandũ quemadmodũ tp̃s imputaſſet uobis piuriũ:durabat ſiqdem tp̃s quo culpati fuiſſent ſi ipſi dediſſent filias ſuas beniamitis.ſic aũt nõ uos dediſtis,& ipſi habent uxores filias ur̃as abſqꝫ hoc ꝙ poſſitis culpari . Et hinc paret ꝙ ad ſupplendum impotentiam parentum ad dandum proprias filias/ordinabaẛ directe hæc actio.

¶ Feceruntqꝫ ita filij biniamin / ꝛ tulerunt vxores iuxta numerum ſuum de ijs que ducebant choros quas rapuerant : abieruntqꝫ ꝛ reuerſi ſunt in hereditatem ſuam/ędificaueruntqꝫ ciui-

Digitized by Google

tates ⁊ habitarunt in eis. Abierunt quoqȝ inde filij iſrael in tem-
pore illo/ vnuſquiſqȝ ad tribum ſuam ⁊ familiam ſuaȝ: exierūtqȝ
inde quilibet ad hereditatem ſuam. In diebus illis non erat rex
in iſrael: ſed vnuſqſqȝ quod ſibi rectū videbatur/ hoc faciebat.

¶ Et ſic finitur liber iudicum. Romæ die. XXIII. Iulij. 1531.

THOMAE DE VIO CAIETA- NI/ CARDINALIS SANCTI XYSTI, IN LI- brum ruth annotationes.

LIBER ruth ſcriptus noſcitur ad texendā genealogiaȝ dauidis regis: & hiſtoria eſt tā clara ut expoſitione non egeat. Quædam tamen annotanda ſunt. Primum in capitulo primo ꝙ etiam mulierculæ ſciebāt legem ſcriptaȝ deute. 25. de ſuſcitādo ſemine fratris defuncti / intelligi de fratribus carnalibus etiam uterinis. hoc enim manifeſte teſtantur uerba noemi ad nurus ſuas/ dicendo ꝙ ipſa eſt inepta ad generandum filios qui ſint mariti earum &c. ¶ Secundum in eodem capitulo quæſtiuncula non caret quomodo noemi hortata eſt ruth poſt reuerſam alteram nurum dicendo ecce reuerſa eſt fratria tua ad populum ſuum & ad elohe ſuos/ reuertere poſt eā. hæc enim exhortatio ſonat reuerſionem ad idolatriam: nam moabitæ idolatræ erant. Solutio eſt ꝙ hoc interueniebat per accidens relatiue ad intentionem noemi: ipſa ſiquidem nihil aliud intendebat niſi conſolationem nurus ut nuberet & quieſceret. unde & non dixit reuertere ad elohe tuos/ ſed reuertere poſt fratriam tuam: quæ reuera amore nuptiarum reuerſa fuerat. ¶ Tertium de diuinis nominibus dicendum eſſet, quia bis in hoc primo capitulo deus nominatur ſadai: niſi alias hoc idem nomen in libris moſis tractaſſemus. ¶ Demum in calce libri genealogia a phares uſq; ad dauidem ſcripta/ teſtatur libellum hunc ſcriptum fuiſſe non ſolum poſt natum dauidem ſed etiam poſtꝗ̄ dauid factus eſt rex. hoc enim inſinuatur ex hoc ꝙ ſolus dauid hic nominatur filius iſai. Quis autem fuerit author libri huius neſcitur. Plura non occurrunt ſcribenda circa libellum hunc.

¶ LIBRI RVTH CA. I.

ET fuit in diebus quando iudicabant iudices / fuit fames in terra: abijtqȝ vir de bethlechem iehūde vt peregrinaretur in regione moab/ ipſe ⁊ vxor ei⁹ ⁊ duo liberi ei⁹. Nomenqȝ viri elimelech / ⁊ nomen vxoris eius nahomi/ ⁊ nomen duorum filiorum eius machlon ⁊ chilion eph-

rathei de beth'lechem iehude: ingreſſiqꝫ ſunt regionem moab/ ⁊
fuerunt ibi. Et mortuus eſt elimelech vir nahomi: ⁊ remanſit
ipſa ac duo filij eius. Acceperuntqꝫ ſibi vxores moabitidas/
nomē vnꝰ horpa ⁊ nomē alterꝰ ruth: ⁊ manſerūt ibi circiter decē
annos. Et mortui ſunt ēt ambo ipſi/ mach'lon ⁊ chil'ion: reman-
ſitqꝫ mulier orbata duobꝰ liberis ac marito.

¶ Surrexitqꝫ ipſa ⁊ nurus eius/ ⁊ reuerſa eſt ex regione moab:
audierat. n. in regione moab ꝙ viſitaſſet dominus populum ſu-
um/ dando eis panē. Et egreſſa eſt e loco in quo erat/ ⁊ due nurꝰ
eiꝰ cū ea: abieruntqꝫ per viam redeūdo ad terrā iehude. Dixitqꝫ
nahomi duabꝰ nuribꝰ ſuis: ite redite vnaqueqꝫ in domū matris
ſue/ faciat dominus vobiſcū miſericordiam ſicut feciſtis cū mor-
tuis ⁊ mecū. Det dn̄s vobis vt iueniatis reqꝫ vnaqueqꝫ ī do-
mo viri ſui: ⁊ oſculata eſt eas/ leuaueruntqꝫ vocē ſuā ⁊ fleue-
rūt. Dixerūtqꝫ ei: tecū pergemꝰ ad populū tuū. Quibꝰ illa rn̄dit:
reuertimini filie mee/ cur venitis mecū? nū vltra habebo filios ī
vtero meo vt viros ex me ſperare poſſitis? Reuertimini filie mee
ite/ iam. n. nimis ſenui vt ſim viro: ſi dicerē eſt mihi ſpes/ etiā
ſi eſſē hac nocte cū viro ⁊ etiā parerē filios. an eos expectabitis
donec creſcāt? an ligabimini ab eē viris? nō filie mee qa amaritu-
do eſſet mihi valde magis qꝫ vobis/ qa egreſſa eſt ī me manꝰ dn̄i:
Leuaueruntqꝫ vocē ſuā ⁊ rurſuꝫ fleuerūt: oſculataqꝫ ē horpa ſo-
crū ſuā/ ruth vero adheſit ei. Et dixit: ecce reuerſa ē frīa tua ad
poplūꝫ ſuū ⁊ ad deos ſuos/ reuertere poſt eam. Dixitqꝫ ruth/ nō
roges me vt relinquā te vt recedā a te: quocūqꝫ. n. perrexeris pgā
⁊ vbi morata fueris morabor/ populꝰ tuꝰ populꝰ meꝰ ⁊ deꝰ tuꝰ deꝰ
meꝰ. Vbi morieris moriar ⁊ ibi ſepeliar: ſic faciat dn̄s mihi ⁊ ſic
addat vt ſola mors īter me ⁊ te faciet diuiſionē. Viditqꝫ ꝙ obſti-
nata eſſet ad eundū ſecū/ ⁊ ceſſauit loq ad eam.

¶ Et perrexerūt ambe donec venirēt ī beth'lechem: ⁊ fuit cū igreſ
ſe ſunt beth'lechem, cōmota ē tota ciuitas ſup eas/ ⁊ dixerūt an
hec ē nahomi? Quibꝰ ait: ne vocetis me nahomi (.i. pulchrā) vo
cate me mara (.i. amarā) qa amaritudine repleuit oīpotēs me val
de. Ego plena abij/ ⁊ vacuā reduxit me dn̄s: cur vocatis me na
homi/ quā dn̄s humiliauit ⁊ afflixit oīpotēs? Et reuerſa ē naho-
mi ⁊ ruth moabitis nurꝰ eiꝰ cū ea/ reuerſa ē ex regiōe moab: ⁊ ve-
nerūt ī beth'lechem ī principio meſſis hordeacee.

Digitized by Google

ERat autem nahomi cognoſcens marituꝫ eiꝰ / vir potens ⁊ magnarum opum de familia elimelech: ⁊ nomen eius bohaꝫ. Dixitqꝫ ruth moabitis ad nahomi / ibo nunc in agrum ⁊ colligam ſpicas in agro illius in cuius oculis inuenero gratiam: ⁊ dixit ei/ vade filia mea.

¶ Abijt itaqꝫ ⁊ venit ⁊ collegit in agro poſt meſſores: acciditqꝫ vt pars agri eſſet ipſius bohaꝫ qui erat de familia elimelech. Et ecce bohaꝫ venit de beth'lechem, dixitqꝫ meſſoribꝰ dominus vobiſcum: qui reſponderunt ei/ benedicat tibi dominus. Dixitqꝫ bohaꝫ puero ſuo qui preerat meſſoribus: cuius eſt puella hec? Cui reſpondit puer: hec eſt moabitis que venit cum nahomi de regione moab / ⁊ rogauit vt ſpicas colligeret poſt meſſores: ⁊ a mane vſqꝫ nunc ſtat in agro/ ⁊ nec ad momentum quidē domuꝫ reuerſa eſt. Et ait bohaꝫ ad ruth: audi filia mea/ ne vadas in aliū agrum ad colligendum nec tranſeas ab hoc loco, ſed hic adherebis puellis meis. Oculi tui erunt in agro quem meſſuerint/ pergeſqꝫ poſt eas: an non mandaui pueris vt non tangant te? ⁊ ſi ſitieris perge ad vaſa/ ⁊ bibe de ijs que hauſerint pueri.

¶ Et cecidit ī faciem ſuam ⁊ incuruauit ſe in terram: dixitqꝫ ei/ vnde inueni gratiā ī oculis tuis vt cognoſceres me que ſuꝫ alienigena? Cui ille reſpondit/ nunciata mihi ſunt omnia que feciſti ſocrui tue poſt mortem viri tui: ⁊ reliquiſti patrem tuū ⁊ matreꝫ tuam ⁊ terram natiuitatis tue/ ⁊ veniſti ad populū quē non noueras ab heri ⁊ nudiuſtertius. Reddat tibi dominus ꝓ ope tuo: ⁊ plenam mercedem recipias a domino deo iſrael / ad quē veniſti ⁊ ſub cuius alas confugiſti. Et dixit: inueniaꝫ gratiā ī oculis tuis domine mi, quia conſolatus es me ⁊ quia locutus es ad cor ancille tue/ ⁊ ego non ero ſicut vna ancillarum tuarum? Dixitqꝫ ei bohaꝫ: tēpore cibi accede huc/ ⁊ comede de pane/ ⁊ intinge buccellaꝫ tuā ī aceto: ſedit itaqꝫ ex latere meſſorū ⁊ porrexit ei polentam/ comeditqꝫ ⁊ ſaturata eſt ⁊ ſuꝑfluit. Surrexitqꝫ ad colligendum: ⁊ precepit bohaꝫ pueris ſuis dicendo/ etiam inter manipulos colligat ⁊ non pudore afficiatis eam. Et etiam dimittendo dimitteris ei de manipulis: relinquetiſqꝫ ⁊ colliget/ ⁊ nō icrepabitis eam.

¶ Et collegit in agro vſqꝫ ad veſperaꝫ: excuſſitqꝫ quod collegerat/ ⁊ fuit circiter epha hordeorum. Portauitqꝫ ⁊ ingreſſa ē ciuitateꝫ/ ⁊ vidit ſocrus eius quod collegerat: ⁊ ꝓtulit deditqꝫ ei qđ ſuꝑ fuerat cibi de ſaturitate ſua. Dixitqꝫ ei ſocrꝰ eiꝰ / vbi collegiſti hodie ⁊ vbi operata es? ſit cognoſcens te bñdictus: ⁊ indicauit ſocrui ſue cuꝫ quo operata erat, ⁊ ait nomen viri cum quo oꝑata

Digitized by Google

ſum hodie eſt bobaz. Dixitqꝫ nabomi nurui ſue/benedictus ipſe domino qui non reliquit miſericordiam ſuam cum viuentibꝰ nec cum mortuis: ⁊ ait ei nabomi, coniuctus nobis eſt vir / de propinquis noſtris eſt. Dixitqꝫ ei ruth moabitis: etiam dixit mihi/ pueris qui ſunt mihi adherebis donec compleuerint totam meſſem que eſt mihi. Et ait nabomi ad ruth nurum ſuam: bonum eſt filia mea ꝙ exeas cum puellis eius/⁊ nō obuiabūt tibi in agro alio. Et adheſit puellis bobaz ad colligendum/donec finiretur meſſis hordeorum ⁊ meſſis frumentorum: reuerſaqꝫ eſt ad ſocrum ſuam.

CAPVT .III.

Dixitqꝫ ei nabomi ſocrus eius: filia mea nonne queram tibi requiem vt bene ſit tibi? Bobaz iſte cuius puellis in agro iuncta es propinquus noſter eſt: ⁊ in hac nocte aream hordei ventilat. Lauare igitur ⁊ vngere ⁊ induere veſtimentis tuis/ac deſcende in aream: non te videat vir donec eſum potūqꝫ finierit. Quando autem ierit ad dormiendum/ nota locum ī quo dormiet, ⁊ venies ⁊ diſcooperies a parte pedūꝫ eius ⁊ accumbes: ipſeqꝫ indicabit tibi quid facias. Et dixit ad eam/omnia que dixeris mihi faciam.

¶ Deſcenditqꝫ in aream: ⁊ fecit iuxta omnia que preceperat ei ſocrus eius. Cūqꝫ comediſſet bobaz ac bibiſſet ⁊ factus eſſet hilarior/iſſetqꝫ ad dormiendum in extremo aceruī: venit abſcondite ⁊ diſcooperuit a parte pedū ⁊ accubuit. Et fuit media nocte/expauit vir ⁊ inclinauit ſe: ⁊ ecce mulier dormiebat ad pedes eiꝰ: Et ait illi/que es? illaqꝫ reſpōdit/ego ſuꝫ ruth ancilla tua, expande pallium tuum ſuper ancillam tuam quia propinquus es. Et dixit: benedicta tu domino filia mea, ⁊ priorem miſericordiaꝫ poſteriore ſuperaſti/quia non es ſecuta iuuenes ſiue pauperes ſiue diuites. Et nunc filia mea ne timeas / omnia que dixeris faciam tibi: ſcit.n. tota ciuitas populi mei ꝙ vxor virtuoſa es. Nec abnuo me propinquum, ſed eſt alius me propinquior. quieſce hac nocte, ⁊ facto mane ſi te voluerit propinquitatis iure retinere/ bene retineat: ſi autem ille noluerit/ego ſuſcipiam te viuit dominus, dormi vſqꝫ mane. Dormiuit itaqꝫ ad pedes eiꝰ vſqꝫ mane/ ſurrexitqꝫ anteqꝫ homines cognoſcerent ſe mutuo: ⁊ dixit / non ſciatur ꝙ venerit mulier ad aream. Et dixit/affer linteum quod eſt ſuper te ⁊ tene illud, ⁊ tenuit illud: menſuſqꝫ eſt ſex hordei menſuras ⁊ poſuit ſuper eam / ⁊ ingreſſa eſt ciuitatem.

¶ Et venit ad ſocrum ſuam / que dixit ei quid egiſti filia mea? narrauitqꝫ ei omnia que ſibi fecerat vir. Et ait / ſex hordei menſuras has dedit mihi: dixit.n. mihi non reuerteris vacua ad ſocrum tuam. Dixitqꝫ: expecta filia donec cognoſcas quem exitum res habeat / quia non quieſcet vir donec compleuerit rem hodie.

CAPVT .IIII.

AScenditqꝫ bohaz ad portam ⁊ ſedit ibi, ⁊ ecce ꝓpinquus tranſiẽs de quo locutꝰ fuerat bohaz / ⁊ dixit declina ſede hic talis vidue: qui declinauit ⁊ ſedit. Tulitqꝫ decem viros de ſenioribus ciuitatis / ⁊ dixit ſedete hic: ⁊ ſederunt. Et dixit propinquo: partem agri que erat fratris noſtri elimelech vendidit nabomi que reuerſa eſt de regione moab. Egoqꝫ dixi, aperiam aurem tuam dicendo / acquire coram habitatoribus ⁊ coram ſenioribus populi mei: ſi vis eſſe propinquꝰ eſto ꝓpinquus, ⁊ ſi nõ vis eſſe propinquus indica mihi / ⁊ ſciam ꝙ non eſt preter te vt ſit propinquus ⁊ ego ſum poſt te. ⁊ dixit / ego propinquꝰ ero. Et dixit bohaz: in die qua acquiſieris agrum de manu nabomi / ruth quoqꝫ moabitidem vxorem defuncti acquires ad ſuſcitandum nomen defuncti in hereditate eius. Dixitqꝫ propinquus: non poſſum eſſe propinquus / ne deleam hereditatem meam, ſis tu propinquus propinquitate mea quia non poſſuꝫ eſſe propinquus. Hoc autem erat antiquitꝰ in iſrael in propinquitatis ceſſione ad confirmandam totam rem / ſoluebat vir calciamentum ſuum ⁊ dabat proximo ſuo: ⁊ hoc erat teſtimonium in iſrael. Dixitqꝫ propinquus ad bohaz / acquire tibi: ⁊ ſoluit calciamentum ſuum.

¶ Et dixit bohaz ad ſeniores ⁊ totum populum: teſtes eſtis hodie ꝙ acquiſiui omnia que erãt elimelech ⁊ oĩa que erant chil'ion ⁊ mach'lon / de manu nabomi. Et etiam ruth moabitidem vxorem mach'lon acquiſiui mihi in vxorem ad ſuſcitandum nomen defuncti in hereditate eiꝰ / ⁊ non excidetur nomẽ defuncti a fratribus eius ⁊ a porta loci eius: teſtes eſtis hodie. Et dixerũt totus populꝰ qui erat in porta ⁊ ſeniores / teſtes ſumus: det dominus mulierem que ingreditur domum tuam ſicut rachelem ⁊ ſicut leã que edificauerũt domũ iſrael / ⁊ faciat virtutẽ ĩ eph'ratha ⁊ celebre nomen in beth'lechem. Sitqꝫ domus tua ſicut domus perez / quem peperit thamar iehude: de ſemine quod dederit dominus tibi de puella hac.

¶ Tulitqꝫ bohaz ruth,⁊ fuit ei in vxorem ⁊ ingreſſus ē ad eam: ⁊ dedit ei dominus conceptum ⁊ peperit filium. Dixeruntqꝫ mulieres ad nahomi: benedictus dominus qui non ceſſare fecit tibi propinquum hodie,⁊ vocabitur nomen eius in iſrael. Et erit tibi ad quieſcendum animum ⁊ ad alendum ſenectutem tuam: qa nurus tua que diligit te peperit eum/que eſt melior tibi q̄ʒ ſeptez filij. Cepitqꝫ nahomi infantem/⁊ poſuit eum in ſinu ſuo: ⁊ fuit ei in nutricem. Et vocauerunt ei vicine nomen/dicendo natus eſt filius nahomi: vocauerūtqꝫ nomen eius hobed/ipſe eſt pater iſſai patris dauid.

ET he ſunt generatiōes perez: perez genuit chezron. Chezron autem genuit ram: ⁊ ram genuit hamminadab. Hamminadab autem genuit nachſon: ⁊ nachſon genuit ſalmā. Salmon autem genuit bohaz: ⁊ bohaz genuit hobed. Hobed autem genuit iſſai: ⁊ iſſai genuit dauidem.

THOMAE DE VIO CAIETANI/ CARDINALIS SANCTI XYSTI, IN LIBROS REGUM COMMENTARIJ. Et primum in eum qui primus ſemuelis inſcribitur.

ET fuit vir vnus. Titulus tam libri huius q̄ʒ ſequentis apud doctores hebræos eſt ſamuel, tū quia initium eius de ſamuele tractat / tum qa author primæ partis libri creditur ſamuel. perſpicuum eſt enim q̄ gesta poſt mortem ſamuelis non ſcripſit ipſe. De ramathaim zophim de monte ephraim. Aiunt ramathaim ſignificare duas ramah, ſed ratione antepoſitæ præpoſitionis ſignificare alterā duaꝶ ramah. Itaqꝫ ſenſus eſt/& fuit uir unus de altera ramah. duas.n. fuiſſe ciuitates appellatas ramah autumāt: alterā in ephraiʒ de qua eſt ſermo (nam ſubiungitur de monte ephraim) alterā in beniamin. ¶ Dictio quoqꝫ zophim eſt pluralis numeri: ſed non loci nomen creditur/& ſignificat ſpeculantes ſeu ſpeculatores. Quare autem iſta ramah cognominata ſit ramah ſpeculatorum, non eſt uſqꝫquaqꝫ certum an ex habilitate loci ad uidendū procul circūcirca/an ex officio ſpeculatorum ibidem deputatoꝶ tempore belli/an ex multitudine prophetarum contemplationi uacantium. Vndecūqꝫ autem cognomen

hoc accæperit, appellatur a ioſepho ramatha quæ hebraice ut dictum eſt uocat̃ ramah. ꝛ nomen eius elcana. Vt ſcribit̃.1.parali.6.hic fuit leuita de ſtirpe coræ:itaq; non fuit de tribu ephraim ſed de tribu leui habitans in mõte ephraim. erat.n.tribus leuitica diſpſa p omnes tribus iſrael. filiꝰ ierocham/filij elihu/filij tochu/filij zuph eph'ratheus. Quemadmodum iudi.13. leuita ille q habitauit cum micha ſupputatus eſt in familia iudæ & deſcriptus eſt leuita & ex familia iudæ,ita elcana leuita de mõte ephraiꝫ deſcribit̃ quoq; eph'rathæus(hoc eſt bethlehemita)quia maternũ genus ex bethlehem traxerat. Sunt tamen nonnulli putantes non eſſe patriũ nomen eph'ratheus/ſed eſſe nomen appellatiuum: ſignificareq; hebraice quod latine diceremus auguſtus,nam ab augmẽto deriuatur.ita q; deſcribitur elcana uir non cõmunis ſed auguſtus/ab augmento(ut creditur)opum & honoris. Et hic ſenſus literalis uidetur. minus nãq; quadrat ut poſt deſcriptam patriam cum tot circũſtantijs/poſtq; deſcriptum genus nõ breui genealogia,ſubiunctum ſit alterius patriæ cognomen: ſed optime quadrat ut eximia qualitas uiri ſubiuncta ſit. elige tamen quod uis. Et ei erant due vxores/nomen vnius channa ꝛ nomẽ ſecũde peninna: erantq; peninne liberi/channe autem non erant liberi.

¶Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus. Iuxta hebræum habetur. annuatim ad adorandum ꝛ ſacrificanduꝫ. Et ſic non explicatur q; pluries in anno/ſed duntaxat q; annuatim aſcendebat ad duo officia exhibenda deo:vcꝫ adorare & ſacrificare. Dico autem & ſic/qa apud hebræos anceps eſt ſenſus ad ſingulos annos uel ad ſingula tempora: hoc eſt de tempore in tempus.& ſic litera ſonaret q; temporibus ſingulis ibat elcana in ſilo: nõ enim eſt ratio excipiendi unum tempus magis q̃ʒ aliud. Tempora autem eundi in domum dei ſecundum legem erant tria:paſcha/pentecoſte & feſtum tabernaculorum. dñoexercituũ. Iuxta hebræum habetur. iehouah exercituum i ſilo. Et hic eſt locus in quo primum deus cognominatus eſt iehouah exercituum. Et quia iehouah eſt nomen eſſentiæ,author huius libri ex geneſi ſumpſiſſe uidetur hanc appellationem.nam geñ.2.deus/creator uniuerſorum exercituum cœloꝝ & terræ ſcribitur. inde ſiquidem iehouah exercituum (hoc eſt fons eſſendi dans eſſe omnibus exercitibus tam ſpiritualibus q̃ʒ corporeis)dicitur.Et hunc ſenſum retine:ne oporteat ſæpe repetere dum ſæpe in ſcriptura deinceps deus appellatur dominus exercituũ.ꝛ ibi erãt duo filij heli(cophni ꝛ pinchas) ſacerdotes domino. Venit ergo dies ꝛ imolauit elcana:deditq; peninne vxori ſue ꝛ omnibus filijs eius ꝛ filiabus eius partes: Channe autem dedit partem vnam. De parte uictimæ pacificæ eſt ſermo.diſtribuebat.n.eam proportionaliter:& propterea peninnæ & filijs ac filiabus dedit partes multas, annæ autem carenti prole dedit unam. triſtis quia channam diligebat/ꝛ dominus concluſerat vuluam eius. Dictio interpretata triſtis/iuxta hebræum ſonat furores uel facies. Et quoniam ſine omni tam articulo q̃ʒ præpoſitione dictio hæc ſcribitur/uarias ſortit̃ expoſitiones.nam a quibuſdam refertur ad uirum dantem partem:& mutantes furoreꝫ in

triſtitiam/dicunt ꝙ dedit triſtis partem unam eo ꝙ uoluiſſet ei dare partes multas:hoc eſt uoluiſſet annam habere filios ut occaſionem dandi ei multas partes haberet. Ab alijs uero referentibus quoq; ad uirum/dicitur ꝙ elcana dedit partem unam ſed facie benigna quia annam diligebat:ita ꝙ defectum multaruȝ partium ſuppleuit iucũditate uultus. Qui autem referunt hanc dictionem non ad uirum ſed ad partem unam quam dabat,legunt dedit partem unam facies: hoc eſt partem unam gratioſam ſeu dignam aſpectu/quia annã diligebat. ¶ Quancunq; autem elegeris expoſitionem,aduerte ꝙ in litera ratio partis unius redditur quia deus concluſerat uuluam eius: ratio autem ſiue triſtitiæ ſiue iucunditatis ſiue honorabilis partis/redditur quia annam diligebat.

¶ Affligebat quoq; eam emula eius ⁊ vehementer angebat:intantum vt exprobraret ꝙ concluſiſſet dominus vuluam eius. Iuxta hebræum habetur. Et contriſtabit eam anguſtatrix eius etiam ira / vt faciat iraſci eam : quia clauſit iehouah vuluam eiꝰ. Vbi uides deſcribi phenennam tactam inuidia maioris amoris quem uir oſtendebat annæ/tendentem ad addendum afflictionem afflictæ:ita ꝙ etiam excandeſcebat aduerſus eam ut maiorem ei triſtitiaȝ inferret/improperãdo ſterilitatem nõ quaſi litercũq; ſed inflictam a deo. Sicq; faciebat per ſingulos annos a tpe quo aſcendebat ipſa in domũ domini/ſic irritabat ea. Vide diſparitatem uel explanationeȝ.diſparitatem quidem ſi ſuperius legit̃ ꝙ elcana aſcendebat in ſilo de tempore in tempus.nam ipſe quidem aſcendebat ad domum dei omnibus temporibus decretis a lege:ipſe uero cũm familia ſua aſcendebat ſemel in anno. clare enim hic ſcribitur ꝙ ſic faciet annuatim. Illa vero flebat ⁊ non comedebat. Dixitq; ei elcana vir eiꝰ:channa cur fles/ ⁊ cur non comedis/ ⁊ cur affligit̃ cor tuũ:nonne melior ſum tibi q̃ȝ decem filij? Cõmuni modo loquendi utitur conſolando eam.proponendo enim magnitudinem amoris proprij erga illam/optime reuocat ab amore filiorum quibus caret etiam ſi decem haberet.Nec falſum dixit:quia contingit meliorem eſſe mulieri maritum ualde diligentem ipſam q̃ȝ decem filios:ut experiẽtia quãdoq; & forte ſæpe teſtatur.

Surrexitq; channa poſtq̃ȝ comederat ⁊ biberat. Iuxta hebræum habetur. poſt comedere in ſilo ⁊ poſt bibere.ita ꝙ imperſonaliter deſcribitur comedere & bibere. Nec ex iſta litera habetur ꝙ ipſa comedit aut bibit: ſed ꝙ non ſurrexit e medio prandio/ſed poſt finitum prandium.Rationabile tamen eſt ut q̃uis prius fleuerit & non comederit/poſt cõſolationem tamen mariti comederit & biberit. cuius ſignum eſt ꝙ ipſa ad heli exiſtimantem illam ebriam non dixit ſum ieiuna,ſed dixit ꝙ non bibit aliquid inebriatiuum. ⁊ heli ſacerdos ſedebat ſuper ſellaȝ iuxta poſtes templi domini. Et ipſa erat amaro animo:orauitq; ad dominum/ ⁊ flendo fleuit. Vouitq; votũ ⁊ ait:domine exercituũ ſi videndo videris afflictioné ancille tue / ⁊ recordatus fueris mei ⁊ non fueris oblitus ancille tue/dederiſq; ancille tue ſemen virile,dabo illud domino om-

nibus diebus vite eiꝰ/⁊ nouacula nõ aſcendet ſuper caput eius. Nõ uouet nazaræatum filij perpetuũ quo ad omnia ſpectantia ad nazaræatũ ſed quo ad exemptionem capitis a raſorio gladio.

¶ Et fuit cum diu oraret coram domino, heli obſeruabat os eiꝰ. Channa autem loquebatur in corde ſuo/ tantũ labia illiꝰ mouebantur ⁊ vox eiꝰ nõ audiebatur: exiſtimauitqꝫ eã heli temulentam. Clare ſcribitur hebraice. ebriam. humana enim uſus eſt coniectura. Dixitqꝫ ad eam heli: quouſqꝫ ebria eris? digere pauliſper vinũ quo madeſ. ¶ Reſponditqꝫ channa ⁊ ait: non domine mi/ nam mulier infelix nimis ego ſum. Iuxta hebræum habetur. mulier dura ſpiritꝰ ego/ vinũqꝫ ⁊ ſicerã nõ bibi, ſed effudi animã meã corã dño. Ad inſtar rei duræ quæ non cedit tangenti/ quæ nec flectit̃ ſed perſeuerat in ſuo rigore, deſcribit proprium ſpiritum circa prolem generandã. Et eſt ſenſus ꝙ ſpiritus meus non cedit conſolantibus nec flectitur diuturnitate temporis / ſed perſeuerat deſiderando prolem, & propterea effudi animam meam (hoc eſt uniuerſos affectus meos) coram ſummo deo. Ne reputes ancillam tuã quaſi vnã de filiabꝰ beli'iahal. Alias dictũ eſt ꝙ beli'iahal ſignificat abſqꝫ iugo: & applicatur ad omne uitiũ/ pro quãto deſcribit pſonã tanqꝫ ſine lege agentem. qa ex multitudine doloris. Iuxta hebræum habetur. qa ex multitudine eloquij mei. proculdubio interni. ⁊ meroris mei locuta ſuz vſqꝫ i preſens. Reſponditqꝫ heli ⁊ dixit: vade in pace / ⁊ deꝰ iſrael det tibi petitionem quam rogaſti eum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ elohe iſrael dabit petitionem tuam. An imprecantis an prophetantis fuerint uerba neſcitur. Et illa dixit/ inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Cupientis gratiam ſacerdotis ſummi ut intercedat pro ea apud deũ uerba ſunt. abijtqꝫ mulier in viam ſuam ⁊ comedit/ ⁊ vultꝰ illiꝰ non ſunt amplius in diuerſa mutati. Quanuis hebraice non tot ſcribãtur/ ſententia tamen recte redditur. refocillata ſiquidem tum animo ex oratione propria & uerbo pontificis/ tum corpore ex ſumpto cibo conuenienti, nõ eſt paſſa amplius mutationem uultus: qualis accidere ſolet turbatis animo & minus refectis corpore. Et ſurrexerunt mane ⁊ adorauerunt corã dño/ ⁊ reuerſi ſunt ⁊ venerũt ad domũ ſuã in ramã: cognouitqꝫ elcana channã vxorẽ ſuã/ ⁊ recordatꝰ eſt eiꝰ dñs. Poſt regreſſum in propriã domũ ſcribitur uſus coniugij/ ad inſinuandum ꝙ abſtinuerunt ab illo diebus quibus fuerũt in ſilo.

Et fuit poſt circulũ dierꝫ/ concepit channa ⁊ peperit filiũ: vocauitqꝫ nomen eiꝰ ſamuel. Legendum eſſet. ſemuel / eo ꝙ a dño poſtulaſſet eũ. Et eſt ſemuel nomen compoſitum ex integro & corrupto: hoc eſt ex el quod eſt nomen dei/ & ſemo deducto a poſtulatione: ut litera ipſa teſtatur reddendo nominis ratione3. ¶ Aſcendit aũt vir elcana ⁊ tota domꝰ eiꝰ vt imolaret dño hoſtiã ſolennẽ. Iuxta hebræum habetur. ſacrificiũ dierꝫ ⁊ votũ ſuũ. hoc eſt ſacrificium congruum tempori/ & præter hoc ſolitum ſacrificium ad perſoluendum uotum ſuum, quod tacitum fuerat. inſinuatur

Digitized by Google

enim ꝗ uoto uxoris addidit maritus aliquod proprium uotum ad quod perſol uendum deſcribitur ueniſſe. Et channa nõ aſcendit: dixit.n. viro ſuo, non aſcendam donec ablactetur infans/ ⁊ adducam eum vt appareat ante conſpectum domini/ ⁊ maneat ibi vſq̃ in ſeculum. Et ait ei elcana vir eius: fac quod bonum eſt in oculis tuis/ mane donec ablactes eum, precorq̃ vt impleat dominus verbum ſuum. Iuxta hebræum habetur. tantum firmet iehouah verbũ ſuum. Incertum eſt an uerbum heli pontificis ad annam (dabit tibi deus petitionem tuam) appelletur uerbum iehouah/an uotum uxoris quia directe tendebat in deum appelletur uerbum iehouah, an aliqua reuelatio diuina de ſamuele præceſſerit/ & fuerit narrando tacita (quemadmodum & uotum ipſius elcanæ hactenus fuit tacitum) & nunc commemorando manifeſtetur. Et hic tertius ſenſus amplectendus uidetur: quoniam ſæpe in ſacra ſcriptura multa tacentur narrando/quæ poſtea ſupplentur commemorando. manſitq̃ mulier / ⁊ lactauit filium ſuum donec ablactaret eum.

¶ Et adduxit eum ſecum poſtq̃ ablactauerat. Hebraice habetur. qñ ablactauit eum. Niſi fuiſſet conſuetudo ut puelli trium annorum dicati deo (ſaltem leuitici generis) in domo domini manerent / nequaq̃ fuiſſet oblatus & receptus ſamuel triẽnis. in vitulis trib⁹ ⁊ tribus modijs farine ⁊ amphora vini. Iuxta hebræũ unicus tm̃ modius farine ſcribit. ⁊ adduxit eum ad domum domini in ſilo: puer autem erat adhuc infantulus. Sententia recte redditur: q̃uis hebraice habeat. ⁊ pũell⁹ puell⁹. idem.n. pueritiæ nomen repetitur. Et immolauerunt vitulum: ⁊ adduxerunt puerum ad heli. ¶ Et dixit: obſecro domine mi/ viuit anima tua. Deficit domine mi. repetitur.n. hoc a muliere. Et ſunt uerba iurantis/ad affirmandum ſe eſſe illam mulierem olim ibi orantem pro prole &c. quemadmodum hodie frequenter iuratur per uitã uel meã/uel filij mei/ uel patris mei/& huiuſmodi. ego ſum mulier que ſteti tecum hic/ orando ad dominũ. Pro puero iſto oraui: ⁊ dedit mihi dominus petitionem meam quam petij ab eo. Et etiam ego commodaui eum domino, omnib⁹ diebus quibus fuit/ ipſe cõmodat⁹ domino: ⁊ incuruauit ſe ibi domino. Aduerte prudens lector ut fiat punctus poſt uerbum fuit: nam explanatio eſt temporis coæui. Et eſt ſenſus: cunctis diebus quibus fuit ſamuel/ipſe cõmodatus eſt domino. Nec mireris ꝗ non dixit quibus erit, ſed aduerte ꝗ commodatio præſupponit eſſe: & hoc ſignificat præteritum fuit relatiue ad cõmodatum. Quamuis poſſit etiam hoc referri ad tunc præteritũ: explanando ꝗ non nũc incipio dicare ipſum deo, ſed ex quo ſamuel fuit etiã in meo utero/fuit commodatus deo. Et orauit channa ⁊ ait. Vere hinc incipere deberet capitulum ſecundum. ſequens itaq; canticum oratio appellatur/quia uere fuit eleuatio mentis in deum ad gratias agendum.

Exultauit cor meum in domino / exaltatum eſt cornu meũ in domino / dilatatum eſt os meuꝫ ſuꝑ inimicos meos : qa letata ſum in ſalute tua. Mareria huius cantici eſt diſpoſirio humanarum actionum & rerum non ſecundũ rõnes humanas ſed ſecundum rationes diuinæ prouidentiæ & fortitudinis: hæc eſt materia quæ diffuſe tractatur in cantico hoc. Occaſionalis aurem materia eiuſdem cantici eſt diuina prouidentia benefica ipſi annæ / concedendo ei fœcunditatem & filios:ac per hoc deprimendo elationem fenennæ/improperantis ãnæ ꝙ deus concluſerat uuluam eius.Ab hac itaq; occaſione inchoat canticum: manifeſtando tum proprij cordis gaudium in deo/tum proprij poſſe exaltationem in deo (exaltata ſiquidem eſt potentia eius generatiua:conſueuerunt.n. hebræi potentiam appellare cornu) tum dilatationem proprij oris ad loquendum ſuper inimicos ſuos/hoc eſt fenennam.prius.n.flebar & tacebat/genito autem filio materiam habuit loquendi pleno ore. Et omnium trium rationem reddit/ quia lætata ſum in ſalute tua . donum ſiquidem filij appellat ſalutem ſibi collatam a deo : ſaluauit ſiquidem eam deus per hoc a malo ſterilitatis cum lætitia non ſolũ prolis ſed primogeniti maris ❡ Non eſt ſanctus vt dominus/quia non eſt preter te:& non eſt fortis ſicut deus noſter. Ex manifeſtata diſpoſitione propria aſcendit ad diuinas laudes/tum quo ad ſanctitatem tum quo ad deitatem tum quo ad fortitudinem.ſic.n.ordinantur in litera : quia ſecunda laus affertur ut ratio primæ. Sed ſecundum rectum ordinem ſecundæ debet primus locus.primũ.n.eſt ꝙ iehouah eſt ſolus:ſolus.n.eſt ſic ꝙ deeſſe nulla rõne poteſt. & hinc ſeqt ꝙ non eſt ſanctus ſicut iehouah:hoc eſt nõ eſt mũdus aliquis ſicut fons eſſendi/quia ipſe ſolus eſt actus purus mundus ab omni potentialitate : reliqua enim omnia immundiciæ aliquid habent/eo ꝙ admixtum habent aliquid potentialitatis. Tertium autem(vꝫ ꝙ non eſt fortis ſicut elohe noſter) ad fortitudinem poteſtatis manifeſte ſpectat:quod ex primis perſpicuum eſt conſequi. Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes.Parui refert ꝙ hebraice habet. Nõ multiplicabitis/loquemini celſitudinẽ celſitudinem. Vtriq; materiæ uerba hæc congruunt.nam & fenenna multiplicabat quotannis uerba cælſitudinis propriæ, & filij huius ſæculi multiplicauerũt ac multiplicant uerba propriæ cælſitudinis & ut ſubiungitur fortitudinis/ cõfidentes in cælſitudinibus & fortirudinibus proprijs. Et negatio repetita ſubintelligitur:non multiplicabitis/non loquemini.recedant vetera.Quanuis legi poſſit.exibit vetuſtas.magis tamen contextui quadrat ut legat . exibit fortitudo de ore veſtro.quadrat.n.ur repræhenſos de ſermone propriæ cælſitudinis repræhendat quoq; de ſermone propriæ fortitudinis:hæc.n.duo(vꝫ cælſitudo & fortitudo/hoc eſt potentia) concurrunt communiter ſimul ut ſint materia iactantiæ. quia deus ſcientiarum dominus eſt. Iuxta hebræum habetur. quia el ſcientiarum iehouah.Ratio redditur uitandæ iactantiæ utriuſq;/quia fons eſſendi eſt el ſcientiarum:hoc eſt eſt ſumme fortis ad dirigendum & faciendum omnia quæ ſciri poſſunt.uel eſt el ſcientiarum/hoc eſt fortitudine propria ſupat

omnes

omnes ſcientias. Et eſt ſermo de ſcientijs practicis : hoc eſt de rationibus rerum agendarum. hoc. n. directe tollit iactantiam humanam tam propriæ cælſitudinis ꝙ fortitudinis. Vnde & aptiſſime ſubditur. **⁊ ipſi pręparantur cogitationes.** iuxta hebræum. n. habetur. **⁊ non fuerunt directa opera.** Quanuis etiam legi poſſe dicant hebræi. **⁊ ipſi directa opera.** ueruntamen prima lectio ſcripta eſt hebraice / ſecunda autem ſecundum neſcio quam regulam ſuſtinetur. Et ſenſus quidem ſecundæ lectionis non eſt alienus a propoſito : nam ſignificatur ꝙ deo reſeruata ſunt directa opera. quia. n. ſolus eſt el ſcientiarum, ideo ei propria ſunt directa opera : hoc eſt opera quæ adimplentur ſecundum directionem intendentis. Et dicitur hoc ad differentiam hominum multa dirigentium ſecundum intentionem propriam quæ longe aliter eueniunt. Prima uero lectio ſonat defectum humanorum agentium / penes hoc ꝙ eorum opera non eueniunt ſecundum directionem præcedentium rationum. Et tu prudens lector facile cernere potes ambas lectiones in eandem reſolui ſententiam. ratio igitur uitandæ iactantiæ humanæ integratur & ex hoc ꝙ deus eſt el ſcientiarum / & ex hoc ꝙ directio operum non adimpletur ſecundum rationes humanas.

¶ **Arcus fortium ſuperatus eſt, ⁊ infirmi accincti ſunt robore.** Hebræo more ab ultimo inchoatur. declaratur ſiquidem hoc ultimũ (ve3 & non fuerunt directa opera) tripliciter. primo quo ad opera roboris corporalis dicendo. **Arcus fortium fracti, ⁊ qui ceſpitabant accincti ſunt robur.** Perpende in iſtis nõ fuiſſe euentum ſecundum rationes humanas / ſed potius contrarium. nam arcui fortium ſecundum humanam rationem non reſpondet fractio : & ceſpitantibus non reſpondet robur. **Repleti prius / pro panibus ſe locauerunt, ⁊ famelici ſaturati ſunt.** Simile quoqꝫ perpende in operibus ſpectantibus ad uictum. repletis enim ſeu ſaturatis opibus / non reſpõdet ſecundum humanam rationem euentus tam miſer ut locent ſeipſos ꝓ pane habendo : & ſimiliter inopibus uſqꝫ adeo ut ſint famelici / non reſpondet euentus uitæ tam opulentæ ut ceſſent a labore. nam ubi uulgata æditio habet ſaturati ſunt hebraica ueritas habet ceſſauerunt / proculdubio a quæſtu & labore. **Donec ſterilis peperit plurimos / ⁊ que multos habebat filios infirmata eſt.** Iuxta hebræum habetur. **Vſqꝫ quo ſterilis genuit ſeptẽ / ⁊ multa filioꝝ fuit inciſa.** Et eſt ſenſus ꝙ opera humana non eſſe directa / non ſolum apparet in operibus fortitudinis & in euentibus opulenti & inopis ſed etiam extenditur uſqꝫ ad opera partis uegetatiuæ : uſqꝫ ſcilicet ad hoc ꝙ ſterilis genuit ſeptem / & multiplicata in filijs ſecta eſt. rationi ſiquidem ſterilis non reſpondet generatio ſeptem filiorum : & ſimiliter multiplicatæ in filijs non reſpondet orbatam ſe inuenire filijs. ¶ An autem hoc ultimum dixerit anna propter ſeipſam & emulam ſuam an in genere, litera ipſa aperire uidetur : uidelicet ꝙ in genere hoc dixit / quemadmodũ & alia duo præcedentia. Nã clare inducit ſterilis quæ genuit ſeptẽ : & pſpicuũ ẽ ꝙ ipa ãna nõ genuit ſeptẽ, ſed qnqꝫ uel ad ſummũ ſex : ut inferius ſubiũcta teſtantur. rurſus ſcriptura non dicit fenennam orbatam fuiſſe filijs / nec

etiam ceſſaſſe a generatione aliorum filiorum. In genere itaq; hæc tria dicta intelligenda ſunt, quemadmodum etiam & ea que ſubiunguntur.

¶ Dominus mortificat ⁊ viuificat. Tractato ultimo tractat primum: vcƷ el ſcientiarum iehouah. Tractat autem manifeſtando deum facere contraria non ſolum inter ſe (puta mortem & uitam/diuitias & paupertatem & alia eiuſmodi) ſed etiam facere hæc contra rationes rerũ: puta diſpoſitũ ad uiuere mortificat / & econuerſo diſpoſitum ad mortem uiuificat: & ſimiliter pauperem facit diuitẽ & ɔuerſo / & ſic de reliquis. Ex his. n. directe manifeſtat̃ ꝙ ſolus deus eſt el ſcientiarum/ꝙ prouidentiæ eius diſpoſitione contraria omnia fiunt. Deducit ad inferos ⁊ reducit. Iuxta hebræum habetur. facit deſcẽdere ĩ foueam ⁊ fecit aſcẽdere. Ex eo ꝙ uerbo præteriti temporis dicit̃ & fecit aſcendere/cogor nomine foueæ nec infernũ nec ſepulchrum ſed carcerem intelligere. a principio nanq; mundi uſq; ad tempus annæ nullus aſcenderat ex inferno/ nullus ſurrexerat a mortuis: ſed multos liberos & innocentes fecerat deus deſcendere in carcerem/& uinctos multos fecerat inde aſcendere. Dominus pauperem facit ⁊ ditat: humiliat ⁊ ſubleuat. Suſcitat de puluere pauperem/e ſtercore eleuabit mendicũ, vt ſedeãt cum principibus ⁊ ſolium glorie teneant: domini. n. ſunt cardines terre. Parui refert ꝙ hebraice habet̃. fortitudines (ſeu uires) terre/ ⁊ poſuit ſuper eas orbem. interpretes. n. cardines metaphorice appoſuerunt. Et hoc pro ratione aſſertur irrepræhenſibilis diſpoſitionis diuinæ circa res humanas. ex eo. n. ꝙ ipſius dei ſunt omnes uires terræ & ſuper eas effecit habitabiles partes mundi (quas orbem interpretes appellant) nullus poteſt conqueri. utitur. n. omnium dominus iure ſuo/diſtribuendo ut uult.

Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit. Iuxta hebræum habetur. Pedes miſericordium ſuorum cuſtodiet. Hactenus de diſpoſitione rerum humanarum præter rationes humanas tractauit/ ad confundendum humanam iactantiam de cælſitudine & fortitudine: nunc contra eandem ſuperbiam humanam tractat de diuina prouidentia in ſpecie erga bonos & malos relatiue ad uitam æternam. & propterea incipit a diſcretione inter bonos & malos penes diuinam cuſtodiam/dicendo ꝙ etiam pedes miſericordium ſuorum cuſtodiet deus: ſiue per pedes intelligas affectus ſiue extremam corporis partem / ut a fortiori cuſtodiam reliqui corporis intelligamus. ⁊ impij in tenebris conticeſcent. Iuxta hebræum habetur. erunt taciti. ſeu inciſi. Relatiue ad futuram uitam hæc uerificãtur: in qua obmuteſcent priuati lumine gratiæ & gloriæ/& inciſi erunt ab uniuerſis bonis impij. Vnde & aptiſſime ratio ſubditur. quia non in fortitudine ſua roborabitur vir. nullus. n. ex proprijs uiribus ſaluabitur. Dominum formidabunt aduerſarij eius. Iuxta hebræum habetur. Iehouah/frangentur litigatores eius ſuper eum: Et eſt uocatiui caſus iehouah. apoſtrophat enim ad ipſum ſummum deum/confitendo ꝙ aduerſantes deo frangentur ſuper eum: hoc eſt ſuper quemlibet ipſorum. Et hoc iuxta contextum literæ ad futuram quoq; uitã ſpectat: in qua hoc

Digitized by Google

adimplebitur manifeſte. Vnde & aptiſsime ſubditur in hebraico. i celis faciet frangere eos. Modus aũt quo faciet deus in cœlis frãgere eos/ ſubiũgit̃ dicen do. dñs iudicabit fines terre. quod pſpicuũ ẽ futuꝝ eſſe i die iudicij/iuxta prophetata p iob. ⁊ dabit impiũ regi ſuo. Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ dabit fortitudinẽ regi ſuo/⁊ ſublimabit cornu chriſti ſui. Adhuc nõ erant inſti tuti reges i iſrael: & ppea de rege meſia dicit ꝙ deus dabit ei fortitudinẽ & ſublimabit ptãrem eius. meſias.n.hebraice ab unctione dicit̃: a qua ẽt græce dicitur chriſtus. pſpicuũ aũt eſt ꝙ tpe iudicij ueniet chriſtus in fortitudine & cælſitudine maxima. Et p hoc manifeſtat̃ ꝙ homo erit q iudicabit fines terræ/iuxta pphetiã iob. Et hic ẽ quartus textus i quo clare meſias prænũciat̃. primũ. n. tpe abrahæ/ deinde tpe iacob/ & tertio tpe moſis / & quarto tpe ſamuelis prænũciatus legit̃: præter ſcripta in libro iob.

ET abijt elcana in ramã ad domũ ſuã: puer aũt erat miniſter in conſpectu domini añ faciem heli ſacerdotis. Ne intelligas ſamuelẽ in tã tenella ætate miniſtraſſe dño, ſed deſcribi ipſum in ætate qua poterat miniſtrare. Filij aũt heli filij belial/nõ cognoſcebãt dñz. De ſcientia practica (quæ eſt rõ agendi) eſt ſermo. neſciebãt.n. notitia electiua deũ ut rõnem agendi. Et officiũ. Legendũ eſt. Et iudiciũ ſacerdotũ cũ populo. hoc eſt ius inter ſacerdotes & populũ. oĩ viro ſacrificãte ſacrificiũ veniebat puer qñ coquebat caro/⁊ fuſcinula tridẽs erat i manu ei⁹. ⁊ mittebat eã i conchã vel i ollã vel i lebetẽ vel i cacabũ/⁊ oẽ quod leuabat fuſcinula tollebat ſacerdos ſibi: ſic faciebãt vniuerſo iſraeli/venientib⁹ illuc i ſilo. Primũ pctũz filioꝝ heli ſcribit̃ tollere ex ſacrificijs pacificis abſq; diſcretiõe. ſecundũ.n. legẽ determinata erat pars ſacerdotis. Etiã añq̃z adolerent adipẽ. Secundũ peccatũ ſcribit̃ quo ad tps: qa ſecundum legez primũ cremari debebat deo adeps. Veniebat puer ſacerdotis ⁊ dicebat viro imolanti/da carnẽ vt coquã. Iuxta hebræũ hr̃. ad aſſandũ ſacerdoti. Et ſimiliter cũ ſubiungit̃. ⁊ nõ accipiet a te carnẽ coctã. iuxta hebræũ hr̃. carnẽ elixatã. adiungit̃.n. malũ malo: vez præuentiõi tpis diuerſitas modi per quem tollebatur a parte ſacerdotis ratio ſacrificij / quod fiebat lixando. ſed crudam. Iuxta hebræum habetur. ſed viuam. aiunt.n. hebræi non aliter in lingua ſua ſignificari crudum q̃ per uiuum. Quod ideo annotauerim ut magis capaces reddantur lectores expoſiti ſenſus uerborum ſcriptorum gẽ. 9. carnẽ in anima eius ſanguinem eius nõ comedetis. Dicebatq; ad eũ vir/adoleatur primum iuxta morez hodie adeps ⁊ tolle tibi ſicut deſiderat anima tua: ⁊ dicebat, nequaq̃z ſed nunc dabis/⁊ ſi non dederis accipiam vi. Eratq; peccatum puerorum magnum valde coram domino: quia detrahebant homines a ſacrificio domini. Iuxta hebræum habetur. quia abominabantur homines munus iehouah. Peccatum ſacerdotum & miniſtrorum eorum grande ualde apud deum deſcribitur / ex eo ꝙ cauſabat in alijs abominationem diuinorum ſacrificiorum.

¶ Samuel autem miniſtrabat coram domino. Repetitur hoc ad narrandum ſamuelem exemptum fuiſſe ab huiuſmodi peccato. puer accinctus ephod lineo. Hinc clare patet ſuperhumeralem ueſtē cōmunem fuiſſe leuitis: loco cuius hodie omnes clerici ĩ templo dei utuntur lineo amictu quem uocant uulgo cotta. Et tunicā paruā faciebat ei mater eius / ⁊ afferebat ei ſtatutis diebus. Iuxta hebræū habetur. annuatim. Onus ueſtiendi puerꝫ deo dicatū/apud parentes manebat. qñ aſcendebat cū viro ſuo ad imolandū hoſtiā ſolennē ⁊ votū ſuū. Iuxta hebræū habetur. hoſtiā dierꝫ: hoc eſt congruā tempori. Et benedixit heli elcane ⁊ vxori eius ⁊ dixit/ponat tibi dñs ſemen de muliere hac ꝓ fenore quod cōmodaſti domino. Iuxta hebræum habetur. pro cōmodato quem commodauit dño. eo ꝙ ad uſum datus erat ſamuel. ⁊ abierunt in locum ſuū. Quia viſitauit dominus channā, cōcepit ⁊ peperit tres filios ⁊ duas filias. Si præter ſamuelem ſupputantur / ſex proles ædidit anna: ſi autem ipſe in hoc numero clauditur/ædidit duntaxat quinq;. ⁊ magnificatus ē puer ſemuel apud dominū. Iuxta hebræum habetur. ⁊ granduit puer ſemuel cum iehouah. Augmentum non ſolum corporis ſed animi uerſus deum fuiſſe ſignificatur.

HEli autem erat ſenex valde: ⁊ audiuit omnia que faciebant filij eius toti iſraeli/⁊ quomodo dormiebant cū mulieribus. Tertium peccatum fornicationis ſeu adulterij manifeſte deſcribitur. que obſeruabant ad oſtium tentorij adunationis. Dictio interpretata quæ obſeruabāt/participium eſt præſentis temporis deductum ab exercitu, & eſt numeri pluralis: ita ꝙ ſignificantur mulieres per modum exercitus conuenientes ad oſtium tabernaculi. Per quod intelligo mulieres quæ gregatim ueniebant ad oſtium tabernaculi. Et dixit ad eos: quare facitis res iſtas/quas ego audio res malas a toto populo iſto? Non filij mei ita faciatis: quia non eſt fama bona quam audio/vt tranſgredi faciatis populum domini. Hoc refertur ad male geſta circa ſacrificia. faciebant. n. populum tranſgredi/qa faciebant ipſum abominari ſacrificia diuina. Vnde & aptiſſime ſubiungitur. Si peccauerit vir in virꝫ/placari pōt ei deus. Iuxta hebræū habet̃. Si peccauerit vir in virꝫ/iudicabit eū elohim. Deinde immediate ſequit̃. ⁊ ſi in iehouah peccabit vir/qs orabit ei? Ex eo ꝙ pctūm in deū proculdubio iudicabit deus, trahor ad intelligendū nomine elohim nō deū ſed iudices. nā ſic ſaluat̃ diſtinctio inter pctūm in hominē & pctūꝫ in deū: penes hoc ꝙ pctūm in hominē expiat̃ ꝑ hominē/ſaltē ꝑ iudices facientes repenſari homini læſo: pctūm aūt in deū/ nō pōt ꝑ hominē repēſari. niſi forte ſupplicando: ſed qs inuenit̃ tā ſctūs tā amicus dei ut audeat intercedere in cā cōtra deū? Loqt̃. n. heli humano more. rarus. n. inuenit̃ tā amicus humani principis ut in cā alterius ꝯtra principē audeat apud principē intercedere. ⁊ nō audierūt vocē pr̄is ſui/qa voluit dñs occidere eos. Puer aūt ſemuel ambulabat ⁊ creſcebat: ⁊ placebat tā deo q̃ȝ hominibus.

Digitized by Google

VEnit autem vir dei ad heli. Neſcitur quis fuerit iſte uir dei. & nominatur deus elohim. ⁊ ait ad eum: ſic dicit dominus/ nõne manifeſtando manifeſtaui me domui patris tui cum eſſent in egypto in domo parhonis? Lege exodum: & inuenies pluries deum manifeſtaſſe ſe aharon. Et elegi eum ex omnibus tribubus iſrael mihi in ſacerdotem/ vt aſcenderet ad altare meum/ ad adolendum incenſum ⁊ portandum coram me ephod. Sæpe dictum eſt ephod ſonare ueſtẽ ſuperhumeralem in genere: ſed hic ſumitur pro habitu pontificali. ⁊ dedi domui patris tui omnia de ſacrificijs. Iuxta hebræum habetur. omnia incẽſa filiorum iſrael. Lege leuiticum: & inuenies differentiam inter incenſa & uictimas pacificas / cunctaque incenſa fuiſſe ſacerdotum. Quare calce abieciſtis victimam meam ⁊ munus meum que precepi vt offerrentur ĩ templo. Ad inſtar calcitrantis in ſacrificia/ deſcribitur peccatũ filiorum heli in ſupraſcriptis malis officijs erga uictimas domini. ⁊ magis honoraſti filios tuos q̃ me. Hinc clare apparet peccatum heli/ præponẽdo honorem filiorum honori diuino. Et hoc intellige nõ ſecundũ intentionem explicitã/ ſed ſecundum factum & affectum: quia uſque adeo affectus fuit filijs ut non efficacem curã adhiberet circa ea quæ erãt diuini honoris. Vt comederetis primitias omnis ſacrificij iſrael. Iuxta hebræum habetur. ad ſaciandum vos de primitijs omnis muneris iſrael populi mei. Et referuntur hæc uerba ad antecedentia ante prædictam ſententiam quare calcitrabitis. Ita q̃ iungũtur hæc diuina uerba cum illa ſententia & dedi domui patris tui omnia incenſa. adiũgit.n. deus q̃ dedit ẽt eis p̃mitias oblationũ totius populi iſrael. ¶ Propterea dixit dñs deus iſrael/ dicendo dixi domus tua ⁊ domus pr̃is tui miniſtrabit in cõſpectu meo vſque ĩ ſeculũ. Cerne ẽt hic prudẽs lector cõmemorãdo manifeſtari dicta olim/ quæ tñ prius narrata nõ fuerũt in ſcriptura. nunq̃.n. hactenus ſcriptũ eſt deũ reuelaſſe ut domus heli miniſtraret ei ĩ ſeculũ/ & tñ hic cõmemorãdo aſſerit. ⁊ nũc dicit dñs, abſit a me q̃ honorãtes me honorificabo. Nõ mutauit deus cõſiliũ ſuum/ ſed ſententiã quã ptulerat reuelãdo q̃ domus heli miniſtraret illi ĩ põtificatu. hãc inquã ſñtiam ſe mutare dicit pp honorẽ diuinũ cõtemptũ ab heli & filijs eius: ut hinc ĩtelligamus deũ ſæpe mutare ſententiã iuxta meritorum humanorum mutationẽ/ q̃uis nunq̃ mutet cõſiliũ ſuũ. q aũt cõtemnũt me/ erũt ignobiles. Iuxta hebræũ habet. cõtemnent. repetit.n. idẽ uerbũ. Et uide differentiã. nã ait honorantes me honorificabo/ & nõ ſubiũgit cõtemnẽtes me cõtemnã: ut ꝓpẽſior ad nr̃m bonũ deus deſcribat q̃ ad malũ pœnæ. Ecce dies veniunt/ ⁊ precidã brachium tuũ ⁊ brachiũ domus pr̃is tui, vt nõ ſit ſenex ĩ domo tua. Iuxta hebræũ hr̃. precidã fortitudinẽ tuã ⁊ fortitudinem domus pr̃is tui/ ab eſſe ſenẽ ĩ domo tua. Clara eſt pœna: videlicet diminutio uitæ ut nõ perueniat ad ſenectutẽ. ipa.n. materia cogit ut intelligamus de fortitudine uitali eẽ ſermonẽ. ad literã.n. dicit deus ſe præciſurũ fortitudinẽ uitalẽ domus heli ut nullus fiat ſenex: ut hebraica ſonat hæc litera/ & ſubiũcta cõteſtant. Verum appellatione domus heli

intelligendam eſſe non ſolum originem trahentes ab ipſo ſed etiã originem trahentes a patre heli/patet, nam in litera dicitur præcidam fortitudinem tuã (p culdubio in filijs) & fortitudinem domus patris tui/ab hoc: vz ab eſſe ſenem in domo tua. hinc enim inſinuat̃ ꝙ domus patris heli cognominata eſt domus heli/eo ꝙ heli fuerit iudex annis quadraginta (ut inferius ſubdit̃) & ab ipſo tanꝗ a præcipuo denominata eſt domus patris eius. Ita ꝙ dicendo ab eſſe ſenez in domo tua/intelligitur domus heli comprehendens etiam domum patris eius. ¶Et videbis emulum tuum in templo in vniuerſis proſperis iſrael. Hebraice habetur. ¶Et videbis anguſtatorem habitaculum/in omni quod benefaciet cum iſrael. Ita iacet in hebræo. & ad literam prædicitur tempus opulenti habitaculi in domo dei tempore ſalomonis/ uidendũ ab ipſo heli in filijs ſuis non ad lætitiam ſed ad anguſtiã. Et hæc eſt ſecunda pœna heli. Ita ꝙ ſenſus literæ eſt. & uidebis in ſemine tuo tanꝗ anguſtatorem habitaculum in domo domini refertum omni re de qua bene agitur cũ iſrael: hoc eſt omni re utili & delectabili & honorabili in iſrael. ⁊ non erit ſenex in domo tua omnibus diebus. Hebraico more primum deſcriptæ ſunt ſummarie ambæ pœnæ/deinde tractantur diſtinctius. Prima itaq; pœna tractat̃/declarando perpetuitatem pœnæ: ita ꝙ in perpetuũ nõ erit ſenex in domo tua. & aiunt hebræi in hodiernum uſq; diem uerificari. ¶Et virum non excidam penitus ab altari meo/vt deficiant oculi tui ⁊ tabeſcat anima tua. Secunda pœna tractatur/declarando illam particulam & uidebis anguſtatorem habitaculum. declaratur. n. modus: vz ut deficiant oculi tui & tabeſcat anima tua/uidendo tantam opulentiam & te priuatum illa. Nec eſt dubium ꝙ hæc dicuntur ad heli non in perſona propria ſed in pſona ſeminis eius. ⁊ pars magna domus tue morietur cum ad virilem etatem venerit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ omnis faciens ſurgere domum tuam/morientur homines. Dictio interpretata homines/ſignificare dicitur homines ætatis robuſtæ. declaratur ſiquidem amplius prima pœna/ nõ ꝙ magna pars ſed ꝙ omnes q eſſent diſpoſiti ad ſubleuandum domum heli morientur iuuenes ſeu quaſi iuuenes. Vnde clare apparet ꝙ ad literam in iſtis pœnis heli / ſenex eſt nomen ætatis. & dicunt hebræi / nullum de domo heli tranſire annum ætatis quinquageſimum.

¶Hoc autem erit tibi ſignum quod venturum eſt duobus filijs tuis/ophni ⁊ phinees: in die vna morientur ambo. Quia cõminatæ pœnæ futuræ erant nec uidendæ ab ipſo heli in propria perſona/datur illi ſignũ ueritatis futuroꝝ mors utriuſq; filij tempore ipſius heli futura uno eodẽq; die: ut uiſo hoc ſigno non dubitetur de ueritate prædictorum. Et uerificatum eſt hoc ſignum: ut inferius ſcribitur ca. 4.

¶Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem / qui iuxta cor meum ⁊ animam meam faciet. Amplius explanatur ſecunda pœna/declarãdo transferendum pontificatum a domo eius in aliã domum. Et ſacerdos iſte ad literam fuit ſadoc/qui a ſalomone eiecto abiathar ex ſtirpe heli ſurrogatus eſt in pontificem. & clare textus. 3. reg. 2. dicit hoc factum fuiſſe ad adimplendum uerbũ pro

phcticum quod hic ſcribitur.ſadoc.n.nõ fuit ex ſtirpe heli ꝗ deſcendit ex ithamar filio aharon, ſed ex ſtirpe eleazari ſucceſſoris aharon.⁊ edificabo ei domum fidelem/⁊ ambulabit coꝛam chꝛiſto meo omnibus diebus.Cũ adhuc non eſſent reges in iſrael/prophetat iſte hoc adimplendum eſſe tempore quo erunt reges in iſrael.& ad literã ſignificatur ſalomon:ut rei manifeſtauit euentus.

¶ Et erit omnis q remanſerit in domo tua, veniet vt oꝛetur ꝓ eo/⁊ offerat nummum argenteum ⁊ toꝛtam panis.Iuxta hebræum habetur. Veniet ad oꝛandum pꝛo nummo argenti ⁊ buccella panis: ⁊ dicet iunge me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem ad comedendum fruſtum panis.Ex eo ꝙ ſcribitᷣ & dicet iunge me obſecro/ inſinuatur ꝙ ad adorandum põtificem ueniet.nam põtifici dicet/iunge me obſecro uni parti ſacerdotali.Explanatur itaq; amplius ſecunda pœna,declarando indigentiam ſeminis heli in hoc ꝙ reliqæ ſeminis heli cogente inopia uenient ad pontificem illum adorandum ut habeant aliqd pecuniæ & aliquid panis. hoc n. ipſum explanatur per ſubiunctas preces. Et explicantur hæc minima (ve buccella panis & nummus argenteus)ad declarandum eorum indigentiam magnam.

CAPVT .III.

PUer autem ſemuel miniſtrabat domino coꝛam heli: Tertio repetitur miniſtratio ſamuelis ad narrandum pſeuerantiam eius in officio ſancto.⁊ ſermo domini erat pꝛecioſus in diebus illis/non erat viſio manifeſta.Non uenalis ſignificatur ſermo domini ſed charus/quemadmodum precioſa nõ uilipendunt̃ ſed ſunt nobis chara.Ratio autem quare ſermo domini erat tunc temporis charus/ſubiungitur quia non erat uiſio manifeſta. Et hinc habes ꝙ de ſermone prophetico dicitur ꝙ erat charus/& non de ſermone doctrinæ:nam uiſio manifeſta ad ꝓphetiam ſpectat. Erant itaq; tunc temporis & apparitiones in ſomnis & ecſtaſes in uigilia & inſpirationes internæ,ſed non uiſiones tales quæ eſſent manifeſtæ reuelationes diuinæ.

¶ Et fuit in die quadam/heli doꝛmiebat in loco ſuo:⁊ oculi eius caligauerant.Iuxta hebræum habetur. ⁊ oculi eius inceperãt caligare. Non plena obſcuritas ſed inchoata oculorum obſcuratio ſignificatur. nec poterat videre lucernam.Quia litera iſta diuerſimode contexitur/referenda eſt ut iacet in hebræo. non poterit ad videndum ⁊ lucernã elohim ante extinguetur/⁊ ſemuel iacens ĩ templo iehouah in quo erat arca dei.Libra prudẽs lector tot ꝯiũctiões copulatiuas/& ꝙ lucerna nullũ articulũ demõſtrantem cuius caſus ſit habet: & deinde elige quam malueris cõſtructionem.Mihi quidem uidetur ꝙ ad explicandum qualis fuerit caligatio oculorum heli tunc/dictum ſit non poterit ad uidendum &(pro etiam)lucernã elohim ante extinguetur:hoc eſt cum eſſet prope extinctionem:ita ꝙ quãuis poſſet uidere lucernam elohim plene ardentem & lucentem/ non tamen poterat uide-

re eam minus ardentem minuſq; lucentem cum propinqua erat extinctioni. Et
hic ſenſus nihil habet ſuperflui:& ad differentiam ſubiungendæ in capitulo quar-
to obſcurationis oculorū eiuſdem heli in fine uitæ eius/ narratur. Quod autē di-
citur ſamuelem dormiſſe in templo/non ſignificat ꝙ intra tabernaculum dei ia-
ceret, ſed intra habitaculum quod erat iuxta templum . in ipſum enim templum
nefas erat etiam ingredi leuitas. Vocauitq; dominus ſemuel:qui re-
ſpondens ait/ecce ego. Et cucurrit ad heli/ ⁊ dixit ecce ego quia
vocaſti me:qui dixit,non vocaui te/reuertere ⁊ dormi : ⁊ abijt ⁊
dormiuit. ¶ Et adiecit dn̄s vocare rurſuꝫ ſemuel:cōſurgenſq; ſe
muel abijt ad heli ⁊ dixit/ecce ego quia vocaſti me : qui reſpon-
dit , non vocaui te fili mi/reuertere ⁊ dormi. Ex eo ꝙ non diſcernebat
ſamuel unde uocaretur,inſinuatur ꝙ dormiens uocabatur/& ipſa uocantis uoce
nomine proprio excitabatur a ſomno. Et quia ad heli ibat ut uocantem/inſinua
tur ꝙ uox diuina ſonabat heli uocantem. Porro ſemuel nondum noue-
rat dominum/neq; reuelatus fuerat ei ſermo domini . Adiecit hoc
author libri/tum ad declarandū ꝙ iſta fuit prima reuelatio diuina facta ſamueli:
tum ad reddendum rationem quare ſamuel fallebatur/putans ſe uocari ab heli.
Neſcire autem dominum intellige notitia experientiæ.non.n.expertus fuerat do
minum alloquentem/ꝗuis audiſſet & crederet deum allocutum fuiſſe moſem &
prophetas. Et ratio huiuſmodi inſcitiæ ſubiungitur/ quia ſermo diuinus adhuc
non erat ei manifeſtatus . ¶ Addiditq; dominus vocare ſemuelem
tertio:qui conſurgens abijt ad heli ⁊ ait/ecce ego qa vocaſti me:
⁊ intellexit heli ꝙ dominus vocaret puerum. Et dixit heli ad ſe-
muel/vade ⁊ dormi:⁊ ſi deinceps vocauerit te,dices loquere do
mine quia audit ſeruus tuus. Ex eo ꝙ non dicit & ſi deinceps uocauero
te/inſinuatur ꝙ heli quod intellexit manifeſtauit ſamueli: vcꝫ ꝙ deus uocauerat
eum.& propterea dicit & ſi deinceps uocauerit te. abijtq; ſemuel ⁊ dormi-
uit in loco ſuo.

VEnitq; dominus ⁊ ſtetit. Niſi tribus uicibus uocaſſet per modum
tranſeuntis,nequaꝗ̄ hac quarta uice deſcriberetur ſtetiſſe. ⁊ vocauit ſi-
cut vocauerat ſecundo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ vocauit ſicut vi-
ce in vice. hoc eſt ſicut qualibet priore uice. Et ſignificatur per hoc modus uo-
candi ſimilis prioribus : vcꝫ ꝙ uocauit eum per modum excitantis a ſomno. ſic
n.uocauerat eū prioribus uicibus. Deinde immediate ſequiť . ſemuel ſemuel.
Quanuis modus uocandi fuerit ſimilis prioribus, conduplicatio tamen proprij
nominis propria eſt huic quartæ uocationi. ⁊ dixit ſemuel / loquere quia
audit ſeruus tuus. Non ſolum ex modo uocandi ſimili prioribus ſed etiam
ex hac ſamuelis obedientia exequentis præcæptum heli/inſinuatur ꝙ uigilans ſa
muel reſpondit deo. ſi enim dormiſſet/ caruiſſet arbitrio libero reſpōdendi ut heli
iuſſerat. Expergefactus itaq; ſamuel/ſenſibili uoce dixit loquere quia audit ſer-
uus tuus .

¶ Et dixit dominus ad ſemuel. Quia inferius in hoc eodē capitulo di-

Digitized by Google

uinus iſte ſermo appellatur uiſio/ideo hoc diuinum dicere internũ fuit. Ita ꝙ ui-
gilanti ſamueli non exteriore uoce non ſenſibili ſermone / ſed interna apparitiõe
deus locutus eſt:quemadmoduȝ apparet nobis dormientibus aliquis loquens.
Et hinc perpendimus a quanta excellentia prophetiæ incœperit ſamuelis gratia
prophetica.cælſus enim prophetiæ gradus eſt/uigilantem hominẽ uidere & au-
dire intus deum loquentem ſibi. ecce ego facio verbum in iſrael. Pro-
pter propinquam executionem utitur præſenti tempore. quod quicunqȝ au
dierit/tinnient ambe aures eius. ob ſtuporem rei auditæ. In die illo
ſuſcitabo aduerſus heli omnia que locutus ſum ſuper domũ eiꝰ:
per uirum dei quem miſi ad heli. incipiam ⁊ complebo. Parui refert ꝙ he-
braice habetur. incipiendo ⁊ finiendo. ut intelligeretur ꝙ nõ ſolum cito exe-
queretur incipiendo ſed ꝙ etiam proſequeretur uſqȝ ad finem. Predixi enim
ei ꝙ iudicaturus eſſem domum eius in eternum propter iniqui-
tatem eius:eo ꝙ nouerat indigne agere filios ſuos. Iuxta hebræum
habetur. Et indicabo ei ꝙ ego iudicans domum eius in ſeculum:
in iniquitate quam ſciuit/quia blaſphemantes eis filij eius. Sa-
crilegia filiorum ſuperius ſcripta circa diuinas uictimas appellant blaſphemiæ.
Pronomen autem eis demonſtrat proprie ſacerdotes. irrogabant.n. ignominiam
magnam quaſi blaſphemiam ſacerdotibus omnibus. ⁊ non corripuit eos.
Hebraica dictio ſignificat ꝓhibere poſthabita ratione honoris eius cui fit inhibi-
tio. In hoc.n.peccauit heli ꝙ quanuis arguerit filios/non tamen ſic ut honorem
dei præpoſuerit honori filiorum. noluit.n.confundere filios:ut ſuperius dicta per
prophetam ad heli teſtantur. Et idcirco iuraui domui heli/ſi expiabi-
tur iniquitas domus heli ſacrificio ⁊ munere vſqȝ in ſeculum.
Ad manifeſtandum immobilitatem diuinæ ſententiæ ſcribitur iuramentum.

Dormiuit autem ſemuel vſqȝ mane/aperuitqȝ oſtia domus
domini. Intellige oſtia atrij in quo erat altare holocauſtorũ. hæc.n.oſtia
aperienda erant ut iuge ſacrificium mane celebraretur. ⁊ ſemuel timebat in-
dicare viſionem heli. Sic etiam hebraice habetur. & præſcripta reuelatio fa-
cta ſamueli appellatur uiſio. Vocauitqȝ heli ſemuelem ⁊ dixit/ ſemuel
fili mi: qui reſpondens dixit/ecce ego. Et dixit/ qs eſt ſermo quẽ
locutus eſt ad te: oro te ne celaueris me: hec faciat tibi deꝰ ⁊ hec
addat. Parui refert ꝙ hebraice habet. ſic faciet tibi elohim ⁊ ſic addet/
ſi abſconderis a me verbum ex omni verbo quod locutꝰ ẽ ad te.
Interpres.n.ſæpiſſime mutat ſic in hæc. & ſunt uerba adiurãtis cum imprecatio-
ne/ut conſueuerunt homines dicere. Indicauitqȝ ei ſemuel omnia ver-
ba/⁊ non abſcondit ab eo: cui ille reſpondit/dominus eſt. Hebrai-
ce habetur. iehouah ipſe/bonum in oculis ſuis faciet. Verba optimæ
patientiæ ſunt. agnoſcit.n.ipſum eſſe fontẽ omnis eſſe: & humiliter ſuſtinendũ fa-
tetur qcqd bonum cenſetur diuino iudicio.

Creuit autem ſemuel/⁊ dominus erat cum eo: ⁊ non cecidit
ex omnibus verbis eius in terram. Narrato initio ꝓpheticæ gra-

Digitized by Google

tiæ in ſamuele/narrat conſequenter authoꝛ libri gratiam propheticam in eodem
poſtq̄ creuit.& ſummarie deſcribit & deum fuiſſe cum ipſo/& uerba eius ꝓphe-
tica fuiſſe impleta,& effectum ſubſecutæ gloriæ:vz. Et cognouit totꝰ iſra-
el a dan vſq; beer'ſcbah q; fidelis ſemuel pꝛopheta eſſet domini.
Clarius habetur hebraice. q; fidelis ſemuel in pꝛophetam iehouah . in
caſu datiuo. Ad differentiam prophetarum fallacium loquentium ex parte dei/
dicitur q; ſamuel agnitus eſt fidelis in officio prophetæ relatiue ad ſummū deum:
hoc eſt q; non fallebat dicendo ſe habere reuelationem diuinam quæ uere non eſ-
ſet diuina.hic enim effectus profectus eſt ex eo q; omnes prophetiæ ſamuelis ad-
implebantur. Et addidit dominus vt appareret in ſilo. Non de una
ſola ſuperueniente uiſione dicitur , ſed ſummarie multiplicatæ apparitiões diui-
næ factæ in ſilo ſcribuntur . & dicitur in ſilo ad differentiā aliarum uiſionū quas
habuit ſamuel poſtq̄ receſſit a ſilo.quoniam reuelatus fuerat dominus
ſemueli in ſilo. Simul manifeſtatur cui apparuit deus in ſilo (vz ſamueli)
& ratio cogniti ſamuelis ab uniuerſis: quia. in verbo iehouah. ex eo.n.q; ni
hil prophetabat ſamuel quod non eueniret/agnoſcebatur ſamuel loquens in uer
bo domini.dederat.n.deus in deuteronomio ſignum prophetæ non ſui/ſi ꝓphe-
ta ille dixiſſet aliquid falſum. ⁊ euenit. Iuxta hebræum habetur . ⁊ fuit ver-
bum ſemuelis vniuerſo iſraeli. Ad quos extenſus eſt ſermo propheticus
ſamuelis deſcribitur .

CAPVT .IIII.

EGreſſus eſt autem iſrael in occurſū pheliſthim ad bel
lum,⁊ caſtrametati ſunt iuxta lapidem adiutoꝛij. hoc
eſt locum illum q poſtea appellatus eſt lapis adiutory.peliſthim
autem caſtrametati ſunt in aphec. Et ſtruxerunt aciē
peliſthim contra iſrael / ⁊ inito certamine ceſus eſt iſrael coꝛam
peliſthim : ⁊ percuſſerunt in acie in agro circiter quattuoꝛ millia
viroꝛum.

ET venit populus ad caſtra,dixerūtq; ſenioꝛes iſrael cur p-
cuſſit nos dominus hodie coꝛam peliſthim: accipiamus ad
nos de ſilo arcam federis domini/⁊ veniat in medium noſtri vt
ſaluet nos de manu inimicoꝛum noſtroꝝ. Deuota intentio ac cōmen-
danda ſpes / ſi facta reſpondiſſent intentioni ac ſpei.Fiducia.n .in arca domini
q̄uis in ſe bona ac ſancta ſit , inſufficiens tamen eſt niſi bonis operibus compro-
betur.recurrerunt iſti ad exteriorem cærimoniam omittentes internam pœniten
tiam peccatorum ſuorum.& in hoc peccauerunt/relinquentes uerā cauſam pcuſ
ſionis eorum. Miſitq; populus in ſilo , ⁊ tulerunt inde arcam fe-
deris domini exercituum. Iam dictum eſt q; hebraice habetur.iehouah
exercituum/ſedentis ſuper cherubim. Parui refert q; hebraice habetur.
ſedentis cherubinoꝛum. Ad literā quia propitiatorium quod erat in tem-

plo uelut ſedes dei/ſuſtentabāt duo angeli aurei, ideo appellat̃ deus ſedens cherubinorum. Verum ex his figuris moſes docuit ꝙ deus regnat quiete ſuper omnes cherubinos & ſeraphinos & uniuerſam cœli militiam. & propterea quo ad ſignificatum optime dicitur ſedens (hoc eſt quiete regnans) in omnibus ſupnis ſpiritibus/per cherubinos inſinuatis. erantqꝫ ibi duo filij heli cum arca federis domini/cophni ⁊ pinchas. Cumqꝫ veniſſet arca federis domini in caſtra, vociferatus eſt totus iſrael vociferatione magna: ⁊ perſonuit terra. Audieruntqꝫ peliſthim vocem vociferationis/⁊ dixerunt que eſt vox vociferationis huius magne ĩ caſtris hebreorum? ⁊ cognouerũt ꝙ arca domini veniſſet ĩ caſtra. ⁋ Timueruntqꝫ peliſthim/ quia dixerunt venit deus in caſtra. Nomen eſt elohim: quod in ſubiũctis peliſthinorum uerbis bis repetit̃. ⁊ dixerunt, ve nobis quia non fuit ſicut hoc heri ⁊ nudiuſtertius. Ve nobis/quis nos ſaluabit de manu deorum fortium iſtoꝝ: hi ſunt dij qui percuſſerunt egyptũ omni plaga in deſerto. Manifeſti apud peliſthinos timoris uerba ſunt propter fortitudinem elohim iſrael/quam cõfitentur ex percuſſione ægyptiorum in deſerto: hoc eſt in mari rubro perſequentibus ægyptijs iſraelem euntem in deſertum. Confortamini ⁊ eſtote viri peliſthim/ne ſeruiatis hebreis ſicut ipſi ſeruierunt nobis: eſtote viri ⁊ bellate. Poteſt iſta uox eſſe eorundem timentiũ: ut timor ipſe q eſt pater conſilij, induxerit eos ad exhortandum omnes ad uiriliter agendũ contra tam fortem inimicum/ex quo præliari oportebat ne ſeruirent iſraelitis. Poteſt nihilominus uox hæc eſſe aliorum peliſthinoruꝫ arguentium timentes quoſdã peliſthinos q dixerant ue nobis &c.

Pugnaueruntqꝫ peliſthim, ⁊ ceſus eſt iſrael/⁊ fugit vnuſqſqꝫ in tentorium ſuum: ⁊ facta eſt plaga magna valde/⁊ ceciderunt de iſrael triginta millia peditum. Et arca dei capta eſt. Nomen ſcribitur elohim/ ut iuſto dei iudicio ſcribat̃ capta arca. duoqꝫ filij heli mortui ſunt/cophni ⁊ pinchas. Ecce adimpletum ſignum datum heli de morte filiorum uno die. Cucurritqꝫ vir de biniamin ex acie/⁊ venit ĩ ſilo in die illa: ⁊ veſtes eius ſciſſe erant/⁊ terra ſuper caput eius. Cũqꝫ ille veniſſet, heli ſedebat ſuper ſellam cõtra viam ſpectãs: erat.n. cor eius pauens pro arca dei. Recte redditur ſenſus/ & eius ratio: tremor vꝫ cordis ſoliciti ꝓ arca elohim ne eueniret quod euenit. ⁊ vir venit annunciando ciuitati/⁊ vlulauit tota ciuitas. Et audiuit heli vocem clamoris/⁊ dixit que eſt vox tumultus huius? Vir autem feſtinauit ⁊ venit /⁊ nunciauit heli. Heli autem erat nonaginta ⁊ octo annorum: ⁊ oculi eius caligauerant ⁊ videre nõ poterat. Iuxta hebræum habetur. ⁊ oculos ſuos finiuit/⁊ non poterit ad videndum. Vide diſparitatem. ſuperius dixerat & oculi eius incœperant caligare: modo dicit & oculos ſuos finiuit. Et conſequenter ſuperius dixerat & nõ poterat ad uidendum etiam lucernam ante extinctionem: modo dicit & nõ po-

terit ad uidendum abſolute: ut intelligamus ꝙ erat penitus priuatus uiſu. Di-
xitq; vir ad heli/ego venio ex acie ⁊ ex acie fugi hodie: ⁊ dixit/que
fuit res fili mi? Reſponditq; nũcians ⁊ dixit: fugit iſrael coram
peliſthim/⁊ etiam plaga magna fuit in populo,⁊ etiã duo filij tui
mortui ſunt (chophni ⁊ pinchas) ⁊ arca dei capta eſt. Nomen eſt
elohim. & ſimiliter cum ſubiungitur.

Cumq; ille nominaſſet arcam dei, cecidit de ſella retrorſum
iuxta locum porte/⁊ confractuz eſt occiput eius ⁊ mortuus
eſt: ſenex.n.erat vir ⁊ grandeuus. Vbi etiam aduerte ſanctam mentem
heli/in hoc ꝙ nec audita ruina populi nec audita morte filiorũ motus eſt: ſed au
dita arca dei capta/uſq;adeo cõmotus eſt ut rueret retro & fracto occipite (ſeu
ut alijs placet fracta iunctura) mortuus eſt. ⁊ ipſe iudicauit iſrael quadra
ginta annis. Non ſolum pontificis ſed etiam iudicis functus eſt officio.

Nurus quoq; eius vxor pinchas pregnans ad pariendum/
audito nuncio ꝙ capta eſſet arca dei. Et hic quoq; nomen eſt elohim.
⁊ mortuus eſſet ſocer ei⁹ ⁊ vir eius, incuruauit ſe ⁊ peperit/ irrue
rant enim in eam dolores eius. In ipſo autem momento mortis
eius. Iuxta hebræum habetur. Et ſicut tempus mori eius. Non ſcribi-
tur mortua, ſed quaſi mortua/ſed acſi moreretur. nam ſubiuncta teſtantur ꝙ tũc
non eſt mortua. ſubiungitur.n.ꝙ ipſa non reſpondit nec animaduertit: ita ꝙ nec
intus nec extra tunc aduertit circa filium. & cum hoc ſubiungitur ꝙ nominauit
filium i'chabod: ergo redijt ad ſeipſam/& nomen impoſuit filio. non igitur tunc
mortua fuit. locute ſunt que ſtabant iuxta eã/ ne timeas quia filium
peperiſti: que non reſpondit nec animaduertit. Et vocauit puerꝫ
i'chabod. hoc eſt ubi honor / ſeu non honor. alterum.n. horum ſonat hebraica
dictio: quæ tamen nomen proprium illius uiri qui poſtea fuit ſacerdos/eſt. di-
cendo/tranſlata eſt gloria domini de iſrael. Iuxta hebræum habetur.
reuolutus ẽ honor ab iſrael. Ratio nominis impoſiti filio reddit. Et qua-
drat ratio utriq; ſenſui. nam reuolutio honoris ex iſrael/ſeruit & migrationi ſigni
ficatæ ubi honor/& negationi ſignificatæ non honor. quia capta eſt arca
dei. Iuxta hebræum tria hæc (videlicet capta arca/& ſocer & maritus) ſimul
ordinantur in caſu accuſatiuo immediate poſt illa uerba reuolutus eſt honor de
iſrael. Ita ꝙ ſubiungitur. ad eſſe captam arcam elohim ⁊ ad ſocerũ ſuũ
⁊ maritum ſuum. Et eſt ſenſus ꝙ impoſuit hoc nomen relatiue ad hæc tria.
Deinde immediate ſubiungitur. Et dixit: reuolutus eſt honor ab iſrael,
quia capta eſt arca elohim. Duo dixerat mulier: alterum eſt i'chabod/alte-
rum eſt reuolutus eſt honor ab iſrael. & in litera declaratur ad quid retulit mulier
ambo. Prius. n. declaratur ꝙ nomen infantis retulit ad tria: ad arcam / ad ſo-
cerum & ad maritum: modo declarat ꝙ reuolutionem gloriæ retulit ad arcam
elohim captam.

peliſthim

PHeliſthim aũt tulerũt arcã dei:⁊ aſportauerũt eã a lapi de adiutorij i aſdod. Tulerũtq; peliſthim arcã dei/⁊ itulerũt eã i domũ dagon:⁊ ſtatuerũt eã iuxta dagon. An cã honorandi arcã an cã honorãdi dagon poſuerint arcã dei iuxta dagon/incertũ eſt.utrũq;.n.intelligi põt.Primũ tñ magis inſinuat̃ ex ſitu:vz. ꝙ ad latus dagon iuxta hebraicã ueritatẽ poſuerũt eã. Secundũ aũt magis quadrat elatæ uictoriæ/ut arcã tãq̃ trophæa poſuerint corã dagon deo eoꝝ. Surrexerũtq; aſdodij in craſtino/⁊ ecce dagon ceciderat in faciẽ ſuaz in terrã corã arca dñi. Vere deus ſẽp utit̃ malis ad bonum. ⁊ tulerunt dagon/⁊ reſtituerũt eũ in locũ ſuũ. Et ſurrexerũt mane in craſtino/⁊ ecce dagon ceciderat in faciẽ ſuã i terram corã arca dñi. Vere mõſtrat deus iſrael nõ fuiſſe ſe uictũ a deo peliſthinoꝝ hoc manifeſto miraculo. caputq; dagon ⁊ due palme manuũ eiꝰ abſciſſe erãt ad limẽ/ porro dagon ſolꝰ truncꝰ remanſerat in loco ſuo. Iuxta hebræũ habet̃. tantũ dagon relictꝰ eſt ſup ipſum. Cõſidera prudens lector ꝙ hac ſecũda uice dagon cecidit i faciẽ ſuã ad terrã corã arca/& ꝙ caput & manus inciſæ ſup limen fuerunt:& ſic intellige textũ iſtũ ſonare nõ ꝙ dagon truncus relictus fuerit in loco ſuo (iã.n.dictũ eſt ꝙ cecidit in terrã ſup faciẽ ſuã)ſed ſonare ꝙ i ipſo idolo non remãſit niſi dagon:hoc eſt forma piſcis. apud hebræos ſiqdem dagon ſonat piſcem. Et aiunt idolũ illud fuiſſe idolũ hominis mixti piſci: ita ꝙ caput & manus erant hominis/reliquũ uero corpus erat piſcis. Et hoc ualde quadrat literæ hebraicæ/clare ſonanti tñ dagon relictus fuit ſuper ipſum. abſciſſis.n. membris humanis, tantũ piſcis relictus eſt in ipſo/ꝓſtrato corã arca dei. Propter hãc cãz nõ calcãt ſacerdotes dagon ⁊ oẽs q ingrediũt̃ domũ dagon ſup limẽ dagon in aſdod/ vſq; i preſentẽ diẽ. Ex uſu deinceps ingredientiũ templũ dagon i ciuitate azoti/manifeſtat ſeruari memoriã tãti miraculi. Aggrauata ẽ aũt manꝰ dñi ſup aſdodios/⁊ demolitꝰ ẽ eos: ⁊ percuſſit eos mariſcis/aſdod ⁊ fines eiꝰ. Primũ ꝑcuſſit deus peliſthinoꝝ deũ:deinde ꝑcutit homines ciuitatis azoti. Et ebullierũt ville ⁊ agri i medio regiõis illiꝰ/⁊ nati ſunt mures:⁊ facta eſt cõfuſio mortis magna i ciuitate. Vniuerſa hæc clauſula ſupflua ẽ:nã in hebræo nõ habetur.

VIdentes aũt viri aſdodij hmõi plagã/dixerũt: nõ maneat arca dei iſrael apud nos. Nomẽ eſt elohe iſrael. & idẽ nomẽ repetit̃ in ſubſequẽtibus ter. qa dura ẽ manꝰ eiꝰ ſup nos ⁊ ſup dagon deũ nr̃m. Miſeruntq; ⁊ cõgregauerunt oẽs ſatrapas peliſthinoꝝ ad ſe, ⁊ dixerũt qd faciemꝰ arce dei iſrael: rñderũtq; ghethei circũducat̃ arca dei iſrael/⁊ circũduxerũt arcã dei iſrael. Et fuit poſtq̃ circũduxerũt eã/fuit manꝰ dñi ſup ſingulas ciuitates. Iuxta hebræũ hr̃. i ciuitatẽ cõtritione magna valde. Veꝝ an ſit ſermo de ſola ciuitate geth/an ut iterpres itellexit de ſingulis ciuitatibus, nõ ẽ ꝑſpicuũ. nã & iferius ubi uulgata æditio hẽt. ⁊ ꝑcutiebat viros vniuſcuiuſq; vrbis. iuxta hebræũ hr̃. ⁊ ꝑcuſſit viros ciuitatis a ꝑuo vſq; ad magnũ. Iuxta tamẽ ordinẽ

Digitized by Google

hæc ciuitas geth ſignificari uidet/ex eo ꝙ ſubiūgit miſſio arcæ ad hec'ron. ⁊ cō-
putreſcebāt ꝓminētes extales eoꝝ. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ fuerūt abſcō
dite eis mariſce. Ad īteriora corporis retracta plaga mariſcaꝝ deſcribit. Qđ
aūt ſubdit in uulgata æditiōe. Inieruntqȝ gethei cōſiliū, ⁊ fecerūt ſibi
ſedes pelliceas. ſupfluū eſt.nā in hebræo nō habetur:ſed ſtatim ſubditur.

ET miſerunt arcā elohim in hec'ron. Idemqȝ elohim nomen repetit
in aduentu arcæ in hec'ron. cum uero dicit circunduxerūt ad me arcaȝ dei
iſrael/nomē ē elohe:& ſimiliter cū ſubdit dimittite arcā dei &c. cūqȝ veniſſet
arca dei in hec'ron, exclamauerunt hec'ronite dicendo/circūdu-
xerūt ad me arcā dei iſrael ad interficiendū me ⁊ populuȝ meum:
Miſeruntqȝ ⁊ cōgregauerunt oēs ſatrapas peliſthinoꝝ ⁊ dixe-
runt/dimittite arcā dei iſrael ⁊ reuertatur ī locū ſuū ⁊ nō interfi-
ciat me ⁊ populū meum: erat. n. pauor mortis in omni ciuitate.
Iuxta hebræū ſcribit paſſio quædā qua homines fiūt attoniti. & ſcribit hæc paſ-
ſio nō qualiſcūqȝ ſed mortalis/ita ꝙ in qualibet ciuitate multi moriebantur ſic. ⁊
grauiſſima valde manꝰ dn̄i dei. Iuxta hebræū habet. aggrauauit val
de manꝰ elohim ibi. hoc eſt in qualibet ciuitate. Et viri q̄ non fuerant
mortui/ꝑcuſſi ſunt mariſcis: aſcenditqȝ clamor ciuitatis ī celū.

CAPVT .VI.

FVit aūt arca dn̄i ī regione peliſthinoꝝ ſeptem mēſibꝰ:
Vide ꝙ a principio cœpit deus ꝑcutere peliſthinos, inchoando a da-
gon eoꝝ deo & ꝓſequendo ī populis. Vocauerūtqȝ peliſthini
ſacerdotes ⁊ diuinos dicendo. Poſtremū conſiliū fuit hoc. qđ
faciemꝰ arce dn̄i: Nomē tetragrāmaton hic ſcribit nominatum a peliſthinis:
ita ꝙ fatent arcā illā eſſe arcā ſummi dei q̄ eſt fons eſſendi. Nec quærūt qđ facie-
mus de arca/ſed qđ faciemus arcæ. decreuerāt. n. mittere ipaȝ in locū ſuū in terrā
iſrael/& petūt qđ exhibendū ſit arcæ. Vnde & ſubiungūt. indicate nobis in
quo mittemꝰ ipſaȝ ad locū ſuū. ſic. n. habet hebraica ueritas. Et qcqđ intel
lexerint dicendo in quo mittemus, ꝑſpicuū tn̄ eſt ꝙ deliberauerāt mittere/ſed pe
tunt an uehenda curru an ab hominibus & cū quo honore.

¶ Qui dixerūt, ſi remittitis arcā dei iſrael. Nomen ē elohe. nō dimit
tite eā vacuā/ſed quod debetis ei reddite pro pctō. Parui refert ꝙ he
braice habet. qa reſtituendo reſtituetis ei aſam. hoc eſt ꝓ delicto. In leui
tico dictum eſt ꝙ chatath ſignificat quod offertur pro peccato/aſam uero ſigni-
ficat quod offertur pro delicto. & de hoc eſt ſermo in propoſito. tunc cura-
bimini/⁊ ſcietis cur non recedat manus eius a vobis. Duo pro-
mittunt: vȝ ſanitatem corporis & notitiam diuinæ animaduerſionis. ¶ Et
dixerūt/quod eſt aſam quod reſtituemus ei? ⁊ dixerunt/iuxta nu-
meꝝ ꝓuinciaꝝ. Iuxta hebræū habet non prouinciaꝝ/ſed. dn̄oꝝ peliſthi-
noꝝ. erant. n. qnqȝ principes peliſthinoꝝ. qnqȝ mariſce auree ⁊ qnqȝ mu
res aurei. Hic primū meminit ſcriptura alterius plagæ illate a deo ꝑ mures,

Digitized by Google

Qualis aūt fuerit plaga hæc/ſcriptura ſubiunget. qa plaga vna eſt oībus illis ⁊ ſatrapis vřis. Iuxta hebræū habet. ⁊ dominis vřis. Forte ſatrapæ uocant dñi. Facietiſq; imagines mariſcaꝝ vřaꝝ ⁊ imagines muriū vřoꝝ q demoliti ſunt terrā. Iuxta hebræū hr. deſtruentiū terraȝ. Ecce plaga ex muribus. ⁊ dabitis gloriā deo iſrael. Nomē eſt elohe. & aiūt non gloriā ſed honorem ſignificari: ſed in idem redit, qa honor redundat in gloriā. ſi forte releuet manuȝ ſuā a vobis ⁊ a diis vřis ⁊ a terra vřa. Tria pcuſſa colligūt: ve; homines/deū eoꝝ & terrā. Et hinc habet ꝙ ſacerdotes iſti & diuini accerſiti ad dandū conſiliū/non erant peliſthini ſed alienæ gentis. loquuntur. n. ad peliſthinos in ſecunda pſona: ſup uos/ſup elohe uřm / ſup terrā ueſtrā. Et ſubiungunt. Et qre aggrauabitis cor vřm ſicut aggrauauerūt egyptii ⁊ parho cor ſuū? Alienigenæ ergo erant ipſi exempti ab huiuſmodi plagis/a peliſthinorum populo deo & terra. Monitio aūt hæc nō indurandi cor reſpicit ad id quod dixerant date honorem elohe iſrael. niſi. n. difficiles exiſtimaſſent aut uidiſſent peliſthinos ad hanc humilitatem ut darent honorem elohe iſrael, nequaꝗ monuiſſent eos ne imitarent ægyptios & pharaonem. nōne poſtq; pcuſſus eſt. Vertit interpres actiuā in paſſiuā: qa actiua uox anceps eſt ad. opatus eſt. uel. illuſit. ſeu. irriſit in eis. pculdubio ægyptiis. dimiſerunt eos ⁊ abierūt? Et ſi legit opatus eſt/de operibus diuinis patratis in ægyptios eſt ſermo. ſi uero legitur illuſit, eædem diuinæ operationes ſignificantur ſub ſpecie illuſionis/ p quanto deus (ut etiā moſes ſcripſit) ad inſtar illudentis pharaoni differebat educere iſraelem de ægypto inferendo tot plagas: ut ibi declarauimus. Et nunc tollite ⁊ facite plauſtrū nouū vnum/ ⁊ duas vaccas lactantes qbus nō eſt impoſitū iugū: ⁊ ligate vaccas in plauſtro/ ⁊ reducite filios eaꝝ q ſunt poſt eas in domum. Tolletiſq; arcā dñi. Nomen eſt tetragrāmaton. fatent ſiqdem & iſti alienigenæ arcā illā eſſe arcā ſummi dei fontis eſſendi. ⁊ ponite eā in plauſtro, ⁊ vaſa aurea que reſtituiſtis ei p delicto/ponetis i capſella a latere ei9: ⁊ dimittite eā vt vadat. Et aſpicite, ſi via finiū ſuoꝝ aſcenderit in bethſemes/ipſe fecit nobis hoc malū magnū: ⁊ ſi nō, ſciemus ꝙ non manus eius tetigit nos / ſed accidens fuit nobis. Cōnumerant ſacerdotes ac diuini ſeipſos patientibus rōne amicitiæ. & diuino factū ē nutu ut humana præſumptiōe ſtatuerēt ſibiipſis ſignū diſcernēdi authorē plagaꝝ illaꝝ/an fuerit deus iſrael an caſu euenerint iſtæ plagæ ſimul cū arca dei.

FEceruntq; viri ſic: ⁊ tulerunt duas vaccas lactantes ⁊ ligauerunt i plauſtro/ ⁊ filios eaꝝ recluſerūt domi. Et poſuerunt arcam dei ſuper plauſtrū: ⁊ capſellā ⁊ mures aureos ⁊ imagines mariſcarū ſuaꝝ. Et direxerūt ſe vacce i viā que ducit bethſemes, itinere vno iuerunt eundo ⁊ mugiendo/ ⁊ non declinauerunt ad dexteram ⁊ ad ſiniſtram: ⁊ ſatrape peliſthinoꝝ iuerunt poſt eas vſq; ad terminum bethſemes. ¶ Porro bethſimſite metebant triticum i valle: ⁊ cū eleuaſſent oculos ſuos viderunt

arcam/⁊ gauiſi ſunt cū vidiſſent. Legendū eſt. ad videndū. Peccatum deſcribit̃ bethſemitaꝝ/ non ꝙ primū uiderint arcā dei ſed ꝙ lætati ſunt ad uidendū eam. nunꝗ̄.n. ſecundū legem populus uidebat arcā dei: immo & leuitæ non niſi inuolutā a ſacerdotibus uidebant eā cū uecturi eſſent illā: ut patet nu. 4. ubi clare mors ſcribitur imminere ſi aliter uiderint eā. Lætitia itaqꝫ ad uidendū (quæ & perſeuerantiam & concurſum ad uidendum arcam dei inſinuat) culpat̃. Et plauſtrum venit in agrū iehoſue bethſimſite ⁊ ſtetit ibi/⁊ ibi erat lapis grandis: cecideruntqꝫ ligna plauſtri/⁊ vaccas immolauerunt in holocauſtum domino.

Et leuite depoſuerunt arcā dn̄i. Quamuis errauerint circa uiſionē nō errauerunt tn̄ circa tactū: ucꝝ & hic quia nihil dicitur de adhibito uelamine/ leuitaꝝ quoqꝫ peccatū omittendo uelare arcā non caret ſuſpitione. ⁊ capſellā que erat cum ea in qua erant vaſa aurea/⁊ poſuerunt ſuper lapidem grandem: homines autem bethſimſite obtulerunt holocauſta ⁊ immolauerunt victimas in die illa domino. Et quinqꝫ ſatrape peliſthinorum viderunt: ⁊ reuerſi ſunt in hec'ron in die illa.

Iſte autem ſunt mariſce auree quas reddiderunt peliſthim pro delicto domino: pro aſdod vna/ pro hazza vna/ pro aſcelon vna/ pro ghath vna/ pro hec'ron vna. Et mures aurei ſecundum numerum ciuitatum peliſthim quinqꝫ prouinciarum. Legendum eſt. quinqꝫ dominorum a ciuitate murata vſqꝫ ad villaꝫ abſqꝫ muro. Et eſt ſenſus ꝙ licet ani aurei fuerint quinqꝫ/numerus tamen murium fuit longe maior: quia fuit iuxta numerum non ſolum ciuitatum ſed etiam iuxta numerum uillarum quas poſſidebant quinqꝫ principes peliſthinorum. Declarando autem uſqꝫ ad quem terminum extenderentur iſtæ uillæ/ ſubiungitur. ⁊ vſqꝫ ad abel magnū ſuper quem poſuerunt arcā domini/ vſqꝫ ad diem hanc in agro iehoſue bethſunſite. Dictio abel apud hebræos ſonat luctum uel planiciem. & ſi quidem legitur planicies, ſenſus eſt ꝙ numerus murium fuit iuxta numerum etiam uillarū quæ erant uſqꝫ ad planiciem magnaꝫ ſuper quam poſuerunt arcam domini. Ita ꝙ a quattuor deſcribitur ubi poſita eſt arca. primuꝫ a lapide magno tanꝗ̄ loco ꝓpryſſimo: deinde ab agro ioſuæ tanꝗ̄ loco prædicti lapidis: tertio a magna planicie tanꝗ̄ loco cōmuni cuius pars erat ille ager: & demum a ciuitate bethſemes tanꝗ̄ a proprietate territorij. Si autem legeret̃ luctus, non poteſt legi ut luctus eſt nomen appellatiuū: qa diſcordaret in genere cum adiectiuo magnū: nam hebraice adiectiuū hoc eſt fœminini generis. Sed oporteret legere luctū ut nomen proprium ciuitatis. ita ꝙ ipſa bethſemes appellet̃ luctus grandis propter ſubſecutum in ea magnum luctum/& ad differentiam alterius abel paruæ ex qua clamauit mulier ad ioab. Prima tamen expoſitio quadrat literæ: nec eget hac adinuentione noui nominis ciuitatis bethſemes. elige tamen quod malueris.

Percuſſit autē de hominibus bethſemes/ eo ꝙ vidiſſent arcaꝫ domini. Nihil refert ꝙ hebraice habetur. quia viderunt in arca ie⸗

Digitized by Google

houah. ſignificatur.n.non ꝙ uiderint interiora arcæ, ſed ꝙ curioſe inſpexerint in ea quæ elaborata erant ab artificibus tempore moſis in ea. ⁊ percuſſit de populo ſeptuaginta viros ⁊ quinquaginta millia plebis. Iuxta hebræum legendum eſt. ⁊ ꝑcuſſit in populo ſeptuaginta viros/quinquaginta millia virorum. Nec habetur ꝙ aliqui fuerint ex plebe & aliqui ex populo. ſed minor numerus ſæpe præponitur maiori: ſicut conſueuimus dicere ſeptuaginta uiros ſupra quinquaginta millia uirorum. luxitq́ʒ populus/ quia percuſſit dominus populum plaga magna. Et dixerunt viri bethſemes: quis poterit ſtare in conſpectu domini dei ſancti huius? Iuxta hebræum habetur. in conſpectu iehouah elohim ſancti huius? Nominant deum primum nomine proprio/deinde nomine iudicis/& demum a mundicia, uidentes iudicia eius ꝓficiſci a ſumma mundicia: qa tanq̃ indignos tanta mundicia percuſſit populum. Et uere indigni erant ut uiderent arcam tam ſanctam/& uelut rem prophanam tractauerunt eam cócurrendo ad uidendum eam. ⁊ ad quem aſcendet a nobis? Miſeruntq́ʒ nuncios ad habitatores cir'iath iebarim dicendo. Nomen eſt ciuitatis/ſonans latine ciuitatem ſyluarum: & eſt in ſorte tribus iudæ. reduxerunt peliſthim arcam domini, deſcendite/facite aſcendere eam ad vos.

CAPVT .VII.

VEnerunt ergo viri cir'iath iebarim, ⁊ aſcendere fecerũt arcã dñi/⁊ intulerũt eã ĩ domũ abinadab ĩ ghibha. Alias diximus ꝙ ghibha qñq́ʒ ẽ nomen propriũ/ & qñq́ʒ eſt nomẽ appellatiuũ ſignificãs collẽ. Hic aũt ẽ nomẽ appellatiuũ. niſi.n.ciuitatis una pars fuiſſet collis/altera planicies, nõ diceret̃ in colle: ſed ad deſcribendũ in qua parte ciuitatis erat domus abinadab/dicit̃ ꝙ intulerũt eã ĩ domũ abinadab ĩ colle. Et hoc eſt rõnabilius q̃ʒ intelligere collẽ eſſe ſuburbanuʒ ciuitati. minus.n.fuiſſet honorata arca: qm̃ ſecundũ legẽ moſis debebat eẽ in medio populi. Et tu prudẽs lector aduerte ꝙ ĩ hoc loco fuit arca dei poſtq̃ʒ ex bethſemes trãſlata eſt: fuit inquã & ꝑmo & ultimo uſq́ʒquo dauid rex trãſtulit eã. manifeſte ſiqdẽ ſcriptura teſtat̃ utrũq́ʒ: nã & hic narrat de bethſemes deductã in cir'iath iebarim in domũ abinadab ĩ colle/&.2.reg.6.&.1.paral.13. clare dr̃ ꝙ ex hoc loco trãſtulit ipaʒ dauid. An aũt medio tpe fuerit arca dei alibi, alia quæſtio eſt/tractãda ubi fiet mentio de arca alibi exiſtente. Aduertãt tñ ſtudioſi in ſacra ſcriptura/nullã poſt hanc legi tranſlationem arcæ ante traſlationẽ factã a dauide: quãuis legat̃ arca ſemel deducta in caſtra tpe ſaulis.1.reg.14. ⁊ elhazar filiũ ei⁹ ſcrificauerunt vt cuſtodiret arcam dñi. Leuiticæ ſtirpis fuiſſe abinadab/ex officio cuſtodiẽdi arcam domini inſinuat̃. ritus aũt ſanctificandi/ſcriptus eſt in leuitico.

ET fuit a die qua manſit arca ĩ cir'iath iebarim/multiplicati ſunt dies: erat quippe iam annus vigeſimus. Iuxta hebræum hr̃. multiplicati ſunt dies ⁊ fuerunt ãni viginti. hoc eſt a die quo fuit

arca in cir'iath iebarim/tranſierunt multi dies ita ꝙ fuerunt anni uiginti. Et ſignificatur tempus ſubiunctarum actionũ populi & ſamuelis: ꝙ veꝫ fuerint infra uiginti annos a die manſionis arcæ in cir'iath iebarim. Hic.n.ſenſus quadrat rebus geſtis & ſolicitudini ac bonæ famæ ſamuelis: ut ꝙ̃primũ potuerit poſtq̃ ceſſauit clades bethſemitarum/per uiginti annos nõ deſtiterit uacare ijs quæ ad ſalutem erant populi. ⁊ requieuit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ luxerunt omnis domus iſrael poſt iehouah. Ecce prima actio populi infra iſtos uiginti annos: & eſt actio pœnitentiæ ꝓpter offenſum deum. ab hac.n. incipit ſamuel conuertere populum peccatorem.

¶ Ait autem ſemuel ad vniuerſam domum iſrael dicendo: ſi in toto corde veſtro reuertimini ad dominuꝫ, auferte deos alienos de medio veſtri ⁊ baſtharoth, ⁊ preparate cor veſtrum domino ⁊ ſeruite ei ſoli/⁊ liberabit vos de manu peliſthinorum. Ecce ſecunda actio in illis annis. Et uere conſequenter ſe habet hæc ſecunda ad primam. uera.n. pœnitentia non eſſet niſi abijcerent deos alienos. Abſtulerunt ergo filij iſrael behalim ⁊ baſtharoth: ⁊ ſeruierunt domino ſoli. Hinc clare apparet ꝙ infecti erant idolatria multiplici filij iſrael.

¶ Dixitqꝫ ſemuel: congregate vniuerſum iſrael in mizpã. Ecce tertia actio in illis annis. & eſt proculdubio ſermo de maſpha in tribu iudæ. Vt orem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ orabo pro vobis ad dominum. finis enim huius congregationis (ut ſubiungitur) non fuit oratio ſamuelis, ſed communis ac publica abrenunciatio idolatriæ cuꝫ confeſſione & ſatisfactione. Dicendo autem & orabo pro uobis ad iehouah/non pontificis officium uſurpat. tum quia propheta erat/& ut propheta oraturus erat ad iehouah. tum quia non fiebat hæc oratio in templo dei: nam tabernaculũ dei erat in ſilo/& arca erat in cir'iath iebarim: hæc autem congregatio fiebat in maſpha / ubi nunq̃ ſcriptura tradit fuiſſe arcam aut tabernaculum. Et congregati ſunt in mizpã/⁊ hauſerunt aquam ⁊ effuderunt in conſpectu iehouah. Noua eſt hæc cærimonia/ad ſignificandũ ſenſibili ſigno totalem abdicationem idolatriæ. ad hoc enim hauſtam aquam publice effuderunt coram deo: ut quemadmodum aqua ſic abijcitur ꝙ nihil eius remanet in uaſe (nõ color/nõ odor/non ſapor) ita monſtrabãt ſe ſic abdicare idolatriã ut nihil eius in ipſis remaneret. Quod autem dicitur in conſpectu iehouah, ad teſtimonium ſpectat ꝙ in ueritate ita intus ſe habebant quemadmodum foris effundendo aquam ſignificabant. acſi dictum fuiſſet ꝙ effuderunt aquam inuocãdo deum teſtem/ſeu tanq̃ in præſentia dei inſpicientis corda. ⁊ ieiunauerunt die illo, ⁊ dixerunt ibi/peccauimus iehouah. in caſu datiuo. Collige has actiones: & perpende confeſſionem dicendo peccauimus iehouah/ſatisfactionem uero ieiunando: ſignum autem ueræ cõtritionis effuſionem aquæ in conſpectu dei. Et hic fuit finis congregationis iſtius in maſpha. fuit.n. conſummatio ueræ pœnitentiæ/& confirmatio populi ſubiudicio ſamuelis. propter quod ſubiungitur. iudicauitqꝫ ſemuel filios iſrael in mizpa. Ex qua ſententia habes tum ꝙ ſamuel fuerit iudex. tũ ꝙ a ſamuele

tanq̃ propheta inductus eſt populus ad hanc publicam profeſſionem pœnitentiæ. tum ꝙ exinde incœpit eſſe iudex qui prius erat dũtaxat propheta. ad hoc .n. inſinuandum ſcribitur officium iudicis in ſamuele primum in maſpha/congregato ibidem populo ad profeſſionem pœnitentiæ.

ET audierũt peliſthim ꝙ cõgregati eſſent filij iſrael in mizpã/ ⁊ aſcenderunt ſatrape peliſthim ad iſrael. Suſpicantes cõgregationem iſraelis parituram rebellionem/parauerunt ſe ad prælium. audierũtqꝫ filij iſrael / ⁊ timuerunt a facie peliſthim. Et dixerunt filij iſrael ad ſemuel: ne ceſſes pro nobis clamare ad dominum deum noſtrum/vt ſaluet nos de manu peliſthim. Cõfidebant in ſamuelis oratione quia propheta domini erat. Tulitqꝫ ſemuel agnum lactis vnuꝫ/ ⁊ obtulit illum holocauſtum totum domino. Certe uides ſamuelẽ non ſacerdotem ſed leuitam (prophetam tamen) & offerre holocauſtum & extra locum tabernaculi domini: vcꝫ in maſpha. ⁊ clamauit ſemuel ad dominum ꝓ iſrael. non exterioris uocis ſono/ſed magna cordis deuotione. ⁊ exaudiuit eum dominus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ reſpondit ei domin⁹. Forte tamen reſpondere pro exaudire ponitur. nam hebræi nullum uerbum habent ſignificans proprie exaudire. Et fuit cum ſemuel offerret holocauſtum domino/peliſthim iniere prelium contra iſrael: intonuit autem dominus. Cerne hic quantum ualeat oratio prophetæ ad debellandos hoſtes. fragore magno. Hebraice habetur. in voce grandi in die illa ſuper peliſthim. Magna tonitrua ſonaſſe aduerſus peliſthinos ſignificatur. Effectus autem eoruꝫ ſubiungit᷑. ⁊ exterruit eos/⁊ ceſi ſunt a filijs iſrael. Iuxta hebræum habetur. ⁊ reddidit eos attonitos/ ⁊ fuerunt mortificati in conſpectu iſraelis. Deus pugnauit primum tonitruis/cum efficacia reddendi peliſthinos attonitos & mortificandi eos. Et hinc conycitur non fuiſſe tonitrua pura ſed etiam fulmina. ¶ Egreſſiqꝫ ſunt homines iſrael de mizpa/⁊ perſecuti ſunt peliſthinos. Hinc apparent duo. alterum ꝙ peliſthini prælium inierant aduerſus ipſam ciuitatem maſpha: alterum ꝙ iſraelitæ uidentes peliſthinos reiectos a deo / egreſſi e ciuitate ꝑſecuti ſunt fugientes. ⁊ ꝑcuſſerũt eos vſqꝫ ad locum q̃ eſt ſub beth'char. Primæ duæ ꝑcuſſiões fuerunt a deo: hæc autem tertia fuit humanis manibus effecta. Tulit autem ſemuel lapidem vnum/ ⁊ poſuit eũ inter mizpã ⁊ inter ſen, ⁊ vocauit nomen eius lapis adiutorij: dixitqꝫ/huc uſqꝫ auxiliatus eſt nobis dominus. Hic eſt locus cuius mentio facta eſt ſuperius. 4. &. 5. ca. ſub hoc nomine/quod modo impoſitum eſt a ſamuele.

ET humiliati ſunt peliſthim/⁊ nõ addiderũt vltra vt venirẽt in terminos iſrael: ⁊ fuit manus domini cõtra peliſthim oĩbus diebus ſemuelis. Geſta meritis ſamuelis a deo/ſupputantur in illis uiginti annis. Et redierunt ciuitates quas tulerãt peliſthim ab iſrael ad iſraelem ab hec'ron vſqꝫ ghath ⁊ terminum earum, liberauit iſrael de manu peliſthinorum: fuitqꝫ pax iter iſrael ⁊ inter emo-

rũ. Nec tpe ſamſonis nec tempore heli tantũ beneficium collatũ legitur iſrael. Iudicauitq; iſraelem cunctis diebus vite ſue. Hinc apparet q; q̃uis creatus fuerit ſaul rex/non tamen depoſitus eſt ſamuel a dignitate & authoritate iudicis:q̃uis non exerceret officium iudicis propter ſenectutem ob quam creauit regem. Tempore autem quo exercebat officium,ob cõmoditatem populi (ut in litera ſubiungitur) annuatim ad tria ſe conferebat loca ad exercenda iudicia.reſidentia tamen eius ordinaria erat in rama ubi natus eſt. Et ibat per ſingulos annos ⁊ circumibat beth'el ⁊ ghilghal ⁊ miʒpã: ⁊ iudicabat iſraelem in omnibus locis iſtis. Reuertebaturq; in ramam (q̃a ibi erat domus eius) ⁊ ibi iudicabat iſraelem: ⁊ edificauit ibi altare domino. Nec arca dei nec tabernaculum dei legitur aliquando fuiſſe in rama/& tamen ibi ædificauit ſamuel altare domino.

CAPVT .VIII.

Factum eſt autem cum ſenuiſſet ſemuel, poſuit filios ſuos iudices ſuper iſrael. Et fuit nomen filij eius primogeniti ioel, ⁊ nomen ſecundi abi'ia: iudicum in beerſebah. Locus in quo filij ſamuelis iudicabant deſcribitur. Et nõ ambulauerunt filij eius in vijs illius/ſed declinauerũt poſt auaritiam:acceperuntq; munera ⁊ peruerterunt iudicium. Peccatum filiorum ſamuelis circa iudicium deſcribitur rectiſſimo ordine triplex: videlicet interna cupiditas rerum/exterior accæptio munerum/& utriuſq; effectus iniuſtum iudicium.

Congregatiq; ſunt omnes ſeniores iſrael: ⁊ venerũt ad ſemuelem in ramam. Et dixerunt ei: ecce tu ſenuiſti/ ⁊ filij tui non ambulant in vijs tuis,nunc conſtitue nobis regem vt iudicet nos ſicut omnes gentes. Diſplicuitq; ſermo in oculis ſemuelis/quo dixerãt da nobis regem vt iudicet nos: ⁊ orauit ſemuel ad dominum. Quanuis humana ratione & paſſione diſplicuerit ſamueli huiuſmodi petitio(quia redundabat in abiectionem & ipſius & filiorum)attamen deum conſulere non eſt oblitus.

Dixit autem dominus ad ſemuelem:audi vocem populi ĩ omnibus que dicent tibi. Mandat deus fieri regem petente populo:q̃a bonum abſolute petebant conſonum legi, quanuis non petierint bonum ſtante diſpoſitione diuina de ſeipſo rege iſraelis. quia non te abiecerunt ſed me ne regnem ſuper eos. Verba hæc diuina conſolatoria ſunt ſamuelis humano more.declarat ſiquidem deus ſamueli q; hæc petitio non eſt directe cõtra ipſum ſamuelem/quia ipſe ſamuel non eſt rex: ſed potius eſt contra ipſum deum regnantem ſuper iſrael. Vnde & hebraice habetur. quia non te abominati ſunt/ quia me abominati ſunt a regnare ſuper eos. Lege decimũnonum capitulũ exodi: & inuenies inter alia pollicita populo a deo/ & uos eritis mihi re

gnũ ſacerdotũ. Regem ergo iſraelis deus ſeipſum exhibere dignatus eſt/ eoipſo ꝙ promittit ſi bene egerint ꝙ erunt ipſi deo regnũ:regnũ.n. ad regem refert. & ꝓpterea nunc dicit ꝙ iſraelitæ petendo regem hominẽ,abominati ſunt ipſum deũ regem/tanꝗ non ſufficeret ipſe deus rex. Et intellige hæc non ſecundũ intentionem,ſed quo ad factũ & quo ad rationem affectus.non.n. intendebant abijcere deum regem ſed ſub ipſo habere regem hominem, ueruntamen ipſum factũ excludebat ab ipſis iſraelitis rõnem regni relatiue ad deũ ut regem. Ratio quoqꝫ affectus ſi fuiſſet quia lex diſpoſuit populũ poſſe habere regem / irreprænſibilis fuiſſet:ſed nõ legalis ſed ethnica ratio affertur / dicendo ſe uelle habere regem ad inſtar aliarum gentium.hinc.n.manifeſte apparet eos ꝑuipendiſſe ſingulare priuilegium dei quo præſtabant cæteris gentibus / in hoc ꝙ ipſi erãt electi & erecti in regnũ cuius rex eſſet deus. Et ꝑpea aſſimilat deus hoc factum populi alijs olim factis ab egreſſu ex ægypto aduerſus ipſum deũ. Iuxta omnia opera que fecerunt a die quo aſcendere feci eos ex egypto vſqꝫ ad diem hanc/ꝛ dereliquerunt me ꝛ ſeruierunt dijs alienis, ſic ipſi faciũt etiam tibi. Prius conſolatus eſt ſamuelem ꝙ quantũ ad titulum regium nõ cõtra ipſum ſamuelem ſed cõtra deum agunt:modo ꝯſolatur eundem quo ad abiectionem ipſius ſamuelis (ad quam ſuapte natura tendit petitio regis) ex ſimili facto contra ipſum deũ,dicendo ꝙ quemadmodum reliquerunt colere me deum & ſeruierunt alijs dijs/ ſic faciũt tibi relinquentes te & uolentes regẽ qui iudicet eos. ¶Et nunc audi vocẽ eoꝝ: veruntamen conteſtando conteſtare eis. Vere benignus erga populũ deus, mandando adimpleri petitionem populi/prædeclarando ipſi populo omnis generis oppreſſionem futurã eis a rege:ne poſtea pœnitentes citarent ſe neſciſſe huiuſmodi oppreſſiões futuras. ꝛ indica eis ius regis. Iuxta hebræũ hr̃. iudicium regis qui regnaturus eſt ſuper eos. Et attente ãnota ꝙ dicendo ius ſiue iudiciuꝫ regis/diminuendo rõnem iuris & iudicij dicitur. Ita ꝙ limitatur iudiciuꝫ cõditione ẽt diminuente: & non eſt ſenſus ꝙ infraſcripta ſint iuris/ſed iuris regis: hoc eſt erunt iuris quia rex uolet eſſe ius.

¶Dixitqꝫ ſemuel omnia verba domini ad populum / qui petebant ab eo regem. Et dixit / hoc erit iudicium regis qui regnaturus eſt ſuper vos: filios veſtros tollet / ꝛ ponet ſibi in curribus ſuis/facietqꝫ eos equites ꝛ pcurſores curruum ſuoꝝ. Et conſtituet ſibi principes millenarios ꝛ principes qnquagenarios:ꝛ aratores agroꝝ ſuoꝝ ꝛ meſſores ſegetum ſuarũ/ ꝛ fabros armoꝝ ꝛ curruum ſuoꝝ. Filiaſqꝫ veſtras tollet/ in vnguentarias ꝛ coquinarias ꝛ panificas. Et agros veſtros ꝛ vineas veſtras ꝛ oliueta vr̃a bona tollet:ꝛ dabit ſeruis ſuis. Et ſemina veſtra ꝛ vineas veſtras addecimabit: ꝛ dabit eunuchis ſuis ꝛ ſeruis ſuis. Seruos etiam veſtros ꝛ ancillas veſtras ꝛ iuuenes veſtros bonos ꝛ aſinos veſtros tollet:ꝛ ponet i opere ſuo. Pecora veſtra addecimabit: ꝛ eritis ei ſerui. Et cla-

Digitized by Google

mabitis in die illa a facie regis veſtri quez elegeritis vobis: ꝛ nõ exaudiet dominus vos in die illa. ¶ Et renuit populus audire vocem ſemuel: ꝛ dixerunt/non ſed rex erit ſuper nos. Et erimus etiaȝ nos ſicut oẽs gentes: iudicabitq̃ȝ nos rex noſter/ ꝛ egredietur ante nos ꝛ pugnabit bella noſtra. ¶ Audiuitq̃ȝ ſemuel omnia verba populi: ꝛ locutus eſt ea in auribus domini. Pertinacis populi ſententiam circa habendum regem refert ſamuel ad deum/iterum conſulendo ipſum: in hoc oſtendens ſe nolle recedere a diuina uoluntate.

¶ Dixitq̃ȝ dominus ad ſemuelem / audi vocẽ eoꝛum ꝛ conſtitue ſuper eos regem: ꝛ ait ſemuel ad homines iſrael/ite vnuſquiſq̃ȝ in ciuitatẽ ſuam. Minus ſcribitur & plus ſignificatur: vcȝ ꝙ cõgregabit populum in maſpha pro electione regis. miſit. n. eos lætos (utpote exauditos) ſed ad propria ſine rege, quia non ꝑ tunc cõmodum erat inſtituere regem.

CAPVT .IX.

Et fuit vir de bin'iamin nomine cis fili⁹ abi'el / filij ſeroꝛ/filij becboꝛath/filij aphi'ach/ filij viri iemini. Alias diximus iemini poni pro beniamin. explicatur nanq̃ ꝙ paternum genus duxit ex beniamin. foꝛtis roboꝛe. Ad ipſuȝ cis refert hoc. Et ei erat filius nomine ſaul/electus. Non eſt hic ſermo de electione ad cœleſtem patriam/ſed de electione ad humanas actiones. erat. n. non uir gregarius ſed inter electos: utpote prudens & ſtrenuus. ꝛ bonus/ ꝛ non erat vir de filijs iſrael melioꝛ illo. Non ſolum cõmendatur a ſenſu & militia, ſed etiam a bonitate tanta ut ſubiungatur ꝙ etſi haberet pares non tamen haberet meliorem in iſrael. Et ſi ſic ut ſonat litera intelligatur, uel hyperbolica eſt locutio / uel quo ad actiones ciuiles relatiue ad communem populum intelligitur. Dico autem ad communem populum, quia ſamuel erat melior illo. Et dixi ſi ſic ut ſonat litera: quia hebraica dictio quamuis bonitatem ſonet / pro pulchritudine tamen ponitur. extenditur. n. apud hebræos boni nomen & ad lætum & ad pulchrum. Vnde crediderim ſenſum literalem eſſe/& nõ erat pulchrior illo in iſrael. in cuius ſignum abſq̃ coniunctione aliqua ſubiungitur. ab humero ſuo ꝛ ſurſum celſioꝛ omni populo. hoc. n. ad manifeſtandam illius pulchritudinem ſpectat. exigitur. n. ad pulchritudinem hominis magnitudo corporis: nam parui bene proportionati/ſpecioſi non pulchri ſunt. Et ex hoc iuncto præcedenti dicto ꝙ non erat pulchrior illo/habetur ꝙ huiuſmodi proceritas ſaulis erat cũ ꝓportione membrorum: alioquin non fuiſſet pulcher.

Perierant autem aſine cis patri ſaul: dixitq̃ȝ cis ad ſaul filiuȝ ſuum, tolle queſo tecum vnum de pueris ꝛ ſurge/vade/quere aſinas. Et tranſiuit in montem ephꝛaim ꝛ in terram ſaliſe / ꝛ non inuenerunt: tranſierunt q̃ȝ in terram ſabalim/ ꝛ non erant, ꝛ tranſiuit in terram iemini/ ꝛ non inuenerunt. ¶ Ipſi venerunt in

terram zuph:⁊ ſaul dixit puero qui erat cum eo, veni ⁊ reuertamur/ne forte dimiſerit pater meus aſinas ⁊ ſolicitus ſit pro nobis. De dimiſſione curæ eſt ſermo:ut teſtatur hebraica ueritas/ſonans nequādo ceſſauerit pater meus ab aſinis:hoc eſt a cura aſinarum. Et eſt ſenſus/ne maior ſolicitudo de nobis excludat a patre meo ſolicitudinem de aſinis. rationabiliter. n. uerebatur ingerere patri maiorem ſolicitudinem ex nimia mora. Et dixit ei: ecce obſecro vir dei eſt ĩ ciuitate iſta. Nomen eſt elohim. vir nobilis: Iuxta hebræum habetur. vir honorat⁹, omne quod loquetur/veniendo veniet:nunc eamus illuc/ſi forte indicet nobis viam noſtram per quam ambulauim⁹. hoc eſt fructum intentum per uiam noſtram. Dixitqꝫ ſaul puero ſuo:ecce ibimus/⁊ quid afferemus viro? Non ad precium ſed ad honorem hoc refertur. nam non uendebat ſamuel prophetiam: nec uiri boni (in quorum numero erat ſaul) offerebant prophetæ munuſcula ut precium/ſed quemadmodum offerunt deo cauſa uenerationis. qa panis defecit de vaſis noſtris/⁊ ſportulam non habemus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ munus non eſt. Et hinc patet ꝙ non precium ſed munus intendebat offerre. vt afferamus viro dei. Nomen eſt elohim. Et ratio offerendi tangitur dicendo uiro elohim. uice. n. dei offerebant prophetæ. nec qcq̃ꝫ aliud. Parui refert ꝙ hebraice habetur. quid cum nobis? quaſi dicat nihil qđ offerre ualeamus. Rurſuſqꝫ puer reſpondit ſauli/⁊ dixit: ecce inuenitur in manu mea quarta pars ſtateris argenti. Iuxta hebræum habetur. quarta pars ſecli argenti, quam dabo viro dei ⁊ indicabit nobis viam noſtram. Sæpe in libris moſis facta eſt mentio ſecli/quod corrupte dicitur ſiclus. habebat ſiquidem iſte nummum argenteum quinqꝫ obolorꝫ dandum uiro elohim. Olim in iſrael. Interponitur hoc ad intelligentiã ſubſequentium in quibus non nominabitur uir elohim ſed uidens: & ꝙ author licet uerba ſaulis & famuli inter ſeſe referat ſub appellatione uiri dei/ ipſi tamen utebantur nomine uidentis. ſic dicebat vnuſquiſqꝫ vadens cõſulere deum. Nomen eſt elohim. venite ⁊ eamus vſqꝫ ad videntem:qui enim propheta dicitur hodie/vocabať olim videns. Dixitqꝫ ſaul ad puerum ſuum, bon⁹ eſt ſermo tu⁹ veni eamus:⁊ ierunt in ciuitatem in qua erat vir dei. Nomen eſt elohim.

¶ Cũqꝫ aſcenderent cliuum ciuitatis/inuenerunt puellas egrediẽtes ad hauriendã aquã:⁊ dixerũt eis/num hic ẽ vidẽs? Que reſponderũt ⁊ dixerunt, eſt ecce ante te. hoc eſt ecce obuius erit tibi. feſtina nunc/hodie. n. venit in ciuitatem quia ſacrificiũ eſt hodie populi in excelſo. Iuxta hebræum habetur. quia ſacrificium diei populo in bama. Et hæc quoqꝫ dictio quandoqꝫ nomen appellatiuũ ſonans excælſum/quandoqꝫ nomen proprium loci eſt. Crediderim ego hic eſſe nomen appellatiuum:& in excælſo ſacrificium offerri etiam a uiris ſanctis/hic patet. Et appellatur ſacrificium diei / quia non durabat niſi uno die:ad differentiam ſacrificiorum quibus uacabant diebus multis / continuando diem diei & ſacrificium ſa-

crificio. Cum ingreſſi fueritis ciuitatem, ſtatim inuenietis eum anteq̃ȝ aſcendat excelſum ad veſcendum: non .n. comedet populus donec ille veniat/ quia ipſe benedicit hodie. Iuxta hebræũ habet: benedicet ſacrificium ⁊ poſtea comedent qui inuitati ſunt. Res ſacrificata quæ comedenda erat/ appellatur ſacrificium benedicendum anteq̃ȝ comedant inuitati. ⁊ nunc aſcendite/ quia hodie reperietis eum. Iuxta hebræum habetur. quia eum ſicut hodie reperietis eum. hoc eſt qa occurret uobis ſicut occurrit uobis hic dies. certitudinem occurſus manifeſtare intendunt puellæ ex ſimilitudine occurſus hodierni diei. Et aſcenderunt ĩ ciuitaté: cũq́ȝ perueniſſent in medium ciuitatis / ecce ſemuel egrediebatur in occurſum eoꝝ vt aſcenderet in excelſum.

Dominus autem reuelauerat aurem ſemuelis die vna anteq̃ȝ veniret ſaul dicendo. Hac ipſa hora que nunc eſt cras mittã virum ad te. Iuxta hebræum habet. Sicut temp⁹ cras/ mittã tibi virum de terra biniamin, ⁊ vnges eum in ducẽ ſuper populum meum iſrael/ ⁊ ſaluabit populum meum de manu peliſthinoꝛum: reſpexi .n. populum meum / quia venit clamoꝛ eius ad me. Et eſt cras genitiui caſus: nullaq́ȝ fit mẽtio horæ/ ſed duntaxat temporis diei craſtini. Et eſt ſenſus/ quando erit tp̃s diei craſtini mittam tibi uirum &c.

Cumq́ȝ aſpexiſſet ſemuel ſaulem, dominus allocut⁹ eſt eum: ecce vir quem dixi tibi/ iſte dominabitur populo meo. Acceſſit autem ſaul ad ſemuelem in medio poꝛte. Paulo ante narrauit ꝙ ſaul & famulus eius erant in medio ciuitatis ſamuele occurrente obuiam: modo uero dicitur ꝙ appropinquauit ſaul ad ſamuelem in medio portæ/ proculdubio ciuitatis: aduerſari ſiquidem ſibiinuicem hæc uidentur. Solutio eſt ꝙ interpretes cauſant tantam ambiguitatem: quia hebraica dictio interpretata in medio/ interpretanda erat in intra. narratur ſiquidem prius ꝙ iam intrauerant ciuitateȝ quando ſamuel domum exiit & obuius fuit eis: narratur mõ uſq́ȝ ad quam partem ciuitatis ingreſſi appropinquauerũt ſamueli/ veȝ ad medium portæ hoc eſt plateæ quæ erat iuncta porte ciuitatis. ⁊ dixit/ indica oꝛo mihi vbi ẽ hic domus videntis. Et reſpondit ſemuel ſauli dicendo: ego ſum videns, aſcende ante me in excelſum ⁊ comederis mecum hodie ⁊ dimittam te mane, ⁊ omnia que ſunt ĩ coꝛde tuo annunciabo tibi. Quando adimpleuerit hoc ſamuel/ non eſt ſcriptũ: poteſt tamen intelligi hoc adimpleſſe quando locutus eſt ei ſuper tectum. Et de aſinabus quas pdidiſti nudiuſtertius ne ſolicitus ſis/ quia inuente ſunt: ⁊ cui erunt optima queq́ȝ iſrael/ nonne tibi ⁊ toti domui patris tui? Non poteſt ſe continere ſamuel a prænunciando ſauli futurum regnum iſrael. Reſpondítq́ȝ ſaul ⁊ dixit: nonne filius iemini ſum de minima tribu iſrael/ ⁊ cognatio mea nouiſſima inter omnes familias trib⁹ biniamin? ⁊ cur locutus es mihi ſermonem iſtũ? Admirationis & humilitatis uerba ſunt argumentantia a tribu & a familia. Recole tamen ꝙ carent ſuperlatiuis

hebræi

hebræi q̄bus utitur interpres. hebraice eniꝫ poſitiua nomina paruitatis ſcribunt.

ET reſpexerunt ſpeculatores ſaul i gbibba biniamin. Narrat̃ modus quo quæ gerebant̃ inter peliſthinos/ innotuerũt ſauli. ⁊ ecce multitudo proſtrata ⁊ huc illucq; diffugiens. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ecce tumultuans liquefactus eſt/⁊ iuit ⁊ fregit ſe. Et eſt ordo literæ ꝙ tumultuans turba iuit & fregit ſe & fuit liquefacta. hebræi ſiquidem maius præponunt minori. Diſperſi itaq; peliſthini uiſi ſunt tanq̃ ea quæ liquefiunt. Et ait ſaul populo qui erat cum eo/quærite ⁊ videte queſo quis abierit ex nobis: cumq; quæſiſſent/inuentum eſt nō adeſſe ionathan ⁊ armigerum eius. Et ait ſaul ad achiam. Recto graditur ordine/conſulendo deum per ſacerdotem. applica arcam domini. Legendum eſſet applica te ad arcam elohim. ſæpe enim hebraica litera omittit præpoſitionem. erat

Digitized by Google

enim ibi. Non habetur in hebræo ibi. Quod ideo annotauerim ut intelligamus
ꝙ arca elohim non erat allata ut eſſet ibi ſed ut eſſet cum exercitu filiorum iſrael:
ad hoc.n.inſinuandum hebraica ueritas habet. quia fuit theca elohim ĩ die
illo ⁊ filij iſrael. Ratio itaq; præſentiæ arcæ fuit concomitantia filiorũ iſrael/
quorum duntaxat remanſerant ſimul ſexcenti uiri cum rege. reliqui enim diſper-
ſi erant: ut in præcedenti capitulo ſcriptum eſt. Cumq; loqueretur ſaul ad
ſacerdotem, tumultus magnus exortus eſt ĩ caſtris peliſthino-
ruz/creſcebatq; paulatim ⁊ clarius reſonabat. Iuxta hebræũ habet.
Et fuit vſq; quo locut⁹ eſt ſaul ſacerdoti/ ⁊ tumult⁹ qui ĩ caſtris
peliſthinorum ⁊ iuit eundo ⁊ multiplicando: ⁊ dixit ſaul ſacerdo-
ti/congrega manum tuam. Conferendo hæc ultimo dicta uerba ad ſacer-
dotem, apparet ꝙ dum loqueretur ſaul ſacerdoti ad conſulendum dominum au-
diuit ſaul (uel per ſeipſum uel per nuncios aut ſpeculatores) tumultum in caſtris
peliſthinorum magis ac magis augeri: & ꝙ ſacerdos uacante ſaule ad percipien-
dum augmentum hoc tumultus/incœpit extendere manus ſecundum ritũ con-
ſuetum ad ſupplicandum deo: & ꝙ ſaul percipiens deum iam facto reſpondiſſe,
dixit ſacerdoti ut deſiſteret a conſulendo deum / uolens tunc progredi ad perſe-
quendos peliſthinos. ¶ Sed quæſtio oritur quo pacto uerificant hæc duo: vz
ꝙ ſpeculatores uiderunt peliſthinos frangere ſe & liquefactos/& ꝙ poſtea tumul-
tus in caſtris magis ac magis creuerit. Solutio eſt ꝙ utrũq; eſt uerum reſpectu
diuerſorum. quædam.n. multitudo uiſa eſt frangens ſe & iens quaſi liquefieret:
animæquiores autem in caſtris manſerunt tumultuãtes/ & horum tumultus de-
ſcribitur auctus.

¶ Conclamauitq; ſaul ⁊ totus populus qui erat cum eo. Dictio
interpretata conclamauit/ ſignificat congregationem cũ clamore ſeu ſonitu buc-
cinæ ad congregandum populum. ⁊ venerunt vſq; ad prelium: ⁊ ecce
erat gladius vniuſcuiuſq; in proximum eius/⁊ cedes magna ni-
mis. Iuxta hebræum habetur. attonitio magna valde. Fingere liceat uo-
cabulum attonitionis ad manifeſtandum hebraicam ueritatem. Ratio ſiquidem
redditur quare peliſthini percutiebant peliſthinos quia erant attoniti ualde. deus
enim fecit eos attonitos: ex tremore enim ſuperius deſcripto effecti ſunt attoniti.
Et hebrei qui fuerant cum peliſthim ſicut heri ⁊ nudiuſtertius/
aſcenderantq; cum eis in caſtra. Deficit. in circumitu. inſinuatur.n.
per hoc ꝙ hebræi uenerant cum peliſthinis non pugnaturi/ſed ſeruituri uehendo
opportuna ad uictum exercitus. & propterea dicitur ꝙ erant in circũitu caſtro-
rum tanq̃ ad cõmoditatez omnium. Et ne putares iſtos hebræos fuiſſe transfu-
gas ex iſrael ad peliſthinos/deſcribũt̃ hebræi peliſthinoꝝ ſicut heri & nudiuſter-
tius: hoc eſt ſoliti ſeruire peliſthinis/qui vz habitabant inter peliſthinos. etiam
ipſi reuerſi ſunt vt eſſent cum iſrael qui erat cũ ſaul ⁊ ionathan.
Et omnes viri iſrael qui ſe abſconderant in monte ephraim/ au-
dierunt ꝙ fugerent peliſthim: ⁊ perſecuti ſunt ẽt ipſi eos in pre-
lio. ⁊ erant cum ſaul quaſi decem millia viroruz. Superfluæ ſunt iſtæ

ultimæ octo dictiones: nam in hebræo non habentur. Et ſaluauit domi-
nus deus in die illa iſraelem. Explicatur cauſa tantæ ſalutis ſummus de-
us. pugnaqꝫ tranſiuit beth'auen.

¶ Et viri iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa. Iuxta hebræũ habetur. Et
vir iſrael oppreſſus fuit in die illo. More ſolito prius ſummarie narratur
res geſta/& deinde ſubiungitur modus quo res eſt geſta. deſcribitur ſiquidem pri
us populus oppreſſus fame a ſaule rege/& deinde qualiter ſaul aſſlixit populuꝫ
fatigatione & inedia. adiurauitqꝫ ſaul populuꝫ dicendo/maledictus
vir qui comederit panem vſqꝫ ad veſperam ⁊ vindicabor de ini-
micis meis: ⁊ non guſtauit totus populus paneꝫ. More imperato-
rum exercitus pœnam maledictionis ualde grauem apud hebræos apponit co-
medēti uſqꝫ ad ueſpã/nõ ut ꝓhibeat refectionē ſed ne impediatᷣ ꝑſecutio hoſtiũ
tũc exequenda. Nihilqꝫ inordinati præcæptũ iſtud in ſe continet: quoniã recti or
dinis ratio exigit ut præſentanea perſecutio hoſtium tam neceſſaria præponere-
tur cibo illius diei. pro minoribus ſiquidem cauſis indicitur quandoqꝫ ieiunium
uſqꝫ ad ueſperam. Et tota terra venit in ſyluam: eratqꝫ mel ſuꝑ fa-
ciem agri. Ingreſſuſqꝫ eſt populus ſyluã/⁊ apparuit fluens mel:
⁊ nullus applicuit manũ ſuaꝫ ad os ſuum/timebat enī populus
iuramentum. ⁋ Ionathan autem non audierat quando adiura-
uerat pater eius populuꝫ, miſitqꝫ extremitatem virge quam ha-
bebat in manu ſua ⁊ intinxit in fauum mellis: conuertitqꝫ ma-
num ſuam ad os ſuum/⁊ illuminati ſunt oculi eius. Præ labore mul-
to debiles effecti ſpiritus refocillati ſunt/ita ut ſenſibiliter immutatio appareret
in oculis tanqꝫ reſtauratus fuerit uiſus. Reſponditqꝫ vir de populo ⁊ di-
xit/adiurando adiurauit pater tuus populũ dicendo maledictus
vir qui comederit panem hodie: defecerat autem populus. Iuxta
hebræum habetur. ⁊ fatigatus eſt populus. Ecce modus quo oppreſſus eſt
populus: fatigatione vꝫ cum inedia. Dixitqꝫ ionathan/turbauit pater
meus terram. Ab effectu experto in ſeipſo & effectu quem uidebat in popu-
lo/cenſet ionathas præcæptum patris turbaſſe populum. Vidiſtis ipſi. Iuxta
hebræum habetur. Videte obſecro. uel nunc. Teſtes inuocat populum. Qꝛ
illuminati ſunt oculi mei quia guſtaui paululum mellis huius.
Quanto magis ſi comedendo comediſſet hodie populus de pre-
da inimicorum ſuorum quam repperit, nõne maior facta fuiſſet
plaga in peliſthim? Verum dicit ſi mora comedendi non fuiſſet impedimen-
to præſentaneæ perſecutioni. iuuenilis ſententia uidetur. Percuſſeruntqꝫ in
die illa peliſthim a michmas vſqꝫ ad a'ialon: ⁊ fatigatus eſt po-
pulus nimis. Legendũ ē. valde. Terminus diei deſcribitᷣ in quo comedere
conceſſum eſt.

¶ Et verſus eſt populus ad predam/⁊ tulerunt oues ⁊ boues ⁊
filios bouis/⁊ mactauerunt in terra: comeditqꝫ populus cũ ſan-
guine. Nunciaueruntqꝫ ſauli dicendo/ecce populꝰ peccauit do-

mino comedendo cum ſanguine. Ad ſenſum patet q᷑ ſi iuguleť animal
in terra/non perfecte purgatur a ſanguine. Oportet.n. iugulum pendere ad hoc
ut ſanguis totus defluat. & propterea hinc factum eſt ut populus comederet cū
ſanguine: hoc ē carnes nō plene purgatas a ſanguine. Et quia hoc erat contra le-
gem moſis/ideo ſcribitur populus peccaſſe. ⁊ dixit, preuaricati eſtis/vol-
uite ad me hodie lapidem grandem. ¶ Dixitq̃ȝ ſaul: diſpergi-
mini in populum ⁊ dicetis eis afferte ad me vnuſquiſq̃ȝ bouem
ſuum ⁊ vnuſquiſq̃ȝ pecus ſuum/⁊ mactabitis hic ⁊ veſcemini/⁊
non peccabitis domino comedendo cum ſanguine. Cerne zelum bo
ni regis: authoritatem præſentiæ ſuæ interponit ad hoc ut efficax ſit monitio ne
iugulent animalia in terra/ſed ueniant iugulaturi ſuper lapidem grandem: unde
poſſint animalium iugula pendere/& ſic totus ſanguis effluere. adduxitq̃ȝ to-
tus populus vnuſquiſq̃ȝ bouem ſuum in manu ſua vſq̃ȝ ad no-
ctem. Iuxta hebræum habetur. nocte/⁊ mactauerūt ibi. pars.n. noctis ſi-
gnificatur occupata iugulando animalia ſuper lapidem. Et edificauit ſaul
altare domino. Intellige non ædificaſſe duntaxat altare/ſed etiam ſacrificaſſe
ſuper illud ſummo deo. nō.n. fruſtra ædificauit altare ſed ad altaris uſum. tūcq̃ȝ
primum cœpit. Iuxta hebræum habetur. ipſum incepit edificare altare
domino. Declaratur illud altare fuiſſe primum altare ædificatum a ſaule rege.
ſacrificia ſiqdē quæ prius obtulerat/ſup altaria ab aliȷs ꝯſtructa obtulerat.

ET dixit ſaul: deſcendamus poſt peliſthinos nocte/⁊ vaſte-
mus eos donec illuceſcat mane nec relinquamus ex eis vi-
rum. Sumpto cibo hæc dixit. ⁊ dixerunt/omne quod bonum ē in ocu-
lis tuis fac: ⁊ ait ſacerdos. Nec in tam celeri perſecutione defuit ſacerdos.
accedamus huc ad elohim. Regem inuitat ad appropinquandum ad al-
tare ad conſulendum deum. Et conſuluit ſaul in deo/an perſequar pe-
liſthim: an trades eos in manum iſrael: Dictio interpretata deum/eſt
nomen elohim. ⁊ non reſpondit ei in die illa. Dixitq̃ȝ ſaul/accedite
huc omnes anguli populi. hoc eſt uniuerſa capita populi tanq̃ȝ per angu-
los diſtincti. ⁊ ſcitote ⁊ videte in quo ſit hoc peccatum hodie. Indu-
bie putabat ſaul deum non reſpondiſſe pp peccatū aliquod illo die cōmiſſum.
Quia viuit dominus ſaluans iſraelem. Modus iurandi illo tpe eſt. q᷑
ſi fuerit illud i ionathan filio meo/abſq̃ȝ retractatiōe morieť. Iux-
ta hebræū hř. moriendo morietur. Præceps fuit hoc iuramentū fundatū ſup
falſum. nam neq̃ȝ peccatum oportuit eſſe occaſionem negatæ reſponſionis diui-
næ: & eſto q᷑ fuiſſet peccatum/non oportuit fuiſſe peccatum morte dignum: ut
rei probauit euentus. ad quod nullꝰ contradixit ei. Iuxta hebræum habe-
tur. ⁊ non reſpondens ei ex omni populo. quod plus eſt q̃ȝ non contradi
cere. Et ait ad vniuerſum iſrael, vos eritis in parte vna/⁊ ego ac
ionathan filius meus erimus in parte altera: reſpōditq̃ȝ populꝰ
ad ſaul/quod bonum eſt in oculis tuis fac.

Digitized by Google

¶ Et dixit ſaul ad dominum deum iſrael/da iudiciuʒ. Iuxta hebræum habetur. da perfectum. Reliqua autem quæ ſubiunguntur in uulgata æditione dicta a ſaule deo (vʒ. quid eſt quod non reſponderis ſeruo tuo hodie: ſi in me aut in ionathan filio meo ē iniquitas hec/ da oſtenſionem: aut ſi hec iniquitas eſt in populo tuo/da ſanctitatem) ſuperflua ſunt. nam in hebræo non habentur: ſed immediate poſt illa uerba da perfectum/ſubiungitur & deprahenſus eſt ionathan & ſaul. Petendo autem da perfectum, ſupplicat ut opus inquiſitionis huius ad debitā perfectioneʒ deducatur/ ut nulla ex parte deficiat/ut nihil illi deſit. ⁊ deprehenſus eſt ionathan ⁊ ſaul/populus autem exiuit. Et ait ſaul/mittite ſortem. Senſus recte redditur: uerum hebraice ſcribitur. facite iacere inter me ⁊ inter ionathan filium meuʒ. Quid autem eſſet illud iaciendū non ſcribitur. ⁊ captus eſt ionathan. Dixitqʒ ſaul ad ionathan/indica mihi qd feceris: ⁊ indicauit ei ionathan ⁊ ait/guſtando guſtaui in ſummitate virge que erat in manu mea paululum mellis ⁊ ecce ego morior. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ecce ego moriar. Et ſunt uerba non affirmantis/ ſed conquerentis ꝙ pro tam leui cauſa ſit occidendus. Dixitqʒ ſaul: ſic faciat mihi deus ⁊ ſic addat/ quia moriendo morieris ionathan. Dictio interpretata deum/eſt nomen elohim. Inexcuſabile eſt hoc nouū iuramentum per execrationem: quia cognita iam cauſa nō ſolum leuiſſima ſed etiā abſqʒ peccato ullo (quoniam neſciens paternum præceptum ſumpſerat ionathas parum mellis) abſtinere debebat a cōminata morte in genere.

¶ Dixitqʒ populus ad ſaul: an ionathan morietur qui fecit ſalutem hanc magnam in iſrael? hoc nefas eſt. Iuxta hebræum habetur. abſit/viuit dominus ſi ceciderit de capillo capitis eius in terrā. Ad tuendum innocentem excitatus eſt populus, tum ꝓpter beneficiū magnum ab eo ſuſceptum/tum. quia cum deo operat⁹ eſt hodie. Rectius legeretur. quia cum elohim fecit diem iſtum. Et eſt ſenſus ꝙ non ſolū fecit nobis ſalutem magnam ſed etiaʒ cum deo ſummo iudice gubernatoreqʒ noſtro fecit hunc diem ſalutarem/ & propterea tanq̄ miniſter & cooperator dei ſeruandus eſt. liberauit ergo populus ionathan vt non moreretur. Iuxta hebræum habetur. ⁊ redemerunt populus ionathan/⁊ non ē mortu⁹. Tanq̄ redemptio cenſetur officium populi pro ionatha, quia ionathæ iniuſtam uexationem a rege redemerunt iureiurādo ac rōne duplici. ¶ Sed oritur quæſtio/ quonam pacto uerificatur ionathæ innocentia hinc & inde uerificatur depræhenſio ionathæ diuino teſtimonio. ſi enim innocens fuiſſet ionathas, nequaq̄ deus petenti regi ob cuius culpam negata reſponſio fuiſſet/ionathan demonſtraſſet: nam indicatio ionathæ/reſponſiua fuit petitiōi regis quis fuiſſet in culpa. Solutio eſt ꝙ ionathas fuit quidem innocens ſumendo mel inſcius paternæ maledictionis: ſed peccauit audito mandato regio probando factum ꝓpriæ comeſtionis/arguens patreʒ qui præceperat. Fuit itaqʒ ionathas dupliciter in culpa. pri-

Digitized by Google

num ſumendo mel: & ſic non fuit in culpa ſecundum animum/ ſed ſecundum dãnatam operationem. deinde ſecundum probationem facti & ſecundum animum & ſecundum uerba peccauit:unde merito diuino teſtimonio depræhenſus eſt peccaſſe. Verum minus intelligentes diuinum teſtimonium & ſaul & ionathas & populus/librauerunt duntaxat factum dãnatæ comeſtionis: ut clare ſonat litera. & propterea tanq̃ innocens iniuſte uexatus/redemptus eſt a populo. Aſcenditqꝫ ſaul de retro peliſthim: ⁊ peliſthim abierunt in loca ſua.

ET ſaul confirmato regno ſuper iſrael/pugnauit ꝑ circũitum contra omnes inimicos ſuos: cõtra moab ⁊ filios hammon ⁊ edom/⁊ reges zobah ⁊ peliſthinos. Summarie colliguntur præclara ſaulis geſta deinceps:quoniam author libri nõ intendit ſcribere geſta ſaulis in particulari/ſed ad dauidem properat. propter quod illa tantum geſta ſaulis ſubiunguntur inferius quæ relationem habent admixtaꝫ ad ea quæ ſunt dauidis: quale eſt bellum contra hamalec/cuius occaſiõe reprobatus eſt ſaul & unctus dauid. & ſimile quid inuenitur in ſubiunctis bellis cum peliſthinis. ⁊ quocũqꝫ ſe vertebat ſuperabat. Iuxta hebræum habetur. ⁊ in omnibus ad que vertet faciet iniquare. Et eſt ſenſus/faciet pati pœnam iniquitatis ſuæ. dixerat enim ꝙ ſaul pugnauit cum quinqꝫ nationibus, ſubiungit conſequenter ꝙ omnes hoſtes fecit pati pœnam iniquitatum ſuarum. Ad explicandum autem hebraicã dictionem finximus uerbum iniquare tanq̃ deductum a nomine iniquus/ad ſignificandum uſum iniquitatis. Sed hic ſignificatur iniqtatis uſus non actiue ſed paſſiue. ſaul.n. uincendo eos/fecit eos iniquos quo ad pœnam. Et ſcriptũ ē hoc/ ad manifeſtandum bella prædictorum hoſtium iſrael fuiſſe iniqua. Congregatoqꝫ exercitu. Iuxta hebræum habetur. Et fecit fortitudinem. hoc eſt congregauit gentem fortem. deſcribitur.n. medium quo ſaul uicit tot natiões. Et deinde immediate ſequitur. ⁊ percuſſit hamalec. Ad differentiam aliaꝝ ſupradictarum nationum (quæ non fuerunt deletæ a ſaule) dicitur ſpecialiter ꝙ percuſſit hamalec/delẽdo eos. ⁊ eruit iſrael de manu vaſtatorũ eius. Ecce fructus uictoriarum ſaulis/non ſubactio hoſtium ſed liberatio iſraelis a uaſtatoribus eius.

¶ Fuerunt autem filij ſaulis/ionathan ⁊ iſ'ſeui ⁊ malchi'ſuah: ⁊ nomina duarum filiarum eius/nomen primogenite merab/⁊ nomen minoris michal. Et nomẽ vxoris ſaul/achinoham filia achimaꝫ: ⁊ nomen principis militie eiꝰ abiner/ filiꝰ ner patrui ſaul. Et cis pater ſaul: ⁊ ner pater abner filiꝰ abi'el. ¶ Fuitqꝫ bellũ forte contra peliſthinos omnibus diebus ſaulis: nam quemcunqꝫ viderat ſaul virum fortem ⁊ aptum ad bellum/ſociabat cũ ſibi. Ecce modus quo ſaul congregauit gentem fortem.

Digitized by Google

ET dixit ſemuel ad ſaul: me miſit dominus vt vngerez te in regem ſuper populum eius/ſuper iſrael, nunc ergo audi vocem verborum domini. Sic dicit domin⁹ exercituum: recenſui. Iuxta hebraũ habet. recordat⁹ ſum: hoc eſt ad inſtar recordati me habui. quẽadmodũ.n.metaphorice dicit deus iratus ita dicit recordatus ſecundũ ſimilitudinẽ effectus/ſiue loquendo ſiue faciendo quemadmodum recordatus homo facit ſeu loquitur. que fecit hamalec iſraeli/quomodo reſtitit ei in via. Iuxta hebræum habetur. que poſuit ei in via cum aſcenderet ex egypto. Lege.17.capitulũ exodi &.25.deute. & inuenies res geſtas ab hamalec contra iſraelem in uia ex ægypto uenientem. Nunc vade ⁊ percute hamalec/ ⁊ demoliemini omnia que ſunt eius ⁊ non parces ei: ⁊ non concupiſces ex rebus ipſius aliquid. Superfluæ ſunt hæ ultimæ ſeptem dictiones. ſed interficies a viro vſq; ad mulierem/a paruulo vſq; ad lactentem/a boue vſq; ad agnum/a camelo vſq; ad aſinuz.

¶ Precepit itaq; ſaul populo. Iuxta hebræum habetur. Et congregauit ſaul populum. executio ſiquidem narratur diuini præcæpti. ⁊ recenſuit eos quaſi agnos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ numerauit eos in agnis ducenta millia peditum/⁊ decem millia virorũ iehude. Non deſunt tamen dicentes dictionem interpretatã agnis/eſſe nomen proprium loci in quo ſaul recenſuit congregatum populum. & legunt. i telaim. Et hic ſenſus quadrat rationi. nam legendo in agnis, ſenſum aiunt eſſe q̃ ad cuiſdam numerationem populi ſinguli detulerunt ſingulos agnos: ut ſic ex numero agnorum ſciretur numerus populi/& tamen non eſſent numerati in ſeipſis ſed in agnis. hoc.n.minus rationi conſentaneum eſt: nec in lege prohibita eſt numeratio populi conuenientis ad bellum/ſed numeratio uniuerſi populi a uiginti annis & ſupra, niſi &c. Et venit ſaul vſq; ad ciuitatez hamalec: tetenditq; inſidias in torrente. Dixitq; ſaul ad ceneum: ite/recedite/deſcendite de medio hamalecitarum ne diſperdam te cuz eo: Natio iſta cenæorum ex ſocero moſis originem traxerat/& benigne ſe habuerat cum iſraelitis: & propterea ſaul gratus beneficijs recæptis monet ut recedendo ſe ſaluet. ⁊ tu feciſti miſericordiam. Legendum eſt. gratiaz cum omnib⁹ filijs iſrael quando aſcenderunt ex egypto. Hæc gratia innuitur nu.10. ⁊ receſſit cene⁹ de medio hamalec. Percuſſitq; ſaul hamalec/a cauila donec venias in ſur que eſt ſuper faciẽ egypti. Cepitq; agag regem hamalec viuum: ⁊ totum populum interfecit in ore gladij. Ecce iam armatus enſibus populus iſrael/cuius paulo ante nullus habebat enſem aut lanceam præter ſaulem & ionatham. Et pepercit ſaul ⁊ populus agag ⁊ bonis ouibus ⁊ bobus. Directe contra mandatũ dei miſericordia iſta fuit: ut ſupraſcripta teſtantur. ⁊ veſtibus. Iuxta hebræum habetur. ⁊

Digitized by Google

betur. ⁊ pinguib⁹ ⁊ arietib⁹. nullaq; fit mentio ueſtium. ⁊ vniuerſis que pulchra erant. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ omni bono. clauſula. n. generalis eſt/compræhendens quicquid boni inuentũ fuit non fuiſſe deſtructum ſed ſeruatum: ad differentiam rerum uilium/ut ſubiungitur. ⁊ non voluerunt diſperdere ea: qcqd vero vile fuit ⁊ reprobũ/diſpdiderunt.

Factu[m]q; eſt verbũ domini ad ſemuel dicendo/ penitet me ꝙ conſtituerim ſaul regem. Metaphorice attribuit̃ deo pœnitere/pro quanto ad inſtar pœnitentis hominis reuelat aut operatur. qa dereliqt me. Parui refert ꝙ hebraice habetur. qa reuerſus eſt ex poſt me. hoc eſt quia auerſus eſt a ſequendo me. ⁊ verba mea non impleuit: contriſtatuſq; eſt ſemuel. Iuxta hebræum habetur. ⁊ irat⁹ eſt ſemuel. Tanta ſignificat̃ ſamuelis triſtitia ut excanduerit / quemadmodũ excandeſcere ſoliti ſunt miniſtri principis cum audiunt a principe diſplicere illi opus factũ ab ipſis miniſtris de mandato eiuſdem principis. appræhendit̃ ſiquidem hoc a miniſtro tanq̃ redundans in ipſius miniſtri dedecus. ⁊ clamauit ad dñm tota nocte. non uoce ſenſibili ſed cordis magno deſiderio ſupplicans pro regno ſaulis. Et ſurrexit ſemuel de nocte. Aurora potius q̃ nox ſignificatur. vt iret ad ſaul mane: nũciatũq; fuit ſemueli dicẽdo/ venit ſaul in charmel ⁊ erexit ſibi fornicem triũphalem. Iuxta hebræum habet̃. ⁊ ecce faciens ſtare ſibi manũ. uel locum. Et dicitur manum uel locum/quia hebraica dictio anceps eſt ad manum uel locum. Et ſi legitur locu[m] ſenſus eſt ꝙ ſaul ſtatuit ſibi in charmelo locum certum in memoriam tantæ uictoriæ. ſi uero legitur manum, declaratur quale ſignum tantæ uictoriæ in mõte charmeli ſtatuerit: ve[l] figuram manus/eo ꝙ manu ualida deleuerit hamalec. ⁊ reuerſus trãſiuit. Iuxta hebræũ habet̃. ⁊ circũiuit ⁊ trãſiuit/ ⁊ deſcendit i ghilghal. hoc ẽ in ghalghala ubi inuenit eũ ſamuel. Et ſaul offerebat holocauſtũ dño de initijs predaꝝ que attulerat de hamalec/ ⁊ cũ veniſſet ſamuel ad ſaul. Totũ hoc ſuꝑfluũ eſt: nã in textu hebraico nõ habet̃. in quo ſeqt̃ imediate. Venitq; ſemuel ad ſaul: ⁊ dixit ei ſaul/ bñdict⁹ tu iehouah. in caſu datiuo. & nulla fit mẽtio ſacrificij. impleui verbũ dñi. Dixitq; ſemuel: ⁊ que ẽ vox ouiũ haꝝ i aurib⁹ meis/ ⁊ vox boũ quã ego audio? Et ait ſaul/ex hamalecitis adduxerũt eas: qa ꝑpcit popul⁹ bonis ouib⁹ ⁊ bob⁹ ad immolandũ dño deo tuo/reliqua vero occidim⁹.

¶ Dixitq; ſemuel ad ſaul/ꝑmitte ⁊ indicabo tibi que locut⁹ ẽ dñs mihi nocte: ⁊ dixit ei loquere. Et ait ſemuel: nõne cũ paruul⁹ eẽs i oculis tuis/ caput tribuũ iſrael fact⁹ es / vnxitq; te dñs i regẽ ſuꝑ iſrael? Perpẽde q̃tũ placeat deo humilitatis uirtus: & ſimul itellige ꝙ a uirtute humilitatis receſſerat ſaul cui dr̃ cũ eſſes paruulus in oculis tuis. Et miſit te dñs i viã: ⁊ ait/vade ⁊ interfice pctõres hamalec. Iuxta hebræũ hr̃. vade ⁊ facies deſtruere pctõres/hamalec. Prius. n. fuerant noiati deſtruendi hamalecitæ: mõ declarat̃ rõ quare deſtruendi ſunt qa ſunt pctõres/ut iuſtitia præcepti manifeſtet̃. ⁊ pugna cõtra eos vſq; ad internitione[m]

eoꝝ. Et cur nõ audiſti vocẽ dñi, ſed verſus es ad prędã ⁊ feci-
ſti malũ in oculis domini?

¶ Dixitq; ſaul ad ſemuel: immo audiui vocem domini/⁊ ambu-
laui in via per quam miſit me dñs, ⁊ adduxi agag regem hama-
lec ⁊ hamalec iterfeci. Tulit aũt popul⁹ de prẽda oues ⁊ boues/
primitias perdendoꝝ, ad immolandũ dño deo tuo in ghilghal.
Sibiipſi attribuit ſaul quod fuit obedientiæ: minus aduertens ꝙ non conſtat ſi-
biipſi/immiſcendo ꝙ adduxi agag regem hamalec. fuerat. n. præceptũ ut inter-
ficeret eum. Populo autem attribuit quod fuit inobedientiæ / excuſando tñ po-
pulum prætextu religiõis: tanq̃ quæ ſeruata ſunt / fuerint ſeruata quaſi primi-
tiæ offerendæ deo. Et ad placandum ſamuelem utit᷑ pronomine tuo/dicendo ie-
houah elohe tuo. Et ait ſemuel: nunquid vult dominus holocau-
ſta ⁊ victimas / ⁊ non potius vt obediatur voci domini? Si noſ-
ſe uis textum ut iacet in hebræo. an voluntas iehouah in holocauſtis
⁊ ſacrificijs ſicut audire in voce iehouah? Per quæ manifeſtatur ꝙ
non placent deo holocauſta & ſacrificia quemadmodum obedire diuinæ uoci.
Deinde immediate ſequitur. ecce audire pre ſacrificio bonum / ⁊ au-
ſcultare pre adipe arietum. Prius dixerat ꝙ non æquantur ſacrificia obe-
dientiæ: modo amplius declarando dicit ꝙ obedientia præſtat ſacrificio & in-
cenſo adipi / qui erat ſingulariſſima pars dicata deo. Deinde immediate ſe-
quitur. Quia peccatum diuinandi / rebellio, ⁊ iniquitas ⁊ the-
raphim/cogere. Poſtq̃ confutauit rationem ſaulis ex parte religionis, ma-
nifeſtat exaggerando q̃ graue fuerit peccatum inobedientiæ: aſſimilando rebel-
lionem ſuperſtitioni diuinandi/& aſſimilando oblationem quæ fit deo quaſi in-
uito peccato iniquitatis & uenerantium theraphim: hoc eſt ſimulachra. Nam co-
gere ſignificat cogere eum cui offertur munus ad ſuſcipiendum illud: quemad-
modum de iacob ſcriptum eſt ꝙ coegit heſau ad ſuſcipiendum munus. ſimile. n.
quid declarauit ſamuel accidere ſauli & populo/offerentibus deo prædam ha-
malecitarum quam deus nolebat. perinde enim agebant acſi cogere uellent de-
um ad ſuſcipiendum eorum munera. Et per hæc manifeſtat ſamuel eorum pec-
catum tum inobedientiæ tum irreligioſitatis/offerendo deo quod illi diſplicet: ut
omni ex parte confutet excuſationem allatam. pro eo ꝙ abiecisti verbũ
domini/abiecit te dñs ne ſis rex.

Dixitq; ſaul ad ſemuel: peccaui/qa tranſgreſſus ſum os do-
mini ⁊ verba tua. Non ex integro corde confitetur peccatum ſuũ qui
falſam apponit cauſam ſui peccati/ſubiungendo. qa timui populũ ⁊ obe-
diui voci eoꝝ. ipſe enim ſaul præcipua cauſa fuerat ſeruandi ea quæ ſeruata
ſunt. Sed porta queſo: Iuxta hebræum habetur. Et nunc leua queſo
peccatũ meũ. ſed hebræi leuare peccatum uocant ignoſcere peccatum. ⁊
reuertere mecũ. Ecce ratio qua mouebatur ſaul ad confitendum pecca-
tum/ut ſamuel iret cũ eo placatus. Et dicit reuertere mecũ/qa occurrerat illi ob-
uiam ut reuertenti comes eſſet. ⁊ adorabo dominum:

Digitized by Google

¶ Et ait ſemuel ad ſaul/nõ reuertar tecũ: qa ꝓieciſti ſmonẽ dñi/ ꝓiecit te dñs ne ſis rex ſup iſrael. Vertitq; ſe ſemuel vt abiret: ille aũt apprehendit oram pallij ei9/ ꝛ ſciſſa ẽ. Et ait ad eũ ſemuel: ſcidit dñs regnũ iſrael a te hodie/ ꝛ tradet ꝓximo tuo meliori te. Interpretatus eſt ſamuel ſciſioñe ſui pallij ſignũ eſſe ſciſſionis regni a ſaule decretæ a deo. Porro triumphator in iſrael nõ parcet ꝛ penitudine non flectetur: non.n.hõ ẽ vt agat penitentiã. Iuxta hebræũ habet. Et ẽt fortitudo iſraelis nõ mentietur ꝛ nõ penitebit: qa nõ hõ ipſe ad penitendũ. Deũ appellat fortitudinẽ iſraelis nõ ſolũ qa ipſe eſt uere fortitudo populi iſrael, ſed potius ad ſignificandũ ꝙ is q eſt ſumma fortitudo nullam in ſe ꝯpatiẽ mutabilitatẽ/qualis eſt in mendace & in pœnitente. Et ut hoc melius ꝑcipeẽ, dicit nãm dei longe diſtare a natura hominis/ cuius ẽ pœnitere. Et dixit/ peccaui. Et hanc quoq; ꝯfeſſionẽ non ꝓficiſci ex integra agnitione peccati corã deo/teſtaẽ adiuncta petitio honoris mundi huius. nũc honora me queſo corã ſeniorib9 popli mei ꝛ corã iſrael: reuerterequ meců/ ꝛ adorabo dñm deũ tuũ. Et reuerſus eſt ſemuel poſt ſaulẽ: ꝛ adorauit ſaul dominum.

Dixitq; ſemuel/adducite ad me agag regẽ hamalec: ꝛ oblat9 eſt ei agag pinguiſſimus tremens. Iuxta hebræum hẽ. ꝛ iuit ad eũ agag delitiaꝝ. uel catenaꝝ. Dictio hebraica anceps eſt ad delitias uel catenas/an ſignificeẽ agag delitioſus uel uinctus catenis. Et dixit agag/ ſiccine ſepat amara mors? Iuxta hebræũ hẽ. certe ſeparauit amaritudo mortis. Vidẽs ſe ductũ ad mortẽ uiolẽtã/dicit ſe iã mortuũ ſeparatiõe amaræ mortis ab hac uita. Dixitq; ſemuel/ſicut orbauit mulieres gladi9 tu9 ſic orbabiẽ pre mulierib9 mr̃ tua: ꝛ i fruſta cõcidit eũ. Iuxta hebræũ hẽ. ꝛ ſcidit ſemuel agag corã dño i ghilghal. nihilq; dr̃ de fruſtis.

¶ Abijtq; ſemuel i ramã: ſaul vero aſcẽdit ad domũ ſuã i ghibhã. Deficit. ſaulis. Deſcribiẽ domus ſaulis in colle ſaulis. Et non vidit ſamuel vltra ſaul. Iuxta hebræũ habeẽ. Et nõ addidit ſemuel ad videndũ ſaulẽ vſq; ad diẽ quo mortu9 eſt. Annotabis prudens lector nõ ſcribi & nõ uidit/ſed ſcribi & non addidit ad uidendũ: qm̃ hinc ſoluiẽ quæſtio quæ moueẽ ex geſtis ſcriptis inferius ca.19. vc; ꝙ ſaul ꝓphetauit corã ſamuele. Aliud ẽ.n.addere ad uidendũ & aliud ẽ uidere. uidit ſiqdẽ poſt hæc hic ſcripta ſamuel ſaulẽ añ diẽ mortis ſuæ, ſed nõ addidit ad uidendũ ſaulẽ: qa nunq̃ iuit ad uidendũ eũ/ut prius ſæpe fecerat: hoc.n.ſignificaẽ dicendo & nõ addidit ſamuel ad uidendũ ſaulẽ. cũ qua ueritate ſtat ꝙ tanq̃ caſu acciderit ſaulẽ uideri a ſamuele: ut cõtigit in ijs quæ narranẽ ca.19. veruntñ luxit ſemuel ſaulẽ: quoniã dñs penitebat. Iuxta hebræũ hẽ. ꝛ iehouah penituit ꝙ regnare feciſſet ſaulẽ ſup iſrael. Nõ hẽ cõiunctio qm̃/ſed cõiunctio &. narranẽ ſiqdẽ duo: alteꝝ ꝙ ſamuel q̃uis nõ iret ad uidendũ ſaulẽ/lugebat tñ eũ, & ꝙ ſummũ deum pœnituit ꝙ fecit regnare ſaulem ſuper iſrael.

Dixitqꝫ dñs ad ſemuelē: vſqꝫquo tu luges ſup ſaul/cuꝫ ego proiecerim eū. Iuxta hebræum habet. ꝛ ego abominatꝰ ſum eum a regnādo ſup iſrael? non enim reprehendit deus ſamuelēꝫ ꝑſeuerantem in luctu tanꝗ agentem cōtra diuinā definitionem: ſed reuelat imponendū eſſe terminū hmōi triſtitiæ qa diffinita eſt reprobatio ſaulis a regno. imple cornu tuū oleo ꝛ veni/mittam te ad iſſai bethlechemitem, prouidi.n. in filijs eiꝰ mihi regem. Quis ſurrogandus ſit rex atqꝫ ab ipſo ſamuele ungendus, aptiſſime reprobato ſaule reuelat ſamueli ad conſolandū eū. Et ait ſemuel/quō vadam. Timentis ſunt uerba interrogatiue legenda/ ad conſulendū deū de ꝑiculo imminētis ſibi mortis ex hmōi obedientia. audiet enim ſaul ꝛ īterficiet me: dixitqꝫ dñs / vitulū bouis tolles in manu tua, ꝛ dices ad immolandū dño veni. Docet deus ſamuelem ut tacita cā principali itineris ſui/manifeſtet dūtaxat minus intentā: ut hinc diſcamus nullū eſſe peccatū cū ſimile quid homines ſæpe faciunt. Et vocabis iſſai ad ſacrificiū: ꝛ ego oñdaꝫ tibi qd facturꝰ ſis/ vngeſqꝫ mihi quem moſtrauero tibi.

¶ Fecitqꝫ ſemuel quod locutꝰ erat dñs/ꝛ venit in bethlechem. et admirati ſunt ſeniores. Iuxta hebræum habetur. et tremuerunt ſenes ciuitatis ad occurſum eiꝰ. Tremor internus ſignificatur ex inopinato aduentu ſamuelis: timendo ne forte fugeret a facie ſaulis regis, & ciuitas anguſtaretur/hinc ſamuele inde ſaule inſtantibus. ꝛ dixerunt/pacificus ne ē ingreſſus tuus? Et dixit, pacificus/ad immolandū dño veni / ſanctificamini. Inuitat ad ſacrificiū ſenes ciuitatis q occurrerant ei / uolentes tā intereſſe ſacrificio. ꝛ venite mecū. Iuxta hebræū habet. ꝛ venietis mecuꝫ ad ſacrificiū. Samuel.n. non erat ſacerdos ſed leuita: & ſine diſpenſatione non licebat ei ſacrificare exercendo ſacerdotis officiū/de quo nihil in litera ſcribitur. ꝛ ſanctificauit iſſai ꝛ filios eius/ꝛ vocauit eos ad ſacrificiū. Specialis mentio fit iſai: quia ꝓꝑ filios eius principaliter uenerat. & propterea non ſolū iſai tanꝗ ſenex ſed & filij eius ſanctificati narrātur a ſamuele, proculdubio ſecundū ritū legis ab eo mundati ſicut & alij inuitati ſacrificio affuturi. Cumqꝫ ingreſſi eſſent. Iuxta hebræū habet. Et fuit venientibus eis. proculdubio filijs iſai. inſinuant ſiquidem hæc collata cuꝫ ſubiunctis (vcꝫ ꝙ iſai uocabat ſingillatim filios ad ſamuelem) rem geſtam fuiſſe hoc ordine: vcꝫ ꝙ in aulam in qua erat ſamuel ingreſſus eſt primum iſai cum primogenito ſuo: & facta reuelatione diuina ad ſamuelem ꝙ non eſſet ille futurus rex/iſai uocabat aliū filium: & ſic ſucceſſiue introduxit omnes filios ad ſamuelem. Talē aūt ordinē ſamuelem diſpoſuiſſe/ex hoc inſinuat litera ꝙ non omnes ſimul introduxit pater, qui tamen omnes ingreſſi aulam ſamuelis non ſingillatim exibant ſed manebant in ea: quemadmodū teſtatur unctio dauidis in medio fratruꝫ ſubiuncta. Vidit eliabem ꝛ dixit/num coram domino eſt chriſtus eius? Iuxta hebræum habetur. tantum coram iehouah vnctus eius. Et ſunt uerba inter⸗

rogantis quidem deum, declinantis tamen in partem affirmatiuam/proponendo ꝙ iſte duntaxat ſit quem unxerit deus. in cuius declinationis ſignuȝ reſpondetur a deo non eſſe ſpectandum ad aſpectum illius & altitudinem ſtaturæ. hæc n. inuitauerant ſamuelē ad ſuſpicandū ꝙ ille electus eſſet in regem.

Et dixit dñs ad ſemuelē: ne reſpicias vultū eiꝰ. Legendū eſt. **ad aſpectū eiꝰ ⁊ ad altitudinē ſtature eiꝰ/ qa reprobaui eū: qa nō iuxta intuitū hoīs iudico, hō. n. videt que patent oculis/ dcꝰ aūt intuetur cor. Et vocauit iſſai abinadab/ ⁊ adduxit eū corā ſemuel: ⁊ dixit/ ēt hunc nō elegit dñs. Adduxitqȝ iſſai ſammā: ⁊ dixit/ ēt hunc nō elegit dñs.** Ex his aūt clare habet̃ progreſſus diuinæ reuelationis de nouo rege. nam primū reuelatū fuit ſamueli ꝙ deus trāſlaturus erat regnū in uiꝝ meliorē ſaule: deinde reuelatū eſt illi ꝙ uir ille eſſet unus filioꝝ iſai bethlehemitæ/ſed non eſt ei reuelatū qs ex filijs iſai eſſet: & demū reuelatū eſt ei ꝙ uir ille eſſet dauid. **Adduxit itaqȝ iſſai ſeptē filios ſuos coram ſemuele.** Quæſtio orit̃ de numero filioꝝ iſai: eo ꝙ in primo para. ca. 2. ſeptē dūtaxat ſupputant̃ filij iſai ↄpræhenſo dauide. Soluit̃ ↄmuniter / dicendo ꝙ tā hic q̄ȝ in ſequenti capitulo ſupputantur octo filij iſai eo ꝙ ionathan filius adoptiuus cōnumeratur inter filios iſai: in libro uero parali. ſupputātur filij naturales dūtaxat. **⁊ dixit ſemuel ad iſſai/ nō elegit dñs ex iſtis.** Hinc apparet ꝙ ſamuel ſecreto ↄmunicauerat iſai diuinā reuelationē ſibi factā de uno filiorū eius electo a deo: alioquin non dixiſſet ei non elegit dñs ex iſtis.

¶ Dixitqȝ ſemuel ad iſſai/ an finiti ſunt pueri? ⁊ dixit/ adhuc reliquꝰ eſt paruulus ⁊ ecce paſcit oues: ⁊ dixit ſemuel ad iſſai/ mitte ⁊ tolle eū, nec. n. diſcumbemꝰ. Iuxta hebræum habetur. **qa nō circūibimus.** hoc eſt circulariter conſedebimus. modus ſiquidem quo tunc cōmenſales ſimul edebant deſcribit̃. **donec veniat huc. Miſitqȝ ⁊ venire fecit eū: erat autē rufus ⁊ pulcher aſpectu decoraqȝ facie.** Iuxta hebræū hr̃. **⁊ ipſe rubeꝰ/ cū pulchritudine oculoꝝ ⁊ bonitate aſpectꝰ.** commendatur. n. ſpecialiter de pulchritudine oculoꝝ. **⁊ ait dñs, ſurge vnge eū/ qa hic ipſe. Tulitqȝ ſemuel cornu olei/ ⁊ vnxit eū ī medio fratrū eius.** Nulla uerba dixit ſamuel ungendo dauidem/ quemadmodum dixerat ungendo ſaulē. Ita ꝙ in duobus differūt iſtæ unctiones. primū ꝙ ſup caput ſaulis effudit ſeu colauit oleū/ dauidem uero unxit: deinde ꝙ ibi declarauit deum unxiſſe ſaulem in ducē &c. hic aūt nullū profert uerbū. timebat. n. manifeſtare quorſum fieret illa unctio tot perſonis/ ne ꝑueniret ad aures ſaulis. Quocirca fratres dauidis q̄uis pn̄tes unctioni neſcierunt tn̄ ad qd ungeret̃. nec forte pr̄i manifeſtatū eſt ꝙ ungeret̃ in regē/ ſed in electū a deo. putare aūt facile poterant ꝙ ungeretur in electū a deo in prophetā. **⁊ directus eſt ſpūs dñi.** Iuxta hebræū habet̃. **⁊ proſpatꝰ eſt ſpūs iehouah ī dauid a die illa ⁊ deinceps.** Internū donū diuini impulſus/ appellat̃ ſpūs iehouah ꝓſpos habēs ſucceſſus in dauide a die illa & deinceps. **ſurrexitqȝ ſemuel/ ⁊ abijt in ramam.**

Spiritusqꝫ domini receſſit a ſaul. Similiter diuini impulſus donum
internũ ſcribitur receſſiſſe a ſaule. ſubtraxit ſiquidem deus huiuſmodi gra-
tuitum donum/ ſaule reddente ſe indignum illo ob ſuperbiam & inobedientiã.
⁊ exagitabat eũ ſpiritus nequam a domino. Iuxta hebræum habetur.
⁊ terruit eum ſpiritus malus a iehouah. Quemadmodum ſpiritus bo-
nus in dauide non ſignificat angelum ſanctum ſed gratuitum donuꝫ interni di-
uini impulſus / ita ſpiritus malus in ſaule non ſignificat dæmonem ſed ſpiritum
melancholicum impellentem ad malum terrendo ſaulem. Vbi interueniebat du-
plex paſſio immiſſa a deo. altera corporis/in motu ſpiritus melãcholici mali: hoc
eſt nociui. altera animi: quoniam ex motu ſpiritus melancholici formabantur in
internis ſenſibus apparitiones exterrentes ſaulem. Et utraqꝫ paſſio eſt ægritudi-
nis naturalis: ſed deo attribuitur/tum quia opus naturæ eſt opus dei: tum quia
ſubtrahente deo gratuitum donum interni impulſus diuini compeſcentis huiuſ-
modi paſſionem in ſaule/inualuit ſpiritus melancholicus terrens & impellens ad
malas actiones. nam ut infra ſubiungitur/impellebat eum ad occidendum daui-
dem. ¶ Dixeruntqꝫ ſerui ſaul ad eum: ecce ſpiritus domini malꝰ
exagitat te. Iuxta hebræum habetur. ecce nunc ſpiritus elohim malꝰ
terret te. Cognouerunt ſerui eius ſpiritum melancholicum eſſe terrificum / uel
referente ipſo ſaule terrores quos patiebatur in imaginatione/uel ex exterioribus
uerbis aut factis: ut ſæpe ꝑpendimus huiuſmodi melãcholicos terreri ex ijs quæ
dicunt aut faciunt dum terrentur. Dicat obſecro dominus noſter/ ⁊ ſer-
ui tui qui coram te ſunt querent viruꝫ ſcientẽ pſallere in cithara.
Ne oporteat ſæpe repetere/in toto hoc tractatu intellige pſallere & pſallentẽ ꝑ
ſonare & ſonantem: ſic.n. hebraice habetur. Vt quando arripuerit te ſpiri-
tus dei malus/pſallat manu ſua ⁊ leuius feras. Iuxta hebræum ha-
betur. ⁊ erit exiſtente ſuper te ſpiritu elohim malo, ⁊ ſonabit manu
ſua ⁊ bene tibi. Prædicunt iſti non ſolum leuius tolerare/ ſed etiam ꝙ bene
erit ei.

¶ Et ait ſaul ad ſeruos ſuos: prouidete ergo mihi aliquem bene
pſallentem/ ⁊ adducite ad me. Et reſpondit vnus e pueris ⁊ di-
xit: ecce vidi filiũ iſai beth'lechemite ſcientẽ pſallere ⁊ fortiſſimuꝫ
robore. Carent ſuperlatiuo hebræi: & rectius circũloqui uident̃ hebraicũ tranſ-
ferentes. potentem robore ⁊ virum belli ⁊ prudentem i verbis ⁊ vi-
rum pulchrum. Nec ulla iſtarum cõmendationum fuit falſa: nam omnes iſtæ
cõditiones uerificantur de dauide proportionaliter intellectæ iuxta ætatem il-
lius. ⁊ dominus eſt cum eo. Miſit ergo ſaul nuncios ad iſai ⁊ di-
xit: mitte ad me dauid filium tuuꝫ qui eſt cum ouibꝰ. Tulit itaqꝫ
iſai aſinum plenum panibus ⁊ lagenam vini. Iuxta hebræum habe-
tur. aſinum panis ⁊ vtrem vini ⁊ hedum caprarum vnũ. clare.n.
ſignificatur aſinus onuſtus pane. ⁊ miſit per manuꝫ dauid filij ſui ſauli.
Et venit dauid ad ſaul/ ⁊ ſtetit corã eo: ⁊ ille dilexit eũ nimis. Iu-

terpres ſæpe utitur nimis pro ualde. fuitq; ei armiger. Miſitq; ſaul ad
yſai dicendo: ſtet obſecro dauid in cōſpectu meo/ q̄a inuenit gra-
tiam in oculis meis. Igitur quandocunq; ſpiritus domini ma-
lus arripiebat ſaul. Iuxta hebræum habetur. Et erit exiſtente ſpiritu
elohim malo in ſaule. Quod ideo annotauerim ne extrinſeca op̄atio ſignifi-
cata intelligatur. tollebat dauid citharã ⁊ pſallebat manu ſua: ⁊ re-
focillabatur ſaul. Iuxta hebræum habetur. ⁊ dilatabitur ſauli. Dilatatio
cordis ex muſica deſcribitur. ⁊ leuius habebat, recedebat. n. ab eo ſpi-
ritus malus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ bene ipſi ⁊ recedet ex ſuꝑ eũ
ſpiritus malus. Non eſt mirum ꝙ muſica non ſolum mitiget ſed etiam peni-
tus ſedet cōmotionem ſpiritus melancholici: quũ ægritudo corporalis ſit redun-
dans in phãtaſiam, & proportionata melodia delectet animũ/ tranquillitatemq;
reddat turbatis motibus & animi & corporis. nam quemadmodum paſſiones
corporis redundãt in animum ita econuerſo paſſiones animi redundant in cor-
pus: ut quotidiana experientia teſtatur. Hæc quoq; litera conteſtatur quod pri-
or inſinuauit/ vz ſpiritum hunc malum fuiſſe ſpiritum impulſus melancholici:
alioquin non ſcriberetur recedere ex muſica. hæc. n. ſola cauſa in litera redditur.
¶ Næc prætereas ordinem effectuum in ſaule ex muſica. primus. n. effectus erat
dilatatio cordis/ directe contraria melancholico motui: nam melancholicus mo
tus reſtrictiuus eſt ſpirituum/ lætitia autem dilatatiua eſt. & hinc conſequebatur
bene ſe habere ſaulem / & demum liberari ab illa melancholica uexatione ꝑ illã
uice: paulatim. n. effectum operantur naturalia agentia.

CAPVT .XVII.

CONgregauerunt autẽ peliſthim agmina ſua ad præ-
lium/ ⁊ congregati ſunt in ſocho iehude: ⁊ caſtrame-
tati ſunt inter ſocho ⁊ hazecam in finibus dammim.
Saul vero ⁊ filij iſrael congregati ſunt in valle elah:
⁊ diſpoſuerunt prælium in occurſũ peliſthim. Et pe-
liſthim ſtabant ſuꝑ montẽ hinc/ ⁊ iſrael ſtabant ſuꝑ montẽ ex al-
tera parte: valliſq; erat inter eos.
¶ Et egreſſus eſt vir ſpurius. Iuxta hebræum habetur. vir de medio
de caſtris peliſthinorum. Et deſcribitur per hoc ꝙ non egreſſus eſt ex late-
re uno uel altero ſed ita egreſſus eſt ex caſtris peliſthinorum ꝙ egreſſus eſt e me-
dio caſtrorum: ad inſinuandum ꝙ de conſenſu exercitus peliſthinorum egreſ-
ſus eſt. gholiath nomen eius de ghath: altitudo eius ſex cubitoꝝ
⁊ palmi. Et galea erea ſuꝑ caput eiꝰ/ ⁊ lorica hamata induebat.
Iuxta hebræum habetur. ⁊ lorica ſquamarum ipſe indutus. fabrefacta
ſiquidẽ deſcribitur lorica laminis æreis ad ſimilitudinem ſquamarum piſcis. ita
ꝙ induebat lorica ſquamoſa: hoc eſt lamina laminam contegente ſicut ſquama

ſquamæ iungit̃ in piſce. pondusq́ꝫ loricæ q̃nq́ꝫ milliũ ſiclorꝫ æris erat:
Et ocreas æreas habebat in cruribus. Iuxta hebræũ hr̃. Et lamina
æris ſuper pedes eius. Ad inſtar laminæ protegentis frontem aiunt has la-
minas ſuper pedes fuiſſe. ⁊ clypeus æreus tegebat humeros eius. Iuxta
hebræum habetur. ⁊ ſpiculum calybis inter humeros eius. Significat̃
teli paruuli miſſilis ex calybe fabrefacti geſtatio inter humeros. Haſtileq́ꝫ
lanceæ eius ſicut liciatorium texentium / ⁊ ferrum lanceæ ei⁹ ſex-
centorum ſiclorum ferri: ⁊ armiger eius. Iuxta hebræum habet̃. ⁊ ge-
ſtator ſcuti vadens ante euꝫ. daturus ſcutum ei cum ad pugnam ueniret.
Stetitq́ꝫ ⁊ clamauit ad acies iſrael / ⁊ dixit eis: cur exiſtis ad diſ-
ponendum prœliũ: nõne ego peliſthe⁹ ⁊ vos ſerui ſaul: eligite vo-
bis virũ ⁊ deſcendat ad me. Si potuerit pugnare mecũ ⁊ ꝑcuſ-
ſerit me / erimus vobis ſerui: ſi autem ego potuero in eum ⁊ per-
cuſſero eũ / eritis nobis ſerui ⁊ ſeruietis nobis. Dixitq́ꝫ peliſthe⁹:
ego exprobraui aciebus iſrael hodie / date mihi virum ⁊ pugna-
bimus ſimul. ¶ Audiuit autem ſaul ⁊ tot⁹ iſrael ſermones pe-
liſthei hos: ⁊ ſtupuerũt. Iuxta hebræum habet̃. ⁊ fracti ſunt ⁊ timue-
runt valde. Fracti animo & conſequenter ualde metuentes deſcribuntur.

DAuid autẽ filius viri ephrathei. Similis dictio hic ſcribit̃ ei quæ
ſcripta eſt in principio huius libri de elcana patre ſamuelis: & uidet̃ in ſi-
mili ſenſu interpretanda / ut pater dauidis uir auguſtus deſcribatur. nã patria cla-
re ſubiungitur ex bethlehem iudæ. De quo ſupra dictum eſt. Iuxta hebræũ
habetur. iſte ex bethlechem iehude. ad differentiã alterius bethlehem in tri-
bu zabulon. ⁊ nomen ei⁹ iſai / ⁊ ei octo filij. ↄnumerato adoptiuo / ut præ-
dictum eſt. ⁊ vir ĩ dieb⁹ ſaulis / ſenex venit inter homines. Abierũt
autẽ tres filij iſai maiores / abiuerunt poſt ſaul ad bellum: ⁊ no-
mina trium filiorum eius qui perrexerunt ad bellũ / eliab p̃imo-
genitus / ⁊ ſecundus eius abinadab / ⁊ tertius ſamma. Dauidq́ꝫ
erat minim⁹: ⁊ tres maiores abierũt poſt ſaul. Dauid ṽo abiuit
⁊ reuerſus eſt a ſaul: ad paſcendũ oues patris ſui ĩ bethlechem.
Ratio quare dauid a ſaule reuerſus eſt ad paſcendũ oues patris ſui / reddit̃ trium
maiorum fratrum egreſſus ad bellum cum ſaule. Accedebat autẽ peliſthe-
us mane ⁊ veſperi: ⁊ ſtetit quadraginta diebus.
¶ Dixit autẽ iſai ad dauid filium ſuum: accipe queſo fratribus
tuis ephã polente huius ⁊ decem panes hos. Nomẽ eſt menſuræ ari-
dorum epha: polenta autem pro granis toſtis ſumitur. ⁊ curre in caſtra ad
fratres tuos. Et decẽ formellas caſei has deferes tribuno: fra-
treſq́ꝫ tuos viſitabis ſi recte agant. Iuxta hebræum habetur. in pace:
pacis. n. nomine hebræi bona cuncta ſignificabant. ⁊ cum quibus ordinati
ſunt diſce. Iuxta hebræum habetur. ⁊ pignus eorum tolles. hoc eſt redi-
mes q̃cq̃d in pignus dederint pro debito aliquo. ſubintelligitur. n. q̄ iſai dederit

pecuniam dauidi ad redimendum pignora fratrum ſuorum ſi opus eſſet. Saul autem ⁊ ipſi ⁊ omnes viri iſrael erant in valle terebinthi. Iuxta hebræum habetur. ela. Nomen eſt arboris/ut alias dictũ eſt. pugnantes cuꝫ peliſthim.

Surrexitqꝫ dauid mane ⁊ reliq̃t oues cure cuſtodis/ ⁊ onuſt⁹ abijt ſicut preceperat ei iſai: ⁊ venit ad locum mahgala. Iuxta hebræum habetur. ad circulum. hoc eſt ad uallum ſeu foſſam circularem cingentem exercitum/ut moris eſt. ⁊ ad exercitum/qui egreſſus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Iuxta hebræum habetur. ⁊ gens fortitudinis egrediens ad aciem/⁊ vociferati ſunt in prelio. Narratur accidens tunc cõmotio ad præliandum hinc & inde. Diſpoſueratqꝫ iſrael ⁊ peliſthim/aciem in occurſuꝫ aciei. Dereliq̃tqꝫ dauid vaſa que ſecum attulerat in manu cuſtodis ſarcinarum/⁊ cucurrit in aciẽ: ⁊ venit ⁊ interrogauit ſi omnia erga fratres ſuos recte agerent. Interpres iteꝝ exponit: nã in hebræo hr̃ dũtaxat. ⁊ iterrogauit fr̃es ſuos ĩ pace. ut ſupra diximus. Cumqꝫ adhuc loqueret̃ cuꝫ eis, apparuit vir ille ſpurius. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ecce vir medij aſcendens (goliath peliſtheus nomen eius de ghath) de aciebus peliſthinorum. repetuntur. n. ſupradicta. locutus eſt iuxta verba hec: ⁊ audiuit dauid. Omnes autem viri iſrael cum vidiſſent virum, fugerunt a facie eius ⁊ timuerunt valde. Et dixit vir iſrael: num vidiſti. Iuxta hebræum habetur. num vidiſtis virum aſcendenteꝫ huc/ ꝙ ad exprobrandum iſraeli aſcendit? Non dirigitur ſermo ad ſolum dauidem. ⁊ erit viruꝫ qui percuſſerit eũ ditabit rex diuitijs magnis/ ⁊ filiam ſuam dabit ei/⁊ domuꝫ patris eius faciet abſqꝫ tributo. Iuxta hebræum habetur. liberam in iſrael. quod plus eſt ꝙ̃ abſqꝫ tributo.

ET ait dauid ad viros ſtantes ſecum dicendo: quid fiet viro qui percuſſerit peliſtheum hunc/⁊ remouerit opprobriũ ab iſrael? Certiorem reddi ſeipſum quærebat dauid de præmio quod audierat. quis eſt. n. hic peliſtheus incircũciſus/ꝙ exprobrauit acieb⁹ dei viuentis? Iuxta hebræum habetur. elohim viuoꝝ? Et eſt proculdubio ſermo de uero deo. hinc. n. clare colligimus conſuetum fuiſſe apud hebræos nominare deum honoris gratia in numero plurali. & propterea nominando deum elohim/ cõſequenter nominauit eum uiuos: nam elohim eſt numeri pluralis. Nec prætereas diuinum impulſum apparentem in dauide/dum refert iniuriam illatam iſraeli in iniuriam dei: ut hinc perpendamus ꝙ ſpiritu dei agebatur dauid ad congrediendum cum peliſthino. Dixitqꝫ ei populus ſecundum hunc ſermonem dicens: ſic fiet viro qui percuſſerit eum. Et audiuit eli'ab frater eius maior/cum loqueretur ad homines: iratuſqꝫ eſt contra dauid ⁊ ait/cur huc deſcendiſti ⁊ cuius cure reliquiſti paucas oues illas in deſerto? ego noui ſuperbiam tuam ⁊ maliciaꝫ cordis tui/

Digitized by Google

quoniam vt videres prelium deſcendiſti. Parui refert contumelias has diſcutere / quæ ex irato pectore non abſqꝫ inuidia proficiſci uidentur. Et dixit dauid: quid feci / nunquid non verbum eſt? Parui refert ꝙ hebraice habetur. quid feci nunc / an non verbum ipſum? Subaudi liberum eſt. hic.n.ſenſus quadrat dicenti quid feci nunc / loquendo & audiendo? an nõ liberum eſt loqui / an ipſum quod feci eſt aliud ꝙ̃ uerbũ? Et declinauit paululum ab eo ad aliuꝫ. Interpres addidit paululum. dixitqꝫ eundẽ ſermonẽ: ⁊ reſpondit ei populus verbũ ſicut prius.

¶ Audita ſunt autem verba que locutus ẽ dauid: ⁊ nũciata ſunt in conſpectu ſaul / ⁊ tulit eũ. Dixitqꝫ dauid ad ſaul: non cõcidat cor cuiuſqꝫ in eo, ſeruus tuꝰ ibit ⁊ pugnabit cum peliſtheo iſto. Pronomen eo / demonſtrat peliſthinũ. hortatur.n. dauid regem & aſtantes ne cuiuſqꝫ animus cadat ꝓpter peliſthinum illum. Et rationem ſubdit / quia ipſe pugnabit aduerſus eũ. Et ait ſaul ad dauid: nõ vales reſiſtere peliſtheo iſti nec pugnare aduerſus eũ. Iuxta hebræum habetur. nõ valebis ad eundũ ad peliſthinũ iſtũ ad pugnandũ cũ eo. Hæc eſt litera hebraica: & ſententia clara eſt. quia puer es / ⁊ ipſe vir bellator ab adoleſcentia ſua.

¶ Dixitqꝫ dauid ad ſaul / paſtor erat ſeruꝰ tuꝰ patri ſuo in ouibꝰ: ⁊ veniebat leo vel vrſus. Iuxta hebræum habetur. leo ⁊ vrſus. cũ coniunctione copulatiua. ⁊ tollebat arietem de medio gregis. Iuxta hebræum habetur. agnuꝫ de grege. nec aliud dicitur. Et perſequebar eos ⁊ percutiebam / eruebãqꝫ de ore eoꝝ: ⁊ illi cõſurgebant aduerſum me, ⁊ apprehendebam mentuꝫ eoꝝ / ⁊ ſuffocabam interficiebãqꝫ eos. Legendum eſt in numero ſingulari. Et exiui poſt eũ ⁊ percuſſi eũ ⁊ feci euadere de ore eiꝰ: ⁊ ſurrexit ſuper me, ⁊ inualui ĩ mentũ eiꝰ ⁊ percuſſi eũ ⁊ occidi eũ. Hæc eſt litera hebraica. in qua explicat̃ modus quo congreſſus fuerat dauid tam cum leone ꝙ̃ cum urſo: ſubiungit enim utrũqꝫ ſe percuſſiſſe. Nam leonem ⁊ vrſum interfeci. Legendum eſt. percuſſit ſeruus tuꝰ. nam ſic habetur in hebræo. eritqꝫ ⁊ peliſtheꝰ iſte incircũciſus tãꝙ̃ vnꝰ ex eis. Vndiqꝫ dauid ad dina ꝯſurgit. nã prius ad negatã peliſthino circũciſionis gratiã ſpectat. ꝗ auſus eſt maledicere exercitui dei viuentis. Iuxta hebræum habetur. ꝗa vituperauit acies elohim viuoꝝ. Deinde intorquet iterum dauid iniuriam in deum: ut certiores ſimus ꝙ ſpiritu dei agebatur. unde & fiduciam ſuam in ſummo deo ſe habere ſubiungit.

¶ Et ait dauid: dñs ꝗ eripuit me de manu leonis ⁊ de manu vrſi / ipſe me eripiet de manu peliſthei huiꝰ. Dixit aũt ſaul ad dauid: vade ⁊ dñs tecũ ſit. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ iehouah erit tecũ. hebræi.n. nullum habent futurum niſi indicatiui modi. Et induit ſaul dauidem veſtimentis ſuis / ⁊ poſuit galeam eream ſuper caput eiꝰ: ⁊ induit eũ lorica. Et accinxit dauid gladiũ ſuũ ſuper veſtes

ſuas/⁊ voluit ire quia non habebat vſum: dixitqꝫ dauid ad ſaul; non poſſum cũ iſtis incedere qa nec habeo vſuꝫ/⁊ remouit ea dauid a ſe. Et tulit baculũ ſuũ in manu ſua/ ⁊ elegit ſibi qnqꝫ limpidiſſimos. Iuxta hebræum habetur. lenes lapides de torrente. ut habiles eſſent ut iacerentur funda. ⁊ poſuit eos i vaſe paſtorali quod habebat ⁊ in pera/⁊ funda eiꝰ erat in manu eiꝰ: ⁊ proceſſit ad peliſtheum. Ibat aũt peliſtheꝰ eundo ⁊ appropinquando ad dauidem: ⁊ armiger eiꝰ. Legendum eſt. ⁊ geſtator ſcuti ante eum. ut ſupra.

¶ Aſpexitqꝫ peliſtheꝰ ⁊ vidit dauidẽ/⁊ deſpexit eũ: qa erat puer ⁊ rufus. Legendum eſt. rubeꝰ. ut ſupra. ⁊ pulcher aſpectu. Et dixit peliſtheꝰ ad dauid/an ego ſum canis ꝙ venis ad me cũ baculis? maledixitqꝫ peliſtheꝰ dauid per deos ſuos. Significatur autem deſpectiua maledictio. Et ſcribitur hoc ut utrinqꝫ cauſa dei appareat. naꝫ ex parte peliſthini inuocatio ſuorum deorum / ex parte uero dauidis fiducia in ſummo deo deſcribitur. Dixitqꝫ peliſtheꝰ ad dauid: veni ad me/ ⁊ dabo carnem tuam volatilibꝰ celi ⁊ beſtijs campi.

Dixit aũt dauid ad peliſtheũ: tu venis ad me cũ gladio ⁊ lancea ⁊ clypeo. Iuxta hebræum habet. ⁊ in ſpiculo. quod prænarratũ eſt geſtari inter humeros peliſthini. ⁊ ego venio ad te in nomine domini exercituũ dei acieꝝ iſrael qbꝰ exprobraſti. Dictio interpretata dei/eſt nomen elohe. manifeſtat ꝙ tanꝗ dei cauſam agens ꝓcedit aduerſus eũ. Die hac tradet te dñs in manũ meã/⁊ percutiã te / ⁊ auferam caput tuũ a te/⁊ dabo cadauera caſtroꝝ peliſthim die hac volatilibꝰ celi ⁊ animantibꝰ terre: ⁊ ſciet omnis terra ꝙ eſt deꝰ iſraeli. Nomen eſt elohim. Et apte ad teſtificandum uniuerſorum iudicem gubernare iſraelem/daturum uictoriam ſpondet. Et ſciet tota congregatio iſta ꝙ nõ in gladio ⁊ lancea ſaluat dñs: ipſius enim eſt bellum. Iuxta hebræum habetur. quia iehouah bellum. & eſt datiui caſus iehouah. Et poteſt eſſe duplex ſenſus. alter quia bellum infertur ipſi ſummo deo. alter quia in poteſtate ſummi dei conſiſtit bellũ & non in ui lanceæ & gladij. Et hic ſecũdus ſenſus quadrat mõ loquẽdi hebræoꝝ/& tã añcedẽtibus ꝗ ſequẽtibus. ⁊ tradet vos in manꝰ nr̃as. Cũqꝫ ſurrexiſſet peliſtheꝰ/⁊ veniret ⁊ appropinquaret in occurſuꝫ dauid, feſtinauit ſaul ⁊ occurrit ad pugnã ex aduerſo peliſthei. Iuxta hebræum habetur. ⁊ cucurrit in aciem in occurſum peliſthini. Sententia clara eſt. & ratio curſus fuit ut maior eſſet uis iactus fundæ. Et miſit dauid manũ ſuam ad vas/⁊ tulit ide lapideꝫ ⁊ funda iecit / ⁊ percuſſit peliſtheũ in fronte eiꝰ: infixuſqꝫ eſt lapis in fronte eiꝰ/⁊ cecidit ſuper faciem ſuam in terram.

¶ Preualuitqꝫ dauid aduerſus peliſtheũ in funda ⁊ lapide/percuſſitqꝫ peliſtheũ ⁊ interfecit eũ: ⁊ gladiꝰ nõ erat in manu dauid. Cucurritqꝫ dauid ⁊ ſtetit ſuper peliſtheũ / ⁊ cepit gladiũ eius ⁊

Digitized by Google

Viuit dñs ꝙ niſi dñs percuſſerit eũ/aut dies eiꝰ venerit ⁊ moriatur/aut deſcendens in prœlium perierit, propitiꝰ ſit mihi dñs vt non mittam manum meam in chriſtũ domini. Tota iſta clauſula ſuperflua eſt: quia in hebræo non habet̃, ſed immediate ſubiungitur. **Et cõfregit dauid viros ſuos verbis/⁊ non permiſit eis vt cõſurgerent in ſaulem.** Non ſolum abſtinuit a pcuſſione ſaulis/ſed etiam cõtinuit ſuos uolentes occidere ſaulem: ut omni ex parte benignitas dauidis innoteſceret. **⁊ ſaul ſurrexit de ſpelũca/⁊ iuit viam ſuam.**

SVrrexit aũt dauid poſt hec/⁊ egreſſus eſt de ſpelunca, ⁊ clamauit poſt ſaulẽ dicendo domine mi rex: reſpexit q; ſaul poſt ſe, ⁊ incuruauit dauid faciem in terram ⁊ adorauit eũ. Dixitq; dauid ad ſaulem: cur audis verba hominũ dicentiũ/ecce dauid querit malũ tuũ? Ecce hodie viderũt oculi tui ꝙ tradiderit te dominꝰ in manũ meã ĩ ſpelunca, ⁊ cogitaui de te occidendo ſed peperci tibi: ⁊ dixi/non mittã manũ meã in dñm meũ quia chriſtus domini eſt. Et pater mi vide etiã vide orã chlamydis tue in manu mea: quia cũ abſcinderem oram chlamydis tue nõ occidi te/ſcito ⁊ vide ꝙ non eſt in manu mea malum neq; iniquitas. Iuxta hebræum habetur. **neq; rebellio neq; peccaui tibi.** Excludit ab ope

ſuo retrogrado ordine omne peccatum. nam poſtremo peccatum in ſaulem / & prius rebellionem in regem/& primum uniuerſaliter malum excludit. tu auteꝫ inſidiaris anime mee vt auferas eam. Judicet dominꝰ inter me ⁊ te/⁊ vlciſcatur me dominus de te: manus autem mea nō ſit in te. Verba hæc omnia non ſunt optantis ſed prædicentis & expectantis. ſunt.n. temporis futuri modi indicatiui in textu hebraico: iudicabit/ulciſcetur/non erit. Sicut dicit prouerbium antiquuꝫ/ab impijs egredietur impietas. Prouerbium hoc directe ſeruit/tum ad manifeſtandum pietatem dauidis abſtinentem ab omni ſpecie impietatis: tum ad manifeſtandum impietatem ſupradictorum hominum dicentium ſauli malum de dauide: tum ad cōfutandum ipſum ſaulem impie perſequentem. ⁊ manꝰ mea nō erit in te. Poſt queꝫ egreſſus eſt rex iſrael/quem tu perſequeris? poſt canem mortuū/ poſt pulicem vnum. Sit dominus in iudicem/ ⁊ iudicet inter me ⁊ te: ⁊ iudicet cauſam meam/ ⁊ eruat me de manu tua. Iterum uerba hæc corrige: quia in futuro indicatiui ſcribuntur: erit/iudicabit &c.

¶ Cum auteꝫ compleſſet dauid loqui ſermones hos ad ſaulem/ dixit ſaul nonne vox tua hec fili mi dauid? ⁊ leuauit ſaul vocem ſuā ⁊ fleuit. Dixitqꝫ ad dauid/iuſtior tu es q̃ꝫ ego. Debuiſſet dicere iuſtus tu es non ego: ut ſubiuncta ipſius ſaulis uerba teſtantur/ dum manifeſtant opus bonum dauidis & opus malum ipſius ſaulis. tu enim retribuiſti mihi bonum/ego autem retribui tibi maluꝫ. Et tu indicaſti hodie qđ feciſti mecum bonuꝫ: ꝙ concluſit me dominꝰ in manu tua ⁊ non occidiſti me. Et ſi inuenerit quiſpiam inimicum ſuum / dimittet eum in viam bonam? ſed dominus reddat tibi viciſſitudinē hāc. Iuxta hebræum habetur. reddet tibi bonuꝫ pro eo quod hodie operatus es in me. prædicit enim ꝙ deus non relinquet ſine præmio tantum uirtutis opus. Et nunc quia ſcio ꝙ certiſſime regnaturus ſis/ ⁊ habiturus in manu tua regnum iſrael. Iuxta hebræum habetur. Et nunc ecce noui ꝙ regnando regnabis: ⁊ firmabitur in manu tua regnuꝫ iſrael. Ecce præmium quod præuidebat ſaul dandum a deo dauidi. Et nunc iura mihi per dn̄m ꝙ nō abſcindes ſemen meū poſt me/ ⁊ nō auferes nomen meum de domo patris mei.

¶ Et iurauit dauid ſauli. Libra hoc iuramentum/annotando materiam eius non ſe extendere niſi ad duo: veꝫ ad non delendum ſemen ſaulis & ad nō tollendum nomen ſaulis e domo patris ſui. Eſt autem inter hæc duo differentia: qa primum ſignificat deletionem tam maſculorum q̃ꝫ fœminarum ex ſaule/ſecundum autem deletionem nominis ſiue ex naturali ſiue ex legali ſucceſsione. abijtqꝫ ſaul in domum ſuam/ ⁊ dauid ac viri eius aſcenderūt ad tutiora loca.

Digitized by Google

MOrtuuſqꝫ ē ſemuel. Si ioſepho credit/decimooctauo anno regni ſaulis mortuus eſt ſamuel. ⁊ congregatus eſt totus iſrael ⁊ planxerũt eũ nimis. Superfluit nimis. ⁊ ſepelie-rũt eũ in rama in domo ſua. hoc eſt in ſepulchro patris & fratrum ſuorum. domus enim pro familia ponitur. ſurrexitqꝫ dauid ⁊ deſcendit in deſertum paran.

ERat aũt vir in ſolitudine mahon. Superfluit ſolitudine. ſignificat enim ꝙ uir iſte habitabat in mahon/quod eſt ciuitatis nomen. ⁊ poſſeſſio eiꝰ in charmel. Quanuis nabal habitaret in mahon/oues tamen eius erant in charmelo. ⁊ erat vir magnus valde/⁊ erant ei tria millia ouiũ ⁊ mille capre: fuitqꝫ dum tonderet oues ſuas in charmel. Et nomen viri erat nabal/nomen vero vxoris eiꝰ abigail: eratqꝫ illa mulier prudentiſſima ⁊ ſpecioſa. Iuxta hebræum habetur. bona intellectu ⁊ pulchra aſpectu. laudatur enim & quo ad prudentiam in anima / & quo ad pulchritudinem in corpore. porro vir eiꝰ durꝰ ⁊ peſſimꝰ ⁊ malicioſus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ vir durꝰ ⁊ malꝰ operibꝰ. Nec plures deſcribuntur malæ conditiones illius. ſed ſecundum animum deſcribitur durus/non cedens rationi ac perſuaſioni: ſecundum uero opera deſcribitur malus. ⁊ erat de genere chaleb.

¶ Audiuit aũt dauid ĩ deſerto ꝙ tonderet nabal oues ſuas. Et miſit dauid decē pueros: dixitqꝫ dauid pueris, aſcendite ĩ charmel ⁊ ite ad nabal/⁊ ſalutate eũ nomine meo pacifice. Et ſic dicetis. Deficit hic una dictio quæ interpretatur uel uiuus uel diues. & propterea legendũ ē. Et dicetis ſic diuiti. magis enim quadrat ꝓpoſito diues ꝙ̃ uiuus. ſit fratribꝰ meis ⁊ tibi pax/⁊ domui tue ⁊ omnibꝰ quecũqꝫ habes ſit pax. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tu pax/⁊ domus tua pax / ⁊ omnia que tibi pax. Modus eſt loquendi uſitatus tunc temporis. & nomine pacis ut alias dictum eſt/compræhendunt omne bonum. Ex multis annis ſaluos faciens tuos ⁊ omnia tua. Superflua eſt hæc clauſula: nam in hebræo immediate ſubiungitur. Et nũc audiui ꝙ tonſores tibi: nũc paſtores q tibi fuerũt nobiſcũ/non ignominia affecimus eos/nec defuit eis qcq̃ꝫ omnibꝰ diebꝰ qbꝰ fuerũt ĩ charmel. Interroga pueros tuos ⁊ annũciabunt tibi/inueniãt ergo pueri gratiam ĩ oculis tuis qa in die bona venimꝰ: da queſo quod iuenerit manꝰ tuā ſeruis tuis ⁊ filio tuo dauid. Veneruntqꝫ pueri dauid/⁊ locuti ſunt ad nabal iuxta omnia verba hec nomine dauid: ⁊ quieuerũt.

REſpondit aũt nabal ſeruis dauid ⁊ dixit: qs dauid ⁊ qs filiꝰ iſai: hodie multiplicati ſunt ſerui q diuidunt ſe a facie dñorũ ſuoꝝ. Tollam ergo panem meũ ⁊ aquam meā ⁊ carnes pecorũ que occidi tonſoribꝰ meis/⁊ dabo viris quos non noui vnde ſint: Relatiue ad ipſum nabal intellige inſcitiam unde ſint / utpote impertinentes. Regreſſiqꝫ ſunt pueri dauid ad viam ſuā: ⁊ reuerſi ſunt ⁊ ve-

nerũt/⁊ annũciauerũt ei iuxta omnia verba hec. Et dixit dauid pueris ſuis/accingite vnuſqſqꝫ gladiũ ſuũ,⁊ accinxit vnuſqſqꝫ gladiũ ſuũ/⁊ accinxit etiam dauid gladiũ ſuũ:aſcenderũtqꝫ poſt dauidem circiter quadringenti viri / ⁊ ducenti manſerunt ad vaſa.

¶ Abigail aũt vxori nabal nũciauit puer vn⁹ e pueris dicendo: ecce miſit dauid nũcios e deſerto ad benedicendũ dñm nr̃m / ⁊ auerſat⁹ eſt eos. Iuxta hebræũ habet. ⁊ fecit volare eos. hoc eſt expulit eos leues & celeres tanq̃ꝫ aues expulſas. Et homines boni ſatis. Legenduꝫ eſt. boni nobis valde, nam ſic habetur hebraice. ⁊ non fuim⁹ ignominia affecti/nec defuit nobis qcq̃ꝫ omnib⁹ dieb⁹ qb⁹ ambulauim⁹ cũ eis cũ eſſem⁹ in agro. Mur⁹ fuerũt nobis tũ nocte tũ die omnib⁹ dieb⁹ qb⁹ cũ eis pauim⁹ oues. Et nũc ſcito ⁊ vide qd facias/qa cõpleta ẽ malicia aduerſus viꝝ tuũ ⁊ aduerſus domũ tuã. Iuxta hebræum habetur. qa completũ ẽ malũ ad dñm noſtrũ ⁊ ſuper omnem domũ ei⁹. Prudens ſeruus prædicit ꝙ ad finem peruenit malum imminens eorum domino. ⁊ ipſe eſt fili⁹ belial a loquendo ad eum. Hebræo more appellat filius belial(hoc eſt licentiæ abſqꝫ iugo)q quaſi congenitam habet libertatem a iugo legis. Verum non abſolute appellatur nabal abſqꝫ iugo/ſed quo ad hoc ꝙ nõ poteſt qs ei loq:hoc eſt renuit audire bonas ſuggeſtiones. Et quadrat deſcriptioni ſupradictæ/ꝙ erat durus.

¶ Feſtinauitqꝫ abigail,⁊ tulit ducentos panes/⁊ duos vtres vini/⁊ qnqꝫ arietes coctos. Iuxta hebræũ habet. ⁊ qnqꝫ oues factas. hoc eſt paratas. ⁊ qnqꝫ ſata polente/⁊ centũ ligaturas vuaꝝ ſiccaꝝ/ ⁊ ducentas maſſas carycaꝝ:⁊ poſuit ſup aſinos. Dixitqꝫ pueris ſuis,trãſite añ me/ecce ego poſt vos venio: ⁊ viro ſuo nabal non indicauit.

CUm ergo aſcendiſſet aſinũ ⁊ deſcenderet ad radicem montis. Iuxta hebræum habetur. Et fuit ipſa eqtans ſuper aſinũ ⁊ deſcendens in abſcondito montis. hoc eſt per illam mõtis partem quæ occultabatur uenientibus ex alio monte per quem deſcendebat dauid:ad pedes enim utriuſqꝫ montis occurrerunt ſibiinuicem dauid & abigail. ⁊ ecce dauid ⁊ viri ei⁹ deſcendentes in occurſum ei⁹:⁊ occurrit eis. Et dauid dixit: vere fruſtra. Iuxta hebræum habetur. tantũ ad falſitateꝫ cuſtodiui omnia que huic in deſerto/⁊ nõ defuit ex omnib⁹ que ei qcq̃ꝫ, ⁊ reddidit mihi malũ pro bono. Solito more prius deſcriptũ eſt factum itineris armatorum:deinde narratur ratio eundi. huiuſmodi enim ratio manifeſtatur narrando uerba dauidis quæ dixit ab initio itineris quãdo præcæpit ſuis arma ſumere. Et dicit tãtum ad falſitatem cuſtodiui res nabal,eo ꝙ & ipſum dauidẽ fefellit ratio quæ habenda merito erat officij eius erga res nabal/& ipſe nabal fallens fuit pro quanto contumeliam reddidit pro officio. Hec faciat de⁹ inimicis dauid ⁊ hec addat. Iuxta hebræum habetur. Sic faciet elo-

him inimicis dauidis ⁊ ſic addet. Modus iurandi eſt per imprecationem malorum. Et nomine inimicorum dauidis intelligo ipſummet dauidem: alioquin nulla eſſet imprecatio mali / nullūq; eſſet iuramentum. ¶ Sed oritur hic quæſtio qua ratione licuerit dauidi iurare ſe occiſurum tot innocentes qui erant in familia nabal/propter ingratitudinem ipſius nabal & propter uerboꝝ iniuriā quis eſt dauid &c. Solutio eſt ꝙ dauid peccauit manifeſte cōtra legem diuinam in hac deliberatione iuramento firmata. nam diuina lege deute. 24. prohibetur occidi filium pro peccato patris. Nec in crimine læſæ maieſtatis licitum fuiſſe occidere filium pro peccato patris/inferius in. 4. li. reg. ca. 14. manifeſtat̄. ſi reliquero ex omnibus que ſunt ei vſq; mane mingentē ad parietem. Ad compræhendendam cladem omnium/etiam canes ſe occiſurum dicit, uel etiam paruulos ſe occiſurum dicit. canes. n. mingunt ad parietem & mares humani generis.

¶ Vidit aūt abigail dauidem/ ⁊ feſtinauit ⁊ deſcendit de aſino: prociditq; corām dauid ſuper faciem ſuam/ ⁊ adorauit in terra. Et cecidit ad pedes eiꝰ ⁊ dixit/ in me ſit domine mi hec iniquitas. Iuxta hebræum habetur. obſecro/ ego domine mi iniquitas. Aduerbium præponit obſecrantis: deinde in ſeipſam reijcit iniquitatem ueniam petendo/ ut ſibi condonetur peccatum uiri ſui. ⁊ loquatur obſecro ancilla tua in auribꝰ tuis/ ⁊ audi verba ancille tue. Ne queſo ponat dn̄s meꝰ rex. Superfluit rex. cor ſuū ſup virū iſtū iniquū nabal, qa ſm nomē ſuū ſtultꝰ eſt ⁊ ſtultitia eſt cū eo. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ad virum belial iſtū ſuper nabal, quia ſicut nomen eiꝰ ſic ipſe/ nabal nomen eiꝰ ⁊ ignominia cū ipſo. Aduerte ꝙ hebræi dicunt ꝙ nabal ab ignominia deriuatur: quod manifeſtant ex pluribus ſcripturæ locis. ita ꝙ nabal ſonat hominem ut ita dicam uituperoſum. Et hic ſenſus conſonat conditiōibus ſupraſcriptis nabal. ego aūt ancilla tua nō vidi pueros domini mei quos miſiſti. Et nūc domine mi viuit dominꝰ ⁊ viuit anima tua, qui prohibuit te dominꝰ ne venires in ſanguinē/ ⁊ ſaluauit animam tuam tibi. Iuxta hebræum habetur. ⁊ facit ſeruare manū tuam tibi. retinendo eam a percuſſione innocentum. ⁊ nūc fiant. Iuxta hebræum habetur. ⁊ nūc erūt ſicut nabal inimici tui / ⁊ querentes domino meo malū. Optantis uerba ſunt ut inimici dauidis ſubſint poteſtati eius queadmodum nabal uita ſubdebatur poteſtati dauidis. Quapropter ſuſcipe bn̄dictionem hanc quam attulit ancilla tua tibi domino meo: ⁊ da pueris qui ſequūtur te dn̄m meū. Iuxta hebræum habetur. Et nūc munꝰ hoc quod attulit ancilla tua domino meo, dabitur pueris ambulantibꝰ ad pedes domini mei. rogat. n. ut munus illud det̄ ſocietati dauidis. Aufer iniquitatem. Iuxta hebræum habet̄. Leua obſecro rebellionē ancille tue. Vtuntur hebræi ut alias diximus eleuandi uerbo pro ignoſcere. & abigail peccatū illud tanq̄ ſuū ignoſci petit. quia faciendo faciet dn̄s domino meo domū fidelē. Rectius legeretur. domū ſtabilem. ad differentiam domus

tiam domus

tiā domus ſaulis/cuius domus præuidebat̃ nō futura ſtabilis in regno. qa pre-
lia dn̄i dn̄s meꝰ p̄cliat̃: malicia ergo nō inueniat̃ i te oibꝰ diebꝰ vi
te tue. Iuxta hebræū habet̃. ⁊ malū nō iueniet̃ i te a diebꝰ tuis. De malo
culpæ qđ poſſet impedire ſtabilitatē domus ē ſermo. reputabat. n. (ſicut & erat)
malū culpæ ſore occidere tot innocentes domus nabal. Si. n. ſurrexerit ali-
qn̄ hō pſequens te ⁊ querens aiaꝫ tuaꝫ, erit aia dn̄i mei cuſtodita
qſi i faſciculo viuentiū apud dominū deū tuū: poꝛro inimicoꝛuꝫ
tuoꝝ aia rotabit̃ qſi in impetu ⁊ circulo funde. Iuxta hebræū habet̃.
Et ſurrexit hō ad ſequendū te ⁊ ad querendū aiaꝫ tuaꝫ: ⁊ erit aia
domini mei ligata in ligamine vitaꝝ cū domino deo tuo. Hebræo
more deſcribit̃ in præterito pſecutio & ſalus in futuro: pinde acſi diceret̃ ꝙ poſt
pſecutionē erit ſalus. & nihilominus iā ſurrexerat hō ſaul ad pſequendū dauidē.
Similitudo aūt aſſumpta ad ſignificandū ſalutē animæ dauidis & inſtabilitatē
animæ inimicoꝝ eius/conſiſtit in diſparitate inter recōditū in ligamine uitaꝝ ſeu
uiuoꝝ ex una pte & poſitū in medio plātæ fundæ ex altera pte. ualde ſiqdē ma-
nifeſta & magna eſt inter hæc differentia: nam res recondita in ligamine quo li-
gantur uitæ ſeu uiui/ad hoc reconditur ut ſeruetur inter uiuentes: quod uero
ponitur in medio ſedis fundæ/ad hoc ponitur ut funda illud iaculetur. Vnde
iuxta hebræū legendum eſſet. ⁊ aiaꝫ inimicoꝛum tuoꝝ iaculabitur fun-
da in medio plante funde. quod antiquus interpres circūlocutione expli-
cauit. Et erit cū fecerit dominꝰ domino meo ſm oē quod locutꝰ ē
bonū ſup te/⁊ p̄cepit tibi vt ſis dux ſup iſrael, non erit hoc tibi
in ſingultū ⁊ in ſcrupulū. Iuxta hebræū habetur. in offenſioneꝫ ⁊ in of-
fendiculū coꝛdis domino meo. Mala quæ ſequerentur ex hac clade ꝓpo-
nit. quorum primum eſt internum offendiculū cū offenſione/diſcurrenti animo
p ea quæ geſſit opa. prædicit. n. ꝙ quādo regnabit/& in corde ſuo tanq̄ ambu-
lans inqret opa quæ fecit diſcutiendo illa, nō inueniet offendiculū huius cladis.
ꝙ effuderis ſanguinem inoxiū. Iuxta hebræū habet̃. ⁊ ad effunden-
dū ſanguinem gratis. Alteꝝ malū quod ſequeret̃ proponit: vcꝫ effundere
ſanguinē gratis: hoc eſt ſine merito. nullus. n. merebatur puniri niſi nabal. Et eſt
ordo literæ. & nō erit hoc tibi ad offenſionē &c. & nō erit hoc tibi ad effundendū
ſanguinē gratis. aut ipſe te vltꝰ fueris. Iuxta hebræū habet̃. ⁊ ad facien-
dum ſeruare dominum meum ſibi. Affirmatiue intelligenda eſt hæc par
ticula: & eſt ſenſus/& erit ad faciendū ſeruare dn̄m meuꝫ ſibi. poſt ꝓpoſita ſiqdē
mala quæ ſequerent̃ ex hac clade/ꝓponit bona quæ ſequent̃ ex abſtinētia ab iſta
clade. quoꝝ primū eſt ꝙ ſeruabit dominum meū ſibi: hoc eſt ſeruabit dominum
meum proprio bono/quod eſt bonum animæ. Et dicit hoc quemadmodū prius
dixerat/& facit ſeruare manū tuam tibi. cū benefecerit. Iuxta hebræū habet̃.
⁊ benefaciet dominus dn̄o meo. Alteꝝ ſubiungitur bonū futuꝝ hinc. de-
inde immediate ſubiungitur concluſio. ⁊ recoꝛdaberis ancille tue. Nec
habetur in hebræo & tu benefacies ei/quod uulgata habet æditio.

ET ait dauid ad abigail:bñdictꝰ dñs deꝰ iſrael q miſit te ho-
die in occurſum mei. ⁊ benedictuꝫ eloquꝫ tuum ⁊ benedicta
tu:que prohibuiſti me hodie ne venirẽ i ſanguinẽ/⁊ ſaluaſti ma-
nũ meam mihi. Et profecto viuit dñs deus iſrael/q prohibuit
me ne malefacerẽ tibi:ꝙ niſi feſtinaſſes ⁊ veniſſes in occurſum
mei/nõ remanſiſſet nabali vſqꝫ ad lucẽ matutinã mingẽs ad pa-
rietem. Et tulit dauid de manu eiꝰ quod attulerat eī: dixitqꝫ ei/
aſcende in pace in domũ tuã, ecce audiui vocem tuã ⁊ honoraui
faciem tuam. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Vide audiui voceꝫ tuaꝫ/
⁊ eleuaui faciem tuam. ſenſus.n.in idem redit. Laudabiliter aũt dauid mu-
tauit ſententiã:tum qa iniuſta fuerat quo ad innocentes: tum qa impeditiua erat
maioris boni occiſio nabal.longe ſiqdem maius bonũ fuit clementia ꝙ̃ fuiſſet uin
dicta in perſonã nabal quantũcunq; licita.

¶ Venitqꝫ abigail ad nabal, ⁊ ecce erat ei conuiuiũ i domo eius
ſicut conuiuiũ regis/⁊ cor nabal iucundũ i eo/erat.n.ebriꝰ nimis.
Iuxta hebræũ habetur. ⁊ ipſe ebriꝰ vſqꝫ valde. ad explicandũ ꝙ nõ erat pa-
rum ebrius. ⁊ nõ indicauit ei verbũ paruũ ⁊ magnũ vſqꝫ ad lucem
matutinã. Diluculo aũt cũ digeſſiſſet vinũ nabal. Iuxta hebræũ ha-
betur. Et fuit in mane in exitu vini a nabal. non.n. ſignificaᷓt diluculũ.
indicauit ei vxor eiꝰ verba iſta: ⁊ mortuũ eſt cor eiꝰ in medio eiꝰ.
Mors cordis appellatur tam mala diſpoſitio interna in animo ut tanꝙ̃ mortuus
animus fuerit ſine ope & ſine reſipiſcẽtia/ & redũdauerit in partes corporis ui-
tales. ⁊ factꝰ ẽ quaſi lapis. Deſtitutũ corpus a corde nõ effundẽte uires ſuas/
fuit frigidũ ac imobile quaſi lapis. Cũqꝫ ptrãſiſſent circiter decẽ dies:
percuſſit dñs nabal. Iuxta hebræũ hr. mortificauit iehouah nabal ⁊
mortuꝰ ẽ. Et ſcriptũ ẽ hoc ad tollendã oẽm ſuſpitionẽ humanæ interfectiõis.

ET audiuit dauid ꝙ mortuꝰ eſſet nabal ⁊ dixit: bñdictꝰ dñs
q vindicauit cãm opprobrij mei de manu nabal, ⁊ ſeruũ ſuũ
cuſtodiuit a malo/⁊ malũ nabal reddidit dñs in caput eiꝰ. Gratias
agit deo de iuſtitia/nõ de morte nabal. miſitqꝫ dauid ⁊ locutꝰ eſt ad abi-
gail vt ſumeret eã ſibi i vxorẽ. Et venerũt ſerui dauid ad abigail
in charmel: ⁊ locuti ſunt ad eã dicendo/dauid miſit nos ad te vt
accipiat te ſibi in vxorem.

¶ Que ſurrexit ⁊ adorauit prona i terrã: ⁊ ait/ecce ancilla tua in
ancillã ad lauandũ pedes ſeruoꝝ dñi mei. Abſentẽ tanꝙ̃ præſentẽ da-
uidẽ alloqᷓ. Feſtinauitqꝫ ac ſurrexit abigail ⁊ eqtauit ſup aſinũ/⁊
qnqꝫ puelle eiꝰ ambulabãt ad pedes eiꝰ: ⁊ iuit poſt nũcios dauid/
⁊ fuit ei i vxorẽ. Et achinohã tulit dauid ꝺ iezrehel: ⁊ fuit vtraqꝫ
in vxorẽ eiꝰ. Vide quãta erat pronitas quãtumue ſtudiũ hebræoꝝ ad generan-
dũ/ ut ẽt inter uagandũ ꝑ ſpelũcas multiplicauerint uxores. Saul aũt dedit
michal filiã ſuã vxorẽ dauid, palti filio lais q erat de gallim.

Digitized by Google

ET venerunt ziphei ad ſaulem in ghibbham dicendo.
Ecce iterum ziphæi quanuis eiuſdez eſſent tribus cuius erat dauid/
ſolicitant ſaulem ꝯtra dauidē. ecce dauid abſcondit⁹ ē ī col-
le chachile que eſt ex aduerſo ſolitudinis. Iuxta hebræum
habetur. ſuper faciem ieſimon. Nomen eſt propriū loci. & idem eſt nomen
cum iterum repetitꝰ ſolitudinis / deſcribendo locum in quo caſtrametatus eſt ſa-
ul. Et ſurrexit ſaul ꝛ deſcendit in deſertum ziph / ꝛ cū eo tria mil-
lia virorum electorū iſraelis: ad querendum dauidem in deſerto
ziph. Et caſtrametatus eſt ſaul in colle chachile que eſt ſup fa-
ciem ſolitudinis iuxta viam: dauid autem manebat in deſerto/ ꝛ
vidit ꝙ veniſſet ſaul poſt ſe in deſertum. Miſitqꝫ dauid explo-
ratores: ꝛ cognouit ꝙ veniſſet ſaul certiſſime. Quæſtio suboritur: ſi
uidit/quare miſit ad explorandum? & ſi miſit ad explorandum / quomodo ue-
rificatur ꝙ uidit? Solutio eſt ꝙ uidit a longe multitudinem uenientem poſt ſe: ſed
nō erat certus an illa multitudo quā ueniſſe uiderat eēt multitudo ſaulis cū ipſo.
& ꝓpea utrūqꝫ uerificatꝰ: & ꝙ uidit/ & ꝙ miſit exploratores ut certior fieret.

¶ Et ſurrexit dauid/ ꝛ venit ad locum in quo caſtrametat⁹ erat
ſaul, ꝛ vidit dauid locum vbi iacebat ſaul ꝛ abner filius ner prin-
ceps militie eius: ſaulqꝫ iacebat in tentorio. Hebraice non ſignificatꝰ
explicite tentorium, ſed quid rotundum: per quod intelligo rotundum tentorium
quaſi conopœum. eademqꝫ dictio repetitur inferius ubi repetitur tentorium. ꝛ
populus caſtrametatus erat per circuitum eius. Reſponditqꝫ
dauid ꝛ dixit ad achimelech chittheū ꝛ ad abiſai filiū zeru'ie fra-
trē ioab dicendo/ quis deſcendet mecū ad ſaul ad caſtra? ꝛ dixit
abiſai/ego deſcēdā tecū. Venerūt ergo dauid ꝛ abiſai ad populū
nocte: ꝛ ecce ſaul iacebat dormiēs ī tētorio/ ꝛ lancea ei⁹ fixa erat ī
terra ad caput ei⁹, ꝛ abner ꝛ popul⁹ iacebant ꝑ circuitū ei⁹.

¶ Dixitqꝫ abiſai ad dauid/concluſit deus hodie inimicū tuū in
manu tua. Nomē ē elohiꝫ/ꝯgruū ꝓpoſito. ꝛ nūc ꝑcutiā eū queſo ī lācea
ꝛ ī terra ſemel/ ꝛ non iterabo ei. Et dixit dauid ad abiſai: ne inter-
ficias eū/ quis. n. extendet manū ſuā ī chrm dñi ꝛ innocens erit?
Semꝑ dauid fixū in corde & in ore habuit honorē ſummi dei, adeo ut inocentē
nullū cenſuerit q in unctū a deo manus extenderit.

¶ Et dixit dauid: viuit dñs niſi dñs ꝑcuſſerit eū/aut dies ei⁹ ve-
nerit ꝛ moriatꝰ/aut ī preliū deſcenderit ꝛ ꝑierit. Propiti⁹ mihi ſit
dñs. Iuxta hebraū hꝫ. Abeſſe mihi a iehouah. ut ſupius expoſitū eſt. uerꝫ
ſubiungitꝰ. a mittēdo manū meā ī chrm dñi. hoc ē ſi mittā manū meā in
chrꝫ dñi. ꝛ nūc tolle queſo lāceā que ē ad caput ei⁹ ꝛ ſcyphū aque/ ꝛ
abeam⁹. Legēdū ē. ꝛ ibim⁹ nobis. hoc ē ad nrꝫ bonū. Tulitqꝫ dauid lā-
ceā ꝛ ſcyphū aque q erat ad caput ſaulis/ ꝛ abierūt ſibi: ꝛ nō fuit
vidēs nec cognoſcēs nec euigilās, ſed ipſi oēs dormiebāt/ qa ſo-
por dñi irruerat ſuꝑ eos. Vide aſſiſtentiā diuinā benignitati dauidis.

Digitized by Google

ET tráſiuit dauid ī aduerſuꝫ/⁊ ſtetit ſuꝑ verticē mōtis a lon
ge:magnū interuallū erat inter eos. Clamauitqꝫ dauid ad
populū ⁊ ad abner filiū ner dicendo/nōne rñdebis abner? ⁊ rñdit
abner ⁊ dixit/qs es tu q clamas ⁊ inquietas regē? Parui refert ꝙ he-
braice habetur. qs tu clamaſti ad regē? proculdubio excitandū tuo clamo-
re. Dixit aūt dauid ad abner:nōne vir es tu? ⁊ qs ſicut tu ī iſrael?
⁊ cur nō cuſtodiſti dñm tuū regē? venit enim vnus e populo ad
ꝑdendū regē dñm tuū. Non eſt bonū hoc quod feciſti: viuit dñs
ꝙ filij mortis vos/q non cuſtodiſtis dñm vrm chriſtū dñi. Oc-
currit quæſtio quomodo uerificantur hæc uerba dauidis iuramento firmata:qm̄
non erant digni morte quos ſopor immiſſus a deo oppreſſerat ne ſentirent ueni-
entes ad regem. Solutio eſt ꝙ quanuis cuſtodes regis excuſabiles eſſent ex parte
eorum propter ſoporem immiſſum a deo,ex parte tamen actus erant digni mor
te:qm̄ omiſſio cuſtodiæ regis ex proprio genere dānabilis eſt & digna morte/ re-
latiue ad eos q deputati ſunt ad cuſtodiam regis dormiētis. & ſic uerificanť uer-
ba dauidis. ⁊ nunc vide vbi ſit lancea regis/ ⁊ ſcyphus aque qui
erat ad caput eius.

¶ Cognouit aūt ſaul vocē dauidis ⁊ dixit/nōne vox tua hec fili
mi dauid? ⁊ dixit dauid/vox mea eſt dñe mi rex. Et ait/cur per-
ſequitur dñs me⁹ ſeruū ſuū? qd enim feci/⁊ quod eſt ī manu mea
malū? Et nunc audiat queſo dñs meus rex verba ſerui ſui:ſi do-
minus incitat te contra me/odoretur ſacrificiū. Iuxta hebræū habe-
tur. odorabit mun⁹. Et ē ſenſus/placebit deo ꝑſecutio qua me ꝑſequeris quē-
admodū placet ei munus quod ei offerť. ⁊ ſi filij hoīs/maledicti ſunt corā
dño:qa eiecerūt me hodie ab habitādo ī hereditate dñi dicendo/
vade ſerui dijs alienis. Et nūc nō effundatur ſanguis me⁹ ī ter
ra corā dño. Iuxta hebræū hr̄. Et nūc nō cadet ſanguis me⁹ ī terraꝫ
a corā facie iehouah. Ad immediate præcedētia uerba oſoꝝ dauidis hæc ſen
tētia referť. & eſt ſenſus ꝙ quāuis illi me eiecerint ut ſeruiā dijs alienis,nō tñ erūt
uoti ꝯpotes qa a corā facie dñi(hoc ē a tribunali diuino)nō cadet ſanguis meus
ī terrā:utpote q nunq̄ ſeruiā dijs alienis. qa egreſſus eſt rex iſrael ad que-
rendū pulicē vnū/ſicut ꝑſeqtur ꝑdix. Legendū eſt. ꝑdicē ī montib⁹.
ꝯparat.n.ſe ꝑdici et regē ꝑſecutori ꝑdicis. Et ait ſaul,peccaui/reuerterē fili
mi dauid/ qa nō malefaciā tibi ampli⁹eo ꝙ precioſa fuit aīa mea
ī oculis tuis hodie:apparet.n. ꝙ ſtulte egeriꝫ ⁊ ignoraueriꝫ mul
ta nimis. Legendū eſt. ecce īſaniui ⁊ erraui multū valde. Recordatus
ꝙ alias ſimile beneficiū receperat a dauide,fateť nō ſolū ſe erraſſe ſed ēt īſaniſſe mul
tū ualde ꝑſequendo iteꝝ dauidē. Rñditqꝫ dauid ⁊ dixit:ecce lancea re-
gis/trāſeat vn⁹ de pueris ⁊ tollat eā. Dñs aūt reddat vnicuiqꝫ
iuſtitiā ſuā ⁊ fidē ſuā:qa tradidit te hodie ī manū meā/⁊ nolui ex-
tēdere manū meā ī chrm dñi. Et ecce ſicut magnificata ē aīa tua
ī oculis meis hodie, ſic magnificeť aīa mea ī oculis dñi/⁊ liberet

me de oi anguſtia. Aitq; ſaul ad dauid, bñdict⁹ tu fili mi dauid/ ẽt faciens facies ⁊ ẽt potens poteris: ⁊ iuit dauid in viã ſuã/ ⁊ ſaul reuerſus eſt in locũ ſuũ.

CAPVT .XXVII.

Et ait dauid i corde ſuo/ aliqñ icidã vna die i man⁹ ſaul. Iuxta hebræũ hr̃. nũc cõſumar die vno i manu ſaulis. Manifeſte timet aliquo die ſe occidẽdũ a ſaule. Sed orit̃ quæſtio qũo dauid dubitauerit ſe occidendũ a ſaule: q̃a hmõi dubiũ redũdabat i iniuriã diuinæ reuelatiõis ꝙ ipſe eſſet futurus rex iſrael. Solutio eſt ꝙ abſq; iniuria diuinæ reuelationis licuit dauidi dubitare de euentu incidẽdi i manus ſaulis: qm̃ dubitare poterat de mutatiõe dinæ ſẽtẽtiæ ex ꝓpis demeritis/ queadmodũ mutatã intellexerat diuinã ſententiã de regno ſaulis. agnoſcebat ſiq̃dẽ dauid peccata ꝓpa: & inde rõnẽ habebat timendi ne mutaret̃ diuina ſẽtẽtia de regno ipſius manifeſtata ei ꝑ ſamuelẽ. nõne meli⁹ eſt vt fugiã ⁊ ſaluer i terra peliſthinoꝝ. Iuxta hebræũ hr̃. nõne mihi bonũ ꝙ euadendo euadã i terrã peliſthim. & nihil dicit̃ de fuga. vt deſpet ſaul/ ceſſetq; me quærere i cũctis finib⁹ iſrael. Iuxta hebræũ habet̃. ⁊ faſtidiã ego ſaulẽ ad querendũ me adhuc in omni termino iſrael/ ⁊ euadam e manu eius. Sententia eſt clara: & ſic iacet in hebræo. niſi ꝙ dictio interpretata euadã/ interpretanda eſſet paſſiue: puta euaſus ero ſi liceret dicere

¶ Et ſurrexit dauid/ ⁊ trãſiuit ipſe ⁊ ſexcenti viri q erãt cũ eo ad achis filiũ mahuch regẽ ghath. Ideo iſte achis deſcribit̃ filius mahuch (ni fallor) ut inſinuet̃ ꝙ nõ eſt illemet achis rex geth q expulerat dauidẽ tãq; inſanũ/ iuxta ſcripta ſupius i ca. 21. Et habitauit dauid cũ achis i ghath/ ipſe ⁊ viri ei⁹/ vn⁹qſq; cũ domo ſua: dauid ⁊ due vxores ei⁹/ achinohã iſrebelithis ⁊ abigail vxor nabal charmelithis. Et nũciatũ ẽ ſauli ꝙ fugiſſet dauid i ghath: ⁊ nõ addidit vltra querere eũ.

¶ Dixit aũt dauid ad achis: ſi queſo inueni grãm in oculis tuis/ dent mihi locũ i vna ex ciuitatib⁹ regionis ⁊ habitabo ibi, cur. n. manet ſeru⁹ tu⁹ in ciuitate regia tecũ: Deditq; ei achis in die illa ziclag: ꝓp quod fuit ziclag regib⁹ iehude vſq; ad diẽ hanc.

Fuit aũt numer⁹ dieꝝ qb⁹ habitauit dauid in regiõe peliſthinoꝝ/ quattuor menſiũ. Iuxta hebræũ hr̃. ann⁹ ⁊ quattuor mẽſes. Verũtamẽ ſcito ꝙ dictio interpretata annus/ anceps eſt ad annũ uel dies: & ꝓpea ambiguũ reſtat tp̃s quo dauid manſit apud peliſthinos. cõſiderata tñ mora dauidis prius in ciuitate geth (ita ꝙ & habitauit prius in geth & poſtea trãſtulit ſe ad habitandũ in ſiceleg) cũ tot excurſionibus ex ſiceleg patratis & uiſitatiõibus regis cũ muneribus ex prædis, rõni ↄſentaneũ uidet̃ ut intelligamus nõ quattuor menſes & aliquot dies/ ſed annum & quattuor menſes. Et aſcendit dauid ⁊ viri eius/ ⁊ agebant predas de gheſuri ⁊ de ghezre ⁊ de hamalecitis. Iuxta hebræũ habetur. ⁊ extenderũt ſe ad gheſuritã ⁊ ghirzitam. ꝓculdubio ꝑ modũ excurſionis aggredientes & prædantes. ⁊ hamale-

citam. Ex ſubiunctis clare habetur ꝙ contra iſtos hamalecitas ſaul nō pugnauit: quia iſti non habitabant in regno hamalec ſed in terra promiſſionis/ nec fuerāt participes criminis regni hamalec quod ſurrexit aduerſus iſrael in egreſſu ex ægypto anteꝗ̄ perueniret ad montem ſinai. hi enim pagi habitabant in terra antiquitꝰ. Iuxta hebræum habetur. quia ipſi habitantes terram a ſemper/ veniente te ſur ⁊ vſqȝ ad terram egypti. Ratio redditur quare in iſtos potius ꝗ̄ in alios extendebat ſe dauid & ſui: quia vcȝ iſti erant habitantes terram a ſemper/ hoc eſt ſine perturbatione bellorum ſemper perſeuerantes in quietibus ſuis ſecuri. ¶ Occurrit quæſtio qua ratione licuit dauidi præliari aduerſus iſtos quieſcentes in proprijs locis a ſæculis. Solutio eſt ꝙ iſti habitaſſe dicuntur infra terminos terræ promiſſionis/ & propterea dati a deo in hoſtes iſraelis: & hinc licuit dauidi inuadere eos ad ſubueniendū neceſſitatibus populi qui erat cum eo. Et percutiebat omnem terram illoꝝ. Iuxta hebræum habetur Et conſumet dauid terram. ꝓculdubio diripiendo eam. ⁊ non relinquet viuentem viꝝ ⁊ mulierem. Intellige ex ijs quos capiebat. ⁊ tollet oues ⁊ boues ⁊ aſinos ⁊ camelos ⁊ veſtes/ ⁊ reuerſus eſt ⁊ venit ad achis.

¶ Dixitqȝ achis/ i quem irruiſtis hodie? ⁊ dixit dauid/ cōtra meridiem iehude ⁊ contra meridiem ierachmeeli ⁊ cōtra meridiem ceni. Mendacium dicebat: & ex tot fictis locis innuitur ꝙ pluries dauid reuerſus eſt ad regeȝ repetentem interrogationem in quem irruiſtis hodie? quæ tamen interrogatio hebraice ſcribitur. quo extendiſtis vos hodie? non. n. uno & eodem die iuiſſe in tot loca uidetur. Si quærit̃ qua ratione excuſat̃ dauid a mendacio pernicioſo imponendo ſibiipſi peccatū mortale/ vcȝ direptionem iudææ. Solutio eſt ꝙ direptio iudææ a dauide/ quatenus fuiſſet ab inimico (ut achis reputabat) non erat mortale peccatum ex ꝓprio genere, ſed poterat & eſſe & exiſtimari iuſta: puta ſi dauid habuiſſet iuſtum bellum contra iudæaȝ. & quia dauid tanꝗ̄ inimicum iudææ ſe feciſſe hæc dicebat, ideo non mentiebat̃ contra famam propriam/ ſed officioſe. Virūqȝ ⁊ mulierem non viuificabit dauid/ nec adducet in ghath. Iuxta hebræum habetur. ad faciendum venire in ghath: dicendo, ne forte nūcient contra nos/ dicendo ſic fecit dauid. Ratio redditur quare dauid occidebat hoſtes: vcȝ ne uiuentes uenirent in geth accuſantes dauidem. Et hinc inſinuatur ꝙ inter peliſthinos & illos quos diripiebat dauid/ non erat inimicitia. ⁊ ſic fuit cōſuetudo eiꝰ omnibꝰ diebꝰ quibus habitauit i regione peliſthinoꝝ. Et credidit achis dauidi dicendo: multa. n. mala operatꝰ eſt contra populū ſuū iſrael. Iuxta hebræū hr̃. faſtidiēdo faſtidiuit eū populus eius iſrael/ ⁊ erit mihi iſeruū ſemꝑ. Ex tot direptionibus patratis in iſrael a dauide/ intulit ꝙ faſtidio habebat populū iſrael: ac per hoc eſſet ſibi futurus ſemꝑ ſeruus.

ET fuit in diebus illis/congregauerunt peliſthim caſtra ſua in exercitũ vt pugnarent cõtra iſrael: dixitqꝫ achis ad dauid/ſciendo ſcies ꝙ mecũ egredieris in caſtra tu ⁊ viri tui. Et dixit dauid ad achis/nũc ſcies. Iuxta hebræum habetur. ideo tu ſcies que faciet ſeruus tuꝰ: aitqꝫ achis ad dauid/ideo cuſtodem capiti meo ponam te omnibꝰ diebꝰ. Occurrunt autem hic duæ quæſtiones: altera de uerbis/altera de intentione dauidis. Circa uerba quidem, quia prægnantia ſunt/& a rege intellecta in hoc ſenſu: vcꝫ quæ faciet ſeruus tuus contra inimicos tuos. nam reſpondit rex/ideo cuſtodem ponam te capiti meo cunctis diebus. Circa intentionem uero dauidis an ipſe intenderet pugnare aduerſus populum iſrael (ut ſubiuncta uerba eius ad achis regem mandantem ut recedat a caſtris ſonant in ca. ſequenti) an intenderet pugnare aduerſus peliſthinos. Et eſt ratio dubij: quia dauidem pugnare aduerſus populum iſrael/nefas erat: pugnare uero aduerſus achis regem / erat ingrati & proditoris.

Solutio ſecundæ quæſtionis eſt ꝙ intentio dauidis non innoteſcit nobis niſi ex operibus. teſtãtur aũt facta ꝙ dauid nõ intendebat pugnare aduerſus iſrael: nam audita in ſiceleg clade iſraelis & morte ſaulis, ſcidit ueſtimenta ſua/fleuit & ieiunauit/& uindicauit mortem ſaulis occidendo euꝫ qui dixerat ſe interfeciſſe ſaulem. ꝙ autem intenderit proditorie cõuertere arma in peliſthinos/ex alijs ab eodem factis non redditur incredibile: nam & ingratiſſimus fuit ionathæ/priuando filiũ eius medietate bonorum: & ſimul ingratus deuoto ac fortiſſimo militi uriæ eiuſdemqꝫ proditor fuit/interficiendo eum gladio hammonitarum. Multo ergo magis & ingratus & proditor achis infidelis & hoſtis populi dei fuiſſet, arbitrãs obſequium deo ſe præſtare conuertendo arma aduerſus peliſthinos. Solutio autem primæ quæſtionis eſt ꝙ dauidis uerba ex induſtria fuerunt prægnantia/ut unum intelligeret achis & aliud intenderet ipſe. Nec obſtãt ſubiũcta in ſequẽti ca. qm̃ poſtq̃ dauid uidit ſe non iturum ad bellum, ſimulauit ſe inuitũ recedere / iactando ꝙ feciſſet cõtra inimicos regis &c. ut bonã grãm regis erga ſe & ſeruaret & augeret.

SEmuel antẽ mortuus eſt, planxitqꝫ eum totus iſrael/⁊ ſepelierunt eum in rama ⁊ in ciuitate ſua. Cõmemoratur prius ſcripta mors ſamuelis, ad manifeſtanduꝫ tempore quo ſaul deſertus fuit a deo/fuiſſe etiã deſtitutum ope ſamuelis utpote mortui. ⁊ ſaul abſtulit magos ⁊ hariolos de terra. Intelligo per magos & hariolos omnes incantatores quocunqꝫ appellentur nomine. & in hoc relucet magnum ſaulis ſtudium erga ueram religionem.

Congregatiqꝫ ſunt peliſthim/⁊ venerunt ⁊ caſtrametati ſunt in ſunem: ⁊ congregauit ſaul totum iſrael/⁊ caſtrametati ſunt in ghilboah. Et vidit ſaul caſtra peliſthim: timuitqꝫ ⁊ expauit cor eius valde. Conſuluitqꝫ ſaul dominum/⁊ non reſpondit ei dñs: neqꝫ per ſomnia neqꝫ per ſacerdotes. Iuxta hebræum habet. vrim. hoc eſt illuminationes. neqꝫ per prophetas. Et ꝙ non ſit ſermo de pe-

ctorali pōtificis, habetur ex hoc ꝙ abiathar filius pontificis interfecti a ſaule tulerat ſecū ephod fugiens ad dauidem / nec aliqs poſt cladem ſacerdotum legitur functus apud ſaulem pontificis officio. Eſt itaq; ſenſus literæ ꝙ neq; per reuelationem in ſomnijs neq; per apertam reuelationem ī uigilia / neq; per inſpiratione̅ prophetarum reſponſum aliquod obtinuit ſaul a deo.

¶ Dixitq; ſaul ſeruis ſuis, querite mihi mulierem habente̅ pythonem / ⁊ ibo ad eam ⁊ ſciſcitabor per eam. Non eſt facienda uis ī pythonis uocabulo / qm̄ græcum eſt: hebraice autem nihil certi habeo / niſi ꝙ quædam incantationis ſpecies ad diuinandum per apparitionem mortuorum ſignificari uidetur. hoc. n. ſubiuncta inſinuant. Si quæris quomodo ſaul huiuſmodi mulierem quæſierit / cum ipſe euulſerit eas e terra? in promptu eſt reſponſio ꝙ ſaul uir prudens cogitabat id quod cōmuniter accidit: v꞉ remanere ſemp̄ aliquem occultum q non defertur ad curiam. ⁊ dixerunt ſerui eius ad eū / ecce mulier habens pythonem in hendor. Et mutauit ſaul habitū ſuum ⁊ induit ſe veſtimentis alijs. tum ut licentius rex iret ſine regali comitatu / tum ne agnoſceretur a muliere. ⁊ abijt ipſe ⁊ duo viri cu̅ eo / ⁊ venerunt ad mulierem nocte: ⁊ dixit / diuina queſo mihi in pythone ⁊ ſuſcita mihi. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fac aſcendere mihi quem dicam tibi. Ex hac petitione apparet ꝙ ille diuinandi modus fiebat aſcenſu alicuius defuncti. utrūq;. n. hic dicitur: & diuina mihi in ob / & fac aſcendere quem dicam tibi. Et ait mulier ad eum: ecce tu noſti que fecit ſaul / q̄ eraſit magos ⁊ bariolos de terra, quare ergo īſidiaris anime mee vt occidar? Iuxta hebræum habetur. ⁊ quare tu offendēs in animā meam ad faciendū mori me? Sic ſonat hebraica litera: v꞉ quare tu tanq̄ ceſpitans in uitā meam / efficere uis ut occidar? hoc eſt ceſpitatio tua a religiōe eſt in malu̅ uitæ meæ / quare ergo uis me mori? Et iurauit ei ſaul ī domino dicens: viuit dominus ꝙ non eueniet tibi quicq̄ mali. Iuxta hebræum habetur. iniquitas. hoc eſt imputatio ad iniquitatem. pp̄ hanc rem.

¶ Dixitq; ei mulier / quem ſuſcitabo tibi? Iuxta hebræum habet᷑. que̅ faciam aſcendere tibi? Nullum eſt uerbum ſuſcitationis. & ſimiliter cū ſubiungitur. ⁊ dixit / ſemuelem ſuſcita. iuxta hebræū habet᷑. fac aſcendere mihi. non enim reputabant reſurgere mortuos, ſed apparere eorum ſpiritus.

Viditq; mulier ſemuelem / ⁊ clamauit voce magna. Antiqua occurrit quæſtio (a priſcis etiam doctoribus diſcuſſa / & adhuc ſub iudice manens) an uere fuerit anima ſamuelis an demon ſub ſpecie animæ ſamuelis. Et præcipua dubitandi ratio eſt: quia hinc ſcriptura nominat ſamuelem / clare dicendo & uidit mulier ſamuelem: idemq; ſæpe repetit. inde autem certum eſt ꝙ nulla incātationis ars extendit᷑ ſuper animas ſanctorum. ¶ Solutio eſt ꝙ tam textui q̄ rationi quadrat ut uere fuerit anima ſamuelis. ſcripturæ quidem: quia & hic ſamuelem uiſum eſſe dicit / & quia ille qui apparuit manifeſte teſtatur ſe eſſe ſamuelem dicēdo ſauli quemadmodū locutus eſt dominus in manu mea: hoc enim nō poteſt uerificari niſi de ipſo ſamuele. Ieſus quoq; ſirach eccleſiaſtici. 46. clare dicit

Digitized by Google

fuiſſe animam ſamuelis / deſcribēdo de eo & poſt hæc dormiuit & notū fecit regi & oſtendit illi finem uitæ ſuæ &c. Nec propterea ſequitur ꝙ ars magica extenſa fuerit ad animam ſancti ſamuelis:ſed ꝙ quemadmodum exercente balaham incantationes ſuas/apparuit deus illi(non ui incantationum/ſed præoccupans & impediens incantationis effectum ut declaratum eſt ibidem)ita exercente muliere incantationes ſuas/ præoccupauit deus mittendo animam ſamuelis ac impediendo incantationis effectum.Et hæc eſt ratio ex ſcriptura ſumpta/ cui quadrat ꝙ fuerit uere ſamuelis anima. Nec mirum eſt ꝙ deus negauerit reſpondere ſauli interroganti eum/& tamen reſponderit interroganti per magos : quoniam & inuito balahaȝ & regi moab reuelauit quæ utriq; diſplicebant.& ſimiliter non interrogatus a ſaule obtulit reſponſionem non quæſitam/ſauli diſplicentem:obtulit autem & certam de futuris contingentibus / qualem dæmon dare non potuiſſet: & hoc ad initium punitionis æternæ. ⁊ dixit mulier ad ſaulem dicendo / cur impoſuiſti mihi ⁊ tu ſaul? Occultus nobis eſt modus quo mulier ex uiſo ſamuele agnouit ſaulem.ſcriptura.n.nullam aliam uiſionem/ nullam reuelationem refert mediam : ſed poſtq̄ ſcriptum eſt & uidit mulier ſamuelem/ immediate ſubiungitur & clamauit uoce magna &c.

¶Dixitq; ei rex/noli timere . Amicum ualde fuit interpreti uerbum noli : infinities.n.illud apponit ubi non habetur. Vnde legendum eſt. non timebis: Et hinc patet ꝙ clamor mulieris fuit ex timore regis.propter quod ſcriptura dicit ſignificanter & dixit ei rex non timebis/ut regia affirmatione ſecuram reddidiſſe mulierem ſignificaret.quid vidiſti? Et ait mulier ad ſaul/deos vidi. Iuxta hebræum habetur. elohim vidi aſcendentes de terra. Quia elohim numeri eſt pluralis/ideo dixit aſcendentes:cum tamen unum uiderit / ſed uenerāda ſpecie: & propterea honorabiliter loquens iuxta morem illius temporis/appellat eum in numero plurali elohim aſcendentes. Dixitq; ei/qualis eſt forma eius? Iuxta hebræum habetur . quis aſpectus eius? Intellexerat ſaul uenerandam apparuiſſe perſonam/ & quærit de ſpecie apparente illius.⁊ ait, vir ſenex aſcendens/⁊ ipſe amictus pallio.Hinc manifeſte habet ꝙ unus fuit qui apparuit quem mulier appellauerat elohim aſcendentes.cognouitq; ſaul ꝙ ſemuel eſſet / ⁊ inclinauit faciem in terram ⁊ adorauit eū . hoc eſt honorauit eo modo quo principes honorantur.

Dixitq; ſemuel ad ſaul / quare inquietaſti me vt ſuſcitarer? Iuxta hebræum habetur.quare feciſti mouere me faciēdo aſcendere me: Verum dicit,quia occaſionaliter fecerat mouere ipſum & aſcendere quanuis non efficaciter: qm̄ ſolus deus potuit efficaciter mouere animā ſamuelis ad huiuſmodi apparitionem.⁊ ait ſaul,coarctor nimis : Iuxta hebræum habetur . anguſtatus ſum valde/⁊ peliſthim pugnant contra me ⁊ deus receſſit a me ⁊ non reſpondit mihi neq; p manū prophetarum neq; per ſomnia/⁊ vocaui te.& rōnem anguſtiæ manifeſtat hinc peliſthinorum bellum/inde receſſum elohim a ſe non reſpōdendo ei ulla uia: & propterea inter has anguſtias uocauit ſamuelē. vt oſtenderes mihi qd

faciam. Aduerte prudens lector etiam hinc haberi quod diximus/vcȝ ꝙ deus impediuit effectum incantationum: & ſauli obtulit ſamuelis animam nō reſpondentem quæſito/nō indicantem ſauli quid facturus eſſet (quod ipſe petebat) ſed indicantem eidem quid paſſurus eſſet/quod ipſe nolebat.

¶ Et ait ſemuel: ⁊ cur interrogas me/⁊ dominus receſſit a te ⁊ tranſiuit ad emulum tuum? Iuxta hebræum habetur. ⁊ fuit inimicus tuus? Deus ipſe manifeſtatur a ſamuele inimicus ſaulis: & ſi deus contra eum/quis pro eo? Nec miteris deum dici inimicum ſaulis: quia ſcriptum eſt ꝙ altiſſimus odio habet peccatores. Et faciet. Iuxta hebræum habetur. Et fecit dominus tibi ſicut locutus eſt in manu mea. Decretum pro facto dicit/quia irreuocabiliter decretum erat. ⁊ ſcindet. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſcidit dominus regnū de manu tua. imminens.n. tunc ſciſſio regni ſubſecuta ſtatim dum dauid factus eſt rex ſuper iudam/habetur pro facta. Et ſimiliter cum ſubiungitur. ⁊ dabit. ſcribitur. ⁊ dedit illud ꝓximo tuo dauidi: ratione ſupradicta. Quia non obediſti voci domini nec feciſti iram furoris eius in hamalec, idcirco hoc fecit tibi dominus hodie. Mirabilia ſunt iudicia dei ꝙ unicum ac non grauiſſimum peccatū ſaulis imputatum illi ſit ad tam grauem pœnam, & multo maiora peccata dauidis non fuerint ad huiuſmodi pœnam imputata. Et dabit dominus etiaȝ iſrael tecum in manum peliſthim. utpote cū quo peccaſti parcendo rebus bonis hamalecitarum. ⁊ cras tu ⁊ filij tui eritis mecum. hoc eſt inter defunctos eritis. ēt caſtra iſrael dabit dominus in manum peliſthim. Prius dixerat ꝙ dabit iſrael in genere/modo dicit in ſpecie de caſtris iſrael. rurſus prius dixit & dabit iſrael/non explicando tempus: modo dicit & dabit caſtra iſrael cras.

Statimqȝ ſaul cecidit porrectus in terram. Iuxta hebræum habetur. Et feſtinauit ſaul ⁊ iecit plenitudinem altitudinis ſue ad terram. Quanuis hebraica dictio anceps ſit ad cecidit uel iecit, magis tamen quadrat præcedenti uerbo (& feſtinauit ſaul) ꝙ iecerit ſe ꝙ̃ ꝙ ceciderit. Nullus tamen error eſt legere & cecidit plenitudo altitudinis eius ad terram. ſignificat enim (ut uulgata æditio habet) ꝙ ex integro cecidit/ſeu a ſe iactus eſt porrectus in terram. extimuerat enim. Iuxta hebræum habetur. ⁊ timuit valde a verbis ſemuelis: etiam robur non fuit in eo. Duæ rationes redduntur huius caſus ſeu iactus. altera ex parte animi: vcȝ magnus timor ex uerbis ſamuelis. altera ex parte corporis/quia robur non erat in eo. quia non comederat panem tota die illa. Legendum eſt. tota die ⁊ tota nocte. Et hinc inſinuatur ꝙ die illa ſaul ambulauerat, quanuis nocturna hora peruenerit ad mulierem.

¶ Ingreſſa eſt itaqȝ mulier illa ad ſaul/conturbat⁹ enim erat valde. Iuxta hebræum habetur. Et venit mulier ad ſaul/⁊ vidit ꝙ fuit attonitus valde. Ex hoc aduentu mulieris ad ſaulem iacentem in terra/inſinuatur ꝙ ſupraſcripta feſtinatio ſaulis fuit ad exeundū de ſecreto loco ubi exercebat mulier incantationes: & ꝙ egreſſus ex illo ſecreto loco/cecidit uel iecit ſe in

Digitized by Google

terram: & ꝙ mulier poſtea ex eodem ſecreto loco uenit ad ſaulem/ & uidit eum tam exterritum ut appareret attonitus. Dixitqꝫ ad eum/ecce obediuit ancilla tua voci tue ⁊ poſui animam meam in manu mea ⁊ audiui verba tua que locutus es ad me. Sæpe hebræi utuntur hac ſimilitudine ad ſignificandum ꝙ expoſuit uitam ſuam periculo. Et nunc audi queſo etiam vocem ancille tue/ ⁊ ponam ante te buccellam panis ⁊ comede: ⁊ erit in te robur cum ibis in viam tuam. Renuitqꝫ/⁊ dixit non comedam: coegerunt autem eum ſerui eius ⁊ etiam mulier ⁊ audiuit vocem eorum, ſurrexitqꝫ e terra ⁊ ſedit ſup lectum. ¶ Mulier autem habebat vitulum paſcualem. Iuxta hebræum habetur. vitulum ſaginatum in domo. & ſignificatur uitulus pinguis. ⁊ feſtinauit ⁊ occidit eũ: tulitqꝫ farinam ⁊ miſcuit/ ⁊ coxit ex ea azyma. Et attulit ante ſaul ⁊ ante ſeruos eius/ ⁊ comederũt: ſurrexeruntqꝫ ⁊ abierunt in nocte illa.

CAPVT .XXIX.

Congregaueruntqꝫ peliſthim oĩa caſtra ſua ĩ aphec: ⁊ iſrael caſtrametatus eſt in fonte qui erat ĩ iezrael. Et principes peliſthinorũ tranſibant in centurijs ⁊ millibus: dauid autem ⁊ viri eius tranſibant in nouiſſimo cum achis. Dixeruntqꝫ principes peliſthinorum/quid ſibi volunt hebrei iſti? Perpende aſſiſtentiam diuinæ beneuolentiæ erga dauidem/prouidendo ei ut utrũqꝫ euadat periculum: uel manifeſtandi ſe proditorem achis regis/uel pugnandi contra iſrael. Per hanc.n. prudentiam principum peliſthinorum exemit deus dauidem ab utroqꝫ malo cum honore & utilitate ipſius dauidis. honore quidem coram rege: utilitate autem/ quia hinc ſecuta eſt recuperatio direptorum ab hamalecitis quæ in ſequenti tractatur capitulo. ⁊ dixit achis ad principes peliſthim/ nonne iſte eſt dauid ſeru9 ſaul regis iſrael q fuit mecũ multis dieb9 ⁊ annis. Iuxta hebræũ habetur. iſtis dib9 vel iſtis annis. Habetur.n. utrumqꝫ/ſed ſub diſiunctione. & propterea ambiguum reſtat ex hac litera tempus quo fuit dauid apud peliſthinos. Magis tamen quadrat iuſtificationi regiæ ꝙ affirmare intenderit iſtis annis: quia argumentum ualde leue de fide dauidis attuliſſet dicendo iſtis diebus: ſi.n. tempus minus anno ſignificaſſet/non dixiſſet iſtis diebus ſed iſtis menſibus. ſed affirmãdo iſtis ãnis/argumentum non indignũ de fide dauidis protulit. Et uerum dixit: qm̃ tempus unius anni & quattuor menſiũ, abſqꝫ falſitate appellatur iſtis annis/ut patet. ⁊ non inueni in eo quicq̃ꝫ ex die qua tranſfugit ad me vſqꝫ ad diem hanc? ¶ Irati ſunt aũt cõtra eũ principes peliſthim ⁊ dixerũt ei: fac reuerti virũ ⁊ reuertatur ad locũ ſuũ in quo conſtituiſti eũ/ ⁊ non deſcendat nobiſcũ ĩ preliũ ne fiat nobis aduerſarius cũ preliari ceperim9: quomodo.n.

aliter placare poterit dominum ſuũ niſi in capitibꝰ noſtris? Iuxta hebræum habetur. in capitibꝰ viroꝝ hoꝝ: vꝫ peliſthinorum. Nõne hic eſt dauid cui cantabant in choꝛis dicendo / percuſſit ſaul i millibꝰ ſuis ⁊ dauid in myriadibꝰ ſuis?

VOcauitqꝫ achis dauidem ⁊ dixit ei: viuit dñs ꝙ rectꝰ es ⁊ bonꝰ in oculis meis, exitꝰ tuꝰ ⁊ introitꝰ tuꝰ ẽ mecũ in caſtris / qa non inueni in te malum a die quo veniſti ad me vſqꝫ ad diem hanc. Dictio interpretata dominus/eſt nomen tetragammaton. Quod ideo annotauerim ut cognoſcamus ꝙ etiã achis peliſthinus iurabat in ſummo uero deo. ſed ſatrapis non places. Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. et in oculis pꝛincipũ non bonꝰ tu. in idem. n. ſenſus redit. Reuertere ergo ⁊ vade in pace: ⁊ non offendas oculos pꝛincipũ peliſthim. Dixitqꝫ dauid ad achis: qd. n. feci ⁊ quid inueniſti in ſeruo tuo a die qua fui in conſpectu tuo vſqꝫ ad diem hanc / vt non veniã ⁊ pugnem contra inimicos domini mei regis: hoc eſt iſraelitas. Iactantis ſunt uerba / & ficta ad ſimulanduꝫ ſe inuitum recedere & promptum ad pugnandum contra iſrael. Sed quid mirum ꝙ ſimulauit agenda / qui manifeſte ſimulauit facta contra iſraelitas. Reſpondit aũt achis ⁊ dixit ad dauid: noui ꝙ bonꝰ es in oculis meis ſicut angelꝰ dei. Nomen eſt elohim. tantum pꝛincipes peliſthim dixerũt / non aſcendat nobiſcũ in pꝛeliũ. Igitur conſurge mane tu ⁊ ſerui domini tui q venerũt tecũ. Iſraelitas qui erant cum dauide appellat ſeruos ſaulis / naturalis domini ipſius dauidis. ſurgiteqꝫ mane, ⁊ cũ illuceſcet vobis / ite. ¶ Surrexitqꝫ dauid ⁊ viri eiꝰ ad eundũ mane vt reuerterentur in terram peliſthim: peliſthim aũt aſcenderũt in ijzrehel.

CAPVT .XXX.

CUmqꝫ veniſſet dauid ⁊ viri eiꝰ in zic'lag die tertia. a receſſu a caſtris peliſthinorum. hamalecite impetũ fecerant. Quanuis ſaul percuſſerit hamalecitas, multi tamen euaſerunt / immo multi ſeorſum habitantes nec ſenſerunt bellũ ſaulis: ut patet ſuperius ca. 27. & propterea non eſt mirum ꝙ uexati hamalecitæ a dauide irruerẽt in ſiceleg. ex parte auſtrali in ſiceleg. Iuxta hebræuꝫ habetur. ad meridiem ⁊ zic'lag. Non ſignificatur ex meridie, ſed ꝙ extenderãt ſe ad meridiem & ſiceleg. ⁊ percuſſerant zic'lag ⁊ cõbuſſerant eã igne. Captiuaſqꝫ duxerant mulieres que erant in ea a paruo vſqꝫ ad magnũ: non interfecerant quẽqꝫ / ſed abduxerant ⁊ ierant in viam ſuã. Et venit dauid ⁊ viri eiꝰ ad ciuitatẽ: ⁊ ecce cõbuſta erat igni / vxoꝛeſqꝫ eoꝝ ⁊ filij ac filie eoꝝ captiui ducti erant. Leuauitqꝫ dauid ⁊ populꝰ qui erat cũ eo vocem ſuam: ⁊ fleuerũt donec deficerent i eis lachꝛyme. Iuxta hebræum habetur. vſqꝫquo nõ in eis vires ad plangendũ. Sub-

Digitized by Google

gendū. ſubaudit̃.n.uerbū ſubſtantiuū. Et due vxoꝛes dauid captiue
ducte erāt: achinohā ijzrehelithis/⁊ abigail vxoꝛ nabal charme-
lite. Et cōtriſtatꝰ eſt dauid valde, volebat.n.eū populꝰ lapida-
re. Iuxta hebræū habet̃. Et anguſtatꝰ ē dauid valde, q̄a dixerūt po-
pulꝰ ad lapidādū eū/q̄a amara erat aīa totiꝰ populi/ vniuſcuiuſqꝫ
ſup̱ filios ſuos ⁊ filias ſuas. hic.n.affligebat̃ dauid magnitudine dāni: ide
aūt minis populi q cū eo erat/dū q̄dā eoꝝ cœperāt loq de lapidatiōe ipſius. Nec
alia reddit̃ cā hmōi uerboꝝ niſi amaritudo animi. Cōfoꝛtatꝰ ē aūt dauid in
dn̄o deo ſuo. Legendum eſſet. ⁊ roboꝛauit ſe dauid in iehouah elohe
ſuo. Dīna īſpiratiōe fiduciā accæpit/nō ī ſeipſo ſed ī sūmo deo gubernatore ſuo.

ET ait dauid ad eb'iathar ſacerdotē filiū achimelech/applica
queſo mihi ephod. Alienū a rōne eſt intelligere ꝙ dauid indutus fuerit
ſacerdotali ſuphumerali: ſed alteꝝ duoꝝ intelligendū eſt. uel ut hebræa ſonāt fac
appropiquare mihi queſo ephod, ita ꝙ ſignificet̃ appropiquatio localis: ſed nul
li in ſacra ſcriptura innitit̃ rōni localis appropinquatio ephod. Vel ꝙ ſignificat̃
applicatio ad induendū: ut ſenſus ſit/ fac appropinquare te ſacerdotē indutum
ephod mihi: ut appellatione ephod intelligat̃ ſacerdos indutus ephod. Et ſimili-
ter intellige ſubiuncta uerba ſignificantia executionē. & hic ſenſus ꝯſentaneus eſt
& religioni dauidis & ſimilibus factis. ⁊ applicauit eb'iathar ephod ad
dauid. Et interrogauit dauid in dn̄o dicens/ꝑſequar cuneū hūc
an attingā eos? ⁊ dixit ei/ꝑſequere q̄a attingendo attinges ⁊ eru-
endo erues. Abijt ergo dauid/ipſe ⁊ ſexcenti viri qui erāt cū eo,
⁊ venerūt vſqꝫ ad toꝛrentē beſoꝛ: ⁊ laſſi q̄dā ſubſtiterūt. Iuxta he-
bræū habet̃. ⁊ reliqui ſubſtiterūt. nihilqꝫ dicit̃ de laſſitudine. Veꝝ q appellen
tur reliq, ſtatim declarat̃/diſtinguendo & dicēdo ꝙ quadringenti ſecuti ſunt da-
uidē & ducēti ſubſtiterūt. Perſecutuſqꝫ eſt eos dauid/ipſe ⁊ quadrin
genti viri: ⁊ ſubſtiterūt ducenti viri qui laſſi trāſire nō poterant.
Hebraicæ habet̃. qui ſe vetuerūt a tranſcūdo toꝛrentē beſoꝛ. nec ali-
qua mentio fit laſſitudinis.

¶ Et iuenerūt viꝝ egyptiū ī agro/⁊ adduxerūt eū ad dauid: de-
derūtqꝫ ei panem ⁊ comedit/⁊ p̄opinauerūt ei aquā. Dederunt
quoqꝫ ei fraginen maſſe carycaruꝫ ⁊ duas ligaturas vuc paſſe ⁊
comedit/⁊ reuerſus eſt ſpūs eiꝰ ī eū: nō.n. comederat panē nec
biberat aquā tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ. Dixitqꝫ ei dauid/cuius
es ⁊ vnde es? ⁊ dixit puer, egyptiꝰ ego ſum ſeruꝰ viri hamalcci-
te/dereliqtqꝫ me dn̄s meꝰ quia egrotare cepi nudiuſtertiꝰ. Nos
erupimꝰ ī meridiē cherethei ⁊ ī id quod eſt iehude ⁊ ī meridiem
chaleb: ⁊ zic'lag cōbuſſimꝰ igni. Et dixit ad eum dauid/ duceſne
me ad cuneū illū? qui ait/iura mihi ꝑ deū. Nomen ē elohim. ꝙ nō oc-
cides me neqꝫ trades me ī manū dn̄i mei/⁊ ego ducam te ad cu-
neum illum.

¶ Duxitqꝫ eū: ⁊ ecce diſcūbebāt ſup̱ faciē totiꝰ terre, comedētes

⁊ bibentes ⁊ feſtũ agentes ob cunctã p̃dã magnã quaꝫ tulerãt e terra peliſthim ⁊ e terra iehude. Et pcuſſit eos dauid a crepuſculo vſqꝫ ad veſpã alteri⁹ diei: ⁊ nõ euaſit ex eis qſqꝫ/ p̃ter q̃dringentos viros adoleſcẽtes q̄ ex̄tauerũt ſup camelos ⁊ fugerũt. Eruitqꝫ dauid oĩa que tulerant hamalecite: ⁊ duas vxores ſuas eruit dauid. Et non defuit eis a paruo vſqꝫ ad magnum ⁊ vſqꝫ ad filios ⁊ filias/ ⁊ a p̃da vſqꝫ ad oĩa que tulerant ſibi: oĩa reduxit dauid. Tulitqꝫ dauid oẽs oues ⁊ boues: duxerũt ante gregẽ ipſum/ ⁊ dixerũt hec eſt p̃da dauid.

VEnitqꝫ dauid ad ducentos viros q̄ laſſi ſubſtiterant nec ſe q̄ potuerãt dauid. Iuxta hebræũ hr̃. q̄ ſe vetuerũt a ſeq̃ndo dauidẽ ⁊ manſerũt ĩ torrente beſor. nec ẽt hic aliq̄d dicit̃ de laſſitudine. q̄ egreſſi ſunt obuiam dauidi ⁊ populo q̄ erat cũ eo: acceſſitqꝫ dauid ad populum/ ⁊ ſalutauit eos pacifice. Rñdit aũt oĩs vir peſſim⁹ ⁊ iniqu⁹. Iuxta hebræũ hr̃. mal⁹ ⁊ malign⁹ de viris q̄ ierãt cũ dauide. ut ĩtus & extra deſcribat̃ malicia illoꝝ. ⁊ dixerũt: q̄a nõ venerũt nobiſcũ nõ dabim⁹ eis de p̃da quaꝫ eruim⁹, ſed reducet vnuſqſqꝫ vxorẽ ſuã ⁊ filios ſuos ⁊ abeãt. Dixit ãt dauid: nõ ſic facietis f̃res mei de ijs que dedit dñs nobis/ ⁊ cuſtodiuit nos ⁊ dedit cuneum q̄ venit cõtra nos ĩ manũ nr̃aꝫ. Nec qſqꝫ audiet vos ĩ ſermone hoc: eq̄.n. pars erit deſcendẽtis ad p̃liũ ⁊ remanẽtis ad ſarcinas/ ⁊ ſimiliter diuidẽt. Hebraice hr̃. q̄a ſicut portio deſcẽdẽtis ad p̃liũ ⁊ ſicut portio ſedẽtis ſup vaſa/ ſimul diuidẽt. Hinc apparet q̄ꝫ iſti ducẽti q̄ ſubſtiterãt in torrẽte/ ſubſtiterũt ſup uaſa: hoc ẽ ad cuſtodiã reꝝ ut expeditiores quadringenti pſequerent̃ hoſtes. Et fuit/ a die illa ⁊ ſupra: poſitũ ẽ hoc in ſtatutũ ⁊ iudicium ĩ iſrael vſqꝫ ad diẽ hanc.

¶ Venitqꝫ dauid ĩ ziclag: ⁊ miſit de p̃da ſeniorib⁹ iehude, p̃ximis ſuis dicẽdo/ accipite bñdictionẽ de p̃da inimicoꝝ dñi. Appellat bñdictionẽ munus pro grãꝝ actione: bñdictio.n. pro grãꝝ actione ſumit̃. Et ſententia ẽ clara cũ ſubiũctis. ꝯmemorant̃.n. diuerſaꝝ terraꝝ habitatores quibus dauid miſit munera ad gratias referendũ illis. Ijs q̄ erãt ĩ beth'el/ ⁊ ijs qui erãt ĩ ramoth ad meridiẽ/ ⁊ ijs qui erãt ĩ iatthir. Et ijs qui erãt ĩ haroher/ ⁊ ijs qui erãt ĩ ſiphmoth/ ⁊ ijs qui erãt ĩ eſthemoah. Et ijs qui erant ĩ rachal/ ⁊ ijs qui erant ĩ ciuitatib⁹ ierach'meeli/ ⁊ ijs q̄ erat ĩ ciuitatib⁹ ceni. Et ijs q̄ erãt ĩ chorma/ ⁊ ijs q̄ erant ĩ bor'haſan/ ⁊ ijs q̄ erãt ĩ hathach. Et ijs q̄ erãt ĩ chebron: ⁊ oĩb⁹ locis ĩ q̄b⁹ ambulauerat dauid/ ipſe ⁊ viri eius.

CAPVT .XXXI.

PElisthiꝫ aũt pugnabãt cũ iſrael: ⁊ fugerũt viri iſrael a facie peliſthim/ ⁊ ceciderũt interfecti ĩ mõte ghilboah. Aſſecutiqꝫ ſunt peliſthim ſaulẽ ⁊ filios ei⁹: ⁊ pcuſſerunt peliſthim iehonathan ⁊ abinadab ⁊ malchiſuah filios ſaulis. To-

tūqꝫ pondus pꝛelij verſum eſt in ſaul: ⁊ conſecuti ſunt eum viri ſagittarij. Iuxta hebræum habetur. Et aggrauatum eſt pꝛelium ad ſaulem / ⁊ inuenerunt eum iaculatoꝛes viri in arcu. Declaratur aggrauatio prælij in ſaulem in hoc ꝙ ſagittæ emiſſæ a peliſthæis arcu / inuenerunt ſaulem: hoc eſt peruenerūt ad eum. ⁊ vulneratus eſt vehementer. Iuxta hebræum habetur. ⁊ timuit valde a iaculatoꝛibus. Proculdubio pꝓ uulnera ſagittaꝝ timuit nō poſſe euadere / ſed incidere in manus peliſthinoꝝ adhuc uiuus. Dixitqꝫ ſaul armigero ſuo / euagina gladiū tuū ⁊ pfode me illo ne veniant incircūciſi iſti ⁊ pfodiant me ⁊ illudant mihi: ⁊ noluit armiger eiꝰ / fuerat.n.nimio terroꝛe pterritꝰ. Iuxta hebræū habet. qa timuit valde. interficere regē ſuū. arripuit itaqꝫ ſaul gladiū ⁊ cecidit ſupeū. Hinc appatet tū dānatio ſaulis / utpote q interfecit ſeipſum. tū mollicies animi eius nō ualētis ſufferre illuſiōes a peliſthinis. nā ad euitandas hmōi illuſiones ſeipſum pemit: quod ēt philoſophi molli animo tribuunt.

Viditqꝫ armiger eius ꝙ moꝛtuꝰ eſſet ſaul: ⁊ cecidit ēt ipſe ſuper gladiū ſuū ⁊ moꝛtuꝰ eſt cū eo. Moꝛtuuſqꝫ eſt ſaul ⁊ tres filij eiꝰ ⁊ armiger eiꝰ ⁊ ēt oēs viri eiꝰ in die illa pariter. ¶ Videntes āt viri iſrael q erant trans vallē ⁊ q erant trās iarden ꝙ fugiſſent viri iſrael / ⁊ ꝙ moꝛtui eēnt ſaul ⁊ filij eiꝰ, reliquerūt ciuitates ⁊ fugerūt: venerūtqꝫ peliſthim ⁊ habitauerūt ī eis. Ne intelligas hæc eadē die geſta: ſed tā deſertionē ciuitatū iſtaꝝ ab iſraelitis ꝗ habitationē earūdē a peliſthinis ſubſecutā poſtea / ſcriptā tū añ expoliatos mortuos ad terminandū hiſtoriā maloꝝ quæ ſecuta ſunt immediate in iſrael ex hoc prælio. Suſpicor has eſſe ciuitates quas olim reſtituerant peliſthini iſraeli tpe ſamuelis.

¶ In craſtino aūt venerūt peliſthim ad expoliandū interfectos: ⁊ inuenerūt ſaul ⁊ tres filios eiꝰ iacētes ī mōte ghilboah. Et abſciderūt caput eiꝰ ⁊ ſpoliauerūt arma eiꝰ: miſerūtqꝫ in terrā peliſthinoꝝ pcircūitu vt annūciaret ī domo idoloꝝ ſuoꝝ ⁊ populo. Et poſuerūt arma eiꝰ in domo haſtharoth: coꝛpꝰ vero eiꝰ ſuſpenderūt. Iuxta hebræū hr. fixerūt. hoc eſt firmauerūt affigēdo ligno uel clauo. ī muro beth'ſan.

¶ Audierūt aūt habitatoꝛes iabes ghilhad que fecerāt peliſthiꝫ ſauli. Gratitudo iſtoꝝ deſcribit: utpote rependentiū ſauli q liberauerat eos de manu nahas regis hāmonitaꝝ. Et ſurrexerūt oēs viri foꝛtes ⁊ ambulauerūt tota nocte / ⁊ tulerūt coꝛpꝰ ſaul ⁊ coꝛpoꝛa filioꝝ eiꝰ de muro beth'ſan: venerūtqꝫ viri iabes ghilhad. Iuxta hebræū hr. ⁊ venerūt ad iabes. Reuerſio deſcribit cū cadaueribus. Statimqꝫ ſubiūgit. ⁊ cōbuſſerūt ea ibi. hoc eſt in territorio iabes. Et tulerūt oſſa coꝛ ⁊ ſepelierunt ſub arboꝛe ī iabes. Cōbuſtis citius carnibus partibuſqꝫ mollibus / remanentia oſſa ſepelierūt ſub arbore in iabes una cū cineribus corpoꝝ. ⁊ ieiunauerūt ſeptē dieb9. iuxta numeꝝ dieꝝ induciaꝝ inter ipſos & nahas regē hāmonitaꝝ / infra quos liberauerat eos ſaul.

¶ Finit pꝛimus liber ſemuelis.

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XYSTI, IN

secundum librum ſemuelis commentarÿ.

ET fuit poſtq̃ꝫ mortuꝰ eſt ſaul ⁊ dauid reuerſus eſt a cedẽdo hamalec, dauid manſit in zic'lag diebus duobus. Et fuit die tertio ecce venit vir e caſtris ſaul / veſte conſciſſa ⁊ puluere cõſperſus caput: ⁊ vt venit ad dauid / cecidit in terram ⁊ adorauit. Dixitqꝫ ei dauid / vnde venis? qui ait ad eum / de caſtris iſrael fugi. Et dixit ad eũ dauid, quod ẽ verbũ quod factũ eſt / indica mihi. Legendum eſt / t. que fuit res nũcia queſo mihi. Dictio.n. hebraica quanuis proprie ſignificet uerbũ / transfertur tamen ad ſignificandum rem. qui ait, fugit populꝰ de prelio / ⁊ etiam multi ceciderunt e populo ⁊ mortui ſunt / ⁊ etiam ſaul ⁊ iehonathan filiꝰ eius mortui ſunt.

¶ Dixitqꝫ dauid ad adoleſcentem. Iuxta hebræum habetur. ad puerꝫ q nũciabat ei. tam hic q̃ꝫ inferius: ſed hebræi pueri noĩe appellant ẽt iuuenes. quõ noſti ꝙ mortuꝰ ſit ſaul ⁊ iehonathan filiꝰ eiꝰ? Et ait adoleſcens q nũciabat ei: caſu veni in montem ghilboah. Sententia recte redditur / q̃ꝫuis hebraica uerba multiplicentur. ⁊ ecce ſaul incũbebat ſuper lanceam. Ne intelligas ſignificari niſi fictam innixionem ſaulis ſuper lanceæ ſuæ haſtile. finixit.n. ꝙ ſaul ſuſtẽtabat ſe ſuper lanceæ ſuæ haſtile quaſi ſuper baculum. nam hebraice clare ſignificatur innixus. ⁊ ecce currꝰ ⁊ eqtes appropinquabant ei. Reſpexitqꝫ poſt ſe ⁊ vidit me: vocauitqꝫ me / ⁊ dixi ecce me. Et dixit mihi / qs es? dixiqꝫ ad eum / hamalecites ſum. Vniuerſa hæc mẽdacia eſſe / manifeſte patet ex modo mortis ſaulis ſcripto in præcedẽtis libri capitulo ultimo: ſed iſte finxit ſe interfeciſſe ſaulem arbitratus rem gratam dauidi feciſſe. Dixitqꝫ mihi: ſta queſo ſuper me ⁊ interfice me / quoniam tenent me anguſtie. Parui refert ꝙ hebraice habetur. quia apprehendit me tremor. hoc.n. conſonat ueritati hiſtoriæ / pro quanto ſaul ualde timuit uulneratus a ſagittarÿs. qa omnis adhuc anima mea in me eſt. Et ſteti ſuper eũ ac interfeci eũ / ſciebam.n. ꝙ viuere non poſſet poſtq̃ꝫ cecidiſſet: tuliqꝫ diadema quod erat ſuper caput eiꝰ / ⁊ armillã que erat ſuper brachiũ eiꝰ ⁊ attuli ea ad dominũ meum huc. Quanuis finxerit ſe occidiſſe ſaulem / dixit tamen uerum quo ad ablatum diadema & armillam.

Digitized by Google

Apprehenditq; dauid veſtimenta ſua & ſcidit ea: & etiam omnes viri qui erant cũ eo. Et planxerunt & fleuerũt & ieiunauerunt vſq; ad veſperam: ſuper ſaul & ſuper iehonathan filium eius & ſup populum domini & ſuper domum iſrael/ eo ꝙ corruiſſent gladio. Dixitq; dauid ad adoleſcentem qui nũciabat ei/ vnde es: qui dixit/ filius viri peregrini hamalecite ſum. Aiũt hunc fuiſſe filium doeg ꝗ interfecerat iubente ſaule ſacerdotes domini. Et quadrat ſuprascriptis/ ſi uerum eſt ꝙ doeg fuerit armiger ſaulis: qui anteꝗ̃ interficeret ſeipſũ/ uiſo ſaule mortuo inſtruxit filium ibidem ut iret ad dauidem cũ hac ſimulatione dando illi diadema & armillam ſaulis detracta ex mortuo ſaule. Nec obſtat ꝙ doeg dicat̃ idumæus in primo li. ca. 22. & hoc in loco dicat̃ hamalecita: quoniam hamalec pars erat edom/ quia deſcenderat ab heſau. & ꝓpterea ſecundum genus erat idumæus & ſecundum ſpeciem hamalecita. Et ait dauid ad eũ/ quare. Legendum eſt. quomodo non timuiſti mittere manum tuam ad occidendum chriſtum domini: horruit enim dauid facinus ſæpe a ſe dãnatum. Vocauitq; dauid vnum e pueris & dixit/ accede irrue in eum: percuſſitq; eum & mortuus eſt. Si quæris qua authoritate dauid ſententiam mortis tulerit aduerſus iſtum/ mandando etiam exequi. in promptu eſt reſpõſio ꝙ mortuo ſaule cœpit ſuccedere in regno & uti authoritate regia/ ꝓpter ea quæ dixerat ei ſamuel de ipſius regno. Et ait ad eum dauid: ſanguis tuus ſuper caput tuum, os. n. tuum teſtificatum eſt contra te/ dicendo ego occidi chriſtum dñi.

Planxit aũt dauid planctũ iſtũ Rectius diceretur. Et lamentatus eſt dauid lamentationem iſtam/ ſuper ſaul & ſuper iehonathan filium eius. quemadmodum appellamus lamentationes ieremiæ. Et precepit. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et dixit ad docendũ filios iehude arcum. Duo officia dauidis narrantur. alterũ lamentatiõis: alterũ monitionis ut ij qui erant de tribu iudæ diſcerẽt iaculari arcu. Sed hoc ſecũdum officium intellige quando uenit in terram iudæ. ſcriptum eſt autẽ prius, eo ꝙ immediate poſt mortem ſaulis hoc decreuit/ & cõmunicauit ijs qui erant cũ eo: ut contextus innuit. ſicut ſcriptum eſt in libro iuſtorum. Iuxta hebræũ habetur. ecce ſcriptũ ſuper librũ iaſar. hoc eſt recti. Ad immediate ante narratum decretum refertur ſcriptũ eſſe in libro recti: quo libro caremus. Et ait. Non habet̃ hoc in hebræo. ¶ Conſidera iſrael pro ijs ꝗ mortui ſunt/ ſup excelſa tua vulnerati. Iuxta hebræum habet̃. O placiditas iſraelis/ ſuper excelſa tua occiſus. Portio illa terræ in qua commiſſum eſt prælium appellatur placiditas iſraelis, eo ꝙ erat regio ualde placida. Et a qualitate loci inchoauit lamentantionẽ dauid/ tanꝗ̃ ualde diſſonet ut in loco tã placido tãta clades fuerit. locũ ſiqdem illum alloquendo tanꝗ̃ ↄdolens dicit o placiditas iſraelis/ ſup excælſa tua (v3 montes gelboæ) occiſus: hoc eſt multitudo occiſorũ fuit. inclyti iſrael ſuper montes tuos interfecti ſunt. Hæc clauſula nõ hr̃ in hebræo. quõ ceciderũt fortes. Rectius legeret̃. potẽtes. prius. n.

a qualitate loci/deinde a qualitate perſonarum occiſarum lamentatur. Ne an-
nūcietis in ghath/ne annūcietis in compitis. Iuxta hebræum habe-
tur. i plateis aſcelon: ne forte letentur filie peliſthim/ne forte exul-
tent filie incircūciſorum. Et ſententia eſt ualde clara intelligentibus ꝙ non
mandantis ſed deteſtantis ſunt uerba. nam deteſtatur annūciationē & gaudium
peliſthinorum quod ſciebat futurum. Montes ghilboah nec ros nec
pluuia veniat ſuper vos. Imprecatur malum montibus gelboæ / non ra-
tione eorum ſed ratione cladis in eis. Nec ſunt uerba cupientis: ſed manifeſtātis
ꝙ in memoriam tanti mali digni eſſent priuatiōe roris & pluuiæ. Et ſcito in he-
bræo non haberi ueniat ſuper uos: ſed ſine uerbo non ros & nō pluuia ſuper uos.
neq; ſint agri primitiarum. Iuxta hebræum habetur. & agri eleuationum.
hoc eſt agri ex quibus ſumuntur ea quæ offerenda ſunt deo. Et quamuis hebraice ſi-
ne noua negatione ſcribatur & agri (cum debuiſſet dici & non agri) ſubintelli-
gitur tamen uis negationis præcedentis. & eſt ſenſus/& non agri. quod intellige
eodem ſenſu quo præcedentia. quia ibi abiectus eſt clypeus fortiū. Eadem di-
ctio hic habetur quæ paulo ante: & propterea legendum eſſet. potentiū. Et im-
mediate ſequitur. clypeus ſaul quaſi non eſſet vnctus oleo. Poſtq̃ in gene-
re lamentatus eſt multitudinem occiſorum & potentium caſum/deſcēdit ad in-
diuidua. & primo ad regem tanq̃ non eſſet unctus oleo: hoc eſt tanq̃ nō eſſet un-
ctus a deo in regem. occiſum. n. lamentatur ibidem regem tanq̃ non eſſet rex qui
ungebatur a deo.

A ſanguine īterfectorum ab adipe potentiū/arcus iehonathan nō
rediit retrorſum: & gladius ſaul non eſt reuerſus inanis. Ordo lite-
ræ ē ꝙ tam arcus ionathæ q̃ gladius ſaulis nūq̃ rediit inanis a ſanguine inter-
fectorum & ab adipe potentiū. & eſt ſenſus ꝙ iugiter uterq; efficax fuit ad hoſtium
& ſanguinem effundendum & adipem penetrandum. Et meminit adipis ad ſi-
gnificandum uiros carne bene plenos percuſſos/ad differentiam uirorum debili-
um. Saul & iehonathan amabiles. Proſequitur lamentationem utriuſq;.
& decori valde in vitis ſuis. Iuxta hebræum habetur. & dulces in vi-
tis ſuis. hoc eſt in conuerſationibus ſuis. & in morte ſua nō ſunt ſeparati:
aquilis velociores. Dictio hebraica uerbum eſt a leuitate deductum quo nos
caremus. Et ſimiliter cum ſubditur. leonibus fortiores. uerbum eſt a potentia
fortitudinis deductum. præferuntur. n. in leuitate motus aquilis/& in potentia
fortitudinis leonibus. & eſt hyperbolica locutio. Filie iſrael ſuper ſaul flete: qui
veſtiebat vos coccino cum delitiis / qui prebebat ornamenta au-
rea cultui veſtro. Iuxta hebræum habetur. veſtitui veſtro. ſignificatur
enim per hoc ꝙ ſaul ditauerat iſraelitas ita ut induerentur etiam aurea ornamen
ta. Quomodo ceciderūt potentes. Repetitio eſt more lamentantium. ad
ditur tamen hic una dictio: nam dicitur. in medio prelii: ad honorē ſiquidem
eorum ſpectat cecidiſſe in medio prælii/tanq̃ uiros fortiter pugnantes nec diuer-
tentes. iehonathan in excelſis tuis occiſus eſt. Ad dilectum ionatham
ſpecialius deſcendit/alloquēs iterum terram iſrael in qua cōmiſſum eſt præliū.

Digitized by Google

¶Doleo ſup te. Iuxta hebræum habetur. Anguſtia mihi ſup te frater mi iehonathan. Apoſtrophat ad ionatham: & plus ꝙ dolorem(anguſtiam vcꝫ cordis) ſe paſſum dicit ſuper eo. Decore nimis. Iuxta hebræum habetur. Dulcuiſti mihi valde. Præterita dulcedo ratio redditur tantæ paſſionis. ⁊ amabilis ſuper amorem mulieꝝ. Iuxta hebræum habetur. fuit mirabilis amor tuꝰ mihi pre amore mulieꝝ. Et intelligitur de amore ionathæ erga dauidem. nam ſuperius ſcriptum eſt ꝙ ionathas dilexit dauidem ſicut animam ſuam. Et hic ſenſus quadrat ualde cõtextui: ut quemadmodũ commendauit eum ꝙ præbuerit ſe ualde dulcem dauidi/ita cõmendet eum de amore erga dauidem tam mirabili ut excederet amorem mulierum. Sicut mater vnicũ amat filium ſuum ita ego te diligebam. Non habetur ſententia hæc in hebræo: ſed immediate poſt ſupradicta uerba ſubiungitur. Quomodo ceciderunt potentes/⁊ perierũt vaſa belli? Tertio repetitur lamentantium more quomodo ceciderũt potentes / adiungendo & perierunt uaſa belli. arma. n. quæ congregauerat ſaul/deflet periſſe: tanq̃ redigendus ſit populus iſrael in priſtinum ſtatum ſine armis/in quo reppererat eum ſaul: ut ſcriptũ eſt in primo li. ca. 13.

CAPVT .II.

ET fuit poſt hec, conſuluit dauid dominum dicendo/an aſcendam in vnaꝫ de ciuitatibꝰ iehude? multos. n. amicos habebat in tribu iudæ/de qua etiaꝫ ipſe erat. ⁊ dixit dominꝰ ad eũ/aſcende: dixitqꝫ dauid/quo aſcendam? ⁊ dixit/in chebron. Aſcẽditqꝫ illuc dauid/⁊ ẽt due vxores eiꝰ: achinoham ijzrehelithis ⁊ abigail vxor nabal charmelite. Et viros q erant cum eo fecit aſcendere dauid/ vnunquemqꝫ cũ domo ſua: ⁊ manſerunt in oppidis chebron. diſtributi ſiquidem ſunt in adiacentibus urbibus dependentibus ab hebron. Veneruntqꝫ viri iehude/⁊ vnxerunt ibi dauid in regem ſuper domum iehude. Vnctus olim a ſamuele dauid / electus modo eſt a tribu iudæ & unctus cum celebritate in regem ſuper tribum iudæ, quæ erat potentiſſima inter omnes tribus iſrael. in cuius ſignum ſpecialiter conſueuit ſupputari numerus bellatorum ex tribu iudæ/& reliquaꝝ omnium tribuum ſimul altera ſumma. ⁊ nũciatum eſt dauidi dicendo / viri iabes ghilhad ſepelierunt ſaul.

¶Et miſit dauid nũcios ad viros iabes ghilhad: dixitqꝫ ad eos/benedicti vos dño q feciſtis miſericordiã hanc cum dño veſtro cum ſaul ⁊ ſepeliſtis eum. Et nunc faciat dñs vobiſcum miſericordiam ⁊ veritatem: ⁊ ẽt ego faciam vobis bonum hoc/q feciſtis rem hanc. Et nunc confortentur manus veſtre ⁊ eſtote filij fortitudinis/qa mortuus eſt dñs veſter ſaul. Duo ſimul officia effecit dauid. alterum teſtificandi beneuolentiam ſuam erga amicos ſaulis/ ne exiſtimarent diſplicuiſſe ei ꝙ gratos ſe exhibuerint ſauli & hinc occaſionem ſumerent

inimicitiæ aduerſus ipſum dauidem. Alterum tentandi ſi uellent ipſum ſequi. ad
hoc.n.ſpectant ſubiunctua poſtremo uerba. ⁊ ẽt me vnxit dom⁹ iude i re/
gem ſuper ſe. Quanuis etiam hæc uerba referri poſſint ad inſinuandum ꝙ ip
ſe non uſurpauit ſibi regnum tyrannice: ſed ꝙ tribus iudæ elegit eum in regem.

ABner aũt fili⁹ ner pꝛinceps militie ſaulis: tulit isboſeth filiũ
ſaulis/ ⁊ circũduxit eũ per caſtra. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fecit
tranſire eũ machanaim. Vbi aduerte prudẽs lector ꝙ dictio hebraica eſt
quãdoq; nomen appellatiuũ ſignificãs caſtra/ quãdoq; uero eſt nomen ꝓprium
loci: ut patet geñ.32. quandoq; autem eſt nomen propriũ ciuitatis in tribu gad:
ut patet ioſuæ.21. Crediderim tamen ego in loco illo quem iacob appellauit ma/
chanaim/ cõſtructam ciuitatem tribus gad quæ appellatur machanaim. In hoc
itaq; capitulo ter fit mentio machanaim. & hac prima uice machanaim eſſe no/
men proprium ciuitatis/ ex duobus inſinuatur: primum ex eo ꝙ dicitur & fecit
eum tranſire machanaim. ſignificatur enim per tranſitum / eqtatio regis per re/
gnum iſrael uſq; ad machanaim quæ erat trans iordanem in regione ghalahad.
deinde ex eo ꝙ ſtatim ſubditur. Regemq; conſtituit ſuper ghilhad ⁊
ſuper aſureũ ⁊ ſuper ijzrehel: ⁊ ſuper eph'raim ⁊ ſuper bin'iamin
⁊ ſuper totũ iſrael. ex hoc.n.ꝙ primo nominatur regio ghalaad/ inſinuatur ꝙ
de ciuitate machanaim quæ erat in ghalaad eſt ſermo. Suffragatur quoq; rõ ut
abner ſecurus de tribu beniamin (utpote propria) quæ erat contermina tribui
iudæ/ ſolicitus fuerit de regione trans iordanẽ ne uniret̃ dauidi: præſertim cum
intellexiſſet dauidem miſiſſe nuncios ad regionem illam. Accedit ad hæc contex/
tus literæ. nam narrata deſtinatione nunciorum dauidis ad ghalaad/ ſtatim ſub/
iungitur prudentia abner ꝙ fecit tranſire isboſeth regem ad machanaim ciuita/
tem ghalaad. ¶ Filius quadraginta annoꝝ erat isboſeth fili⁹ ſau/
lis cũ regnare cepit ſuper iſrael/ ⁊ duob⁹ annis regnauit: tantum
dom⁹ iehude ſequebatur dauidem. ¶ Et fuit numerus dierum
ꝗb⁹ fuit dauid rex in chebꝛon ſuper domũ iehude/ ſeptem anni ⁊
ſex menſes. Quæſtio ſuboꝛiť quomodo ſtant iſta duo ſimul: ꝙ dauid regna/
uerit in hebron ſuper tribum iudæ ãnis ſeptem & ſex menſibus/ & isboſeth duo/
bus duntaxat annis regnauerit nulluſq; alius rex fuerit ſuper iſrael. ſed iſtius ſo/
lutio differenda eſt uſq; ad capitulum tertium.

EGreſſuſq; ẽ abner fili⁹ ner ⁊ ſerui isboſeth filij ſaul/ de caſtris
in ghibhon. Hic ſecundo habetur hebraice de machanaim. & ſupradi/
ctis & egreſſui quadrat etiam hic machanaim nomen eſſe ciuitatis. egredientes
enim ad bellum / de ciuitatibus egrediuntur ad caſtra & non egrediuntur de ca/
ſtris. Significatur itaq; ꝙ abner coacta aliquanta multitudine bellatorum ex re/
gione trans iordanem / uenit in territorium ghabaon in tribu beniamin conter/
mina tribui iudæ in qua regnabat dauid. Et ioab filius ſeru'ie ⁊ pueri da/
uid egreſſi ſunt / ⁊ occurrerũt ſibi iuxta piſcinã ghibhon pariter:
manſerũtq; ij iuxta piſcinam hinc/ ⁊ illi iuxta piſcinam inde. Di/
xitq; abner ad ioab/ ſurgãt queſo pueri ⁊ ludant ante nos: dixitq;

Digitized by Google

ioab/ſurgant. Tanq; ludus habentur a militaribus tam duellũ ꝙ ſimiles bellici actus ex condicto/ aliquorum certi numeri paris hinc & inde. Et ſurrexerũt ac tranſierũt in numero: duodecim pro biniamin ⁊ isboſeth filio ſaulis/⁊ duodecim de pueris dauid. Ex tribu beniamin electi ſcribunt duodecim: utpote cuius magis intererat / qa rex iſrael de tribu erat beniamin. Si quæritur an huiuſmodi actus fuerit licitus. in promptu eſt reſponſio ꝙ qa ſimilis eſt duello & non belli gratia ſed ad oſtentationem uirium ordinantur huiuſmodi actus, ideo inter illicita ſupputatur. Apprehenſoq; vnuſquiſq; capite comparis ſui/defixit gladium in latꝰ contrarij. Iuxta hebræum habetur. Et inualuit vnuſquiſq; in caput ſocij ſui ⁊ gladiꝰ eius in latꝰ ſocij ſui/⁊ ceciderũt ſimul. Ex qua litera clare liquet omnes eſſe ſimul mortuos. ⁊ vocatum eſt nomen loci illiꝰ ager robuſtoꝝ. Iuxta hebræum habetur. pars gladiorum. uel. fortium que in ghibbon. anceps enim eſt habraica dictio ad fortes uel enſes. Et uere portio fuit gladiorum locus ille: qm̃ nullus euaſit gladium/ſed omnes ibi occiſi ſunt. Et ortũ eſt bellum duꝝ ſatis. Iuxta hebræum habet. Et fuit præliũ durũ vſq; valde in die illa. Occaſione ſumpta utrinq; ex occiſis ſuis / ad cõmune prælium proceſſerunt. ⁊ ceſus eſt abner ⁊ viri iſrael coram pueris dauid.

¶ Erãt aũt ibi tres filij zeruie. ſororis dauid. ioab ⁊ abiſai ⁊ haſael: ⁊ haſael curſor velociſſimꝰ fuit. Parui refert ꝙ hebraice habetur. leuis pedibꝰ ſuis ſicut vnꝰ e capreis q̃ ſunt in agro. Sententia manifeſta eſt. Perſecutuſq; eſt haſael abner: ⁊ non declinauit ad eundũ ad dexteram ⁊ ad ſiniſtram de retro abner. Et reſpexit abner poſt ſe/⁊ ait tune es haſael? ⁊ dixit ſum. Dixitq; ei abner, declina tibi ad dexteram tuam vel ad ſiniſtram tuã ⁊ apprehende tibi vnuz de pueris/⁊ tolle tibi ſpolia eius: ⁊ noluit haſael declinare ab eo. Addiditq; adhuc abner dicere ad haſael/recede tibi a me: cur percutiam te in terram? ⁊ quõ leuabo faciem meam ad ioab fratrez tuum? Et renuit recedere / ⁊ percuſſit eum abner auerſa haſta in inguine. Iuxta hebræum habetur. cũ poſt lancee ad quintã coſtã. Clare ſiquidem ſignificatur ꝙ percuſſio facta eſt non cum ferro lanceæ ſed cum poſteriore parte lanceæ: ferrum. n. eſt anterior lanceæ pars. Et in hoc oſtendit abner ꝙ minus uulnerare intendebat haſaelem. Quintæ autem coſtæ nomine appellatur locus coſtarum ſiue dexterarum ſiue ſiniſtrarum iuxta ſtomachũ ratione / alias dicta. ⁊ transfodit. Clarius dicitur hebraice. ⁊ exiuit lãcea poſt cũ/ ⁊ cecidit ibi ⁊ mortuꝰ eſt ibidez. Vide quantum differt nouus tyro a ueterano milite. omneſq; qui tranſibant per locum in quo ceciderat haſael ⁊ mortuus erat/ſubſiſtebant.

ET perſecuti ſunt ioab ⁊ abiſai abner: ⁊ ſol occubuit, ipſi aũt venerunt vſq; ad collem aqueductus qui eſt ex aduerſo vallis/ via deſerti ghibbon. Congregatiq; ſunt filij biniamin poſt abner / ⁊ fuerunt in globuz vnum: ſteteruntq; in ſummitate cu-

Digitized by Google

muli vniꝰ. Legendum eſt. collis vniꝰ. ſic.n. habeṫ hebraice. ¶ Clamauitqꝫ abner ad ioab ⁊ ait/ an vſqꝫ ad internitionem tuꝰ gladiꝰ deſeuiet? Iuxta hebræum habetur. an ad ſemper vorabit gladiꝰ? hoc eſt num ſine ceſſatione erit perſecutio ad occidendum? an ignoras ꝙ periculoſa ſit deſperatio? Iuxta hebræum habetur. an nõ noſti ꝙ amaritudo erit ĩ poſtremo? hoc eſt ꝙ qui fugiunt cum tandem ſe coarctatos uiderint, amari efficiuntur animi/ & pro nihilo mortẽ habentes pugnant. Quod antiquus interpres recte expoſuit periculoſam deſperationem. amaritudo ſiquidem animi ex deſperatione conſurgit euadendi. perdiderunt.n. impotentes amplius ſine morte fugere/ ſpem euadendi. ⁊ vſqꝫquo non dices populo vt deſinat perſequi fratres ſuos?

¶ Et ait ioab: viuit deꝰ. Nomen eſt elohim. ſi locutꝰ fuiſſes mane/ receſſiſſet populꝰ perſequens fratrem ſuũ. Iuxta hebræum habetur. ꝙ ſi non locutꝰ es, ꝙ tunc a mane aſcendit populꝰ/ vnuſquiſqꝫ de poſt fratres ſuos. Et eſt ſenſus ꝙ tu fuiſti cauſa totius belli: quia ſi tu nõ fuiſſes locutus (dicendo ſurgant pueri & ludant corã nobis) ex tunc appoſitiue ab ipſo mane populus meus non fuiſſet perſecutus fratres ſuos iſraelitas qui tecum ſunt/ ſed aſcendiſſet in locum ſuũ in pace. ¶ Clangitqꝫ ioab buccina, ⁊ ſtetit totꝰ populꝰ/ ⁊ non eſt perſecutꝰ vltra iſraelẽ. Quanuis totius belli culpam reieciſſet in abner/ petenti tamen ut deſiſteret annuit. neqꝫ inicere certamen. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non addiderũt ad prœliandũ. Nõ ſolum deſtiterunt perſequi illa uice ſed nec addiderunt ad prœliandum tam iſti ꝙ illi: nullum ſiquidẽ aliud prœlium cõmiſſum legiṫ toto tẽpore abner. ¶ Abner aũt ⁊ viri eiꝰ abierũt per campeſtria moab tota nocte illa. Superfluit moab. ⁊ tranſierũt iarden. Tranſitus iordanis teſtaṫ ꝙ ad loca trãs iordanem (hoc eſt duarum tribuum & dimidiæ) iuit abner cum ſuis. nam territorium ghabaon unde fugiebat/ perſpicuum eſt eſſe cis iordanem: hoc eſt ubi erant nouem tribus & dimidia. ⁊ luſtrata omni bethoron. Corrupta eſt litera: legendum eſt. bith'ron. non.n. cõmemoraṫ bethchoron cuius mentio facta eſt ioſuæ ca.10. ubi lapides magnos pluiſſe ſcribitur: quoniã illa eſt in loco nouem tribuum, iſta autem regio eſt trans iordanem/ nec uocatur bethchoron ſed bith'ron. venerũt ad caſtra. Iuxta hebræum habetur. ⁊ venerũt machanaim. Manifeſte ex tranſitu iordanis apparet ꝙ machanaim nomẽ eſt ciuitatis/ ut dictum eſt in tribu gad. & iſte regreſſus teſtatur tum ꝙ inde exierat ad bellum/ tum ꝙ ibidem tunc reſidebat isboſeth rex iſrael: utpote in loco tutiore ab impetu bellatorum tribus iudæ.

¶ Ioabqꝫ reuerſus ẽ de poſt abner/ ⁊ cõgregauit totũ populũ: ⁊ defuerũt de pueris dauid decẽ ⁊ nouem viri ⁊ haſael. Serui aũt dauid percuſſerũt de biniamin ⁊ in viris abner: trecenti ⁊ ſexaginta viri mortui ſunt. Tulerũtqꝫ haſael/ ⁊ ſepelierũt eum in ſepulchro patris ſui quod erat in bethlechem. Quanuis hic narretur/ poſtea tamen ſepultus fuit haſael in bethlehem iudæ. ⁊ ambulauerunt to-

Digitized by Google

ta nocte ioab ⁊ viri eius/⁊ illuxit eis in chebron:

CAPVT .III.

FActa eſt ergo longa concertatio. Iuxta hebræum habetur. Et fuit bellum longum inter domũ ſaul ⁊ inter domuſ dauidis. Aduerte prudens lector ꝙ author libri uelut ſummarium quoddam ſcribit totius tẽporis quo dauid regnauit in hebron: hoc eſt uſq; ad tempus quo factus eſt rex ſuper uniuerſum iſrael. & totum hoc tempus (quod fuit annorum ſeptem & menſium ſex/ut in præcedenti dictũ eſt capitulo) appellatur tempus belli inter domum ſaul & domum dauidis: & ꝓpterea dicitur bellum longum. In ſummary autem ſignũ narratur continuus profectus domus dauidis cum continuo defectu domus ſaulis. et narratur generatio omnium filiorum quos genuit dauid in hebron ex diuerſis uxoribus/ quas multiplicauit in hebron: quoniam duas tantum ſecum duxerat ex ſiceleg: ut patet in primo huius libri capitulo. ☞ Sed occurrit quæſtio: quia in præcedenti capitulo dictum eſt & non addiderunt ad præliandum: quomodo ergo nunc dicitur ꝙ fuit longũ bellum? Solutio eſt ꝙ inter domũ ſaulis & domũ dauidis fuit longum bellum ſed unicum tantum prælium (quia ſemel tantum dimicatum eſt) ſed diſſenſio bellica fuit longa: utpote annorum ſeptem & dimidij. Dauid ꝓficiens ⁊ ſemper ſeipſo robuſtior/ domus autem ſaul decreſcens quotidie. Iuxta hebræum habetur. ⁊ dauid eundo ⁊ inualeſcendo ⁊ domus ſaul eũtes ⁊ attenuabantur. caremus. n. participio pñtis temporis ſignificante pauperem fieri/quo utit̃ litera hebraica: & ideo appoſuimus præteritum imperfectum. Significantius autem ex parte domus dauidis narratur dauid inualeſcens/ ex parte autem domus ſaulis non dicitur ꝙ isboſeth attenuabatur ſed nullo uiro nominato narratur ꝙ domus ſaulis attenuabatur: ad inſinuandum ꝙ non ſolum inter dauidem & isboſeth ſed etiam inter dauidem & domũ ſaulis fuit longuȝ bellũ. ❡ Et hinc ſoluitur quæſtio in præcedenti capitulo mota/& ad hoc reſeruata capitulum. habetur. n. hinc ꝙ bellum longuȝ fuit cũ domo ſaulis & non cum isboſeth duntaxat: ac per hoc & anteꝗ̃ isboſeth conſtitueretur rex & poſt mortem eius durauit iſtud longum bellum annorum ſeptem & dimidij. nã cum isboſeth biennio tantum durauit bellum. Quod. n. poſt mortem ſaulis nõ ſtatim creatus fuerit rex isboſeth/teſtantur uerba abner inferius in hoc eodem capitulo dicta ad ſenes iſrael: vcȝ tam heri ꝗ̃ nudiuſtertius quærebatis dauid ut regnaret ſuper uos. hinc. n. manifeſte apparet ꝙ mortuo ſaule diſſenſio fuit circa electiõem regis/ quærentibus ſenibus iſrael ut dauid eſſet rex: durante aũt huiuſmodi diſſenſione nullus fuit rex ſuper iſrael/& tamen dauid tunc erat rex ſuper iudam. ☞ In promptu autem erat ratio diſſentiendi/tũ qa dauid placebat ſenibus iſrael propter præclara eius geſta. tum quia ſecundum rectam lineã generis ſaulis ſuccedere debebat in regno filius ionathæ: qui infans erat (utpote quinquennis) & claudus/& propterea impotens ad defendendum populum præſertim ab hoſti-

bus.tum quia isboſeth(ut teſtatur elongatio eius a bello) quamuis filius ſaulis & ætatis optimæ/ineptus habebatur ad bellum:quæ cõditio ualde diſplicebat po pulo,quia regem ad hoc præcipue uolebant ut liberaret eos ab hoſtibus.Taceo ꝙ abner inter hæc tendebat forte ad hoc ut ipſemet eſſet rex : & quando uidit ſe non poſſe aſſequi intentum/procurauit ut isboſeth inſtitueretur rex . Prætereo ꝙ dauid ex diuerſis tribubus ſecum uiros habens/ſolicitabat amicos omnes in om nibus tribubus ut ipſe eligeretur in regem : ut conijcitur ex hoc ꝙ per nũcios in uitauit etiam amiciſsimos ſaulis iabitas qui ſepelierant ſaulem. Quanto autem tempore durauerit huiuſmodi diſſenſio / ſcriptum non eſt.ꝙ uero poſt mortem isboſeth durauerit bellũ cũ domo ſaulis/præſens litera innuit : dũ narrato primo ac ultimo prælio cum abner/dicit & fuit bellum longum inter domũ ſaulis & do mum dauidis.niſi.n.poſtea fuiſſet longum, nõ ſubiunxiſſet poſt prælium illud & fuit bellum longum: nam paruo tempore poſt occiſus fuit isboſeth. In promptu quoqꝫ occurrit ratio dilatæ unionis poſt mortem isboſeth/multitudo eorum qui erant de domo ſaulis præferentiũ mephiboſeth iura quia erat filius ionathæ pri mogeniti : tribus quoqꝫ beniamin ægre ferebat regnum a ſe transferri in tribũ iu dæ . ex huiuſmodi enim cauſis domus ſaul retinebat iſraelitas ne unirentur cum dauide.

¶ Natiqꝫ ſunt ſex filij dauidi in chebron.Superfluit dictio ſex. & fuit primogenitus eius amnon/ex achinoham ijzrehelithide . Et ſe cundus eius chil'ab/ ex abigail que fuit nabal charmelite : & ter tius abſalom filius mahache/filie thalmai regis gheſur. Quæſtio oritur qua ratione licuerit dauidi ducere uxorem ex gente ethnica. Solutio eſt ꝙ in lege moſis non inuenitur prohibitum coniugium cũ ethnicis uniuerſaliter : ſed duntaxat cum ſeptem illis nationibus habitantibus in terra promiſsionis / quas deus delendas mandauit:ut ſcribitur deute.7 . & propterea dauid contra legem non fecit accipiendo in uxorem filiã regis gheſur. Et eo magis excuſat quo opus illi erat fauore uicinorum regum in principio regni ſui.Et conſentaneum rationi eſt ut dauid ſub fiducia trahendi facile puellã coniugem ad cultũ unius dei/cõiu gium hoc contraxerit : quod ex uoto ſucceſsiſſe/ipſum ſcripturæ ſilentiũ innuit . Et quartus adoni'ias filius chagith : & quintus ſephat'ias fili9 abital. Et ſextus ijth'reham/ex heg'la uxore dauidis.Hebraicã di ctionem dimittunt interpretes:quũ tamen non ſit nomen propriũ/ & potuiſſent transferre de uitula uxore dauid.nam ſic appellatur uxor dauidis uitula quem admodum uxor ſamſonis ab eo appellata eſt uitula iudi.14.Et eſt ſenſus/de pri ma uxore dauid. Vnde autem apud hebræos uxorem primam ualde dilectã ap pellauerint uitulam/perſpicuum non eſt. Quod autem hæc ſola nominetur uxor dauid, non ad excludendum reliquas(tanqꝫ non uxores dauidis) ſed ad ſignifi candum prælatam ipſam reliquis(tanqꝫ ipſa ſit uere uxor/aliæ autem adiũctæ) dictũ ẽ. ſimili nãqꝫ rõne iacob appellauit ſingulariter rachel uxoré ſuã geñ.44.& ppea iſta circũlocutione ſignificat michol filia ſaulis/prima uxor dauidis & ual de ab eo dilecta. iſti nati ſunt dauidi in chebron.

¶ Et fuit cũ eſſet bellũ inter domũ ſaul ⁊ domũ dauid: abner regebat domũ ſaul. Iuxta hebræũ habet. ⁊ abner fuit roborans ĩ domo ſaulis. ipſe.n. roborabat ſequaces domus ſaulis. Sauli aũt fuerat cõcubina/ ⁊ nomẽ eiꝰ rizpa filia a'iah: ⁊ ĩgreſſꝰ ẽ ad eã abner. In hebræo non habet & ingreſſus eſt ad eã abner. Dixitqꝫ isboſeth ad abner/ cur ingreſſus es ad concubinã pr̃is mei? Et iratꝰ eſt abner valde pp verba isboſeth ⁊ dixit/ nunqd caput canis ego ſum aduerſum iudã hodie. Iuxta hebræũ habetur. an caput canis ego q iehude hodie/ faciã grãm cũ domo ſaul pr̃is tui ad fr̃es eiꝰ ⁊ ad propinquos eiꝰ? Et eſt una interrogãtio/ inſinuans negationẽ. interrogatiue.n. legenda ẽ: quaſi dicat/ nequaq̃ faciã gratiã cũ domo ſaulis. Eſt.n. ſenſus. an ego faciã grãz cũ domo ſaulis habitus hodie ut caput canis q iudæ/ hoc eſt latrantis ad iudam? quaſi dicat/ nõ faciã qa reputatus ſum hodie a te ut caput canis latrantis ad iudã. Mentionẽ faciendo capitis canis/ ſignificat ꝙ de officio latrandi & cuſtodiendi more canis loq̃t: capite.n. hoc canis facit. Dicit aũt ſe reputari ut canẽ nõ ut principẽ exercitus: qa non habebatur rõ eius pp ipſummet (dũ repræhendebat ꝑ re muliebri) ſed pp bonũ ipſius regis dũtaxat/ ſicut habet rõ canis cuſtodis pp bonũ cuſtodiæ duntaxat. Abner.n. erat uere cuſtos domus ſaulis (ut & prius geſta & poſteriora teſtant) & uolebat ſibi multa licere/ tanq̃ ꝑncipi a quo pendebat tota ſalus regni domus ſaulis. ⁊ nõ tradidi te ĩ manũ dauid. Collatũ beneficiũ cõmemorat/ ad inſinuandũ ꝙ immerito habet ut canis. ⁊ tu reqſiſti in me quod argueres pro muliere hodie. Iuxta hebræũ habet. ⁊ viſitaſti ſuper me iniqtatẽ mulieris hodie. Hinc habet ꝙ fornicario coitu ingreſſus erat ad concubinã ſaulis: alioqn nõ dixiſſet iniqtatẽ. coniugiũ.n. cũ relicta ſaulis licitũ fuiſſet: qa patrueles erant ſaul & abner/ ut patet in.1.li.ca.14. Sic faciat deꝰ abnero ⁊ ſic addat ei/ ꝙ ſicut iurauit dñs dauidi ſic faciam ei. Nomẽ eſt elohim. Diſce q accuſas negligẽtiã principũ, quãti mali regis isboſeth/ occaſio fuerit repræhẽſio abner. Trãſire faciẽdo regnũ a domo ſaulis: ⁊ erigẽdo ſoliũ dauid ſup iſraelẽ ⁊ ſup iehudã a dan vſqꝫ ad beer ſebah. Et nõ potuit ampliꝰ rñdere abnero verbũ: qa timebat eũ.

Miſitqꝫ abner nũcios ad dauid pro ſe dicendo/ cuiꝰ eſt terra? Iuxta hebræũ habet. cui terra? ſubaudi debet: quaſi dicat/ tibi terra debet. ⁊ vt loquerent/ fac mecũ amicitias. Iuxta hebræũ habet. dicẽdo, feri fedꝰ tuũ mecũ/ ⁊ ecce manꝰ mea tecũ ad vertendũ ad te totũ iſraelẽ. Quod aũt fuerit inter eos pactũ/ nõ eſt ſcriptũ. Qui ait, bñ/ feriã tecũ fedꝰ: tantũ rẽ vnã peto a te dicẽdo/ nõ videbis faciẽ meã niſi priꝰ adduxeris michal filiã ſaulis quãdo venies ad videndum faciem meam.

¶ Miſitqꝫ dauid nũcios ad isboſeth filiũ ſaulis dicẽdo. habita ꝑculdubio rñſiõe abner de mõ hñdi michol: vel petẽdo eã ab isboſeth/ qa ipẽ abner poſt petitiõeꝫ dauidis ſuggereret isboſeth ut reſtitueret dauidi uxorẽ ſuã. Da vxorẽ meã michal/ quã deſpõdi mihi centũ preputijs peliſthinorum

rum. Quãuis ducẽta præputia dediſſet, meminit tñ centũ ꝗa tot exegerat ſaul.
Miſitqꝫ isboſeth: ⁊ tulit eã a viro/a paltiel filio lais. Notãt hebræi
ꝙ iſte appellatus ẽ palti i p̃mo libro qñ ſaul dedit ei michol i uxorẽ/mõ aũt ap-
pellat̃ paltiel: ita ꝙ adiunctũ ẽ nomini eius nomẽ dei el/ea rõne ꝗa nunꝗ̃ cogno-
uit michol intuitu dei eo ꝙ ſciebat eẽ uxorẽ dauidis nec repudiatã. Et iuit cũ
ea vir eiꝰ cũdo ⁊ flendo poſt eã vſqꝫ ad bachurim. teneritudine amiſ-
ſæ tã dulcis ſocietatis. ⁊ dixit ad eũ abner vade reuertere/⁊ reuerſus ẽ.
Hinc inſinuat̃ ꝙ abner uniuerſum hoc negociũ tractauit/ꝗ ẽt comes fuit michol
per aliquantum itineris ſpatium.

¶ Verbũqꝫ abner fuit cũ ſeniorib9 iſrael dicendo: tã heri q̃ꝫ nu-
diuſterti9. hoc eſt tpe præterito anteꝗ̃ regnaret isboſeth. fuiſtis quęrẽtes
dauidẽ i regẽ ſup vos. ſciebat. n. hæc abner/ꝗ uniuerſum regni negociũ ꝑ-
tractauerat. Et eſt modus loquẽdi hebræoꝝ appellare præteritũ ꝑſeuerãs & heri
& nudiuſtertius: iſinuat̃. n. ꝑ hoc ꝙ tpe interregni ꝑſeuerabãt ſenes iſrael quæren-
do ut dauid regnaret. Et ꝙ ſit ſermo de interregno/ patet ex hoc ꝙ nec tpe ſaulis
nec poſtꝗ̃ regnauit isboſeth hoc quæſierũt: fuiſſet. n. crimẽ læſæ maieſtatis puni-
tũ. Et ex hac ut dictũ ẽ litera apparet mortuo ſaule diſſenſionẽ fuiſſe circa electio-
nẽ regis iſrael. Nũc ergo facite. quod olim appetebatis & quærebatis. quo-
niã dñs locut9 eſt ad dauid. Ne uideret̃ ꝓditor/uindictã in isboſeth exer-
cet ſub ſpecie exequendi diuinã reuelationẽ. dicendo/in manu dauid ſerui
mei ſaluabo populũ meũ iſrael de manu peliſthiꝫ ⁊ de manu oĩuꝫ
inimicoꝝ eoꝝ. per ſamuelẽ tñ mediũ. diuulgata ſiqdẽ erãt uerba quæ dixerat
ſamuel de futuro regno dauidis. ¶ Locut9 eſt aũt abner ẽt ad bin'iamin:
Iuxta hebræũ habet̃. Et locut9 eſt etiam abner in aurib9 bin'iamin.
Secretus tractatus ſignificatur dicendo in auribus. Et meminit ſpecialiter benia-
min: qm̃ præcipue interetat beniamin/eo ꝙ de tranſlatione regni ex tribu benia-
min in tribũ iudæ agebat̃. abijtqꝫ ẽt abner ad loquendũ ad dauid. Le-
gendũ eſt. in aurib9 dauid in chebron / oẽ quod bonũ erat in oculis
iſrael ⁊ in oculis totius dom9 bin'iamin. ſecreta. n. locutio ſignificat̃ ad
firmandum pacta hinc & inde.

¶ Venitqꝫ abner ad dauid in chebron cum viginti viris: ⁊ fecit
dauid abner ⁊ viris qui erant cũ eo conuiuiuꝫ. Et dixit abner ad
dauid, ſurgam ⁊ ibo ⁊ congregabo ad dominum meum regem
totum iſraelem/ ⁊ feriẽt tecũ fedus ⁊ regnabis in omni quod de-
ſiderabit aĩa tua: deduxit ergo dauid abner ⁊ ille iuit ĩ pace. Iuxta
hebræũ hr̃. ⁊ miſit dauid abner ⁊ iuit ĩ pace. nihilqꝫ dr̃ de deductione.

Statimqꝫ pueri dauid ⁊ ioab venerunt ceſis latronibus cum
preda magna nimis. Iuxta hebræum habetur. Et ecce ſerui dauid
⁊ ioab venit a cõgregatione/⁊ predã multã ſecũ adduxerũt. A con-
gregatione narrantur ueniſſe qua congregati fuerant ad excurſionem aliquam
faciendam. diſperſi ſiquidem ſuperius deſcripti ſunt per oppida hebron: & pro-
pterea ab eorum congregatione ad excurſionem faciendam/ ueniſſe narrant̃ ſer-

Digitized by Google

ui dauidis cum præda multa. abner autem non erat cū dauid in che-
bron/quia dimiſerat eum ⁊ abierat in pace. Et ioab ⁊ totus exer
citus qui erat cum eo/venerunt: nunciatūq; ē ioab dicendo/ve-
nit abner filius ner ad regē ⁊ dimiſit eū ⁊ abijt in pace. Et igreſ-
ſus eſt ioab ad regem: ⁊ ait/quid feciſti? ecce venit abner ad te/ꝑꝑ
quid dimiſiſti eū ⁊ abijt abeundo? Noſti abner filiū ner/quoniã
ad decipiendū te venit: ⁊ ad ſciendū exitū tuū ⁊ introitū tuū/⁊ ad
ſciendū totū quod facis. Egreſſuſq; eſt ioab a dauid. nulla habita
reſponſione a rege/forte quia nō expectauit ſed iratus exiuit a facie regis machi-
nans malum quod & fecit. ⁊ miſit nuncios poſt abner. Quanuis explici-
te non ſit ſcriptum, rationi tamen conſentaneum eſt ꝙ regis nomine miſerit nun-
cios. non. n. fuiſſet reuerſus abner ſi uocatus fuiſſet a ioab: nec ipſe ioab auſus fuiſ-
ſet accerſire principem exercitus iſrael. & ad hoc innuendum ſubiungit ꝙ dauid
neſciuit huiuſmodi legationem. ⁊ reduxerunt eum a ciſterna ſirah. He-
bræã dictionem reliquit interpres/ſuſpicans forte ꝙ ſyrah eſſet nomē proprium:
cum tamen potuiſſet dicere. a puteo ſpinarum. Spinetum forte aliquod ibi
erat. ⁊ dauid neſciebat. Et reuerſus eſt abner in chebron: ⁊ ſeor-
ſum adduxit eum ioab ad mediū porte vt loqueretur ei in dolo.
Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ declinauit eum ioab ad medium por-
te ad loquendum cū eo in momento. Feſellit ſiquidem ioab abner/aſtu-
te in loco publico coram omnibus petendo ab eo ut ibidem audiret unicum uer
bum ſecreto. hoc. n. ſignificat ipſa declinatio ad mediū portæ ciuitatis ad loquen
dum in momento temporis. ⁊ percuſſit eum ibi in inguine. Iuxta he-
bræum habetur. in quinta coſta. quod expone ut ſupra. ⁊ mortuꝰ eſt ꝑꝑ
ſanguinem haſael fratris eius.

¶ Audiuit aūt dauid rē geſtã: ⁊ ait/mundꝰ ego ſũ ⁊ regnū meũ
apud dñũ vſq; in ſempiternū a ſanguine abner filij ner. Et veni-
ãt. Iuxta hebræū hr̄. Quieſcēt ſup caput ioab ⁊ ſup totã domū prīs
eiꝰ. Nō ſonãt imprecationē ſed meritū ioab: ꝙ vʒ merer̄ has qnq; pœnas ſub-
iūctas. ⁊ nō deficiet de domo ioab fluxū ſeminis ſuſtinēs. Expōit iter
pres: qm̄ hebraice nō hr̄ niſi ſtillans: hoc eſt guttatim fluens. ⁊ leproſus/⁊ te-
nens fuſũ. Vile muliebreq; exercitiū ad quæritandū uictū uaticinar̄/ſi diuino
inſtinctu hæc prænūciata credunr̄. ⁊ cadens gladio ⁊ carēs pane. Ioab
igir̄ ⁊ abiſai fr̄ eiꝰ iterfecerūt abner. Cōſciū fuiſſe criminis abiſai manife-
ſtat ſcriptura. eo ꝙ occidiſſet haſael frēʒ eoꝝ i ghibhon i prelio. Ad
accuſationē ioab & abiſai ſpectat hæc prælij cã. iniuſta ſiqdē cenſer̄ ultio aduer-
ſus eos q̄ occiderūt in prælio: qm̄ nō odio pſonaꝝ ſed belli iure occiſio fit in præ
lio: & ꝑpea dauid iniquã iudicauit hmōi ultionem.

¶ Dixitq; dauid ad ioab ⁊ ad totū populū q̄ erat cū eo/ſcindite
veſtimēta vr̄a ⁊ accingimini ſaccis ⁊ plangite añ abner. Voluit da
uid ut ēt ipſi q̄ interfecerãt lugerent mortuū/ut uel ſic inciperet punire ioab. ⁊ rex
dauid ibat poſt feretrū. Et ſepelierūt abner i chebron: leuauitq;

rex vocē ſuā ⁊ fleuit ad tumulū abner/⁊ fleuit totꝰ populus:
¶ Plangenſq; rex ⁊ lugens abner/ait. Rectius ſcriberet. Et lamen-
tatꝰ eſt rex abner ⁊ dixit: an ſicut moꝛit ignauꝰ/moꝛtuꝰ ē abner.
lamentatio ſiquidem funebris ſignificatur/quæ & ſubiungit. Manus tue non
fuerunt ligate/⁊ pedes tui non in compedibus poſiti fuerunt.
Declarat quod dixerat: vcȝ nō eſſe mortuū more ignauoꝝ/q2a nō fuit captus nō
uinctus manus aut pedes: quod ſolet euenire uiris timidis aut malis aut fugiēti-
bus & huiuſmodi. ſicut cadendo coꝛam filijs iniquitatis. hoc eſt prodi
torie occidētibus. coꝛruiſti. Et in hoc manifeſtat publice iniqtatem ioab. con-
geminanſq; omnis populus fleuit ſuper eum. Iuxta hebræum habe-
tur. ⁊ addiderunt totus populus ad plangendum ſuper eum.
Quod ideo dixerim ne congeminatio inſinuaret ꝙ populus repetyſſet lamenta-
tionem dauidis. Cūq; veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere
cum dauid clara adhuc die. Iuxta hebræum habetur. Et venit totꝰ
populus ad faciendum pꝛandere dauid panem cum adhuc dies
eſſet. ieiunus enim erat & mœrens ualde: & propterea populus hortabat eum
ad refectionem ſumendam. ⁊ iurauit dauid dicendo/ſic faciet mihi deꝰ
⁊ ſic addet ſi ante occaſum ſolis guſtabo panem vel aliud qcq̄;.
Nomen eſt elohim: ſolituſq; iurandi modus imprecando ſibi malum. Totuſq;
populus audiuit. Iuxta hebræū habetur. cognouerunt. ſubaudi iura-
mentum regis de proprio ieiunio ob luctum abner. ⁊ placuerunt eis. Iux-
ta hebræum habetur. ⁊ placuit in oculis eoꝛum. proculdubio regis ieiu-
nium. Deinde immediate ſequitur. ſicut omne quod fecit rex/in oculis
totius populi bonum. ſubaudi uiſum eſt. bonum ſiquidem iudicatum eſt
regis ieiunium, quemadmodum uniuerſum officium quod exhibuit rex in luctu
abner uiſum eſt bonum. Et cognouit omne vulgus. Rectius dicere-
tur. totus populus. proculdubio qui erat in hebron. ⁊ vniuerſus iſra-
el in die illa. hoc eſt ex dictis & factis dauidis in die illa. ꝙ non actum
fuit a rege vt occideretur abner filius ner. Nō eſt ſenſus ꝙ illo die uni
uerſus iſrael cognouerit (quia nec mors abner uniuerſo iſrael fuit nota illo die)
ſed eſt ſenſus ꝙ ex dictis & factis in illa die/uniuerſus iſrael poſtea nouit inno-
centiam dauidis circa mortem abner.

¶ Dixitq; rex ad ſeruos ſuos. hoc eſt domeſticos. nonne ſcitis ꝙ
pꝛinceps ⁊ maximus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ magnus cecidit
hodie in iſrael? Exaggerat undiq; cauſam dauid: & ex conditionibus occiſi
quia dominus & magnus, & ex redundantia periculi in ipſum dauidem ſubiun-
gens. Ego autem delicatus adhuc ſum. Iuxta hebræum habetur. Et
ego hodie tener et vnctus rex. Ecce periculum/quia ego paulo ante un-
ctus rex ſum hodie tener rex. Comparat ſe quo ad regnum rei teneræ/quæ faci-
le patit ac deſtruit. cogitabat. n. ꝙ iſrael īdignatus ex tali ꝓditiōe īſurgere poſſet
aduerſus eū. ⁊ viri iſti filij ſeruie duri ſunt mihi. Iuxta hebræū hr̄. duri
pꝛe me. hoc ē duri ſup̄ uires meas. habebāt. n. ioab & abiſai exercitū ī manibus,

& ideo dicunt̃ duri : hoc eſt potentes ad nõ cedendũ mihi/ & ꝓpterea ſupra uires meas. In promptu ſiquidem erat periculum perdendi regnum ſi punire attentaſſet ioab & abiſai. nam exemplum isboſeth præſentaneum ante oculos habebat : quem priuare regno abner procurauerat quia repræhenſus fuerat ab eo. Et hæc eſt ad literam ratio horum uerborum dauidis ad ſui excuſationem ꝙ tolerabat ioab & abiſai. retribuat dominus. Legendum eſt. retribuet dominꝰ facienti malum iuxta maliciam eius. quanuis ego tolerem/ ſummus tamen deus non tolerabit ſed retribuet facienti malũ iuxta maliciã eius. Si tamen optatiue intelligatur, ad tribunal diuinum remittit cãm/ cupiendo iuſtitiam quam ipſe non poteſt exercere.

CAPVT .IIII.

Audiuit autem isboſeth filius ſaul ꝙ mortuus eſſet abner in chebron. Superfluit isboſeth. & dicitur filius ſaul/ eo ꝙ quatenus filius ſaul fuerat ab abner eleuatus in regẽ & fotus ab eodem. ⁊ diſſolute. Rectius diceretur. ⁊ laxate ſunt manus eius. ad ſimilitudinem. n. habentium manus laxas deſcribitur isboſeth quo ad opera ſua & poteſtatis exercitium. omniſq; iſrael perturbatus eſt. Rectius diceretur. fuerũt attoniti. ad ſimilitudinẽ ſiqdem attonitorum deſcribuntur populi.

Duo aũt viri principes latronũ. Iuxta hebræum habetur. principes turmaꝶ. & non eſſe ſermonem de turmis ad latrocinandũ/ teſtãtur ſubiũcta. erant filio ſaul. Hebraice habet̃. fuerũt filio ſaul. Et hinc apparet ꝙ iſti principes turmaꝶ/ ſeruientes filio ſaulis fuerũt: ſed de quo filio ſaulis eſt hic ſermo nõ eſt ꝑſpicuũ. nã ſi isboſeth intelligatur, duæ ſurgunt difficultates : altera ꝙ nulla in litera inſinuat̃ cã occidẽdi isboſeth: altera ꝙ nulla inſinuat̃ rõ inſerendi inter iſtos mephiboſeth filiũ ionathæ. Si uero filius ſaul intelligat̃ primogenitus ſaulis ionathas, utriuſq; rõ i litera iſinuatur. nam deſcribendo iſtos turmaꝶ principes fuiſſe (hoc eſt miniſtraſſe) primogenito ſaulis/ inſinuat̃ ꝙ iſti fuerãt fautores mephiboſeth pueri ad hoc ut ſuccederet in regnũ: ac ꝑ hoc aduerſati fuerãt ꝓmotioni isboſeth in regẽ: & ꝓpea exoſi erãt isboſeth regi. Inſinuat̃ quoq; ꝙ ideo inſerit̃ hic mephiboſeth filius ionathæ claudus & puer/ ad cõplendũ cãm quare iſti occiderint isboſeth. ex pte ſiqdẽ ſua uidebant ſe exoſos regi : ex pte aũt pueri cuius partes fouerãt/ deſpabãt ſe poſſe amplius præualere: eo ꝙ & puer & claudus erat / ac per hoc a populo iſrael refutatus quo ad ſucceſsionem regni. Ex his enim duobus ſimul/ moti ſunt ad acquirendum gratiam dauidis intercedente occiſione isboſeth : ut eſſent principes magni cum dauide / tanq̃ dantes quodammodo ei regnum iſrael. Et hic ſenſus quia nullo eget adminiculo apocrypho/ ſed libertati literæ innititur (intelligendo per filium ſaul primogenitum ſaulis) complectendus eſt : utpote cui tam contextus literæ q̃ ratio ualde quadrat. nomen vnius babana ⁊ nomen alterius rechab / filij rim-

Digitized by Google

mon beerothite de filijs biniamin:quia etiam beeroth reputabitur in biniamin. Et fugerunt beerothite in ghithaim. Non dicit & fugerunt iſti uiri duo ſed beerothitæ:ut intelligamus ꝙ gens beerothita ethnica timens deſtrui tempore forte ioſuæ/ fugit in ghithaim relinquens ciuitatem iſraelitis. fueruntqꝫ ibi aduene vſqꝫ in tempus illud. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fuerunt ibi habitantes vſqꝫ in diem hanc. Tranſtuliſſe ſedes penitus beerothitæ narrantur.

¶ Iehonathan autem filio ſaul erat filius debilis. Iuxta hebræum habetur. claudus pedibus. ita ꝙ non uitium in genere ſed defectus in ſpecie narratur. filius quinqꝫ annorum fuit quando venit nuncius. Iuxta hebræum habetur. fama ſaulis ⁊ iehonathan de iſrehel. de morte ſaulis & ionathæ. Attende prudens lector q̃ꝫ impertinens eēt inſitio hæc niſi intelligendo ut expoſuimus. tulitqꝫ eum nutrix ei⁹ ⁊ fugit: cūqꝫ feſtinaret ad fugiendum/ cecidit ⁊ claudus effectus eſt, ⁊ nomen eius mephiboſeth.

¶ Fueruntqꝫ filij rimmon beerothite (rechab ⁊ bahana) ⁊ venerūt cum incaleſceret dies ad domū isboſeth: qui dormiebat ſup ſtratū ſuū meridie. Iuxta hebræū habetur. meridiei. refertur. n. ad ſtratum ad differentiam ſtratus nocturni. Et oſtiaria dom⁹ purgās triticū obdormiuit. Nō habet̃ hæc clauſula in hebræo. Ingreſſi ſunt aūt domū latenter/ aſſumentes ſpicas tritici. Longe aliter habetur in hebræo: nā ſcribitur. Et ecce venerūt vſqꝫ ad mediū dom⁹ emptores frumenti. Clare ſonat contextus duo: primum & uenerunt illi duo incaleſcente die ad domum isboſeth iacentis in ſtratu meridiei. alterum immediate ſubiungendo/ & ecce uenerunt uſqꝫ ad medium domus emptores frumenti. Dicēdo & ecce uenerūt emptores frumenti, manifeſtiſsime narrat ꝙ poſtq̃ꝫ illi duo principes uenerunt in domum regis/ ſuperuenerunt emptores frumēti. hoc. n. ſignificatur ſubiungendo & ecce uenerūt emptores frumenti/ proculdubio ad emendum frumentum. Narratur autem emptorum frumēti aduentus/ ad inſinuandum cōmoditatem oblatam illis duobus principibus occidendi isboſeth & euadēdi. propterea enim inter aduentum principum & occiſionem & euaſionem inſeritur aduentus emptorum frumenti/ ut intelligamus ꝙ emptorum aduentus cōmoditatem præbuit principibus illis qui prius uenerant ꝑcutiendi regē & euadendi. Propter quod emptores narrantur ueniſſe uſqꝫ ad medium domus: hinc. n. implicite inſinuatur concurſus domeſticorum ad eundem locum/ vcꝫ ad medium domus: ac per hoc extrema domus (tam vcꝫ interiores partes/ inter quas erat aula regis) q̃ꝫ exteriores partes inter quas erat oſtiū domus remanſerunt abſqꝫ cuſtodia. & ſic opportunitate nacta principes illi & percuſſerunt regem & euaſerunt. Si uero legitur uſqꝫ ad intimum domus (ut hebraica ſonat litera) non uariatur cōmoditas: ſed ratio cōmoditatis narratur concurſus domeſticorum ad cellarium intimum in quo erat frumentum uenale: & propterea relicta fuiſſe abſqꝫ cuſtodia & aulā in qua dormiebat rex & oſtium domus. Et quocūqꝫ modo legatur/ quadrat quod

iuxta hebræum immediate ſubiungitur. ⁊ percuſſerunt eũ in quinta coſta: ⁊ rechab ⁊ bahana frater eiꝰ euaſerũt. Iungitur hæc litera cum illa ſuperiore & uenerunt incaleſcente die ad domum isboſeth. interpoſita. n. cõmoditate duplici (altera ex parte regis dormientis/altera ex parte concurſus domeſticorum ad emptores frumenti) ſubiungitur quid fecerunt: vz & percuſſerunt eum in quinta coſta (proculdubio circa cor) & euaſerunt. Repetuntur aũt eoꝝ nomina propria in actu euadendi/ne forte intelligeres emptores frumenti in culpa fuiſſe & fugiſſe: caſu. n. occurrit dicta cõmoditas. Cum aũt ingreſſi fuiſſent domũ, ille doꝛmiebat ſuper lectũ ſuũ in conclaui/⁊ percutientes interfecerũt eũ: ſublatoq̃ȝ capite eiꝰ abierũt per viam deſerti tota nocte. Iuxta hebræum habetur. Et venerunt domũ/ ⁊ ipſe iacẽs ſuper ſtratũ ſuũ in aula ſtrati ſui, ⁊ percuſſerũt eũ ⁊ occiderũt eũ/ ⁊ remouerũt caput eiꝰ: ⁊ acceperũt caput eiꝰ/ ⁊ iuerunt via campeſtri tota nocte. Et adduxerũt caput isboſeth ad dauid ĩ chebꝛon. Repetitio eſt quorũdam geſtorum: ut adiũctis alijs geſtis/ſumma geſtoꝝ omnium in re hac ab iſtis principibus collecta appareat. Et dicendo adduxerũt caput/inſinuat ꝙ non ipſi portauerint ſed uehiculo duxerint illud. dixerũtq̃ȝ ad regem/ecce caput isboſeth filij ſaul inimici tui q̃ quæſiuit animam tuam: ⁊ dedit dñs domino meo regi vltionem hodie de ſaul ⁊ de ſemine eiꝰ. Non ſolum ex parte inimicitiæ domus ſaulis ſed etiam ex parte diuinæ iuſtitiæ opus quod fecerant cõmendãt: ut undiq̃ȝ ſe partes regis dauidis egiſſe manifeſtent/tanq̃ȝ non pro ſeipſis ſed pro ipſius dauidis cauſa hoc fecerint.

¶ Reſpondit aũt dauid ad rechab ⁊ bahanam fratrem eiꝰ filios rimmon beerothite/ ⁊ dixit eis: viuit dñs q̃ redemit aĩam meam ex oĩ anguſtia. ꝙ q̃ nũciauit mihi dicẽdo ecce moꝛtuꝰ ẽ ſaul (q̃ putabat ſe pꝛoſpera nũciare) tenui eũ ⁊ occidi eũ in ziclag: qui venerat vt darẽ ei mercedeȝ pꝛo nuncio. Quanto magis cũ homines impij. Simulationem iſtorũ detegit dauid/ agnoſcendo eos homines impios. Acſi apertius dixiſſet: nequaq̃ȝ ut miniſtri dei & milites mei cauſam meam egiſtis/ſed exiſtentes impij occidiſtis uirum iuſtum. interfecerũt viꝝ innoxiũ. Iuxta hebræum habetur. viꝝ iuſtum. tum relatiue ad eos/tum relatiue ad meritum mortis: quoniam non merebatur occidi/nec ab eis lædi. in domo ſua ſuper lectũ ſuũ: ⁊ nũc nonne requiram ſanguinem eiꝰ de manu veſtra/ ⁊ auferam vos de terra? Et pꝛecepit dauid pueris. Sententiã iuſtam exequendam mandauit. ⁊ interfecerũt eos, ⁊ pꝛeciderunt manꝰ coꝝ ⁊ pedes eoꝝ/ ⁊ ſuſpenderũt ſup̱ piſcinam in chebꝛon. tum ad exemplum aliorum/tum ad publicandum uniuerſo iſraeli ꝙ ipſe mũdus erat ab huiuſmodi proditorijs actionibus: & ꝙ nõ quærebat per has turpes uias regnum ſuper iſrael. caput aũt isboſeth tulerũt/ ⁊ ſepelierũt in ſepulchꝛo abner in chebꝛon.

ET venerunt omnes tribus iſrael ad dauid ĩ chebron.
In.1.parali.ca.12.diffuſe ſcribuntur omnes tribus iſrael ueniẽtes ad
conſtituendum dauidem in regem. Dixerũtq; dicẽdo / os tu-
um & caro tua ſum⁹. & econuerſo:qm̃ ex eodem patre geni-
ti ſumus. Sed & heri & nudiuſtertius cum eſſet ſaul rex ſuper nos/
tu eras educens & reducens iſraelem: dixitq; dominus tibi. per
ſamuelem prophetam. tu paſces populum meum iſrael/& tu eris dux
ſuper iſrael. Veneruntq; omnes ſeniores iſrael ad regẽ in che-
bron. Non ſolum populi diuerſarum tribuum/ſed ẽt rectores & gubernatores
populi uenerunt ad regem dauid. & percuſſit cum eis rex dauid fedus.
ſolitum inter regem & regnum. ĩ chebron coram domino. hoc eſt inuoca-
to diuino nomine in teſtem fœderis. Vnxeruntq; dauid in regem ſuper
iſrael. q prius fuerat unctus in regem ſuper iudã: & ante utranq; unctiõem fue-
rat puer unctus a ſamuele in futurum regem.

FIlius triginta annorum erat dauid cũ regnare cepit: & qua-
draginta annis regnauit. Mouetur hic quæſtio cur ſubiungunť qua-
draginta anni & ſex menſes regni dauidis/& non ſummantur hic niſi quadragin
ta anni nulla mentione facta ſex menſium. Solutio eſt q; in ueritate regnauit an-
nis quadraginta & menſibus ſex(alioquin non uerificaretur ſubiuncta affirma-
tio: vc; q; annis ſeptem & menſibus ſex regnauit ſuper iudam in hebron / annis
autem trigintatribus regnauit ſuper iſrael & iudam in ieruſalem) ſed rõ tacendi
ſex menſes hic fuit diuerſus ſupputandi modus. nam ſupputando per ſingu-
las partes/non ſolũ integra ſed ẽt minutula numeramus: ſupputando aũt in uni-
uerſum/integra tantum explicamus. & propterea ſupputando in uniuerſum/in-
tegrorum duntaxat annorum meminit: diſtinguendo autem per ſingulas partes/
ẽt menſes cõnumerauit. In chebron regnauit ſuper iehudam ſeptem
annis & ſex menſibus: & in ieruſalaim regnauit trigintatrib⁹ an-
nis ſuper totum iſraelem & iehudam.

¶ Et abijt rex & omnes viri qui erant cum eo ĩ ieruſalaim. Quan-
uis in hebræo non habeatur dictio omnes, ex primi tamen parali.ca.xi. uerifica-
tur q; omnis iſrael iuit cum dauide in ieruſalem ad ponendum ibi ſedem regiam.
ad iebuſeum habitatorẽ terre. Ratio inſinuať quare cũ exercitu iuerit da
uid in ieruſalem: qa vc; ibat ad expugnandum iebuſæum habitatorem ciuitatis
ieruſalem nolentem dare ciuitatem dauidi. Dictũq; ẽ dauid ab eis. In idem
redit quod ſcribiť hebraice. & dixit dauidi dicendo. nam iebuſæus dixit da-
uidi: ut contextus indicat/& paralipomenon teſtatur. non venies huc ni-
ſi abſtuleris cecos & claudos dicentes nõ igredietur dauid huc.
Reuolue ueteres hiſtorias: & inuenies multas mutationes in ieruſalem. nam ante
regum tempora habitauit in ieruſalem iudas ſimul cum iebuſæo ioſuæ.15. & po-
ſtea in ſortem beniamin data eſt ieruſalem ioſuæ.18. deinde percuſſit eam in ore
gladij & ignem in eam miſit tribus iudæ iudi.1. & demũ beniamin habitauit in
ea ſimul cum iebuſæo / ut ſubiungitur ẽt iudi.1. tempore autem regis ſaul tanta

Digitized by Google

erat coniunctio inter regem ſaul & ieruſalem/ut ſaul triumphans uenerit in ieruſalem ſimul cum dauide portante caput goliath peliſthini.1.reg.18.Ex qbus omnibus facile percipimus ꝙ multi erant in ieruſalem tempore quo dauid uenit ad collocandum ſedem ſuam ibidem / amici ipſius dauidis (tum iſraelitæ de tribu beniamin/tum iebuſæi) q beneuole ſuſcæperant eum triumphantem cum ſaule. Diſſenſio itaqꝫ inter ipſos iebuſæos inſinuatur in litera/narrando ꝙ iebuſæi accuſarunt cæcos & claudos dicentes non ingredietur dauid huc.aliq.n. erāt iebuſæi dicentes non ingredietur dauid huc:aliq autem amici dauidis nunciauerunt dauidi ꝙ niſi remoueret cæcos & claudos inimicos dauidis nunq̄ aſſequeret̃ intentum.Appellantur autem iebuſæi inimici dauidis tum cæci tum claudi, eo ꝙ aliq eoꝝ erant cæci nō corpore ſed mente: urpore non uidentes bonum propriu ualde magnum prouenicns ex ſede regia in ciuitate ieruſalem . qdam autem eorum erant claudi animo:urpore non recte incedentes in negocio hoc cū dauide/partim laudantes admiſſionem dauidis in ciuitatē & partim renitentes . Et hic ſenſus & quadrat literæ/& quadrat diſpoſitioni habitantium in ieruſalem/ & quadrat rōni rectæ:& nullo eget adminiculo apocrypho .

Et cepit dauid arcē ſion. Nō dr̃ & cæpit dauid ieruſalē ſed arcē ſion:ad innuendū ꝙ ciuitas ſine expugnatione data eſt dauidi ꝓp diſſenſiones habitatorum/iebuſæis inimicis dauidis retrahentibus ſe in arcem ſion.arcem. n. ſemp retinuerant iebuſæi ēt ciuitate exiſtente cōmuni iebuſæis & iſraelitis.Et ꝓpterea ſignificantius dicitur ꝙ dauid cæpit arcem ſion:hoc eſt montis ſion.erat. n.mons ſion intra ieruſalem. Hec eſt ciuitas dauid. hoc eſt nūcupata eſt deinceps ciuitas dauid:hoc eſt conſtructa a dauide/dicata pro ſede dauidis.& hoc ad differentiam bethlehem : quæ erat ciuitas dauidis qa inde erat oriundus . Propoſuerat enim dauid in die illa premium qui percuſſiſſet iebuſeum & tetigiſſet domatum fiſtulas/& abſtuliſſet claudos & cecos odientes animam dauidis. Sententia refertur: nam hebraice mutilus ſermo eſt. Et dixit dauid in die illo/omnis percutiens iebuſeū & tanget canale & claudos & cecos odientes animam dauidis. Et ſic finitur hæc clauſula: quæ tamē ex. i. parali. ca.xi.extenditur.deſcribitur ſiqdem modus quo dauid expugnauit arcem ſion: vꝫ proponendo in præmium principatum exercitus primo uiro aſcendēti ſuper tecta arcis ſion. tectum ſiqdem ſignificatur per canale eo ꝙ tecta pauimentata ibidem fiunt ſub diuo/& inde fluit aqua in ciſternas per canalia.Percuſſio autem refertur ad iebuſæum/appoſitiue claudos & cæcos oſores animæ dauidis.Ipſa.n.tanta uis pugnandi ac percutiendi ut compos eſſet aſcenſus ſuper tectuꝫ/manifeſtam uictoriam præ ſe ferebat.& propterea tanto præmio digna eſt habita/illiqꝫ attribuitur percuſſio iebuſæoruꝫ cæcoꝝ & claudorum.Et ex hac litera confirmatur quod diximus de cæcis & claudis. ex eo. n. ꝙ dicuntur oſores animæ dauidis/ homines ſignificant̃ inimici habentes actum odij.ideo dicitur in prouerbio/cecus & claudus non introibunt in templum. Iuxta hebræum habetur. non intrabit in domum . nec magis dicitur de domo dei q̄ꝫ de domo alia quacūqꝫ. Inde enīꝫ narratur ortū ꝓuerbium

cæcus & claudus non ingreditur domum/quando repellebant aliquem ab officio petito, tanq̃ animo cæcum uel claudum. & ſimiliter cum ſuſpectum habebant aliquẽ,utebant̃ hoc ꝓuerbio cæcus & claudus nõ ingredit̃ domũ:loquendo q̃dẽ in genere, ſed non abſq; nota illius ſeu illoꝝ de quo uel q̃bus erat ſermo.

⁊ Et habitauit dauid in arce/⁊ vocauit eam ciuitatem dauid: edificauitqꝫ dauid per gyrum a mello ⁊ intrinſecus. Dictio habraica relicta eſt/corrupta tamen: legendum eſſet. a millo. & poterat latine dici a plenitudine.narratur. n. ꝙ dauid non ædificauit per circũitum uoraginis (hoc eſt concludendo ipſam uoraginem quæ erat iuxta montem ſion) ſed ædificauit per circũitum a plenitudine(hoc eſt loco pleno terra) relinquendo uacuitatẽ uoraginis extra murum.& propterea adiungitur & intrinſecus/ad differentiam uacui extra murũ relicti.Ita ꝙ non ædificauit in præcipiti loco illius uacui:ſed cinxit muro ſpatium montis ſion terræ plenum/& ædificauit intra clauſtra muri.

ET ingrediebat̃ ꝓficiẽs atqꝫ ſuccreſcens. Parũ refert ꝙ hebraice hr̃. Et iuit dauid cũdo ⁊ grandeſcẽdo:⁊ dñs de⁹ exercituũ erat cũ eo. Profectus dauidis deinceps ſummarie narrat̃ ex dono ſummi dei.

⁊ Miſit quoqꝫ chiram rex tyri nuncios ad dauid/⁊ ligna cedrina ⁊ artifices lignorum ⁊ artifices lapidum parietum: edificaueruntqꝫ domum dauidi. Inter proſperos ſucceſſus ſupputatur amicitia regis tyri cum illius legatis ac prouiſione artificum & lignorum ad ædificandum regalem domum.Quod nunq̃ a ſaule factum legitur. primum ergo regale palatium apud hebræos ædificatum eſt a dauide.nam prius nec ẽt artifices ſcientes huiuſmodi palatia ædificare apud eos erãt:ſed rex tyri miſit eos ad dauidem.

⁊ Et cognouit dauid ꝙ confirmaſſet eum domin⁹ regem ſuper iſrael:⁊ ꝙ exaltaſſet regnum eius ſuper populum ſuum. Iuxta hebræum habetur. propter populum ſuum iſrael. hoc eſt propter bonum populi ſui iſrael. Accepitqꝫ dauid adhuc concubinas ⁊ vxores de ieruſalaim poſtq̃ꝫ venit de chebron. quaſdam ſiq̃dem accæpit tanq̃ concubinas: hoc eſt ad officiũ generandi duntaxat/uinculo tamẽ coniugali.quaſdã autem in uxores: hoc eſt non ſolum ad officium generandi ſed ẽt ad uxoriæ dignitatis gradum.Accæpit autem utraſq; nõ ſolum ad multiplicandum ſemen ſuum, ſed ẽt ad affinitatis uinculo uinciendum ſibi multos ex ieruſalem ciuitate nouiter electa ad ſedem regiã. ⁊ nati ſunt adhuc dauidi filij ⁊ filie. Et hec ſunt nomina natorum ei in ieruſalaim: ſammuah ⁊ ſobab/⁊ nathan ⁊ ſelomo. ijbechar ⁊ eliſuah ⁊ nepheg ⁊ iaphiah. ⁊ eliſamah ⁊ el'iadah ⁊ eliphalet. Summantur omnes filij dauidis toto tempore regni eius nati in ieruſalem.Nec ſupputat̃ inter iſtos filius qui ſine nomine mortuus eſt/quem primo genuit ei beerſabe uxor uriæ. & propterea ſignificanter non dicitur & iſti ſunt filij ſed hæc ſunt nomina/ad differentiam mortuorum abſq; nomine:ne ſubiunguntur nomina filiarum.

AUdierunt autem peliſthim ꝙ vnxiſſent dauidem in regem ſuper iſrael/ & aſcenderunt omnes peliſthim ad querendum dauidem. hoc eſt ad debellandum dauidem. audiuitq; dauid/ & deſcendit in preſidium. Iuxta hebræum habetur. & deſcendit ad arcem. hoc eſt ad locum natura fortem & munitum/ proculdubio cum ſuo exercitu: locum aũt non ſolum tutum ſed ſitum ad obuiandum peliſthinis. Peliſthim autẽ venerunt: & diffuderunt ſe in valle rephaim. Et conſuluit dauid dominum dicendo/ an aſcendaz ad peliſthim? hoc eſt num aggrediar peliſthinos non expectans ut ipſi aggrediantur me? an dabis eos ĩ manuz meam? dixitq; dominus ad dauid/ aſcende quia dando dabo peliſthim in manum tuam. Modus quo loquebatur deus reſpondendo huiuſmodi cõſultationibus/ ſcriptus non eſt. Et venit dauid ĩ bahal'perazim/ & percuſſit eos ibi dauid. Dictionem hebraicam reliquerũt, eo ꝙ ſit nomen proprium tunc ex illa uictoria impoſitum illi ualli ſeu illius portioni. latine ſiquidem dici potuiſſet planicies diuiſionum. & dixit/ diuiſit dominus inimicos meos coram me ſicut diuiduntur aque. hoc eſt tã facile ꝗ̃ facile diuiduntur aquæ hac atq; illac. Et ex his uerbis dauidis (ut ſubiungitur) nuncupatus eſt locus illius uictoriæ planicies diuiſionum. ideo vocatuz eſt nomen loci illius bahal'perazim. Reliqueruntq; ibi ſculptilia ſua: que tulit dauid. Legendum eſt. & combuſſit ea dauid & viri ei9. iuxta legis præcæptum.

¶ Et addiderũt adhuc peliſthim vt aſcenderent: & diffuderunt ſe in valle rephaim. Conſuluit autem dauid dominum: ſi aſcendam contra peliſtheos/ & trades eos in manus meas? Non habet hæc clauſula in hebræo: ſed poſtꝗ̃ ſcriptum eſt. Et interrogauit dauid ĩ iehouah. ſubiungitur immediate. & dixit. proculdubio iehouah. non aſcẽdes contra eos. Superfluit contra eos: ad claritatẽ ſiquidem ſententiæ appoſuit interpres qđ ſubintelligebat. eſt. n. ſenſus/ nõ aggredieris eos e regiõe ipſoꝝ: ut ſubiuncta manifeſtãt. gyra poſt eos/ & venies ad eos ex aduerſo pyroꝝ. Iuxta hebræum habetur. ex aduerſo arboꝝ. nec nominãtur ſpecies arboꝝ. Et cum audieris ſonitum clamoris gradientis in cacumine pyrorum/ tunc inibis prelium: quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam. Iuxta hebræum habetur. Et erit audiente te vocem deambulationis in capitibus arborum/ tunc te mouebis: quia tunc exiuit iehouah ante te ad percutiendum caſtra peliſthinoꝝ. Non ſignificatur futurus uentus ſed futura deambulatio/ proculdubio angelica. nam deambulare non eſt uenti ſed rõnalis creaturæ: nec poteſt fingi humana deambulatio in ſummitatibus arborum. Vox autem qa hebraice extenditur ad ſonum (tonitrua. n. ẽt uoces appellant) & qa non dicitur uocem deambulantis ſed uocem deambulationis, pro ſonitu ipſius deambulationis ſumitur. reuelatur ſiquidem dauidi ꝙ futura ſit angelica deambulatio in ſummitate arboꝝ: & inſtruitur ꝙ cũ audierit ſonitũ illius deambulationis/ tunc moueat ſe ad aggrediendum

peliſthinos:qa tunc deus exiuit (hoc eſt ad inſtar egresſi ad percutiendum peliſthinos ſe habebit/per angelos ſuos pugnans contra illos) exterrendo ſeu minuendo uires peliſthinorum & roborando iſraelitas. Conſidera hic prudẽs lector quot modis deus dilectis ſuis opem tulerit ſenſibiliter:ut mirabilia facta eius quæ non uidemus/ex uiſibilibus diſcamus admirari. Fecitqꝫ dauid ita ſicut præceperat ei dominus:⁊ percuſſit peliſthim a ghebab vſqꝫquo venias in gazer.

CAPVT .VI.

Congregauit autem rurſus dauid omnem electum in iſrael/triginta millia. Surrexitqꝫ dauid ⁊ abijt ⁊ totus populus qui erat cum eo de viris iude, vt adducerent arcam dei. Iuxta hebræum habetur. Et ſurrexit ⁊ iuit dauid ⁊ totus populus qui cũ eo a bahale iehude:ad faciendum aſcendere illinc thecam elohim. Nomen proprium regionis eſt bahale in qua congregatus eſt a dauide populus electus/ in qua erat ciuitas ſyluarum. & propterea dicitur ꝙ a bahale ſurrexit & iuit dauid cum populo ad faciendum illinc aſcendere arcã dei. terminus.n.a quo inchoauerunt iter aſcenſus uerſus ieruſalem/deſcribitur. ſuper quã inuocatũ eſt nomen domini exercituum. Iuxta hebræum bis ſcribitur nomen:& legendũ eſt. i. qua fuit vocatũ nomen/nomen iehouah exercituũ. Rõ uenerandi arcam elohim redditur qa in illa uocabatur nomen / non quodcunqꝫ ſed nomen ſummi dei exercituum. Et eſt ſermo de uocatione orantium ad deum. Significanter aũt dicitur nomen, ad declarandum ꝙ certus ſenſibilis locus (puta arca) non erat decretus locus ad contemplandum deum / ſed ad ſenſibiliter inuocandum ſenſibile nomen ſummi dei quod humana uoce nominatur. Et uere ſic erat: quoniã tam ſacrificia q̃ꝫ quæcũqꝫ alia coram arca dicta aut facta / ad ſenſibiles inuocationes ipſius dei non ſecundum ꝙ in ſe eſt ſed ſecundum ꝙ nominatur pertinebãt. deus enim ſecundum ꝙ in ſe eſt/ignotus eſt nobis & non ſolum innominatus. ſedentis cherubinorum ſuper eam. Declaratum eſt olim in exodo ꝙ cherubini ſuſtinebant propitiatorium ſuper arcam tanq̃ꝫ dei ſedem/ſuper arcam quaſi ſcabellum ſuppedaneum:& propterea hic dicitur ſedens cherubinorꝫ ſuper arcam. Et impoſuerunt arcam dei. Nomen eſt elohim. ſuper plauſtrum nouum. Hic fuit error ex ignorantia dauidis cõmiſſus: quoniam non ſuper plauſtrum ſed ſuper humeros ſacerdotum uel ſaltem leuitarum portãda erat arca ſecundum legem moſis. tuleruntqꝫ eã de domo abinadab/ que erat in ghibha. Hebraicum nomen relictũ eſt: cũ debuiſſet dici. i. colle. Nõ.n. ghibha eſt hic nomen proprium loci, ſed eſt nomen appellatiuum ſignificans collem. erat enim arca in domo abinadab exiſtente in colle:qui erat portio ciuitatis ſyluarũ/ ut paralipomenon manifeſtat. in qua domo collocata primum fuerat arca dei poſtq̃ꝫ percusſi ſunt bethſemitæ / apud quos erat arca reuerſa a peliſthinis: ut patet. 1. reg. 7. Neqꝫ unq̃ꝫ legitur in ſcriptura ꝙ interim ex domo abinadab delata

fuerit

fuerit arca ad locum alium: ſed ſemel dũtaxat inuenitur ducta ad filios iſrael congregatos ad bellũ. 1. reg. 14. pp qđ inſinuaẗ ꝙ reducta fuerit ad domũ abinadab. ex eo enim ꝙ ſcriptura duo tantum loca præter moram in bethſemes nominat arcæ dei (videlicet ciuitatem ſilo & cir'iath ieharim hoc eſt ciuitatem ſyluarum in cuius colle erat domus abinadab) fingere plura loca neſcio. ⁊ huzza ⁊ ach'io filij abinadab ducebant plauſtrum nouum. Hinc inſinuatur ꝙ leuita erat abinadab: nam ideo filÿs eius cõmiſſum eſt ducere plauſtrum qa leuitæ erant. Cunq; tuliſſent eam e domo abinadab/qui erat ĩ ghibha cuſtodiens arcam dei. Iuxta hebræum habetur. Et tulerunt/ipſe de domo abinadab que in colle cum arca elohim: ⁊ ach'io precedebat arcam. Prius narrati fuerãt duo fratres oza & ach'io ducentes plauſtrum: modo diſtributio eorum narratur dicendo & tulerunt/ſubauditur ſic: videlicet ipſe oza cũ arca elohim ab ipſa domo abinadab/& ach'io frater eius ibat ante arcam. deſcribitur enim ꝙ oza ſemper ibat ad latus arcæ tanq̃ principalis ad curam arcæ in itinere: ut hinc intelligamus non eſſe admirandum ſi ipſe qui caput erat/percuſſus poſtea a deo eſt fratre eius nihil mali paſſo. David aũt ⁊ tota domus iſrael ludebant coram domino in omnibus lignis fabrefactis: ⁊ ĩ citharis ⁊ lyris ⁊ tympanis ⁊ ſiſtris ⁊ cymbalis.

Poſtq̃; autem venerunt ad aream nachor: Legendum eſſet. nachon. Sed aiunt hebræi non eſſe nomen proprium/& latine dicendum. ad aream preparationis. præparata ſiquidem in area illa holocauſta ꝑ ueneratione arcæ inſinuantur: uel area præparatiõis appellatur area quædam exiſtens in loco ubi congregatus fuerat populus electus/eo ꝙ ibi præparatus fuerat populus electus cum dauide ad deducendum arcam dei. & ſic ſignificatur ꝙ ualde breui ſpatio uiæ pacto pcuſſus fuit oza. Hunc ſenſum puto complectendum ad literam. extendit huzza manum. Iuxta hebræum non habetur manus/quanuis ſubintelligatur. ad arcam dei. Nomen eſt elohim. ⁊ tenuit eam, quoniam calcitrabant boues ⁊ declinauerant eam. Iuxta hebræum pauciora ſcribuntur. ⁊ tenuit eam quia declinauerunt boues. pro claritate ſiquidem interpres extendit. Iratuſq; eſt furor domini in huzzam, ⁊ percuſſit eum ibi deus. Legendum eſt. ⁊ percuſſit eum ibi elohim. iuſtus iudex. ſuper temeritate. Iuxta hebræum habetur. ſuper erroris. Et eſt ſermo mutilus: quia ſubauditur facto. & eſt ſenſus/ſup facto erroris. Nec eſt uertendũ in dubiũ quod fuerit iſtud factũ erroris: quoniam ipſe dauid poſtea manifeſtauit. 1. parali. 15. ex abſentia capitum ſacerdotum ſanctificatorum ad portandum arcam domini/erratum fuiſſe uehendo arcam ſuper plauſtrum: & ideo iratũ eſſe deũ. ⁊ mortu⁹ eſt ibi iuxta arcam dei. Nomen eſt elohim.

¶ Cõtriſtat⁹ ē aũt dauid. Iuxta hebræũ hẽ. Et irat⁹ ē dauid. Tãta deſcribiẗ triſtitia ꝙ excanduit dauid/in incertũ tamẽ: qa neſciebat quæ culpa aut quis error fuiſſet cõmiſſus. uidebat effectum punitionis & neſciebat cauſam. eo ꝙ percuſſiſſet domin⁹ ozam. Iuxta hebræum habetur. ſuper quod di-

uiſit iehouah diuiſionem in buzza. Et eſt ſermo de diuiſione lacerãte: innuitur enim ꝙ huiuſmodi plaga percuſſus fuerit oza a deo. ꝛ vocatum eſt nomen loci illius percuſſio oze. Legendũ eſt. diuiſio buzze vſqꝫ in preſentez diẽ. Et ſignificatur ut dictum eſt diuiſio lacerans. Et timuit dauid dominũ in die illa: ꝛ dixit/quomodo ingredietur ad me arca domini? Et noluit dauid diuertere ad ſe arcam domini in ciuitatez dauid: diuertitqꝫ eam dauid in domum obed'edom ghitthei. Leuita erat iſte/ut patet in paralipomenon. uocatur autem getheus quia natus erat in geth ciuitate peliſthinorum: peregrinabantur ſiquidem prius etiam leuitæ/habitantes ubi commodius poterant. Et manſit arca domini in domo hobed'edom ghitthei tribus menſibus: benedixitqꝫ dominus hobed'edom ꝛ toti domui eiꝰ. hoc eſt multiplicauit naturalibus diuitijs (puta filiorum eius & animalium ſuorum) proſperiſqꝫ ſucceſſibus.

NVnciatũqꝫ eſt regi dauid dicendo/benedixit dominus domui hobed'edom ꝛ omnibus que ſunt ei propter arcam dei. Nomen eſt elohim. dixitqꝫ dauid ibo ꝛ reducam arcam cum benedictione in domum meam. Non habet᷑ iſta clauſula in hebræo: ſed quia executio huius intentionis ſubiungitur/ad claritatem prodeſt literæ. abijtqꝫ dauid/ꝛ aſcendere fecit arcam dei e domo hobed'edom in ciuitatez dauid cum gaudio. Quemadmodum tempore iræ diuinæ timuit ducere arcam dei in ſion, ita tempore benedictionis diuinæ iuit dauid ad deducendam arcam elohim ex domo hobed'edom. Et erãt cum dauid ſeptem chori ꝛ victima vituli. Non habetur hæc clauſula in hebræo. Cunqꝫ tranſcendiſſent. Rectius legeretur. deambulaſſent portantes arcam dñi ſex paſſus. ſignificat᷑. n. inceſſus lentus ꝑ modũ deãbulationis. imolabat bouez ꝛ arietẽ. Iuxta hebræũ habet᷑. bouẽ ꝛ ſaginatũ. nec explicat᷑ illud animal ſaginatũ. Et dauid ꝑcutiebat ĩ organis armigatis. Nõ hꝫ hæc clauſula in hebræo/ſed dũtaxat. Et dauid ſaltãs ĩ tota virtute corã iehouah. & eſt ſermo de uirtute uirium corporaliũ. dauidqꝫ accinctꝰ erat ephod lineo. Habitũ ſimilẽ amictui ſacro leuitaꝝ aſſumpſit dauid ĩ his ſacris/ꝑinde acſi hodie rex uteret᷑ habitu clericoꝝ in ſolẽni ſupplicatione. Et dauid ꝛ oĩs domꝰ iſrael aſcendere faciebant arcã dñi in iubilo ꝛ in voce buccine. Cũqꝫ ĩtraſſet arca dñi ĩ ciuitatẽ dauid, michal filia ſaul, ꝓſpiciẽs ꝑ feneſtrã. Hinc inſinuat᷑ ꝙ mulieres nõ ibãt in hmõi ꝓceſſionibus. vidit regẽ dauid ſubſilientẽ atqꝫ ſaltantẽ. Iuxta hebræũ hꝫ. ſaltantẽ ꝛ reſaltantẽ corã dño. ut clare intelligat᷑ frequentia ſaltandi uel modus cõduplicãdi ſaltũ. ꝛ deſpexit eum in corde ſuo. Et adduxerunt arcaz domini/ꝛ poſuerunt eam in loco ſuo in medio tentorij quod tetenderat ei dauid: obtulitqꝫ dauid holocauſta coram domino ꝛ pacifica.

¶ Cunqꝫ compleſſet dauid offerre holocauſta ꝛ pacifica, benedixit populo in nomine domini exercituum. Quibus uerbis uſus fuerit dauid in hac benedictione/ſcriptum non eſt: ex eo tamen ꝙ dicitur in

Digitized by Google

nomine domini exercituum / innuitur ꝙ non uſus eſt benedictione ſcripta nu. 6. qua ſacerdotes benedicebant populo. ibi enim non nominabatur dominus exercituũ: ut patet in litera. **Et partit⁹ eſt toti populo toti multitudini iſrael a viro vſqꝫ ad mulierem / vnicuiqꝫ collyridã.** Iuxta hebræum habetur. **placentam panis vnam.** Similiter quod ſubiungitur. **⁊ aſſaturam bubale carnis vnam.** iuxta hebræum legendum eſt. **⁊ partem tauri vnam.** uerum appellatiõe tauri intelligitur mas tam bouinus q̄ bubalinus. **⁊ ſimilam frixam oleo.** Iuxta hebræum habetur. **⁊ phialam vnam.** non aquæ ſed uini plenam. **⁊ abijt totus populus / vnuſquiſqꝫ in domum ſuam.**

¶ **Reuerſuſqꝫ eſt dauid vt benediceret domui ſue.** tum lætificando tum largiendo. **et egreſſa eſt michal filia ſaul in occurſuꝫ dauidis / ⁊ ait q̄ꝫ glorioſus.** Parui refert ꝙ hebraice habetur. **q̄ꝫ honoratus fuit hodie rex iſrael.** Michol prius in corde ſuo uilipenderat dauidem: tantaqꝫ ſuperbia plena intus erat ut occurrerit regi ad deſpiciendum etiam uerbis regem ipſum. **qui diſcoopertus fuit hodie ante ancillas ſeruorum ſuoꝝ ⁊ nudatus.** In hebræo repetitur uocabulum detectionis: & nihil dicitur de nuditate. Detectus autem appellatur non ſolum relatiue ad regalem habitum / ſed etiam quia linea ueſtis ſuperhumeralis non tegebat totum hominem. nam nec brachia nec latera nec tibiæ tegebantur ſuperhumerali ueſte: propter hoc. n. diſcoopertus dicitur. acſi hodie rex cum ſolis caligis & (ut aiunt) diploide habens deſuper ſuperhumeralem amictum lineum / publice in ſacris appareret. **quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris.** Iuxta hebræum habetur. **acſi diſcooperiendo diſcoopert⁹ eſſet vnus vacuorum:** proculdubio ſenſus.

¶ **Dixitqꝫ dauid ad michal / viuit dominus quia ludam.** Interpres inſeruit uiuit dominus qa ludam / ad clarificandum apparentem mutilũ ſermonem dauidis. nam hebraice reſponſio dauidis ſic incipit. **ante dominũ qui elegit me potius q̄ꝫ patrem tuum ⁊ q̄ꝫ totam domum eius / præcipiendo mihi vt eſſem dux ſuper populum domini ſuper iſrael:** & pendet conſtructio literæ uſqꝫ ad ſubiunctam particulam & ludam. Veruntamen legendum eſt. **⁊ ludam in facie iehouah. Et vilioꝛ fiam ⁊ ero humilis in oculis meis.** hoc eſt tum ludam / tum uilior fiam / tum ero humilis. Et repetitur facies iehouah ad exaggerationem rationis facti præteriti & futuri. **⁊ cum ancillis quas dixiſti / cum eis ero honoꝛatus.** Sic habetur hebraice: & directe reſpondet opprobrio obiecto a michol ꝙ non in dehoneſtationem ſed in honorem ſuũ emerget detectio iſta corã ancillis ſeruorum. Et uerificatur hoc / tum quia non propterea minus honorabitur: tum præcipue qa deus hanc humilem actionem coram ancillis uertet in honorem ipſius dauidis ita ꝙ honoratus erit cum illis. acſi apertius dixiſſet; q̄uis in oculis tuis non appaream honoratus / apud oculos tamen ancillarum quas dixiſti honoratus ero. **Et michali filie ſaul nõ fuit nat⁹.** poſtea. prius. n. genuerat filiũ dauidi in hebron: ut patet ſupius. ca. 3. **vſqꝫ i diẽ moꝛtis ſue.** Aiũt hebræi ideo mẽtioneꝫ

fieri diei mortis qa mortua eſt in partu. quod ſi uerum non eſt, dictum eſt uſqꝫ in diem mortis ſuæ perinde ac dictum fuiſſet in toto reſiduo uitæ ſuæ.

CAPVT .VII.

ET fuit ꝙ ſedit rex in domo ſua. Conſtructum & habitatum ſignificatur regale palatium ab artificibus miſſis a rege tyri. unde & ſubiungitur regem habitare in domo cedrina. ⁊ dominus dedit ei requiem vndiqꝫ ab omnibus inimicis ſuis. pro tempore illo. nam poſtea multa bella exercuit: ut clare narratur in principio ſequentis capituli. Dixitqꝫ rex ad nathan prophetam. Superius introductus eſt gad propheta comes dauidis: modo nathan propheta etiam cum dauide narratur. Vide queſo/ego habito in domo cedrina. hoc eſt tecta ex lignis cedrorum quæ miſerat rex tyri: ut in ca. 5. patet. ⁊ arca dei. Nomen eſt elohim. poſita eſt in medio pelliū. Iuxta hebræum hr̃. habitat in medio cortine. Indignum reputabat dauid ut honorabilius eſſet habitaculum ſuum q̃ꝫ arcæ dei. Dixitqꝫ nathan ad regem: omne quod eſt in corde tuo vade fac/ quia dominus tecum eſt. Ex iſta reſponſione nathan apparet ꝙ ꝓprio ſpū̃ reſpondit nathan: & ꝑpea non eſt mirꝫ ꝙ errauit.

FActum eſt autem in nocte illa: ⁊ fuit verbum domini ad nathan dicendo. Iungendo tempus nocturnum cum uerbis inferius ſubiunctis (vcꝫ ꝙ iſta fuit uiſio) inſinuari uidetur diuina apparitio facta dormienti nathan per modum alloquentis. Vade ⁊ dices ad ſeruū meū ad dauid: ſic dixit dominus/an tu edificabis mihi domū ad habitationem meam? Quia non habitaui in domo a die qua aſcendere feci filios iſrael ex egypto vſqꝫ ad diē hanc. Excluditur primo dauid ab officio ædificandi templum/tum quia hactenus non habitauerat arca eius in domo ſed in tabernaculo ſeu tentorio/tum quia nullum principem iſrael repræhendit ꝙ non ædificauerit ſibi templum. ſed ambulaui in tentorio ⁊ in tabernaculo. Fit mētio utriuſqꝫ, qa arca dei quādoqꝫ in tabernaculo quod cōſtruxerat moſes/quādoqꝫ autem in tentorio fuerat: vcꝫ cū in caſtris militaribus erat. In omni loco quo ambulaui cum oībus filijs iſrael/an verbū locutus ſum ad vnam tribuū iſrael qbus precepi vt paſcerent populū meū iſrael dicēdo: cur nō edificaſtis mihi domū cedrinā? ¶ Et nunc ſic dices ſeruo meo dauidi: ſic dixit dn̄s exercituum/ ego tuli te de paſcuis. Parui refert ꝙ hebraice habet̃. de habitaculo/de poſt oues. & ſignificatur uile habitaculum paſtorum ouium. Vt eſſes dux ſuper populū meū / ſuper iſraelē. Poſt negatam dauidi ædificationē templi, ſubiungunt̃ beneficia ei collata quattuor/ſatis clare ſcripta in litera. Et fui tecū i oī loco quo ambulaſti, ⁊ interfeci. Rectius legeret̃. ⁊ excidi oēs inimicos tuos a facie tua. quia etſi omnes inimici dauidis non fuerunt interfecti/fuerunt tamen exciſi ſic ut nō poſſent nocere dauidi. ⁊ feci tibi

Digitized by Google

nomen magnum iuxta nomen magnoꝛum qui ſunt in terra.

¶ Et ponam locum populo meo iſrael. Tertio prænunciantur futura beneficia. quorum primum relatiue ad populum exprimitur. & eſt ꝙ ſub regimine tuo ponam locum populo meo iſrael: hoc eſt dabo locum firmum & ſtabilem, ut non uagetur/ut non captiuus huc atq; illuc ducatur. ⁊ plantabo eum. hoc eſt ad ſimilitudinem plantæ radicatæ in terra firmabo eum. ⁊ habitabit in eo/⁊ non turbabitur. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non timebit amplius. proculdubio inimicos ſuos. hæc enim omnia dicuntur ad explanandam firmitatem populi regnante dauide. ⁊ non addent filij iniquitatis vt affligant eum ſicut pꝛius/⁊ a die qua conſtitui iudices ſuper populum meum iſrael. ſæpe enim afflicti & in ſeruitutem ac captiuitatem ducti fuerant tempore iudicum. ¶ Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. Alterum prænunciatur beneficium: quod rei probauit euentus. pꝛædicetq; tibi. Rectius diceretur. ⁊ annunciabit tibi dominus ꝙ domum faciet tibi dominus. Tertium prædicitur beneficium: vcʒ ꝙ deus annunciabit tibi facturum ſe tibi domũ. ergo præter iſtam reuelationem factam per nathan/alia promittitur reuelatio futura de domo dauidis. Et hæc futura reuelatio de domo (hoc eſt de familia ſeu progenie) dauidis/per meſiam intelligenda eſt: quæ poſtea fuit facta dauidi.

¶ Cum completi fuerint dies tui ⁊ doꝛmieris cum patribus tuis/ſuſcitabo. Iuxta hebræum habetur. firmabo ſemen tuum poſt te. Quartum beneficium de ſalomone prædicitur. quod egredietur de utero tuo. Iuxta hebræum habetur. quod egredietur de viſceribus tuis. ſalomon ſiquidem natus non erat tunc/nec mater eius erat tunc ducta in uxorem dauidis: ut clare teſtatur initium tam octaui ꝙ̃ decimi capituli. Non naſciturum igitur poſt mortem dauidis/ſed poſt mortem dauidis firmandum promittitur ſemen eius quod egreſſurum erat tempore iſtius ꝓphetiæ ex uiſceribus dauidis. ⁊ firmabo. Iuxta hebræum hebetur. ⁊ dirigam regnum eius: hoc enim rei probauit euentus/dante deo ſalomoni pacem ſapientiam & diuitias ad regnandum. Ipſe edificabit domum nomini meo. non tu ſed ſalomon filius tuus ædificabit templum non mihi ſed nomini meo. deus.n. ubiq; eſt, ſed nomen eius non ubiq; eſt ſed duntaxat ubi nominatur. Et eſt ſermo de nominatione quæ fit celebri cultu. nomen ſiquidem dei non niſi ibi tã̄ in templo erat futurum, quoniam ibi duntaxat licitum erat ſic inuocare nomen dei. ⁊ ſtabiliam. Iuxta hebræũ habetur. ⁊ dirigam thꝛonũ regni ei⁹ vſq; i ſempiternũ. Prius dixerat & dirigã regnum eius: modo dicit & dirigam regalẽ ſedem in ieruſalem regni eius uſq; in ſempiternum. Quanuis legi poſſit uſq; in ſæculũ. & hoc recte intelligitur: quoniam ſalomonis ſedes non fuit directa in ſempiternũ/ſed in ſæculũ. Ego ero ei i patrẽ ⁊ ipſe erit mihi in filium. Teſtatur dauid. 1. parali. 22. hæc uerba dicta fuiſſe a deo de ſalomone. Sed prima particula fuit uerificata nõ pro tota uita ſalomonis: qm̃ cũ eẽt ſenex, nõ ueneratus ẽ deũ ut patrẽ ſed declinauit ad idolatriã. ſecũda aũt particula plus ueritatis habuit: qa ẽt

peccantem ſalomonē in ſenectute tolerauit deus in regno tanq̄ filiū. Et hinc di-ſcimus diuinas reuelationes futurorū necnon promisſiones ſic intelligi cū moderamine: vc3 niſi ponamus obicem. promittit.n.deus de ſalomōe ego ero illi in patrem & ipſe erit mihi in filium: & tamen qa ſalomon poſuit obicem tātæ gratiæ/ non fuit hoc uerificatum niſi ad tempus. q̄ ſi inique aliquid geſſerit. Iuxta hebræum habetur. quo inique agēte. Præuidebat deus ſalomonem peccaturum: & propterea declarat modum futuræ caſtigationis. ¶ Vbi aduerte diligentius q̄ non dicit te dauide inique agente ſed ſalomone inique agēte, ad continendum dauidem in timore q̄ ſi ipſe inique egerit irrita erit omnis promisſio: filio autem inique agente/locus erit ſubiuncto moderamini caſtigandi. caſtigabo eum in virga hominu3/ & in plagis filiorum adam. hoc eſt caſtigabo eum caſtigationibus ſolitis ex actionibus hominū: qualia ſunt bella/ſeditiones & huiuſmodi. Et ſimiliter caſtigabo in pasſionibus plagarum quas ſoliti ſunt pati filij adā: ut ſunt uariæ ægritudines/penuria/epidimia & hmōi. Miſericordiam autem meam non auferam ab eo ſicut abſtuli a ſaul. Legendum eſt. Et gratia mea non recedet ab eo ſicut feci recedere a cum ſaule. Ecce de qua gratia eſt ſermo: vc3 de gratia quam deus fecit recedere a concomitantia ſaulis. hanc.n.gratiam perſpicuum eſt eſſe gratiam regnandi in ſucceſsione ſeminis ſui. hæc.n.gratia non concomitata eſt ſaulem: quia ſemen eius fere ſtatim priuatum eſt ſucceſsione regni. Vnde & ad hoc amplius manifeſtandum ſubiungitur. quem amoui a facie mea. Iuxta hebræum habetur. que3 feci ceſſare a facie tua. manifeſtum eſt.n. q̄ ſaul in ſuo ſemine ceſſauit a regnando a facie dauidis. Promittitur itaq̄ q̄ ſi ſalomon inique geſſerit / caſtigabitur cū tali moderamine q̄ tamen ſemen eius regnabit: hæc.n. ē gratia negata ſauli.

¶ Et fidelis erit domus tua & regnum tuum vſq3 in eternum. Iuxta hebræum habetur. Et firma domus tua & regnum tuum vſq3 ſemper. Quintum futurum beneficium prænunciatur. hactenus.n. de ſalomone/nunc autem de ipſo dauide eſt ſermo. Redditur.n. rō antedictæ gratiæ promiſſæ ſemini ſalomonis: & ſimul explicat̄ duratio ſucceſsionis ſeminis eius in regno. rō q̄dē qa domus tua/hoc eſt qa p̄genies tua: duratio uero uſq̄ ſemp. dictū ſiq̄dē fuerat in ſalomonis gratia q̄ ſuccederet ſemen eius in regno/ſed non fuerat explicata duratio huiuſmodi ſucceſsionis: & propterea nunc explicatur. ante faciem meā & thronus tuus erit firmus iugiter. Iuxta hebræum habet̄. in facie tua ſedes tua dirigetur vſq3 ſemper. Qualiter duratio huiuſmodi ſucceſsionis in regno erit/prænunciatur: vc3 q̄ erit in facie dauidis/ hoc eſt intuitu ipſius dauidis. facie.n. cum cognoſcatur homo, agnoſcendus promittitur dauid in duratione ſedis regiæ per hoc q̄ dicitur in facie tua. Et uere ſic eueniſſe teſtantur ſacræ hiſtoriæ/narrantes ſucceſſores dauidis in regali dauidis ſede propter ipſum dauidem. Quod aūt dicitur uſq̄ ſemper, etiam ad literā uerificat̄ propter meſiam ex ſemine dauidis promiſſum dauidi/cuius regni nō erit finis. Secundum omnia verba hec & ſecundum totam viſionem iſtam/ſic

Digitized by Google

locutus eſt nathan ad dauid. Sermonem & uiſionē ſimul narrat. ſermonem qdem ad differentiam reuelationis per ſolam uiſionem ét cum illius intelligentia: uiſionem uero ad differentiam reuelationis per ſermonem duntaxat/ ſiue per ſolum inſtinctum diuinum ſiue per ſolam auditionem diuinæ uocis in ſomno uel uigilia. declaratur. n. ꝙ cum ſermone & uiſione fuit reuelatio iſta.

INgreſſus eſt autem rex dauid/ & ſedit coram domino. Effectus ſubſecutus narratur ꝙ dauid uenit/ proculdubio in tabernaculum ubi erat arca dei: & plus animo q̄ corpore ſedit/ qetus coram deo meditando & orando. & dixit/ quis ego domine mi deus & que domus mea ꝙ adduxiſti me hucuſq;? Aduerte prudens lector ꝙ in tota hac meditatione ac oratione dauidis ſæpiſſime nominatur deus domine mi deus iuxta uulgatā æditionē/ hebraice autem adonai iehouih. Nec iehouih eſt aliud nomē q̄ iehouah: ſed blāde loquendo mutatur prolatio & præponitut nomen domini cum ꝓnomine/ perinde ac diceretur domine mi iehouah: ut conſueuimus blande obſecrando alloqui principem. & hæc ſufficiāt pro ſimilibus hic repetitis. Ab humilitate itaq; inchoat meditationem ſuam, conferendo magnitudinem beneficiorum/ ſui & domus ſuæ tenuitati. Et parum adhuc hoc fuit ī oculis tuis dn̄e mi deus/ & locutus es etiā de domo ſerui tui in longinquum:, & iſta eſt lex adam domine mi deus. Lex ſumitur hic pro ſummo in quod poteſt lex: ſicut ſæpe ſumit̄ fides pro re credita. acſi diceretur iſta eſt uis legis adam: hoc eſt/ iſtud eſt ſummū ad quod ſe extendit tota uirtus legis humanæ: hoc eſt naturalis dictaminis rōnis humanæ. Et ꝓnomen demōſtrat utrūq; beneficiū quod eſt prænarratum: ſcz cælſitudo propria/ & longæua cælſitudo domus ſuæ. Ex his. n. duobus conſtituitur ſummum appetibile ſecundum dictamen naturale rōnis humanæ: cōmuniter. n. uniuerſus cōatus humanus ad hæc duo tendit. Et propterea dauid conſiderans hæc duo beneficia diuina affirmata eſſe ſibi a deo/ agnoſcit & fatetur in his cōtineri uniuerſum deſiderabile ſecundū naturale dictamen rōnis humanæ. Et propterea ſubiungit. Et quid addet dauid vltra ad loquendum tibi? hoc eſt nihil ſupereſt mihi petendum a te/ q omnia contuliſti. tu enim ſcis ſeruum tuum. Legendum eſt. & tu noſti ſeruū tuū domine mi deus. Initiū ſequentis ſententiæ eſt clauſula hæc. tendit. n. ad hoc ꝙ non ꝑꝑ me/ quia tu noſti me ſeruum tuū qs qualiſq; ſim: tanq̄ ipſius dei notitiam inuocet teſtem indignitatis propriæ. Et propterea ſubiungit. Propter verbum tuum & ſecundum cor tuum. non propter merita mea ſed propter uerbum tuum olim dictum ſamueli, & ſecundum cor tuum/ non ſecundum alienum conſilium ſed ex intima uoluntate tua. feciſti omnia magnalia hec ita vt notum faceres ſeruo tuo. Iuxta hebræum habetur. feciſti omnem magnitudinem iſtam ad notificandum ſeruo tuo. Et eſt ordo literæ/ feciſti ad notificādum ſeruo tuo omnem magnitudinem iſtam. prius ſiquidem grās egit de beneficio affirmato: modo autem grās agit de notificatione tanti beneficij ſibi facta. Idcirco magnificatus es. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Idcirco granduiſti domine deus. Et refertur ſa

cere deum ſecundum cor & uerbum propriũ. Et eſt ſenſus. ideo (uidelicet ꝗa fa-
cis ſecundum cor & uerbum tuum) granduiſti/ non in teipſo ſed in nomine ſeu
gloria tua apud homines. quia nõ eſt ſimilis tibi neqꝫ eſt deus preter
te. Nomen eſt elohim. Recte ex hoc ꝙ ſolus ipſe eſt deus/ rõ redditur faciẽdi ſe-
cundum cor & uerbum proprium. ſi. n. haberet parem/ quandoq; faceret ſecun-
dum cor & uerbum illius q eſſet ei par. ſecundum omnia que audiuimus
auribus noſtris. Teſtimonium affert ꝙ deus nõ habeat parem ab effectibus
eius in populo iſrael/ quos a patribus audierat. Quos effectus ſubiungit.

¶ Et que eſt ſicut populus tuus ſicut iſrael / gens una in terra:
Singulare beneficium redemptionis populi ex ægypro cum tot adiunctis mira-
bilibus & terribilibus ad hoc ut iſrael eſſet deo in populum peculiarem & deus eſ-
ſet illi in deum (hoc eſt peculiariter coleretur ab illo ut deus) narratur ut ſingu-
lare factum/ nulli alij populo collatum nec a deo uero nec a deo opinato. pro-
pter quam iuerit deꝰ ut redimeret eam ſibi in populum. Iuxta he-
bræum habetur. ad quam iuerunt elohim ad redimendũ ſibi in po-
pulum ⁊ ad ponendum ſibi nomen. Et ſignificanter dicit in numero plu
rali iuerunt elohim: quoniam diſtribuitur elohim pro deo uero & pro deo opina
to. eſt. n. ſenſus quæ eſt gens una ad quam redimendam ſibi in populum iuerunt
elohim/ ſiue deus uerus ſiue deus opinatus qcunq;. quaſi dicat / nulla ſicut po-
pulus tuus iſrael. Et in hoc ſignificatur ſingularitas facti diuini in populo iſrael:
ita ꝙ nullus deus par eſt deo uero in tali facto/ nec aliqua gens aſſimilatur popu
lo iſrael in tali beneficio cum annexis mirabilibus ſubiunctis. faceretqꝫ eis
magnalia ⁊ horribilia ſuper terram. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ad fa-
ciendum uobis magnitudinem ⁊ terribilia terre tue a facie popu
li tui quem redemiſti tibi ex egypto gentibus ⁊ elohe eius: Mira-
bilis ualde eſt adiectio pronominis uobis/ dicendo & ad faciendũ uobis magni-
tudinem. manifeſte ſiqdem uniuerſus iſte dauidis ſermo dirigitur ad deũ: ut tam
antecedentia ꝙ̃ ſequẽtia teſtantur. Et hæc eſt prima litera in qua deus ſignifica-
tur per pronomen uos. Verũtamen quemadmodum crebro denominat deũ ado
nai (hoc eſt domini mei) in numero plurali caſus uocatiui, ſic licuit demonſtra-
re deũ ꝑ pronomen uobis in caſu datiuo. eadem ſiqdẽ honoris rõ ex uſu loquen-
di eſt utrobiq;. Et eſſet ſenſus/ ad faciendum uobis deo (hoc eſt ad diuinam glo-
riam) magnitudinem in operibus. ¶ Conſultius tamen ꝓnomen uobis demon-
ſtrat elohim antedictos: dixerat. n. & iuerunt elohim. Ita ꝙ ſermoni de elohim in
tertia perſona, inſerit uerba ad elohim in ſecunda perſona/ alloquẽdo eos ad fa-
ciendum uobis elohim magnitudinem operum & gloriæ. dictum eſt autẽ ꝙ elo
him hoc in loco ſupponit cõmuniter pro deo uero & dijs opinatis. Et hic ſenſus
complectendus eſt ad literam: quoniam huiuſmodi mutatio ſermonis de tertia
in ſecundam perſonam non eſt inſolita in ſacris libris. & quadrat contextui ut
dicatur ad faciendum quidem uobis elohim magnitudinem/ terræ autẽ tuæ ter
ribilia: qualia facta ſunt tempore ioſuæ a facie populi iſrael redempti ex egy-
pto & ex gentibus hamalec & emoræis & reliquis trans flumẽ/ & dijs eorũ tam

ægyptiorum q̃ aliorum. Firmaſti enim tibi populū tuum iſrael in populum ſempiternum. Legendum eſt. Et direxiſti tibi populum tuum iſrael tibi in populum vſq; ſemper. Sententia clara eſt. ⁊ tu domine deus factus es eis in deum. Legendum eſt. ⁊ tu iehouah fuiſti eis in elohim. hoc eſt in gubernatorem cultum ab eis.

ET nūc dñe deꝰ. Legendū hac uice eſt nō adonai iehouih (ut in alijs locis huius ſupplicatiōis) ſed. Et nūc iehouah elohim verbū qđ locutꝰ es ſup ſeruū tuū ⁊ ſup domū eiꝰ. Narrauit hactenus cōmendando beneficia: incipit mō ſupplicare inchoans a ſtabili duratione diuini uerbi ſuper ipſum & domum eius uſq; ſemper. ſuſcita in ſempiternum. Legendum eſt. fac firmare vſq; ſemper/⁊ fac ſecundum quod locutus es. Rationem faciendi adiungit ſatis claram. Et magnificabitur nomen tuū vſq; ſemper dicendo/dominus deus exercituū. Legendum eſt. iehouah exercituum elohim ſuper iſrael. Magnificatiōem diuini nominis ſecuturam proponit in perſeuerātia confitendi ꝙ ſummus deus exercituum eſt elohim (hoc eſt gubernator) ſuper iſrael. ⁊ domus ſerui tui dauid erit ſtabilita. Legendum eſt. dirigetur coram te. Ecce unde perſeuerabit prædicta confeſſio: ex hoc videlicet ꝙ domus dauidis dirigetur coram deo. Et uerum dixit: qa ut rei probauit euentus, quotieſcūq; reges ex domo dauidis directi ſunt ſecūdum deum/magnificatum eſt diuinum nomen. Quia tu domine exercituum. Ratio excuſans præſumptionem dauidis ad petendum talia pro domo ſua affertur. deus iſrael. Hebraice habetur. elohe iſraelis. quod ſæpe declaratū eſt. reuelaſti aurem ſerui tui. per ſermonem nathan prophetæ. dicendo/domum edificabo tibi: ideo inuenit ſeruus tuus cor ſuū ad orandū ad te orationem hanc.

¶Et nunc domine mi deꝰ tu es deꝰ. Legendum eſt. tu ipſe elohim: hoc eſt tu es ipſe qui gubernas & iudicas omnia. ⁊ verba tua erunt vera. Iuxta hebræum habetur. ⁊ verba tua erunt veritas. Supplicatio eſt. & eſt ſenſus & uerba tua non ſint tanq̃ uerba cōminationis & promiſſionis ſecundum præſentem diſpoſitionem ſecundarum cauſarum / ſed ſint ueritas ſimpliciter & abſolute. ⁊ locutus es ad ſeruum tuum bonum hoc. Incipe ergo. Iuxta hebræum habetur. Et nunc velis. eſt. n. ſecunda perſona imperatiui. Ad hoc ut uerba ſimpliciter uerificentur/diuina exigitur uoluntas. ⁊ benedic domui ſerui tui vt ſit in ſeculum coram te. Omne bonum ſub benedictione compræhenditur. & petitur relatiue ad hoc ut domus dauidis ſit ſemper coram deo: quod eſt eſſe ſemper placitam deo / quod eſt niti ad placendum deo ſemper. quia tu dñe mi deus locutus es hec. Superfluit hæc. ratio benedicendi redditur diuinus ſermo ad nathan. ⁊ benedictiōe tua benedicetur domus ſerui tui in ſeculum. Efficacia diuinæ benedictionis pro altera ratione benedicendi affertur.

FActum eſt autem poſt hec. Legendum eſt. Et fuit poſt ſic. Scito prudens lector ꝙ infinities interpres loco fuit ponit factũ eſt: & ſimiliter infinities loco ſic/ponit hæc. ſed fere ſemꝑ pertrãſimus/qꝛ non uariatur ſententia. Ordo itaqꝫ temporis ſignificatur inter reuelationem ſupplicationemqꝫ antedictam & ſubiuncta prælia. ⁊ percuſſit dauid peliſthim ⁊ humiliauit eos: tulitqꝫ dauid frenum tributi. Iuxta hebræum habetur. frenum aqueductus de manu peliſthim. Et ſermone metaphorico ſignificatꝰ principatus. quemadmodũ. n. is cuius ē frenare aquæductum/diſponit de aqua (tollendo uel cõmunicando eam) ita princeps diſponit de bono ſubditorum. Principatũ itaqꝫ quem multo tempore obtinuerant peliſthini ſuper iſrael/abſtulit dauid.

¶ Et percuſſit moab, ⁊ menſus eſt eos funiculo/ coequando eos terre. Lõge plus depreſſit moabitas q̄ꝫ peliſthinos. nam peliſthinos humiliauit: moabitas autem ſic proſtrauit ut æquauerit eos terræ. & forte ad literam diruit arces eorum uſqꝫ ad ſolum. menſus eſt autem duos funiculos/ vnum ad occidendum ⁊ vnum ad viuificandum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ menſus eſt duos funiculos/ad moriendum ⁊ plenitudinem funiculi ad viuificandum. Et poteſt dupliciter hæc litera legi. uel intelligẽdo duos funiculos ad moriendum & tertium ad uiuificandum: uel faciendo pũctum poſt funiculos. ita ut duo tantum ſignificẽtur funiculi/ appoſitiue explicati alter ad moriendum alter cum plenitudine ad uiuificandũ. Et hic ſenſus quadrat magis mãſuetudini dauidis: præſertim ꝙ nulla in ſacra ſcriptura ſcribitur cauſa belli huius contra moabitas niſi cõmunis moabitis & multis alijs nationibus/in pſalmo. 83. dicendo moab & hagareni &c. Ad inſtar itaqꝫ metientis agros funiculis/ deſcribitur tam cædes q̄ꝫ clementia dauidis in moabitas: ad inſinuandum ꝙ non promiſcue ferino furore occidi fecerit multos, ſed cum menſura/proculdubio iuſtitiæ. Scribitur autem hoc ad exemplum aliorum principum: ut diſcant metiri funiculo iuſtitiæ cladẽ. Maiorqꝫ clementia ſignificatur dicendo & plenitudinem funiculi ad uiuificandum: ut funiculus mortis inſinuetur mancus/funiculus uero uitæ inſinuetur plenus. propenſiores. n. debent eſſe principes ad uitam hoſtium q̄ꝫ ad mortem eorum. factuſqꝫ eſt moab dauid ſeruiens ſub tributo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fuit moab dauidi ĩ ſeruos portatores muneris. hoc eſt in ſeruos tributarios.

ET percuſſit dauid hadarhezer filium rechob regem zobe/qñ profectus eſt vt dominaretur ſuper flumen euphratem. Iuxta hebræum habetur. in profectione ſua ad faciendum reſtituere terminum ſuum in flumine perath. hoc eſt euphratis. Tanq̄ꝫ occupata ab alijs regio uſqꝫ ad euphratem reſtituẽda iſraeli narratur, eo ꝙ erat iſraelis a deo ei data: ut moſes ſcripſerat. dauidis ſiquidem tempore executioni mandata eſt diuina largitio. Significanter autem apponitur tempus profectionis ad dominandum uſqꝫ ad euphratem: quia in hoc capitulo ſummantur diuerſa bella/quorum ordo poſtea explicabitur in ſequentibus capitulis. hoc. n. bellũ fuit poſt illatam

Digitized by Google

legatis dauidis a rege hammonitarum iniuriam:ut clare inferius narratur. Cepitq; dauid ex eis mille & ſeptingentos equites / & viginti millia virorum peditum: & ſubneruauit dauid omnem currũ / & dereliquit ex eis centum currus. Et venit ſyria damaſci ad auxiliandũ hadarhezer regi ſobe: & percuſſit dauid de ſyria viginti duo millia virorum. Et poſuit dauid præſidiũ in ſyria damaſci. Quanuis hebraice ſcribat. præſides i arã dammeſec. ſententia tñ recte reddita eſt: quoniam non ſolæ perſonæ præfectorum / ſed cum multitudine militum ad ſeruandũ damaſcum ſub dominio dauidis poſitæ ſunt. & fuit aram dauidi in ſeruos portatores muneris: ſeruauitq; dominus dauidẽ i omni loco ad quem ꝓfectus eſt. Et tulit dauid arma aurea & torques aureos. Iuxta hebræum habetur. ſcuta aurea que habebant ſerui hadarhezer. nec alia aurea memorantur. & detulit ea in ieruſalaim. Et de betach & de berothai ciuitatibus hadarhezer, tulit rex dauid es multũ valde. De quo fecit ſalomon omnia vaſa erea in templo & mare eneum & columnas & altare. Superfluit hec ultima particula ſedecim dictionum.

Audiuit autẽ thohi rex chamath / ꝙ percuſſit dauid totũ robur hadarhezer. Miſitq; thohi ioram filiũ ſuũ ad regẽ dauid vt ſalutaret eũ congratulans. Iuxta hebræum habetur. ad petendũ ſibi pacem. Sententia clara eſt. & ad benedicendũ ei eo ꝙ pugnaſſet cõtra hadarhezer & percuſſiſſet eũ / q̃a vir belli thohi fuit hadarhezer: & in manu eiꝰ erãt vaſa argẽtea & vaſa aurea & vaſa erea. Etiam ea ſanctificauit rex dauid domino. hoc eſt dicauit ad cultum dei in templo ædificando per filium. cum argento & auro que ſanctificauerat de vniuerſis gentibus quas ſubegerat. De ſyria & de moab & de filijs hammon / & de peliſthim & de hamalec: & de manubijs. Legendum eſt. & de præda hadarhezer filij rechob regis ſobe. ſic enim habetur hebraice.

Fecitq; quoq; dauid ſibi nomen / cũ reuerteret a cedendo ſyriam in valle ſalis: decem & octo millia. Superfluit dictio ſibi. Triumphale ſignum ſignificatur cõſtructum a dauide / propter quod punitus fuit rebelliõe idumææ: ut.3.reg.xi.inſinuat. & i gebelem ad vigintitria millia. Non habetur hæc clauſula in hebræo: ſed narrata percuſſione decem & octo millium ſyrorum in ualle ſalis / ſtatim ſubiungitur. Et poſuit in edom præſides / i tota edom poſuit præſides, & fuit tota edom ſerui dauidi. Et ſic adimpleta eſt prophetia reuelata ribecæ geñ.25. & maior ſeruiet minori. & ſeruauit dominꝰ dauidem in omni loco ad quem profectꝰ eſt.

Regnauitq; dauid ſuper totũ iſrael: & dauid faciebat iudiciũ & iuſtitiam toti populo ſuo. Conſueuerãt tunc reges per ſeipſos audire cauſas. Joab aũt filiꝰ ſeruie erat ſup exercitũ: & ioſaphat filiꝰ achilud erat a commentarijs. Iuxta hebræum habetur. faciens recor-

dari. Nec eſt perſpicuum an officium huius eſſet ſcribere annales hiſtorias ſum-
marie(ut intellexit interpres dicendo erat a cõmentarijs)an officiũ eius erat re-
uocare ad memoriam regis expediendas cauſas. Et zadoc filius achitub
⁊ achimelech fili⁹ eb'iathar ſacerdotes : ⁊ ſera'ia ſcriba. Qui uoca-
tur cancellarius ſignificatur. Et bena'iahu filius iebo'iadah ſuper che-
retheos ⁊ peletheos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ cherethi ⁊ pelethi. Et
ab exciſione ac iudicio uocabula hæc deducuntur. integrabant enim hi cuſtodi-
am regiam: eorũq; officium erat exequi iudicia regis/& excidere cum opus erat.
erant enim uiri robuſti/ualdeq; fideles dauidi. Et propter eorum eminentiã non
dicitur ꝙ benaias fuerit ſuper eos/cum tamen eſſet caput eorũ:ſed dicitur bena-
ias & cherethi & pelethi/ut tanq̃ ſocij ſupputentur. filij autem dauid ſacer
dotes erant. Sacerdos non eſt hic nomen ordinis ſed dignitatis.erant. n. filij
dauidis primi/ut paralipomenon explicat: & ideo quo ad dignitatem ſacerdo-
tes (qui alijs præferebantur) dicuntur.

CAPVT .IX.

ET dixit dauid:an eſt adhuc qui remãſerit domui ſau-
lis/⁊ faciam cum eo miſericordiam. Legendum eſt. grãm
propter iehonathan? Memor fœderis inter ſe & ionatham/in-
quirit an remanſerit aliquis. Erat autẽ domui ſaul ſeruus
nomine ziba/⁊ vocauerunt eum ad dauid:dixitq; rex ad eũ/non-
ne tu es ziba? ⁊ dixit/ſum ſeruus tu⁹. Et dixit rex/num remãſit
adhuc aliquis domui ſaul/ ⁊ faciam cum eo miſericordiam dei?
Legendum eſt. gratiam elohim? Propter iuſiurandum interpoſitum in fœ-
dere appellauit gratiam elohim. dixitq; ziba ad regem/adhuc eſt filius
iehonathan debilis. Legendum eſt. claudus pedibus. ut etiam ſuperius
dictum eſt. Dixitq; ei rex/vbi eſt? ⁊ dixit ziba ad regem/ecce eſt in
domo machir filij hammiel in lodebar.

¶ Miſitq; rex dauid: ⁊ tulit eum de domo machir filij hammiel
de lodebar. Et venit mephiboſeth filius iehonathan filij ſaul ad
dauid/⁊ corruit ſuper faciẽ ſuã ⁊ adorauit eũ:dixitq; dauid/me-
phiboſeth, ⁊ dixit ecce ſeruus tuus. Dixitq; ei dauid/ne timeas:
uocari a me tanq̃ inimicus puniendus. quia faciendo faciam tecum mi-
ſericordiam propter iehonathan patrem tuum. Sæpiſſime utit̃ in-
terpres miſericordia pro gratia. ⁊ reddere faciam tibi omnem agrũ ſa-
ul patris tui: ⁊ tu comedes panem ſuper menſam meam ſem-
per. Et adorauit eum ⁊ dixit: quid eſt ſeruus tuus/ꝙ reſpexi-
ſti ſuper canem mortuum qui eſt ſicut ego?

¶ Vocauitq; rex zibam puerũ ſaul/⁊ dixit ad eũ:omne quod fuit
ſauli ⁊ vniuerſam domũ eius. Legendum eſt. ⁊ vniuerſe domui ei⁹/
dedi filio domini tui. datiui.n.caſus eſt tam ſaul q̃ uniuerſa eius domus. Et

eſt ſenſus

eſt ſenſus ꝙ omnes facultates ſaulis & filiorum eius dedi mephiboſeth. ¶Coles igitur ei terram/tu ⁊ filij tui ⁊ ſerui tui, ⁊ afferes ⁊ erit filio domini tui panis ⁊ comedet ipſe. ſcilicet filius mephiboſeth. is enim alendus erat ex prouentibus agrorum: nam de mephiboſeth ſubiungitur ꝙ ipſe ueſceretur de menſa regis. mephiboſeth autem filius domini tui comedet ſemper panem ſuper menſam meam: ⁊ ſibe erant quindecim filij ⁊ viginti ſerui. Dixitqꝫ ſiba ad regem/iuxta omnia que precepit dominus meus rex ſeruo ſuo ſic faciet ſeruus tuus: ⁊ mephiboſeth comedet ſuper menſam meam quaſi vnus de filijs regis. Attende prudens lector ꝙ ſubintelligitur regem repetyſſe hæc uerba. ita ꝙ dicente ſiba faciet ſeruus tuus ſicut iuſsiſti, repetyt rex & mephiboſeth comedet ſuper menſam meam tanq̄ filius regis: hoc eſt habebit portionē ex menſa mea quemadmodum habent filij regis. Et in hoc dauid optime ſeruauit fœdus quod fecerat cum ionatha/aſsimilando filium ionathæ proprys filys.

¶Habebatqꝫ mephiboſeth filium paruum nomine micha: omnis vero cognatio. Iuxta hebræum habetur. ⁊ omnis habitatio. hoc eſt omnes habitantes tam filij q̄ ſerui &c. domus ſibe ſerui erant mephiboſeth. Et mephiboſeth manebat ī ieruſalaim/qa ipſe ſuper menſam regis ſemp̄ comedebat: ⁊ erat claudꝰ vtroqꝫ pede.

CAPVT .X.

FActum eſt autem poſt hec. Legendum eſt. Et fuit poſt ſic/mortuus eſt rex filiorum hammon. Significatur autem ordo temporis inter beneficium exhibitum filio ionathæ & mortem regis hammonitarum/& non ſignificatur ordo temporis inter mortem regis hammonitarum & res geſtas & ſcriptas in capitulo octauo: quoniam ibi ſummarie per capita collecta ſunt uniuerſa bella geſta a dauide/ut prius diximus. ⁊ regnauit chanun filius eius pro eo. Dixitqꝫ dauid/faciam miſericordiam cum chanun filio nachas. Iam dictum eſt & hic & in ſimilibus loco miſericordiam legendum eſſe gratiam. ſicut fecit pater eius mecum gratiam. Quādo & qualem nahas rex hammonitarum contulerit dauidi gratiam/nulla authentica ſcriptura tradit. ⁊ miſit dauid ad conſolandum eum per manum ſeruorum ſuoꝝ ſuper morte patris eius: veneruntqꝫ ſerui dauid in terrā filioꝝ hāmon.

¶Et dixerunt principes filiorum hāmon ad chanun dominum ſuum/an honorat dauid patrem tuum in oculis tuis ꝙ miſit ad te conſolatores? Mali principes/interpretantes officium honoris defuncti patris coram filio in officium explorationis. ⁊ nō ideo vt te inueſtigaret. Iuxta hebræum habetur. nonne vt inueſtigaret ciuitatem ⁊ exploraret eā. Diligētia explorandi p̄ annexā inueſtigationē deſcribit̄. ⁊ vt euerteret eam miſit dauid ſeruos ſuos ad te? Tulit itaqꝫ chanun ſeruos

dauid/ ⁊ raſit dimidium barbe eorum ⁊ precidit veſtes eorum in medio vſq; ad nates eorum: ⁊ dimiſit eos. Ecce ignominia cauſa tantorum praelior. ¶ Nunciatūq; eſt dauidi/ ⁊ miſit ī occurſū eorum. tum ad conſolandum/tum ad induendum/tum ad deputandū illis locum ubi manere poſſent. erant enim viri confuſi turpiter valde. Interpres addidit dictionem turpiter exaggerandi gratia. ⁊ dixit eis rex/ manete ī iericho donec creſcat barba veſtra ⁊ reuertemini. Vtebātur.n.tūc temporis barba: & propterea turpis apparebat uir raſa barba.

Viderunt autem filij hammon ꝙ iniuriam feciſſent dauidi. Iuxta hebraeum habetur. ꝙ fuerunt abominati dauidē. Vere tāq; abominantes dauidem/illius legatos eiecerunt ignominia affectos. ⁊ miſerūt filij hammon ⁊ mercede conduxerunt ſyriam beth'rechob ⁊ ſyriam ʒobe viginti millia peditum/ ⁊ a rege mahache mille viros. Non ſolum iniuriam intulerunt/ſed & bellum addere curauerunt. ⁊ ab is'tob decem millia virorum. Legendum eſt. duodecim millia viroꝝ. hic.n. numerus habetur hebraice.

¶ Audiuitq; dauid: ⁊ miſit ioab ⁊ totū exercitū bellatoꝝ. Legēdum eſſet. potentiū. Sapienter dauid noluit expectare ut exercitus conuenirent in terrā ſuā/ſed ad terram hoſtium miſit ſuum exercitum. Egreſſi ſunt autem filij hammon/ ⁊ diſpoſuerunt prelium ad introitū porte: ſyriaq; ʒobe ⁊ rechob ⁊ is'tob ⁊ mahacha ſeorſum erant in campo. Viditq; ioab ꝙ preparatum eſſet aduerſum ſe prelium ante ⁊ retro: ⁊ elegit ex omnibus electis in iſrael/ ⁊ diſpoſuit ī occurſū ſyrie: Reliquum vero populi dedit in manū abiſai fratris ſui: ⁊ diſpoſuit in occurſum filiorum hammon. Prudenter ioab mediū ſe uidens inter duos exercitus inimicorum/ diuiſit ſuum exercitum in duas partes e regione utriuſq; exercitus: ut & neuter haberetur a tergo/& mutuo ſeſe adiuuare poſſent ipſe & frater eius/utpote in medio exiſtentes. Dixitq;/ ſi fortior me fuerit ſyria eris mihi in ſalutem: ⁊ ſi filij hammon fuerint fortiores te/ veniam ad ſaluandum te. Roborare ⁊ roboremur pro populo noſtro ⁊ pro ciuitate dei noſtri. Legendum eſt. ⁊ pro ciuitatibus elohe noſtri. agebatur enim non de una ciuitate ſed de uniuerſo ſtatu. Dominus autem faciat quod bonum eſt ī oculis ſuis. Appropinquauitq; ioab ⁊ populus qui erat cum eo ad prelium contra ſyros: ⁊ fugerunt a facie eius. Filij autem hammon viderunt ꝙ fugerent ſyri/ ⁊ fugerunt a facie abiſai ⁊ ingreſſi ſunt ciuitatem: reuerſuſq; eſt ioab a filijs hammon/ ⁊ venit in ieruſalaim.

¶ Videtēs igiť ſyri ꝙ corruiſſent corā iſrael: Iuxta hebraū hr̄. Et vidit arā ꝙ fuit mortificatus corā iſrael: ⁊ cōgregati ſunt ſimul. Suſceperūt belli cām ſyri/uidentes ſe caeſos ab iſrael. frequēter enim aram poniť pro ſyro. Miſitq; hadar'hezer. Non ſcribitur ꝙ hammon miſerit quemadmodum prius: ſed ꝙ ipſe rex ſobae miſit ad congregandum alium exercitum.

⁊ eduxit ſyros qui erãt trans fluuium. Et hic quoq; non ſyrus ſed aram ſcribitur. Et eſt ſermo de flumine qui appellatur euphrates: ut hinc intelligamus ꝙ hebræi utũtur aram & pro ſyro & pro aramæo populo meſopotamiæ. ⁊ adduxit eorum exercitum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ venerunt chelam. Nomen eſt proprium loci. ⁊ ſobach princeps militie hadar'hezer ante eos. Modus quo uenerunt ex meſopotamia ad chelam deſcribit: uidelicet antecedente eos principe militiæ hadar'hezer. Nunciatum eſt autem dauidi/⁊ contraxit omnem iſrael. Legendum eſt. ⁊ congregauit omnem iſrael. Iturus dauid perſonaliter/uniuerſum iſraelem congregauit. ⁊ tranſiuit iarden ⁊ venit ad chelam. regionem in qua erat exercitus inimicorum. ⁊ diſpoſuerunt ſyri in occurſum dauid/⁊ pugnauerunt cum eo. Fugeruntq; ſyri a facie iſraelis: ⁊ occidit dauid de ſyris. Legendum eſſet. de aram ſeptingentos curr⁹ ⁊ quadraginta millia equitum. ſed mixti erant ſyri cũ ijs q uenerant ex meſopotamia. Et diligenter annotabis ꝙ hic ſupputantur interfecti/in ca. uero. 8. ſupputantur capti ex exercitu hadar'hezer. & propterea alius numerus ſcribitur ibi & alius hic/& nõ ideo ꝙ diuerſa ſcribant bella hic & ibi. idẽ enim utrobiq; bellũ ſcribit: ſed manifeſte litera ibi loquit de captis/hic de occiſis. ⁊ ſobach principẽ militie ei⁹ percuſſit/⁊ mortu⁹ eſt ibi.

❡ Vidẽtes aũt vniuerſi reges q erãt i preſidio. Iuxta hebræũ habet. Viderunt aũt oẽs reges ſerui hadar'hezer ꝙ fuerũt mortificati coram iſraele. ſignificantur. n. reges tributarij ipſi regi hadarhezer. inter quos intelligendus eſt damaſcus qui opem tuliſſe hadarhezer ſcriptus eſt ca. 8. ⁊ expauerunt ⁊ fugerunt quinquaginta ⁊ octo millia coram iſrael. Non habetur hæc clauſula in hebræo: ſed immediate ſubiungitur. ⁊ fecerunt pacem cum iſrael ⁊ ſeruierunt eis. Ecce cauſa & modus quo geſta ſunt quæ ſummata fuerunt in ca. 8. ex hoc enim bello iniuſto cõtra dauidẽ effecti ſunt ſerui iſrael. timuerũtq; ſyri auxiliari vltra filijs hãmon. Hinc ergo factum eſt ut hãmonitæ deſtituti fuerint auxilio ſyroꝝ/& ſibiipſis relicti ſunt.

CAPVT .XI.

Et fuit in reuerſione ãni tpe quo ſolent reges ad bella procedere, miſit dauid ioab ⁊ ſeruos ſuos cũ eo ⁊ totũ iſrael/⁊ vaſtauerũt filios hãmon ⁊ obſederũt rabbã. Deſtitutos hammonitas ab exteris/facile uaſtauerunt iſraelitæ & regiam ciuitatem obſederunt. dauid aũt manſit in ieruſalaim.

❡ Dum hec agerentur accidit quadam die vt ſurgeret dauid de ſtratu ſuo poſt meridiem/⁊ deambularet in ſolario dom⁹ regie. Iuxta hebræum habetur. Et fuit tempore veſpertino/⁊ ſurrexit dauid de ſtratu ſuo ⁊ iuit ſuper tectum domus regis. Ex aula in qua

erat lectus eius/ſurrexit hora ueſpertina aſcendens ſuper tectum. æſtiuum ſiquidem tempus inſinuatᷣ / quo delectabile eſt hora ueſpertina morari ſuper tectum ſub diuo. erant enim tecta regionis illius pauimentata ſub diuo quemadmodum hodie apud nos caietæ ſunt. Tempus enim primi ueris quo reges egrediuntur ad bellum in principio huius capituli narratum, refertur ad miſſionē ioab cum exercitu aduerſus hammonitas/& non extenditur ad aſcenſum dauidis ſuper tectum: ſed hic aſcenſus narratur pugnante ioab contra hammonitas. ex ſubiūctis autem perſpicuum eſt / multo tempore duraſſe huiuſmodi obſidionem: nam & urias hethæus durantæ illa occiſus eſt/& poſtea dauid pſonaliter ad capiendum ciuitatem regiam iuit. Viditq; mulierem lauantem ſe e tecto. Hinc diſcimus q̃ periculoſus ſit mulierum aſpectus: cum tantus uir habens tot uxores / ex uiſu mulieris ruerit in tot crimina. ⁊ mulier erat pulchra valde. Parui refert ꝙ hebraice habetur. bona aſpectu valde. in idem enim redit ſententia. ¶ Miſitq; dauid / ⁊ requiſiuit de muliere: ⁊ dictum eſt ei ꝙ ipſa eſſet bethſabe. Corrupte hebraicum nomen(uidelicet bathſeban) pferᷣ. filia eliham/vxor vri'ie chitthei. Miſitq; dauid nuncios ⁊ tulit eam: que cum veniſſet ad illum dormiuit cum ea / ſtatimq; ſanctificata eſt ab immūdicia ſua. Sētentia recte redditᷣ: uidelicet mundicia a menſtruo / quæ comes eſt concæptionis. ⁊ reuerſa eſt ad domum ſuam. Et concepit mulier: miſitq; ⁊ nunciauit dauidi/ ⁊ dixit ego concepi.

Miſit autem dauid ad ioab/ mitte ad me vri'iam chitthеum: ⁊ miſit ioab vri'iam ad dauidem. Et venit vri'ias ad eum: queſiuitq; dauid q̃ʒ recte ageret ioab ⁊ populus/ ⁊ quomodo adminiſtraretur bellum. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ interrogauit dauid de pace ioab ⁊ de pace populi ⁊ de pace belli. Modus loquendi hebraicus eſt/pacis nomine utendo pro uniuerſo bono. Dixitq; dauid ad vri'iam/deſcende in domum tuam ⁊ laua pedes tuos. Ad occultandum patrem concæptæ prolis tendebat uniuerſum ſtudium dauidis. egreſſuſq; eſt vri'ias de domo regis/ſecutuſq; eſt eum cibus regius. honoris gratia ut hilarior eſſet cum uxore ſua. Dormiuit autem vri'ias ad portam domus regis cum omnibus ſeruis domini ſui: ⁊ non deſcendit in domum ſuam.

¶ Nunciatūq; eſt dauidi dicendo/nō deſcendit vri'ias ī domum ſuam: ⁊ dixit dauid ad vri'iam/nonne tu de via venis? cur non deſcendiſti in domum tuam? Dixitq; vri'ias ad dauid: arca dei. Superfluit dei: ſubintelligitur tamen. ⁊ iſrael ⁊ iehuda manent in tabernaculis / ⁊ dominus meus ioab ⁊ ſerui domini mei ſuper faciem agri manent, ⁊ ego ingrediar domum meam vt comedam ⁊ bibā ⁊ dormiā cū vxore mea? p ſalutē tuā ⁊ ſalutē aīe tue. Iuxta hebræum hrᷣ. vita tua ⁊ viuat aīa tua nō faciā rē hāc. Vitā corporalē & uitā ſpūalem ipſius dauidis obteſtatᷣ iuramento execratorio. Et dixit dauid ad

Digitized by Google

vri'am/mane hic etiaȝ hodie ⁊ cras dimittã te: manſitqȝ vri'as in ieruſalaim die illa ⁊ ſequenti. hoc eſt in die quo uenit & die immediate ſequenti. ſic enim uerificatur/mane etiam hodie & cras mittam te: duabus. n. duntaxat noctibus in ieruſalem manſit. Vocauitqȝ eum dauid/ ⁊ comedere fecit eũ corã ſe ⁊ bibere/ ⁊ inebriauit eũ. Modus aũt quo inebriauit eũ/ nõ ẽ ſcriptus. nihil prætermiſit dauid ut induceret uriaã uel ebriũ ad dormiendum cum uxore ſua. qui egreſſus eſt veſperi ad dormiendũ in ſtratu ſuo cũ ſeruis domini ſui/ ⁊ in domũ ſuã nõ deſcendit.

ET fuit in mane. ſecundæ proculdubio noctis. ſcripſit dauid epiſtolam ad ioab: miſitqȝ per manum vri'ie. Et ſcripſit in epiſtola dicendo: ponite vri'iam ex aduerſo prelij fortis ⁊ derelinquite eum vt percutiatur ⁊ moriatur. Vide quo ducit amor mulieris. Igitur cum ioab obſideret vrbem, Iuxta hebræum habetur. Et fuit cuſtodiente ioab ciuitatẽ/ ⁊ dedit vri'iam ad locũ in quo nouit ꝙ viri fortitudinis ibi. Iniquum mandatum dauidis ſubſecuta eſt iniqua obedientia ioab. non enim excuſatur miniſter principis/ occidendo ex iuſſu principis uirum indẽnatum in quo nulla apparet iniquitas digna morte. Egreſſiqȝ ſunt viri ciuitatis ⁊ pugnauerunt cum ioab: ⁊ ceciderunt de populo de ſeruis dauid/ ⁊ mortuus eſt etiam vri'as chittheus. Non ſolus urias occiſus ẽ a dauide/ſed cũ ipſo multi alij. ita ꝙ multoꝝ homicidioꝝ reus fuit dauid: & ꝓpea pœnitẽs poſtea/ ſupplicabat libera me de ſanguinibus deus.

¶ Miſitqȝ ioab: ⁊ nunciauit dauidi omnia verba prelij. Et precepit nũcio dicendo: cũ cõpleueris omnia verba prelij loqui ad regem. Si aſcenderit ira regis, ⁊ dixerit tibi cur acceſſiſtis ad ciuitatẽ vt preliaremini/ nõne ſciuiſtis ꝙ proijceret ex muro? Quis percuſſit abimelech filium ierubbeſeth/ nõne mulier proiecit ſuꝑ eũ fragmen mole de muro ⁊ mortuꝰ eſt in thebeȝ? cur acceſſiſtis ad muꝝ? dices/ ẽt ſeruꝰ tuꝰ vri'as chittheꝰ mortuꝰ ẽ. Ad mitigandũ irã regis/ inſtruit nunciũ ut mortẽ uriæ placentẽ regi adiũgat.

¶ Abijtqȝ nũciꝰ: ⁊ venit/ ⁊ nunciauit dauidi oĩa pro qbꝰ miſerat eũ ioab. Et dixit nũciꝰ ad dauid: preualuerũt contra nos viri/ ⁊ egreſſi ſunt ad nos in agrũ, iuimuſqȝ cõtra eos vſqȝ ad introituȝ porte. Et ſagittarũt ſagittarij ad ſeruos tuos de muro: ⁊ mortui ſunt de ſeruis regis/ ⁊ ẽt ſeruꝰ tuꝰ vri'as chittheꝰ mortuꝰ ẽ. Hinc apparet prudẽtia nũcij/ nõ expectãtis ut rex iraſceret̃ ſed præueniẽtis illius irã. ꝑpenderat. n. ex uerbis ioab/ placere ita regi mortẽ uriæ ut nũciare illius mortem eſſet medicina reliq mali.

¶ Et dixit dauid ad nunciũ: ſic dices ad ioab, nõ te frangat iſta res/ variꝰ. n. euentꝰ ẽ belli ⁊ nũc hũc ⁊ nũc illũ cõſumit gladius. Iuxta hebræũ hr̃. nõ diſplicebit ĩ oculis tuis res iſta/ qa ſicut hunc ⁊ ſicut hunc vorabit gladius. Nihil ĩpẽdit ſtragẽ ſuoꝝ/ effectus uoti cõpos: & ex cõmuniter accidentibus cõfortat ioab. Hebraicæ aũt phraſi tribuitur ſicut

Digitized by Google

hunc & ſicut hunc: quod latine diceremus ſicut unam partem ita & alteram. confoꝛta bellatoꝛes tuos aduerſus vꝛbem vt deſtruas eam. Iuxta hebræum habetur. roboꝛa bellum tuū ad ciuitatem ⁊ deſtrue eam. Quod autem ſubiungitur. ⁊ exhoꝛtare eos. iuxta hebræum habetur. ⁊ confoꝛta eum. Suntq; uerba hæc dauidis ad nuncium. mandat ſiquidem nūcio duo: vc; ut ſupradicta referat ioab/ & ut confortet ipſum ioab.

¶ Audiuit autē vxoꝛ vri'e ꝙ moꝛtuꝰ eſſet vꝛ'ias vir ſuꝰ: ⁊ planxit eū. Tranſiuitq; luctꝰ: ⁊ miſit dauid/ ⁊ collegit eā in domum ſuam, ⁊ fuit ei in vxoꝛem/ ⁊ peperit ei filiū. Et in hoc facto publicauit adulterium/ pariente præſertim illa in tam breui tempore poſt nuptias. multi enim menſes præterierant: nam ſaltem poſt menſem agnouit ſe grauidā: & tempus luctus nobilium mulierum non modicum credendū eſt. ⁊ diſplicuit verbū hoc quod fecerat dauid coꝛam domino. Legendum eſt. ⁊ diſplicuit res quam fecit dauid in oculis iehouah.

CAPVT .XII.

Miſitq; dominꝰ nathan ad dauid. Benignitas diuina erga electos ſuos cōmendatur in hac legatione ad corripiendum dauidem. ⁊ venit ad eū ⁊ dixit ei/ reſponde mihi iudicium. Interpres appoſuit reſponde mihi iudicium. Duo viri erant in ciuitate vna/ vnus diues ⁊ alter pauper. Diues habebat oues ⁊ boues multos valde. Pauper autem non habebat quicq; niſi agnam vnam paruam quā emerat ⁊ nutrierat/ ⁊ creuerat cū eo ⁊ cū filijs eiꝰ ſimul: de pane eiꝰ comedebat ⁊ de calice eiꝰ bibebat ⁊ in ſinu eiꝰ doꝛmiebat/ eratq; illi ſicut filia. Et venit peregrinꝰ. Parui refert ꝙ tam hic ꝙ̄ inferius ſcribitur. viatoꝛ. ſententia enim eſt eadem. ad virū diuitem/ ⁊ reduit eum ſumere de ouibus ⁊ bobꝰ ſuis ad parandū peregrino illi qui venerat ad eū: tulitq; agnam viri pauperis ⁊ parauit eam viro qui venerat ad eū. ¶ Et iratꝰ eſt furoꝛ dauidis in viꝛ valde: ⁊ dixit ad nathan/ viuit dn̄s ꝙ filiꝰ moꝛtis eſt qui fecit hoc. Hyperbolico ſermone ſententiam hanc intellige: & diſce ꝙ etiam hyperbolicæ locutioni adhibere iuramentum non eſt illicitum. Ouem reddet in quadruplum. Iuxta hebræum rectius legitur. Et agnam reſtituet bis quadruplicata;. Augendam pœnam legis cenſuit dauid: quia æſtimandum quoq; cenſuit ꝙ agna illa erat delitiæ illius uiri pauperis. eo ꝙ fecit verbum iſtud. Legendum eſt. re; iſtam. vc; tollere agnam delitias pauperis. ⁊ non pepercit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ quia nō miſertꝰ eſt. Exaggerat culpam ex eo ꝙ non eſt miſertus pauperis diues ille.

¶ Dixitq; nathan ad dauid/ tu es ille vir qui feciſti hanc rem. Iuxta hebræum habetur. tu vir. ſubaudiť enim diues ille: hoc eſt tu es uir contra quem ſententiam protuliſti. ſic dixit dn̄s deꝰ iſrael/ ego vnxi te in re-

gem ſuper iſrael ⁊ ego eripui te de manu ſaul. Declarat parabolã/maniſeſtando diuitem illum repræſentare ipſum dauidem diuitem cum multitudine diuitiarum & delitiarum. Vnde & ſubdit. Et dedi tibi domum domini tui/⁊ vxores domini tui in ſinu tuo. non ꝙ dauid cognouerit uxores ſoceri ſui ſaulis regis: ſed ꝙ illas habuit in uxores quæ dignæ erant ut eſſent uxores regis ſaulis olim domini eius. dediq; tibi domũ iſrael ⁊ iehude: et ſi parua ſunt iſta/adijciam tibi multo maiora. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſi pax eſt/adijciam tibi ſicut ea ⁊ ſicut ea. Vt alias dictum eſt/modus loquendi hebraicus eſt geminans ſimilia. Cur contempſiſti verbũ domini. non ꝙ contempſerit formaliter(hoc eſt ex intentione uilipendendi præcæpta diuina) ſed facto contempſit. opera enim ipſa adulterij & homicidij ſuapte natura paruipendunt præcæpta diuina/& paruipendenda ab alijs præ ſe ferunt. faciendo malum in conſpectu meo. Legendum eſt. in oculis eiꝰ. hoc eſt dei. Vri'iam chitthcũ percuſſiſti gladio/⁊ vxorem eiꝰ accepiſti tibi in vxorem: ⁊ eum occidiſti gladio filiorum hammon. Patefacit propheta deum uidiſſe intentionem & epiſtolam dauidis ut urias interficeretur ab hoſtibus. & propterea cum dixiſſet uriam hethæum percusſiſti gladio/ declarat modum: vc; interfeciſti eum gladio filiorum hammon. Quãobrem non recedet. Iuxta hebræum habetur. Et nunc non recedet gladius de domo tua vſq; in ſeculum. Pro culpa homicidij immo homicidiorũ ob multos ſimul peremptos/prima hæc pœna imponitur. Quam uerificatam eſſe in tribus dauidis filijs breui tempore / legimus: nam primogenitus eius amnon occiſus eſt/& ſimiliter abſalon/& poſtea adonias a ſalomone. & in ſenectute ſalomonis ſuſcitauit deus aduerſarios illi: & poſt mortem ſalomonis manifeſtus gladius aduerſus domum dauidis ſurrexit ieroboam/perſeuerans in regibus iſrael ꝙdiu fuerunt reges iſrael. eo ꝙ deſpexiſti me / ⁊ tuliſti vxorem Vri'ie chitthei vt eſſet tibi in vxorem. Initium ſequentis clauſulæ eſt. cõmemoratur enim alterum crimen/ſcilicet adulterium: & adiungitur reſpondens illi pœna. Sic dixit dominus/ecce ego ſuſcito ſuper te malu; de domo tua. Verificatum eſt hoc cum abſalon fecit ſe regem. Et eſt ſermo non de malo culpæ ſed de malo pœnæ. deus. n. non eſt author peccati ut ſic, ſed quatenus pœna eſt peccantis uel alterius. ⁊ tollam vxores tuas i oculis tuis ⁊ dabo proximo tuo. immo filio tuo. ⁊ dormiet cũ vxoribus tuis in oculis ſolis huiꝰ. Quia tu feciſti in abſcondito: ⁊ ego faciam rem hanc. quatenus malum pœnam tuã/nõ quatenus inceſtus peccatum cõmittendum ab abſalon. coram toto iſrael ⁊ coram ſole.

ET dixit dauid ad nathan/peccaui domino. Inſpirante deo agnouit & confeſſus eſt dauid peccaſſe ſe offendendo deum: utpote q tranſgreſſus eſt diuina præcæpta. dixitq; nathan ad dauid/dominꝰ quoq; tranſtulit. Iuxta hebræum habetur. etiam iehouah fecit tranſire peccatu; tuum. Mirabilis celeritas diuinæ gratiæ. confitente ſiquidem dauide peccatum ſuum/ſtatim deus peccatum condonat, teſtatur. n. propheta hoc: non dicendo

faciet tranſire aut facit tranſire/ſed dicendo fecit tranſire. Ante igiť ꝙ̄ uerba hæc
propheta proferret/condonauit deus peccatum. eſt enim ſenſus ꝙ deus fecit pec-
catum non ultra morari in te/ſed fecit tranſire illud a te ueniam dando. Nō mo-
rieris. Ad cor dauidis reſpondet. timebat enim ex uerbis prophetæ mori: nam
ꝓpheta dixerat & nunc nō recedet gladius de domo tua. Timorē hūc tollit pro-
pheta dicendo non morieris/ propter hoc peccatum non punieris tu morte tua
corporali. Uerūtamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos no-
men domini propter verbum hoc. Iuxta hebræum habetur. Profe-
cto quia irritando irritaſti inimicos iehouah in re iſta, etiam fili⁹
natus tibi moꝛiendo moꝛietur. Et eſt planus literæ ſenſus. quia prouo-
caſti ad iram/ad uindictam/ad cladem inferendam iſraelitis inimicos dei ham-
monitas, ideo filius natus morietur. Vel non reſtringendo inimicos dei ad ham-
monitas (ſed ſimpliciter & abſolute intelligendo inimicos dei homines pecca-
tores pronos ad male ſentiendum ſeu ad blaſphemandum gubernationem diui-
nam) ſenſus eſt. quia prouocaſti ad malas cogitationes maloſq; affectus & con-
ſequenter mala uerba inimicos iehouah/ac per hoc promptos ad male ſentien-
dum de deo in re iſta. nam inimici dei audientes dauidem electum a deo in regē
cum tanta proſperitate/uidendoq; eum patraſſe hæc ſcelera, anſam accæperant
male ſentiendi de gubernatione diuina: utpote fouente regem ſceleſtum. Et hic
ſenſus ſuauiter quadrat tum rei tum literæ. hebraicū ſiquidem uerbum interpre-
tatum irritare/ſignificat prouocare alterius intima ad triſtitiam non qualēcunq;
ſed (ut aiunt) quaſi ad crepandum. talis eſt enim diſpoſitio animi inimicorum
dei uidentium hæc in gubernatione diuina. ¶ Et annotabis hinc ꝙ deus expe-
ctauit nouem menſes permittens dauidem in peccato ſuo/& nato filio adulteri-
no miſit prophetam ad corripiendum dauidem. Annotabis quoq; ꝙ iam pecca-
tum dauidis notum erat: alioquin non dixiſſet propheta quia irritando irritaſti
inimicos dei in re hac. utendo enim uerbo præteriti temporis/diuulgatum iā eſſe
peccatum dauidis inſinuat. Et hinc tu theologe habes manifeſte ꝙ deus quādoq;
condonat peccatum & non ſimul remittit pœnam peccati totam. ignouit .n. da-
uidi/& tamen partem pœnæ reſeruauit ut puniretur morte filij nati ex ipſa beth
ſabe. nec pœna hæc ſola relicta eſt/ſed etiam pœna ſuperius ſcripta: ut patet in
ſubiunctis geſtis per abſalon.

¶ Abijtq; nathan ad domum ſuam: ⁊ percuſſit dominus infan
tem quem pepererat vxoꝛ vꝛi'e dauidi/⁊ deſperatus eſt. Iuxta
hebræum habetur. ⁊ egrotauit. ſignificaturq; ægritudo uehemens. Depꝛe-
catuſq; eſt dauid deum pꝛo puero. Nomen eſt elohim. Quanuis iuſtum
iudicem agnoſceret/quanuis ſententiam mortis infantuli audiſſet a propheta, ad
ipſum tamen deum rogandum ſe contulit/ſi forte reuocaret deus ſententiam. ⁊
ieiunauit dauid ieiunium/⁊ ingreſſus ſeoꝛſum iacuit ſuper terrā.
Iuxta hebræum habetur. ⁊ veniet ⁊ doꝛmiet ⁊ iacebit in terra. Relatiue
ad inchoatum ieiunium deſcribuntur hæc in futuro. Surrexerunt autem
ſenioꝛes domus eius ſuper eum ad faciendum ſurgere eū de ter-

ra: ⁊ noluit ⁊ nō prāſus eſt cum eis panē. Et fuit in die ſeptima/ mortuus eſt infans. Intellige die ſeptima a natiuitate pueri: qui incircunciſus mortuus eſt & ſine nomine/eo ꝙ circunciſio præcæpta erat die octauo. Timueruntqꝫ ſerui dauid indicare ei ꝙ mortuus eſſet infans: quia dixerunt, ecce cum eſſet infans viuꝰ locuti ſumꝰ ad eũ ⁊ non audiuit vocem noſtram/ quomodo ergo dicemꝰ ad euꝫ mortuꝰ eſt infans ⁊ faciet malũ? Cũ ergo dauid audiſſet. Iuxta hebræũ habetˀ. Et vidit dauid ꝙ ſerui ſui muſſitarent. Senſu uiſus deſcribitur percæpiſſe ſeruos muſſitantes. ⁊ intellexit dauid ꝙ mortuus eſſet infans: dixitqꝫ dauid ad ſeruos ſuos an mortuꝰ eſt infans? ⁊ dixerũt mortuꝰ eſt. Surrexitqꝫ dauid de terra/ ⁊ lauit ſe ⁊ vnxit ſe ⁊ mutauit veſtes ſuas, ⁊ ingreſſus ē domũ domini ⁊ adorauit: venitqꝫ ad domũ ſuam ⁊ petiuit/ ⁊ poſuerunt ei panem ⁊ comedit. Dixerũt aũt ſerui eiꝰ ad eũ/ qs eſt ſermo hic quem feciſti? Legendum eſt. que res iſta quam feciſti? dictio enim hebraica quanuis ꝓprie ſignificet uerbum ſæpe tamen ponitur pro re. propter infantem viuũ ieiunaſti ⁊ fleuiſti/ mortuo aũt infante ſurrexiſti ⁊ comediſti panē. Qui ait/ propter infantem viuũ ieiunaui ⁊ fleui: dixi enim qs ſcit ſi forte donet euꝫ mihi dñs. Hebraice habetur. ſi miſerebitur mei iehouah ⁊ viuet infans? Confitetur ꝙ propter peccatum ſuum moriebatur infans: & propterea dicit ſi miſerebitur mei & uiuet infans. Et nũc mortuꝰ eſt/ quare ieiuno? an potero reducere eũ amplius? ego vadaꝫ magis ad eũ. Iuxta hebræum habetur. ego pergens ad eũ/ ⁊ ipſe non reuertetur ad me. Vbi prudens lector aduerſus dicentes non haberi immortalitatem animæ in libris ueteris teſtamenti, habes profeſsionem dauidis ꝙ ipſe pergit ad filium/ proculdubio per mortem: nec eſſet uerum ipſum pergere ad filium ſi anima filij extincta fuiſſet, ad eum enim qui non eſt/ nullus pergit.

¶ Conſolatuſqꝫ eſt dauid bathſebah vxorem ſuam/ ⁊ ingreſſus eſt ad eam ⁊ dormiuit cũ ea: que peperit filiũ/ ⁊ vocauit nomē eiꝰ ſelomo, ⁊ dñs dilexit eũ. proculdubio ad regnum. Miſitqꝫ eũ in manu nathan prophete. Superfluit eum. & ſignificatur ꝙ deus miſit in manu (hoc eſt per medium) nathan prophetæ. Ad quid autem miſerit/ ſubiungitˀ. ⁊ vocauit nomen eiꝰ. Rex dauid nominauit filium ſelomo hebraice/ latine aũt pacificus: deus uero per nathan impoſuit ei aliud nomen: uidelicet. amabilis domino: eo ꝙ diligeret eũ dñs. Iuxta hebræum habetur. iedid'iah: ꝓpter iehouah. Dictio hebraica latine dicitur dilectus dei. Nominauit itaqꝫ nathan ſalomonem dilectum a deo/ propter ipſum deum & nō propter propria merita. Eodem autem uſus eſt deus propheta ad approbandum hunc filium natum ex bethſabe iam legitima coniuge dauidis/ quo uſus fuerat ad corripiendum dauidem de adulterio cum eadem & prænunciandum mortē prioris filij nati ex adulterio: ne diſcordia uideretur eſſe inter ꝓphetas/ quæ apparuiſſet ſi alter propheta approbaſſet ſalomonem.

Digitized by Google

ET pugnauit ioab contra rabbā filiorum hammon. Redit author libri ad ordinem bellicæ hiſtoriæ. ⁊ expugnauit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ cepit ciuitatem regiam. Qualiter autem hoc intelligatur/ſtatim ſubiungetur. Miſitqꝫ ioab nuncios ad dauid: ⁊ dixit/pugnaui contra rabbā ⁊ capienda eſt vrbs aquarum. Iuxta hebræū habetur. etiam cepi ciuitatem aquarum. Ecce ciuitas regia quā cæperat ioab. Et nunc congrega reſiduum populi/⁊ obſide ciuitatem. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ caſtrametare ſuper ciuitatem ⁊ cape eam. non igitur erat capta ciuitas regia a ioab/cuius oppoſitum ſuperior litera ſonat. Solutio eſt ꝙ ciuitas regia diſtincta erat in duas partes. quarum exterior uocabatur ciuitas aquarum: & hæc portio capta fuit a ioab. interna autem portio non erat capta ſed capienda: & hanc reſeruauit ioab capiendam a dauide. ne cū a me vaſtata fuerit. Iuxta hebræum habetur. ne quando capiam ego ciuitatem: umbilicus ſiquidem ciuitatis ſupererat capiendus. ⁊ vocetur nomen meum ſuper eam. Sciebat ioab q̄ꝙ moleſtum fuerit regi ſauli audire laudes dauidis in triumpho. & propterea prudenter exemit ſe ab huiuſmodi inuidia: & uictoriæ nomen ac gloriam transferre curauit in dauidem regem.

¶ Congregauitqꝫ dauid totum populū/⁊ profectꝰ eſt rabbam: ⁊ pugnauit contra eam/⁊ cepit eam. Et tulit diadema regis eorum de capite eiꝰ/ ⁊ pondꝰ eiꝰ erat talentū auri. Mirum eſt ꝙ rex hammonitarum capiendus ornatus fuerit diademate: quia tamē in principio huius ſecundi libri legimus ſaulem regem cum diademate in prælio/ mos temporis illius inſinuat. habēs gemmas precioſiſſimas. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ lapis precioſus. Vnus forte duntaxar precioſiſsimus erat lapis. ⁊ fuit ſuper caput dauid. Hactenus non legitur uſum fuiſſe dauidem diademate. ⁊ prædam ciuitatis extraxit multam valde. Populūqꝫ q erat in ea adducēs. Rectius ſcriberetur. extraxit. quoniam hoc ſignificatur hebraice. ⁊ ſerrauit. Circa hæc inſtrumenta ſeu potius tormenta nō cōcordant interpretes. quattuor enim tormentorum genera ſcribuntur: ſed hoc primum alij ſerrā/ alij planulam ferream interpretātur. ⁊ circūegit ſuper eos ferrata carpenta. Secūdum tormentum deſcribitur. & iuxta hebræum legendum eſſet ſimul cum primo tormento. ⁊ poſuit in planula (ſeu ſerra) ⁊ in cuſpidibꝰ ferri. tormentum ſiquidem ſignificatur ex ligno plano habente quaſi cuſpides clauorum fixas/ uacuo inter eas intercæpto. diuiſitqꝫ cultris. Iuxta hebræū immediate ſubiungitur. ⁊ in ſecuribꝰ ferri. quod non eget expoſitione. ⁊ traduxit in typo laterꝫ. Iuxta hebræum habetur. ⁊ faciet tranſire eos in locū fornacis. Et hoc ſonat quartum tormentū. Non deſunt tamen dicentes ſignificari certum locum/cuius nomen proprium explicatur dicendo. in malchen. Elige quod malueris: primus tamen ſenſus magis quadrat ſubiunctæ clauſulæ. ⁊ ſic faciet omnibus ciuitatibus filiorum hammon. minus enim quadrat ut ad unum certum locum ex ſingulis ciuitatibus extraherentur torquendi: ſed potius ꝙ ſingulis ciuitatibus ſingula tormentorum loca accōmodarentur. Vſus eſt

autem dauid tot tormentis erga iſtos/in ultionem ignominiæ factæ legatis eius & moti inſuper toties belli aduerſus eum ab eiſdem. ⁊ reuerſus eſt dauid ⁊ totus populus in ieruſalaim.

CAPVT .XIII.

Et fuit poſt hec. Ordo temporis annotãdus eſt. abſalom filio dauidis erat ſoror pulchra noīe thamar: adamauitq; eã amnon filiꝰ dauid. Et anguſtijs affectꝰ eſt amnon adeo vt egrotaret propter thamar ſororẽ ſuã: quia virgo erat / ⁊ difficile ei videbatur vt qcq̃z inhoneſte ageret cũ ea. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fuit celatũ in oculis amnon ad faciendum ei qcq̃z. Ignorabat modum amnon quo poſſet aſſequi intentum. ¶ Erat autem amnoni amicꝰ noīe ionadab/filiꝰ ſimhah fratris dauid: ⁊ ionadab erat vir prudens valde. Et dixit ei, quare tu ſic attenuaris macie fili regis ſingulo mane? quaſi dicat / primogenitus es regis & nullam habes rationem tantæ triſtitiæ. nonne indicabis mihi? ⁊ dixit ei amnon/thamar ſororẽ abſalom fratris mei adamo. Cui reſpondit ionadab/cuba ſuper lectũ tuũ ⁊ languorẽ ſimula: ⁊ veniet pater tuꝰ ad videndũ te, ⁊ dices ei veniat obſecro thamar ſoror mea vt det mihi panẽ ⁊ faciat in oculis meis pulmentũ/vt videam ⁊ comedam de manu eius.

¶ Accubuitq; amnon ⁊ languorẽ ſimulauit/⁊ venit rex ad videndũ eũ: ⁊ dixit amnon ad regẽ / veniat obſecro thamar ſoror mea ⁊ faciat in oculis meis duas ſorbitiũculas. Iuxta hebræum habetur. duo cordialia. a corde enim hebraica dictio deducitur. nec explanatur materia aut forma cordialis apud hebræos nuncupati/tanq̃ cõferentis cordi. ⁊ comedam de manu eius. Miſit ergo dauid ad thamar in domum dicendo: vade queſo in domum amnon fratris tui/⁊ fac ei pulmentum.

¶ Iuitq; thamar in domũ amnon fratris ſui/q iacebat: ⁊ tulit farinã ⁊ miſcuit ⁊ liquefecit in oculis eiꝰ. Iuxta hebræum habetur uerbũ ſignificans facere cordialia. ⁊ coxit ſorbitiunculas. Iam dictum eſt ꝙ habetur. cordialia. Tollenſq; quod coxerat effudit ⁊ poſuit corã eo. Iuxta hebræũ habetur. Et tulit ſartaginem ⁊ colauit corã eo. Appellatione tamen ſartaginis intellige etiam uas æreum frixorio ſimile/in quo farcimina uaria coquere ſolent quaſi aſſando. Propter tranſpoſitionem apud latinos inſolitam amicam tamen hebræis, intelligendum puto ꝙ prius colauit paſtam in ſartagine/deinde coxit coraʒ eo. ⁊ renuit comedere: ⁊ dixit amnon eijcite oẽm viꝝ a me/⁊ eiecerunt omneʒ viꝝ ab eo. Dixitq; amnon ad thamar/affer pulmentũ in conclaue. Iuxta hebræum habetur. in cubiculũ. hoc eſt in aulam in qua dormiebat. ⁊ comedam de manu tua: ⁊

Digitized by Google

tulit thamar ſorbitiunculas:Lege.cordialia que fecit.ut ſupra. ⁊ attulit ad amnon fratrem ſuũ in cubiculũ. Et obtulit ei vt comederet: apprehenditqꝫ eam. anteꝗ̃ aperiret ei cor ſuum. ⁊ dixit ei/veni cuba mecum ſoror mea.

¶ Que dixit ei:non frater mi non opprimas me qa non fit ſic in iſrael/non facias ignominiã hanc. Ego.n. ferre non potero opprobriũ meũ.Iuxta hebræũ habet. Et ego quo portabo vituperium meũ:acſi apertius dixiſſet/ad quem ſponſum ego ibo ſtuprata? ⁊ tu eris ſicut vnꝰ ignominioſorum in iſrael:⁊ nunc loquere queſo ad regẽ/ qa non negabit me tibi. Exiſtimauit puella poſſe fieri coniugium amnon ſecum/eoꝙ orti erant ex diuerſis matribus: & audierat forte ꝙ abraham ſimile habuit coniugium cum ſara.uel quia in regione unde oriunda erat mater eius/licita eſſe huiuſmodi coniugia audierat. Noluitqꝫ audire vocẽ eiꝰ: ⁊ preualuit ei/⁊ oppreſſit eam ⁊ cubuit cum ea.

¶ Et odiuit eã amnon odio magno valde/qa maiꝰ fuit odiũ quo odiuit eã amore quo amauerat eã. Naturalis ratio huiuſmodi odij a philoſophis redditur/multi ſeminis effuſio mutans diſpoſitionem internam humorũ & conſequenter diſpoſitionẽ affectus in contrarium. dixitqꝫ ei amnon/ſurge vade. Que dixit ei/maius eſt hoc malũ quod nũc agis aduerſum me q̃ꝫ quod ante feciſti expellens me.Sententia non male reddit: hebraice tamen habetur.nõ cauſa mali iſtius maioris altero quod feciſti mecũ ad mittendũ me.Et eſt ordo literæ.non ſis cauſa iſtius mali(videlicet ad mittendum me) mali inquam maioris altero malo quod feciſti mecũ. Intendebat enim manere tanꝗ̃ uxor ipſius amnon/ut ſic patrato malo remedium adhiberetur.& propterea emiſſionem ſui maius malum appellat(utpote excludens omne remedium)& rogat fratrem ut non ſit cauſa tãti mali. ⁊ noluit audire eam. affectus paſſione contraria. Uocauitqꝫ puerꝫ ſuũ miniſtrum ſuum: ⁊ dixit/eijce queſo iſtam a me foras ⁊ claude oſtiuꝫ poſt eã. Et ſuper eã erat tunica talaris.Iuxta hebræum habetur. tunica polymita.hoc eſt ex diuerſorum colorum filis contexta. ſic enim induebantur filie regis virgines pallijs:eiecitqꝫ eã miniſter illiꝰ foras/⁊ clauſit oſtium poſt eam. ¶ Et tulit thamar cinerem ſuper caput ſuũ/⁊ tunicã polymitã que erat ſuꝑ eã ſcidit:poſuitqꝫ manũ ſuam ſuper caput ſuũ/⁊ iuit eũdo ⁊ clamãdo. Dixitqꝫ ad eam abſalom frater eiꝰ/ an amnon frater tuus fuit tecum? ⁊ nunc ſoror mea tace/frater tuꝰ eſt/non apponas cor tuũ rei huic:⁊ manſit thamar contabeſcens.Parui refert ꝙ hebraice habetur. deſolata i domo abſalom fratris ſui.in idem enim redit ſententia.

¶ Rex aũt dauid audiuit omnia verba hec: ⁊ contriſtatꝰ eſt valde.Iuxta hebræum habetur. ⁊ iratus eſt valde.nec aliud ſcribitur quod dixerit aut fecerit.Et propterea quæritur an excuſet dauid a peccato iuſtitiæ omiſſæ:tum quia amnon oppreſſerat ui uirginem:tum quia inceſtum cõmiſerat in ſororem ſuã

rorem ſuã

rorē ſuā filiā pr̄is ſui.utrunq̄.n.crimē in lege moſis puniēdū decernit̄. Solutio eſt q̄ crimē amnon nō fuit deductū in iudiciū/nec euidētia patrati ſceleris accuſatū: qa puella q̄uis ſciſſa ueſte clamās & lugens iuerit/cām tñ nō publicauit:ut patet ex eo q̄ abſalon interrogauit eā an ānon cognouerit eā.nec teſtis inueniebat̄. Ex hoc igr̄ q̄ cā nō innotuit regi ut iudici,excuſat̄ dauid a punitione iudiciaria filij ſui amnon/& filiæ ſuæ thamar.quæ ēt mortis rea erat: qa cū uis ei inferebat̄ non clamauerat/in ciuitate tñ exiſtens: ut lex decernit. Et noluit cōtriſtare ſpiritū amnon filij ſui:quoniā diligebat eū/qa primogenit⁹ erat ei. Tota hæc clauſula ſupflua eſt. Nō eſt aūt locut⁹ abſalom cū amnon neq̄ malū neq̄ bonū:odiuit .n. abſalom amnon eo q̄ oppreſſerat thamar ſororē ei⁹. hoc eſt odiū ſeruabat in corde:& ꝯuerſabat̄ cū amnon ſicut prius/& de re hac nec bonū nec malū locutus eſt ei.

ET fuit poſt duos annos dierū/ fuerunt tonſores abſalom in baalhaſor que eſt iuxta ephraim: vocauitq̄ abſalom oēs filios regis. Et venit abſalom ad regē/ꝛ ait: ecce obſecro tonſores ſunt ſeruo tuo/ veniat queſo rex ꝛ ſerui ei⁹ cū ſeruo tuo. Dixitq̄ rex ad abſalom/nō fili mi nō queſo veniam⁹ oēs nos ne grauem⁹ te:ꝛ cogebat eū/ꝛ noluit ire ſed bñdixit ei. Et ait abſalom/ꝛ nō veniet obſecro nobiſcū amnon frater me⁹?dixitq̄ ei rex/ad qd ibit tecū? Coegitq̄ cū abſalom: ꝛ miſit cū eo amnon ꝛ oēs filios regis. Feceratq̄ abſalom cōuiuiū quaſi conuiuiū regis. Superfluæ ſunt hæ ultimæ ſeptem dictiones. Precepit aūt abſalom pueris ſuis dicēdo: videte queſo cū temulent⁹ fuerit ānon vino. Iuxta hebræū hr̄. cū letificabit̄ cor amnon vino. nālis ſiqdē effectus uini in ꝯuiuijs ē lætificare cor/ita ut ꝓdeat extra lætitia. ꝛ dicā vobis,ꝑcutite amnō ꝛ interficite eū/nō timeatis:ego.n.ſum q̄ precipio vobis/roboramini ꝛ eſtote filij fortitudinis. Et fecerunt pueri abſalom amnoni ſicut preceprat abſalom:ſurrexerūtq̄ oēs filij regis/ꝛ aſcēderūt vnuſquiſq̄ ſuper mulam ſuam ꝛ fugerunt.

Cumq̄ adhuc eſſent ī via/fama venit ad dauid dicendo:ꝑcuſſit abſalom oēs filios regis/ꝛ nō remanſit ex eis vnus. Surrexit aūt rex ꝛ ſcidit veſtimēta ſua/ꝛ cecidit ſup terrā. Legendū ē. ꝛ iacuit ī terra. ſpontaneū ſiqdē iacere ī terra fuit. ꝛ oēs ſui ei⁹ aſſiſtebāt ſciſſis veſtib⁹. Rñdit aūt ionadab fili⁹ ſimbab fr̄is dauid ꝛ ait,nō dicat dñs meus oēs pueros filios regis occiſos eſſe qa amnon ſol⁹ mortu⁹ eſt: qa ī odio. Iuxta hebræū hr̄. qa p os abſalom fuit poſit⁹ a die q̄ oppreſſit thamar ſororē ei⁹. Sermone metaphorico deſcribit̄ odiū ꝓmptū ad occidendū amnon ad inſtar eius qd uerſat̄ p os/qd ꝯtinue quærimus eijcere ex ore. Et nūc nō ponat dñs me⁹ rex ſup cor ſuū verbū dicendo/oēs filij regis mortui ſunt:qa amnon ſol⁹ mortu⁹ eſt. Fugit aūt abſalom: ꝛ eleuauit puer ſpeculator oculos ſuos/ ꝛ aſpexit ꝛ ecce popul⁹ mult⁹ veniebat ꝑ iter deuiū. Iuxta hebræum hr̄. de via

poſt eũ ex latere mõtis. Et eſt ordo literæ/de uia ex latere mõtis poſt eũ vꝫ montẽ. Dixitqꝫ ionadab ad regẽ: ecce filij regis venerũt/iuxta verbũ ſerui tui ſic fuit. Cũqꝫ cõpleuiſſet loq̃/apparuerũt filij regis. Parui refert ꝙ hebraice habet. ⁊ ecce filij regis venerũt ⁊ leuauerũt vocẽ ſuã ⁊ fleuerũt: ⁊ ẽt rex ⁊ oẽs ſerui eiꝰ fleuerũt fletu magno valde. Sententia clara eſt.

¶ Abſalom vero fugit/ ⁊ iuit ad thalmai filium hãmiehur regem gheſur. auum ſuum/utpote patrem matris ſuæ: ut ſuperius ca. 3. ſcriptum eſt. ⁊ luxit dauid filium ſuum omnibus diebus. Abſalom vero fugit ⁊ iuit in gheſur: ⁊ fuit ibi tribus annis. Ceſſauitqꝫ dauid rex perſequi abſalom. Iuxta hebræum habetur. Et deſiderauit dauid rex ad egrediẽduꝫ ad abſalom: q̃a cõſolatꝰ fuit ſup ãnon ꝙ mortuꝰ. Tãdem poſt trienniũ uel circa/ libràs dauid ꝙ mortuus irreuocabilis eſt nec triſtitia ꝓdeſt, ꝯſolationem accæpit p ceſſationem a triſtitia: & ꝯcupiuit exire p actum beneuolentiæ ad abſalon/ ne utroq; filio priuaretur.

CAPVT ·XIIII.

Cognouit aũt ioab filiꝰ ſeruïe/ ꝙ cor regis verſuꝫ eſſet ad abſalom. Pro claritate maiore addidit iterpres uerſum eſſet. Miſitqꝫ ioab ĩ thecobam/ ⁊ tulit ĩde mulierẽ ſapientẽ: ⁊ dixit ad eã/ luctũ queſo ſimula ⁊ indue te queſo veſtimẽtis lugubribꝰ, ⁊ non vngas te oleo ⁊ ſis velut mulier iã diebꝰ multis lugens mortuũ. Et igredieris ad regẽ/ ⁊ loqueris ad eũ iuxta verbũ hoc: ⁊ poſuit ioab verba ĩ ore eiꝰ. Animaduerterat ioab ꝙ conuictus fuerat dauid ꝓpaq; damnatus ſententia ex parabola ꝓpoſita a nathan ꝓpheta. & ꝓpea excogitauit ſimili mõ inducere dauidem ad reducendũ abſalon ꝓponendo parabolã/ ut rex neſciens eſſe parabolã ꝓferret ſententiã ꝯtra ſeipſum: ut poſtq̃ iudicaſſet ſeruandũ eſſe filiũ mulieris q̃ occiderat fratrem/ex hac lata ſententia aïaduerteret ſeruandũ quoq; ſibi eſſe abſalon filiũ ſuũ qui occiderat fratrem.

¶ Ingreſſaqꝫ ẽ mulier thecobitbis ad regẽ/ ⁊ cecidit ſup faciẽ ſuã ĩ terrã ⁊ adorauit: ⁊ dixit/ſerua rex. Et ait ad eã rex q̃d ẽ tibi: que rñdit/heu mulier vidua ſum ⁊ mortuꝰ ẽ vir meꝰ. Et ancille tue erãt duo filij/ ⁊ rixati ſunt ãbo ĩ agro/ ⁊ nõ erat q̃ libaret iter eos: ꝑcuſſitqꝫ alter alterꝫ/ ⁊ interfecit eũ. Et ecce ſurrexit tota cognatio cõtra ancillã tuã, ⁊ dixerũt/da ꝑcuſſorẽ fr̃is ſui ⁊ occidemꝰ eũ ꝓ aïaꝫ fr̃is eiꝰ quem ĩterfecit/ ⁊ delebimꝰ etiã heredem. ne reportet emolumentũ hæreditandi omnia ex fratricidio. ⁊ extinguẽt ſcintillã meaꝫ. Rectius legetet. prunã meã que relicta eſt. unũ vꝫ carbonẽ incenſum. vt nõ ponat viro meo nomẽ ⁊ reſiduũ ſup facieꝫ terre. Et ait rex ad mulierẽ: vade ĩ domũ tuaꝫ/ ⁊ ego iubebo pro te.

¶ Dixitqꝫ mulier thecobitbis ad regẽ: ſup me dñe mi rex ſit iniq̃tas ⁊ ſup domũ pr̃is mei/rex aũt ⁊ thronꝰ eiꝰ ſit inocens. Superfluit utrobiq; ſit. abſq; uerbo enim ſcribitur hebraice: & ſubintelligitur erit. Nam mulier non contenta promiſſione regis ego iubebo pro te (hoc eſt ut filius tuus

ſeruet̃)inſtãdo ꝓponit ꝙ nõ obſtãte hac regis ꝑmiſsiõe illi q eã uexabãt ꝓſeqn̄t cãꝫ aduerſus filiũ/& ſic iniq̃tas uindicãda erit i ipſaꝫ rex aũt erit inocẽs. & ꝓpea rex rñdet aliud adhibẽdo remediũ. Et ait rex:q cõtradixerit tibi adduc eũ ad me. Recte reddit̃ sẽſus:q̃quis hebraice habeat̃. loquẽtem ad te facies venire ad me/ ⁊ non addet vltra vt tangat te. Et dixit. Mulier adhuc nõ ꝯtẽta replicat. recordet̃ obſecro rex iehouah elohe tui a multiplicãdo redemptorẽ ſanguinis ad deſtruendũ/⁊ nõ deſtruẽt filiũ meũ. Timet mulier ne multitudo ꝓpinquoꝝ congregetur cõtra filiũ ſuum corã rege/& obtineant deſtructionẽ filij ſi oẽs uexãtes eã adducẽdi eſſent ad regẽ:& propterea obſecrat ut dei recordetur imitãdo illius miſericordiam ac prouidentiam/& caueat a multiplicando ꝓpinquos redemptores ſanguinis coram ipſo rege. appellant enim hebræi redemptorẽ ſanguinis eũ ad quem ſpectat quærere uindictã/tãq̃ hoc ſit redimere occiſi ſanguinẽ. q ait/viuit dn̄s ſi cadet de capillo filij tui in terrã. Iureiurãdo affirmat rex impunitatẽ filij uiduæ. Et orit̃ quæſtio an fuerit iuſtũ hoc dauidis iudiciũ. uidet̃.n.ꝙ fuerit iniuſtũ:utpote aduerſus legẽ moſis. Solutio eſt ꝙ lex de punitiõe homicidæ/in caſibus dubijs ex arbitrio pẽdebat principis. erat aũt hic dubiũ an occiſor ꝓuocatus & ſe defendẽdo occiderit alteꝝ:nullus.n.erat teſtis. Rurſus in homicidijs repentinis(hoc eſt abſq̃ ullo præcedente odio/quale hoc ꝓponit̃)lex magnã decernit clementiã:& propterea nihil iniuſti iurauit dauid.

Dixitq́ꝫ mulier/loquatur obſecro ancilla tua ad dominum meum regem verbum:⁊ dixit/loquere. Tandem aſſecuta mulier intentũ(ucꝫ ꝙ rex decreuit etiã adhibito iuramento ſeruãdũ ei filiũ q̃uis fratricidã)ꝯpit parabolã inde ꝯuincendo regem ad ſimile iudiciũ faciendũ de abſalon/petita & ĩpetrata licẽtia loq̃ndi libere. Et ait mulier:q̃re cogitaſti iſtiuſmõi reꝫ contra populũ dei. Iuxta hebræũ habet̃. ⁊ q̃re cogitaſti ſicut iſtud ſuꝑ populũ elohiꝫ. Manifeſte explicat mulier tãq̃ arguẽdo regẽ/ꝙ cogitatio eius ꝯtra abſalon erat ſimilis uexatiõi filij uiduæ: & reijcit cãꝫ in populuꝫ dei tãq̃ uiduã/eo ꝙ abſalon erat ſucceſſurus in regnũ:& ꝓpea uexatio eius redundabat in populũ/ſicut uexatio filij uiduæ redũdabat ĩ uiduã. iminebat.n.ꝑiculuꝫ ne defuncto rege ciuile bellũ ſurgeret: abſalon redeũte cũ brachio regis gheſur & iure ad ſuccedendũ in regnũ/& aliquo alio regis filio aliter ſuccedente in regnũ. ⁊ locut⁹ eſt rex verbũ iſtud vt peccet ⁊ nõ reducat eiectuꝫ ſuũ: Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ a loquẽdo rex vbũ iſtud ſicut deliquẽs/vt nõ reducat rex expulſuꝫ ſuũ:hoc ẽ & fuit rex ſicut delinq̃ns factus a loq̃ndo uerbũ iſtud/ vcꝫ ut nõ reducat rex expulſum ſuũ abſalon. Et dicit ſicut delinquens,q̃a iã ꝓpo iudicio rex ipſe tãq̃ delinquentes nõ exaudiendos cenſuerat quærentes uindictã aduerſus fratreꝫ occiſorẽ fratris. ꝓinde aũt dicit̃ a loquendo &c. acſi diceret̃ a ſermone huiuſmodi. Omnes morimur/ ⁊ quaſi aque dilabimur in terrã que nõ reuertunt̃. Iuxta hebræũ habet̃. Quia moriẽdo moriemur, ⁊ ſicut aque dilapſe ĩ terrã/que nõ erũt cõgregate. Pars ẽ hæc ĩductæ rationis ex malo populi/ declarans neceſſitatem ꝓuidendi anteq̃ moriatur rex.

ad hoc enim tendunt uerba hæc:uidelicet ꝙ qa omnes morimur ſic ꝙ per mortem reddimur inutiles ad obuiandum præſentis uitæ periculis quemadmodum aquæ per terram dilapſæ quæ non congregantur ad utilitatem aliquā/ideo dum tu rex uiuis occurrere debes periculis ciuilis belli. penſanda ſiquidem ſunt uerba hæc ut prolata a ioab/præuidēte periculum populi & ſolicito de ſtatu ac ſucceſſore regni. nec vult deus perire animaꝫ,ſed retractat/ cogitans ne penitus pereat qui abiectus eſt. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non eleuabit elohim animam/⁊ cogitabit cogitationes vt non expellat a ſe expulſionem. Altera affertur ratio ad reducendum abſalon/ ex imitatione diuina: quia deus gubernator ac iudex hominum non eleuabit (hoc eſt deprimet) quidem animā/ideſt uitaꝫ alicuius hominis,ſed cogitabit cogitatiões(hoc eſt ad ſimilitudinem uaria cogitantis prouidebit)ut non expellat a ſe expulſionem:hoc eſt expulſum hominē quē depreſsit.qđ eſt dictu deus qdeꝫ caſtigat aliquē ſed nō eſt facilis ad pimendū, quoniā cogitat ualde multa ut nō pdat caſtigatū:fac ergo tu ſimiliter. Nunc igitur veni vt loquar ad dñm meū regē verbuꝫ hoc preſente populo. Iuxta hebræū hr̃. Et nunc que veni ad loquendū regi dño meo verbū iſtud/qa facient timere me popul⁹. Rōnem incipit reddere mulier tū aſſumptæ iſtius curæ/tū propoſitæ parabolæ. & aſſumptæ qdem curæ loquendi pro abſalon/rōnem reddit qa populus ad uaria pnus incutit ſibi timorem futuri ciuilis belli. Nec aliquid ſcribitur de præſentia populi quæ habetur in uulgata æditione: ſed immediate ſubiungitur. ⁊ dixit ancilla tua,loquar queſo ad regē/forſitan faciet rex verbum ancille ſue. Proſequitur rōnem aſſumptæ curæ ex ſpe ꝙ forte exaudietur a rege. Et audiuit rex verba vt liberaret ancillā ſuā de manu oiuꝫ. Iuxta hebræū hr̃. Quia audiet rex ad liberandū ancillā ſuā de manu viri volentis delere me ⁊ filiū meū ſimul de hereditate dei. Propoſitæ pabolæ rōneꝫ reddit ſpem ꝙ rex iudicaret pro ipſa uidua & filio eius:ut ex uoto ſucceſsit. Dicat ergo ancilla tua. Iuxta hebræū hr̃. Et dixit ācilla tua. Finē parabolæ intentū refert dicēdo & dixit ācilla tua/i corde ſuo. Vt fiat verbū dñi mei regis ſicut ſacrificiū. Iuxta hebræū hr̃. erit queſo verbū dñi mei regis ad regē. ad hoc tetēdit parabola mea ut ſentētia regis ſit ad regē populi. ſicut eniꝫ āngel⁹ dñi ſic ē dñs me⁹ rex vt nec bñdictiōe nec maledictiōe moueat/vñ ⁊ dñs de⁹ tu⁹ ē tecū. Iuxta hebræū hr̃. qa ſicut āgel⁹ elohim ſic dñs me⁹ rex ad audiendū bonū ⁊ malū /⁊ iehouah elohe tu⁹ erit tecū. Rōneꝫ reddit qetis faciēdæ p regē, ex eo ꝙ ipſe rex ad audiendū tā bonū ꝙ̃ malū ē ſicut angelus dei diſcutiēs & librās & demū puidēs/eo ꝙ ſummus deus gubernās cū erit cū eo. Et adiungit hoc ad manifeſtandū quare appellauerit eum ſicut angelum dei.

¶ Rñditqꝫ rex ⁊ dixit ad mulierē/ne queſo abſcōdas a me verbū qđ ego interrogo te:⁊ dixit mulier/loquat̃ queſo dñs me⁹ rex. Et ait rex/nōne man⁹ ioab tecū ē i oib⁹ iſtis:rñditqꝫ mulier ⁊ dixit/p ſalutē aie tue. Parui refert ꝙ hebraice hr̃. Viuit aia tua domine mi rex

ſi eſt ad dexteram ⁊ ad ſiniſtram ex omnibus que locutus eſt do-
minus meus rex. iuramentum ſiquidem eſt. Et uniuerſa quæ ſubiungun-
tur dicta per mulierem/hebraicam reddunt ſententiam. quia ſeruus tuus
ioab ipſe precepit mihi/⁊ ipſe poſuit in ore ancille tue omnia ver-
ba hec. Ut verterem faciem rei fecit ioab ſeruus tuus rē hanc:
dominus autem meus ſapiens eſt iuxta ſapientiam angeli dei/
ad cognoſcendum omnia que ſunt in terra.

¶Et ait rex ad ioab: ecce placatus feci verbum tuum. Legen-
dum eſt. ecce nunc feci verbum hoc. Breuitati ſtudet author/demonſtran
do per pronomen hoc id quod petierat ioab per mulierem. Vade ergo ⁊ re-
duc puerum abſalom. Ceciditqꝫ ioab ſuper faciem ſuam in ter-
ram/⁊ adorauit ⁊ benedixit regi. benedictione gratiarum actionis. ⁊
dixit ioab, hodie intellexit ſeruus tuus ꝙ inueni gratiam in ocu-
lis tuis domine mi rex/eo ꝙ fecit rex verbum ſerui ſui. negocium
ſiquidem ualde arduum erat/utpote de ſucceſſore regni. Surrexitqꝫ ioab ⁊
abijt in gheſur: ⁊ adduxit abſalom in ieruſalaim. Dixit autem
rex/reuertatur in domum ſuam ⁊ faciem meam non videat. ne ad
memoriam meam eius præſentia reuocet luctum occiſi filij reuerſuſqꝫ ē ab-
ſalom in domuꝫ ſuaꝫ/⁊ facieꝫ regis non vidit.

¶Et ſicut abſalom non erat vir pulcher in toto iſraele/⁊ decorꝰ
nimis. Iuxta hebræū habet᷑. ad laudanduꝫ valde. Magna laude pulchri-
tudo eius digna deſcribitur. a veſtigio. Legendum eſt. a planta pedis eiꝰ
vſqꝫ ad verticeꝫ eius non erat in eo macula. ueſtigium enim non eſt
pars hominis. Et quando tondebat caput ſuum/ſemel autem in an
no tondebatur quia grauabat euꝫ ceſaries. Iuxta hebræum habetur.
⁊ erit a fine anni in annū quo tondebat quia graueſcebat ſup eū:
& eſt una parentheſis. Et immediate ſequitur. ⁊ tondebit ipſuꝫ. proculdubio
caput: de quo ſupra dixerat & quando tondebat caput. ponderabat capil-
los capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico. Iuxta hebræum
habetur. in petra regis. ad differentiam ponderis ſanctuarij. Nati ſunt
autem abſalomo tres filij/⁊ filia vna noīe thamar elegantis for-
me. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ipſa fuit mulier pulchra aſpectu:
idem enim eſt ſenſus. Manſitqꝫ abſalom in ieruſalaim duobus ānis
dierum: ⁊ faciem regis non vidit.

MIſit itaqꝫ abſalom ad ioab vt mitteret eum ad regem/⁊ no-
luit venire ad eū: miſitqꝫ adhuc ſecūdo/⁊ noluit venire. Et
dixit ſeruis ſuis/ſcitis agrum ioab iuxta agruꝫ meū habentē meſ
ſem hordei. Iuxta hebræum habetur. videte partem ioab iuxta locuꝫ
meum ⁊ ei ſunt ibi hordea/ite ⁊ comburite ipſam igne: combuſſe-
runtqꝫ ſerui abſalom partē igne. ſed nō uariatur ſenſus. Et veniētes
ſerui ioab ſciſſis veſtibus dixerūt: ſuccenderūt ſerui abſalom par
tem agri igne. Tota hæc clauſula ſuperflua eſt.

¶ Surrexitqꝫ ioab/⁊ venit ad abſalom in domũ:⁊ dixit ad eum/ cur combuſſerunt ſerui tui partem meã igne. Et dixit abſalom ad ioab:ecce miſi ad te dicendo veni huc ⁊ mittam te ad regem, dicendo cur veni de gheſur/bonũ eſſet mihi ꝙ adhuc eſſem ibi:⁊ nunc videam faciem regis/⁊ ſi eſt in me iniq̃tas mori faciat me. Ingreſſus eſt itaqꝫ ioab ad regem ⁊ indicauit ei: vocauitqꝫ abſalom ⁊ venit ad regẽ/⁊ ĩcuruauit ſe ſup faciẽ ſuã in terrã coram rege,⁊ oſculatus eſt rex abſalom. in ſignum perfectæ reconciliationis. Si quæritur an dauid contra legẽ diuinam fecerit ignoſcendo abſalon. reſpondetur ꝙ leges decernũt id quod regulariter eſt agendum ſecundum cõmunem curſum iuris:ſingulares autem rariſſimiq́ʒ caſus prudẽtiæ principis relinquũtur, in quorum numero erat hoc fratricidium: exiſtẽte præſertim abſalon ſaluo apud regem auum ſuum/& proinde magno iminente p̃iculo populi ut declaratũ eſt. Nõ peccauit itaq́ʒ dauid ignoſcendo abſalon & reconciliando eum.

CAPVT .XV.

Et fuit poſt hec/fecit ſibi abſalom. tanq̃ʒ ſucceſſurus in regno. currus ⁊ eq̃tes. Iuxta hebræũ habetur. currũ ⁊ equos. ad differentiam currus tracti non per equos ſed alia animalia. ⁊ quinquaginta viros qui precederent eũ. Iuxta hebræum habetur. currentes in facie ſua. Currui & equis/quinquaginta pedites adiunxit. Maneqꝫ conſurgebat abſalom/⁊ ſtabat iuxta introitũ porte in via. Iuxta hebræum habetur. ſuper locũ viã porte. appoſitiue dicitur locum uiam. Non ſat erat abſalon ſuccedere patri in regno/ ſed aſpirauit ad regnum etiam uiuẽte patre: ad hoc enim tendebãt uerba blanda ab eo dicta uenientibus ad regem pro cauſis ſuis. ⁊ omnem viꝝ qui habebat negociũ. Legendum eſt. litem. ut clare teſtatur ſubiunctum iudicium. vt veniret ad regis iudiciũ, vocabat abſalom ad ſe ⁊ dicebat de qua ciuitate es tu:⁊ dicebat/ex vna tribuũ iſrael ſeruꝰ tuꝰ eſt. Dicebatqꝫ ad euʒ abſalom: vide ſermones tui boni ſunt ⁊ recti/⁊ qui te audiat non eſt tibi a rege. Et dicebat abſalom:q̃s me conſtituat iudicẽ ĩ terra. Verba pregnantia ſunt. nam iuncta præcedentibus(nõ eſt conſtitutus a rege qui te audiat) ſonant abſalon cupere ut rex cõmitteret ei auditionem cauſaꝝ ad miniſtrandum iuſtitiam uenientibus ab extra ieruſalem. ex intentione autem cordis tendebant ad hoc ut ipſe fieret rex:ſicut ad uotum ei ſucceſsit. ⁊ ad me veniat oĩs habens negociũ. Corrige & lege. litem. ut ſupra. ⁊ iudiciũ ⁊ iuſtitiã faciã ei. Et cũ accedebat ad eũ quiſpiã vt ſalutaret eũ, extendebat manũ ſuaʒ/⁊ apprehendebat eũ ⁊ oſculabatur eũ. Faciebatqꝫ ſicut hoc toti iſraeli q̃ veniebat pro iudicio ad regẽ: ⁊ ſollicitabat corda viroꝝ iſrael. Iuxta hebræũ habetur. ⁊ furatꝰ eſt abſalom cor viroꝝ iſrael. Ad inſtar furti deſcribit̃ acquiſitio beneuoli animi ui-

rorum iſrael erga ipſum abſalon, quia uere furti ſpecies fuit relatiue ad regem da-
uidem. clam enim abſtulit corda uirorū iſrael a patre / trahendo illa ad ſe: hoc eſt
enim furtiue ſurripere.

POſt quattuor añt annos. Corrupta eſt litera: nam iuxta hebræum
habetur. Et fuit a fine quadraginta annoꝝ. Scito prudēs lector ꝙ
incertum eſt ad quid refertur numerus iſte quadraginta annorum. ex eo enim ꝙ
dauid a tempore hoc non cognouit amplius aliquam uxorem ſuam (ut ſubiun-
cta teſtantur) apparet ꝙ ſenex erat non uacans amplius generationi filiorum:
& propterea non poteſt intelligi quadrageſimus annus ætatis dauidis. nec qua-
drageſimus annus ab initio quo fuerunt reges in iſrael: quoniam quadrageſimo
anno ab initio regum / dauid aut nondum regnabat (ſi ſaul quadraginta annis
regnauit) aut quinquagenarius erat dauid ſi ſaul uiginti duntaxat annis regna-
uit. Ex eo uero ꝙ poſt hanc perſecutionem dauid uixit multos annos (utpote
ualens adhuc exire ad prælium & pedes incedere itinere non modico / & qui tot
ſubiuncta poſtea effecerit) non poteſt intelligi quadrageſimus annus regni eius:
quoniam annus quadrageſimus fuit in fine uitæ eius / quando ita frigebat ut nec
opertus pannis caleſieret. Et eadem ratione excludit̃ quadrageſimus annus æta
tis abſalon: quoniam forte nec trigeſimum annum peregerat: utpote qui natus
fuerat in hebron regnante dauide. Intelligere autem quadrageſimū annum a cla-
de ſacerdotum a ſaule facta occaſione dauidis, & incertum eſt (quia ratio nume-
ri neſcitur) & minus quadrat hanc perſecutionem paſſum fuiſſe dauidē quia fuit
occaſio illius cladis: quoniam nathan propheta manifeſte dixit propter pecca-
tum aduerſus uriam ex parte dei / ecce ego ſuſcitabo aduerſum te malum de do-
mo tua: nec eſt dubium ꝙ ſufficiens cauſa meritoria huius perſecutionis fuit pec-
catum in facto uriæ. Incertū quoq; eſt an ſit ſermo de quadrageſimo anno ab ex-
altatione dauidis quæ fuit ꝑcuſſo goliath peliſthino: magis tamē quadrat & ma-
teriæ & ætati dauidis huiuſmodi ſupputatio ꝗ quæcunq; dictaꝝ. materiæ ꝗdem
ut quadrageſimo anno ab exaltatione deſcribatur depreſsio: ætati autem ꝗa hu
iuſmodi quadrageſimo anno dauid iam ſenex erat: hoc eſt inter ſexageſimum &
ſeptuageſimū annū ſuæ ætatis. ¶ Non deſunt tamē dicentes poſſe intelligi a fi-
ne quadraginta annorum / hoc eſt a quarta decade annoꝝ regni dauidis. quod
ſi hebraica litera admittit / proculdubio complectendum eſt pro literali ſenſu: ꝗa
abſolute narrando & fuit a fine quadraginta annorum, abſq; ullo ſcrupulo præ
ſe fert numerum annorum regni. & quia non poteſt uerificari de numero ſingu-
lorum annorum / & uerificatur de numero decadum annorū regni dauidis, ideo
ut germanus ſenſus admittendus eſſet: quarta enim decas annoꝝ regni dauidis
inchoauit a ſexageſimo āno ætatis eius. Elige prudēs lector inter ambigua quod
magis uidebitur. Et dixit abſalom ad regē / vadam queſo et reddam vo
tū meū quod voui domino in chebron. ciuitate in qua natus fuerat ip
ſe abſalon. Uotum enim vouit ſeruus tuus cum eſſem in gheſur
ſyrie dicendo: ſi reducendo reduxerit me dominus in ieruſalaim /
ſacrificabo domino. Iuxta hebræum habetur. et ſeruiam iehouah. Finxit

Digitized by Google

abſalon ſeruiturum ſe non paruo tempore ſummo deo & hanc ſeruitutem exhi-
bere ſe uelle in ciuitate in qua natus fuerat. Qualis autem fuerit ſeruitus iſta/non
eſt ſcriptum: ſed locum extra ieruſalem elegit & tempus ſeruitutis nõ modicum/
ut cõmode poſſet coniurationem concæptam exequi & perficere. Dixitq; ei
rex/vade in pace: ⁊ ſurrexit ⁊ abijt in chebron.

¶ Miſit aũt abſalom exploratores ĩ oẽs tribꝰ iſrael dicendo: cum
audieritis ſonitũ buccine. Ex eo q ad ſingulas tribus miſit exploratores
ad hoc ut audito ſono buccinæ promulgaretur regnum eius, inſinuatur explora-
toribus cõmiſſum fuiſſe ut ipſi uerbis explanarent populis quid ſignificaret ſo-
nus buccinæ. Rurſus hinc quoq; inſinuat̃ multos præparaſſe cornicularios mit-
tẽdos ad ſingulas tribus ſtatiʒ ut ĩ hebron ſonaret buccina. dicite/ regnabit:
Iuxta hebræũ habet̃. regnauit abſalom ĩ chebron. prædixit.n.q nõ mittet
cornicularios niſi erectus fuerit in regẽ. & propterea ordinat ut aduenĩẽtibus cor-
nicularijs/dicatur regnauit abſalon in hebron: ut ſic populi clamarent uiuat rex
abſalon. Et cũ abſalom ierũt ducenti viri de ieruſalaim/ vocati
⁊ eũtes in ſimplicitate ſua: nec ſciebant quicq̃ʒ. Accerſiuitq; ab-
ſalom achithophel ghilonitã conſiliariũ dauidis de ciuitate ſua
ghilo cũ immolaret victimas: ⁊ fuit coniuratio valida/⁊ populꝰ
ibat ⁊ multiplicabatur cũ abſalom.

¶ Et venit nunciꝰ ad dauid dicẽdo: fuit cor viroꝝ iſrael poſt ab-
ſalom. Aitq; dauid oĩbus ſeruis ſuis qui erant cũ eo in ieruſala-
im: ſurgite ⁊ fugiamꝰ qa non erit nobis effugiũ a facie abſalom,
feſtinate abire ne forte veniẽs occupet nos ⁊ impleat ſuper nos
ruinã. Legendum eſſet. ne feſtinet ⁊ aſſequatur nos ⁊ impellat ſuper
nos malũ/⁊ percutiat ciuitatẽ ĩ ore gladij. ſed hoc modici momenti ẽ.
Dixeruntq; ſerui regis ad eũ: ſecundũ oẽ quod elegerit dñs meꝰ
rex/ecce ſerui tui. Et egreſſus eſt rex ⁊ tota domꝰ eiꝰ pedibꝰ ſuis:
reliquitq; rex decẽ mulieres concubinas ad cuſtodiendũ domũ.
Egreſſuſq; ẽ rex ⁊ oĩs iſrael. Legendũ eſt. ⁊ totꝰ populus pedibus
ſuis: ⁊ ſteterũt procul a domo. Aiunt potius legendum. in loco longin-
quo. ſed in idem redit. Et oẽs ſerui eiꝰ ambulabant iuxta euʒ. Iuxta
hebræum habetur. tranſeuntes iuxta manũ eiꝰ. Deſcribitur rex ſiſtens &
ante oculos ſuos faciens tranſire ſeruos ſuos/& ſpecialiter. ⁊ legiones chere-
thi ⁊ pelethi. Iuxta hebræum habetur. ⁊ oĩs cherethi ⁊ oĩs pelethi:
ſunt enim numeri ſingularis cherethi & pelethi: & ſignificant ut ſupius dictuʒ eſt
cuſtodiaʒ dauidis. ⁊ oẽs ghitthei pugnatores validi. Superfluit pugna-
tores ualidi. ſexcenti viri qui ſecuti eũ fuerant de ghath/ precede-
bant regeʒ. Legendum eſt. tranſeuntes coram rege. ſocietas enim ghe-
thæorum ſimiliter tranſiens deſcribitur.

Dixit aũt rex ad itthai ghittheũ: cur venis ẽt tu nobiſcũ? re-
uertere ⁊ mane cũ rege/qa incognitꝰ es ⁊ egreſſus es de lo-
co tuo. Parui refert q hebraice habetur. ⁊ etiam vagans tu ad locum

Digitized by Google

tuū. Condolet dauid præfecto ghethæorum ꝙ adhuc uagans ad quærendū locum eat. Heri veniſti/ & hodie compelleris nobiſcū egredi. Parui refert ꝙ hebraice habetur. & hodie faciaʒ mouere te nobiſcū ad eundum. Heri & hodie dicunt ad ſignificandū modicū temporis interuallū. & ego vadēs ſuꝑ qđ ego vadēs? quaſi dicat/ego uado uagus (utpote incertus quo pergam) nec decet ut ſimiliter faciam te uagari. reuertere & reduc fratres tuos/ & dominus faciat tecū miſericordiā & veritateʒ quia oſtendiſti gratiaʒ & fidē. Iuxta hebræum habetur duntaxat. reuertere & reduc fratres tuos/ tecū gratia & veritas. Et ſunt uerba dauidis imprecantis uniuerſa dona dei reuertentibus ghethæis: acſi diceretur ualete fœlices. Et rñdit itthai ad regē & dixit: viuit dominus & viuat dominus meus rex/ ſi nō in loco in quo fuerit dominus meus rex (ſiue ad morteʒ ſiue ad vitā) ibi fuerit ſeruus tuus. Dixitqʒ dauid ad itthai/ veni & trāſi: & trāſiuit itthai ghitthæꝰ & rex. Superfluit & rex. & omnes viri eius/ & reliqua multitudo. Legendum eſt. & omnis paruulꝰ qui erat cum eo. paruuli enim ſignificantur etiam tranſeuntes. Omneſqʒ flebant. Iuxta hebræū habet. Et tota terra plorans voce magna. De ciuitate ieruſalem eſt ſermo. & totꝰ populꝰ tranſiens: rex auteʒ tranſibat per torrentem cid'ron/ & totus populꝰ tranſibat contra viā oliue. Legendum eſt. contra faciem vie ad deſertum.

¶ Venit autem & zadoc. Iuxta hebræum habetur. Et ecce etiam zadoc & omnes leuite cum eo portantes arcam federis elohim. Inſinuatur ꝙ tunc uenerit zadoc cum arca fœderis elohim. & depoſuerunt arcā dei. Iuxta hebræum habetur. & fecerunt ſtare arcam elohim. ad hoc ut conſuleretur deus. & aſcendit eb'iathar donec terminaret omnis populus trāſire de ciuitate. Durāte tranſitu populi ab'iathar ſacerdos aſcendit mente ad ſupplicandum deo coram arca/ proculdubio pro dauide. Et quia nulla ſcribitur diuina reſponſio/ creditur deum non reſpondiſſe. in cuius ſignum nō amplius expectandum cenſuit dauid: ſed dixit ad zadoc ut reduceret arcam elohim in ciuitatem. ¶ Et dixit rex ad zadoc/ reduc arcam dei in ciuitatem: ſi inuenero gratiā in oculis domini reducet me/ & oſtendet mihi eam & habitaculum eius. Si autem dixerit/ non complacui in te: ecce me/ faciat mihi ſicut bonū eſt in oculis eius. Et dixit rex ad zadoc ſacerdoteʒ/ o videns. Iuxta hebræum habetur. nōne videns tu? reuertere in ciuitatem in pace. & affirmationem ſonat hebraice: perinde ac diceretur/ quia officio uidentis tu fungeris ideo reuertere. Et eſt ſermo de officio uidendi quid agetur ab abſalon & ciuitate: ut ſubiuncta teſtantur. adhuc enim non comparuerat chuſai archites/ cui poſtea iniūxit dauid ut etiam ipſe uideret & nunciaret. & achimahaʒ filius tuꝰ & iehonathan filius eb'iathar duo filij veſtri vobiſcum. Ecce ego abſcondar. Iuxta hebræū habetur. Videte ego morans in campeſtribus deſerti/ donec veniat verbum a vobis ad nunciandum mihi. Manifeſtat

ad quid uigilare uidendo debeant: vcʒ ad indicádum ei per filios ſucceſſum rei. Reduxitqʒ ʒadoc ⁊ eb'iathar arcam dei i ieruſalaim. Nomen eſt elohim. ⁊ manſerunt ibi. Dauid autem aſcendebat per aſcenſum oliuarum aſcendens ⁊ flens/⁊ operto capite ⁊ nudis pedibus incedens. Hinc apparet manifeſte q̄ non in fine regni dauidis hoc fuit: quoniā potens erat ad iter agendum dauid. Et totus populus qui erat cum eo/ operto capite aſcendebat aſcendendo ⁊ flendo.

¶ Dauidi autem nunciatum eſt dicendo/achithophel eſt in coniuratione cum abſalom: dixitqʒ ei dauid. Superfluit ei. nā non nūciani ſed deo dixit dauid. infatua queſo conſilium achithophel domine.

¶ Et fuit/dauid venit vſqʒ ad verticē adoraturus ibi deū. Nomen eſt elohim. locuſqʒ deſcribitur unde poſtremus eſſet aſpectus ad ſion in qua erat arca dei: & ꝓpterea ibi poſtremo adorauit dauid deum tanq̄ ualefaciens. ⁊ ecce occurrit ei chuſai archites/ ſciſſa veſte ⁊ terrā habente ſuper caput ſuum. ¶ Dixitqʒ ei dauid: ſi veneris mecū/eris mihi oneri. Si autem in ciuitatē reuertaris ⁊ dixeris abſalomo ſeruꝰ tuꝰ ego rex ero/patere me viuere. In hebræo non habetur patere me uiuere. ſeruꝰ patris tui fui ex tunc/nūc autem ero ſeruꝰ tuꝰ. Excuſari non poteſt a peccato huiuſmodi conſilium ad mendacium officioſum. diſſipabis mihi conſilium achithophel. Habebis ibi tecū ʒadoc ⁊ eb'iathar ſacerdotes: ⁊ erit, omne verbuʒ quod audies de domo regis/ indicabis ʒadoc ⁊ eb'iathar ſacerdotibꝰ. Ecce ibi ſunt cū eis duo filij eoꝝ/achimahaʒ ʒadoco ⁊ iehonathan eb'iatharo: ⁊ mittetis ꝑ manū eoꝝ ad me omne verbū quod audieritis. Venitqʒ chuſai amicus dauid in ciuitatem: ⁊ abſalom venit in ieruſalaim/⁊ achitophel cum eo. Superfluit & achithophel cū eo.

CAPVT .XVI.

Dauid autem tranſierat paululum de vertice/ ⁊ ecce ʒiba puer mephiboſeth in occurſum eiꝰ: ⁊ par aſinorum ſtratoꝝ/⁊ ſuper eos erant ducenti panes ⁊ centū ligature vue paſſe ⁊ ſeptem maſſe palataꝝ. Iuxta hebræum habetur. ⁊ centum ſerta ficuum. Quod autem ſubditur. ⁊ duo vtres vini. iuxta hebræum habetur. ⁊ vter vini. nec eſt opus expoſitione. Et dixit rex ad ʒibā/quid ſibi volunt iſta? ⁊ dixit ʒiba, aſini ſunt ꝓ domeſticis regis ad equitandum/⁊ panis ac ficus vt comedant pueri. Quia tunc temporis utebantur aſinis ad equitandum, ideo domeſticis regis minus aſſuetis ad iter agendum offert aſinos/ut fatigatus aliquis equitando refocillaretur. ⁊ vinum vt bibat ſiqs defecerit. Iuxta hebræum habetur. laſſus i deſerto. Dixitqʒ rex/⁊ vbi eſt filius domini tui? ⁊ dixit ʒiba ad regē, ecce manet in ieruſalaim/dixit enim hodie reſtituet mihi domus

Digitized by Google

iſrael regnū patris mei. Calūniatus eſt iſte filiū ionathæ: ut teſtant̄ ſcripta inferius in ca. 19. Et ait rex ad zibam/ecce tibi ſint omnia que habet mephiboſeth. Iniqua temerariaꝗ; ſententia fuit hæc/ inaudita parte: præter hoc ꝙ ingratiſsimi animi erga ionathā fuit. Ozo. Iuxta hebræum habetur. adoraui/inueniam gratiam in oculis tuis domine mi rex. Aſtutus ſeruus fingit ſe non ueniſſe ad dauidem ut accuſaret mephiboſeth & ſurrogaretur in illius agros: ſed ad hoc ut inueniret gratiam in oculis regis. huc eniꝫ tendunt hæc uerba adoraui (proculdubio te offerendo hæc munuſcula) ut inueniā gratiam in oculis tuis.

¶ Venit aūt rex dauid vſqꝫ ad bachurim: ⁊ ecce inde vir exiens de cognatione domus ſaul nomine ſimhi filius ghere/exiens exeundo ⁊ maledicendo. Et lapidabat lapidibus dauidꝫ ⁊ omnes ſeruos regis dauidis: totuſqꝫ popul⁹ ⁊ oēs bellatores. Parui refert ꝙ hebraice habet̄. ⁊ omnes potentes a dextera eius ⁊ a ſiniſtra eius. de potentia ſiquidem uirium eſt ſermo. Sic autem dicebat ſimhi dū malediceret illi: egredere egredere vir ſanguinū. hoc eſt effuſor ſanguinis multoꝝ innocentium. ⁊ vir beli'iahal. hoc eſt abſqꝫ iugo ꝓcedens in actibus tuis. Reddidit tibi dominus totum ſanguinem domus ſaul ꝗ regnaſti pro eo/deditqꝫ dominus regnum in manuꝫ abſalom filij tui: ⁊ ecce es in malo tuo/quia vir ſanguinum es.

¶ Dixitqꝫ abiſai fili⁹ zeru'ie ad regē: cur maledicit canis hic moriturus. Iuxta hebræum habetur. mortuus domino meo regi? Verba ſunt paruipenſionis. tranſibo queſo ⁊ remouebo caput ei⁹. Et ait rex/quid mihi ⁊ vobis eſt filij zeru'ie quia maledicet. hoc eſt nolo uobiſcum cōmunicare in aīo uindicandi. occiderāt. n. abner iſti filij ſeruiæ ſororis dauidis: non ſit inq̄t mihi & uobis cōis uindicta ꝯtra malediciū. dn̄s. n. precepit ei vt malediceret dauidi/ ⁊ quis eſt qui audeat dicere quare ſic fecerit? Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ q̄a iehouah dixit ei maledic dauidem/ ⁊ quis dicet quare feciſti ſic? Agnoſcit & fatet̄ dauid maledictionem illam quatenus pœnalem ſibi/procedere a deo ꝓpter peccata ſua: & propterea dicit ſummum deum dixiſſe ſemei maledic dauidem. dixit ſiquidem deus non uerbo ſed facto efficiendo per ſemei maledictionem illā non quatenus erat peccatum/ſed quatenus erat pœna ipſius dauidis: quemadmodū ſupius etiam per os nathan dixerat ſuſcitabo malum de domo tua / nō quatenus erat malum culpæ ſed pœnæ. Et ait dauid ad abiſai ⁊ ad omnes ſeruos ſuos: ecce filius meus qui egreſſus eſt de vtero meo. Iuxta hebræum habet̄. de viſceribus meis. ſemen enim ex uiſceribus egreditur. querit animaꝫ meam, quanto magis hic filius iemini. hoc eſt beniamin/ ut alias dictū eſt. maledicet? ſinite eum ⁊ maledicat iuxta preceptum domini. Iuxta hebræum habetur. quia dixit ei iehouah. quod iam expoſitum eſt. Forſitan reſpiciet dominus ad afflictionem meam: ⁊ reddet dn̄s mihi bonum pro maledictione eius die hac. Sciens ſe iuſte pati / non

audet in ſpem certam præmij: ſed ſub dubio ponit dicendo / forte uidebit oculo miſericordiæ afflictionem meam & imputabit ad meritum patientiam meam.

Et ibat dauid & viri eius per viam: ſemei autem per iugũ montis ex latere contra illum gradiebatur. Iuxta hebræũ habetur. & ſimbi ambulans in latere montis e regione ipſius eundo & maledicendo/& lapidando lapidibus e regione ipſius/& iactando puluerem. Deſcribitur modus quo ad diſpoſitionem localem: dauide cũ ſuis eunte p uiam publicam/ſemei autem eunte per latus montis e regione dauidis maledicendo & lapidando & puluerem ſpargendo. Lapidare autem intellige non q lapides attingerent ad eos, ſed q iaceret lapides uerſus eos. ad iniuriam enim non ad lædendum tendebat.

Venitq rex & tot⁹ popul⁹ qui erat cũ eo laſſi: & refocillati ſunt ibi. Iuxta hebræum habetur. & requieuit ibi. laſſi ſiquidem deſcribunt cõmuniter, ſed ſingulariter ſcribitur de rege & requeuit ibi. Quamuis de populo cõmuniter intelligi poſsit & requieuit ibi: hoc eſt in bachurim/ de quo ultimo dictum eſt & uenit rex dauid uſq ad bachurim. Abſalom aũt & totus populus virorum iſrael ingreſſi ſunt ieruſalaim: & achithophel cũ eo.

Et fuit cũ venit chuſai arachites amicus dauidis ad abſalom: dixit chuſai ad abſalom / viuat rex viuat rex. Adulantis ſunt geminata hæc uerba. Et dixit abſalom ad chuſai: iſta eſt gratia tua ad amicũ tuũ: cur non iuiſti cum amico tuo? Admirantis ſunt uerba. Dixitq chuſai ad abſalom: nequaq, quia illius ero quem elegit dominus & populus iſte & omnes viri iſrael/& cum eo manebo. Et hæc adulationis erãt. Sed vt & hoc inferam. Iuxta hebræum habetur. Et ſecundo. Primam ratione attulerat quia electus e abſalon a ſummo deo & populo & uniuerſo iſraele. alteram ſe adiungere manifeſtat quia eſt filius dauidis tam amici ſui. cui ego ſeruiam/ nonne filio regis? Legendum eſt. coram filio ei⁹? Non nominat dauidem regem: ſed pronomine demonſtrat eum quem dixerat abſalon amicum tuum. ſicut parui patri tuo/ita parebo & tibi. Iuxta hebræum habetur. ſicut ſeruiui coram patre tuo/ſic ero tecum. Mentitur/ tamen officioſo mendacio.

Dixit autem abſalom ad achithophel / inite conſilium quid agere debeamus. Iuxta hebræum habetur. date vobis conſilium quid faciemus. Tanq capiti concilij dicit date uobis conſilium / uolens ut cum ſenibus tractaret quid faciendũ eſt. Et ait achithophel ad abſalom/ ingredere ad cõcubinas patris tui quas dimiſit ad cuſtodiendam domum: & audiet totus iſrael q fedaueris patrem tuum/& roborabuntur manus omnium qui ſunt tecum. Ad excludendum tã ſpem q timorem reconciliationis inter patrem & filium/ab animis tam ſperantium q timentium illam conſilium dedit tam turpis ignominiæ. Extenderunt igitur abſalomo tentorium ſuper tectum: & ingreſſus eſt abſalom ad concubinas patris ſui in oculis totius iſrael. ut adimpleret uerbum

dei dictum

Digitized by Google

dei dictum per nathan prophetam. **Conſilium autem achithophel qui conſulebat in diebus illis / erat acſi quis interrogaſſet in verbo dei.** Nomen eſt elohim. & aſsimilatur conſilium achithophel uerbo reſponſionis diuinæ non quo ad rectitudinem ſed quo ad adhæſionem. narrat enim ꝙ ita adhærebant conſilio achithophel quemadmodum adhærebant reſponſioni dei conſulti. Et quoniam hoc cõmune ſubiungitur tam abſalon ꝙ dauidi, ideo ſimilitudo hæc per modum hyperboles intelligenda eſt: quemadmodum dicimus homines ueloces ut aquilas / & ſimilia. deſcribitur enim ad literam maxima authoritas achithophel in conſilio / ut pluſꝙ homo uideretur ſapere: & propterea aſsimilatur diuino reſponſo. **ſic erat omne conſiliũ achithophel ⁊ dauidi ⁊ abſalom.**

CAPVT .XVII.

Et dixit achithophel ad abſalom: eligam mihi. Iuxta hebræum habetur. **eligam nunc duodecim millia virorum:** abſq; ulteriori mora: celerem ſiquidem perſecutionem dauidis conſulit ualde utilem. **⁊ conſurgam ⁊ perſequar dauidem hac nocte.** Superfluit hac. tempus ſiquidem nocturnum ad exequendum celerem perſecutionem prudenter elegit / ut ex improuiſo aggrederentur dauidem cum ſuis. **Et veniam ſuper eum / ⁊ ipſe laſſus eſt ⁊ ſolutis manib⁹.** Iuxta hebræum habetur. **Et lentus manus.** Tardum ſeu debilem motum manuum dauidis & ſuorũ iudicat / ex inedia ſeu modico alimẽto ac incõmodis multis. **⁊ percutiã eũ.** Iuxta hebræum habetur. **⁊ faciã tremere eũ / ⁊ fugiet totus populus qui eſt cum eo.** Efficacia aggreſsionis ordinate deſcribit: inchoando a terrore dauidis & ſuorum / & adiungendo conſequẽter fugã territi populi qui eſt cũ dauide. **percutiamq; regem deſolatũ.** Iuxta hebræũ habetur. **⁊ percutiã regem ſolũ eũ. Et reducam totũ populũ ad te.** Tertius effectus deſcribit occiſio ſolius regis dauidis: & quartus demũ reductio uniuerſi populi ad te abſalon regem. **quõ vn⁹ homo reuerti ſolet.** Sententia recte redditur: quanuis hebraice habeatur. **ſicut reuerti omnis.** & eſt caſus genitiui omnis. Et eſt ſenſus / faciã reuerti totũ populũ ad te ſicut reuerti omnis: hoc eſt ſicut eſt reuerſio cuiuſlibet: hoc eſt tam facile ꝙ facile unus q̄libet reuertitur. Deinde immediate ſequitur. **vir quẽ tu querens.** Et eſt ſenſus: non multitudo uirorum ſed unus eſt duntaxat uir quem ſpectat ad te quærere perſequendo. Deinde immediate ſeq̄tur. **oĩs popul⁹ erit ĩ pace.** Sententiæ ſunt articulatim ꝓlatæ abſq; aliqua cõiunctione / ad reddendũ rõnem cõſilij ſui utilis tã ipſi regi ꝙ paci uniuerſi iſraelis. **Placuitq; ſermo ei⁹ abſalom.** Parui refert ꝙ hebraice hr̃. **Et rectũ fuit verbũ ĩ oculis abſalom / ⁊ ĩ oculis oĩũ ſenũ iſrael.** Rectũ cenſuerũt cõſiliũ relatũ ad bonũ utile uſurpati regni.

Ait aũt abſalom: voca etiã queſo chuſai architã / ⁊ audiam⁹ quid ſit etiam in ore eius. Venitq; chuſai ad abſalom: ⁊ dixit abſalom ad eum dicendo / ſecundũ verbum hoc locutus eſt

achithophel, an faciemus verbum eius? ſi non / tu loquere.

¶ Et dixit chuſai ad abſalom: non eſt bonum conſilium quod conſuluit achithophel hac vice. quaſi diceret: quanuis achithophel ſemper alias bonum conſueuerit dare conſilium / hac tamen uice conſilium datum non eſt bonum. Et prudenter locutus eſt chuſai, honorando achithophel & pro hac duntaxat uice conſilium illius diuertens / ne redderet ſe ſuſpectum.

Dixitq; chuſai: tu noſti patrem tuum ⁊ viros eius eſſe potentes ⁊ amaro animo / veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſeuiat. Iuxta hebræum duntaxat habetur. ſicut vrſus orbatus in agro. Et eſt ſermo de orbato filijs: afferturq; hæc ſimilitudo quo ad amaritudinem animi. ⁊ pater tuus vir bellatoꝛ eſt. Iuxta hebræum habetur. vir belli. hoc eſt uir ſciens ea quæ ſunt belli / prudens in agendis ac diſponendis circa res bellicas. nec moꝛabitur cum populo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non faciet doꝛmire populum. Sic iacet in hebræo. & ſonant uerba ꝙ ſeruabit populum cum excubijs quaſi uigilem in nocte / contra nocturnum tempus electum ab achithophel ad aggrediendum populum dauidis ex improuiſo. Foꝛſitan nunc latitat in foueis aut in vno quo voluerit loco. Iuxta hebræum habetur. Ecce nunc ipſe eſt abſconditus in vna fouearum aut in vno locoꝛum. Contra id quod dixerat achithophel percutiā regem ſolum, dicit ꝙ dauid prudens non ſolum populum uigilantem ſeruat ſed etiam perſonam ſuam occultat in latebris alicuius foueæ / ſpeluncæ aut cuiuſuis loci. ⁊ erit cū ceciderit quiſpiam in pꝛincipio, audiet audiens ⁊ dicet / fuit plaga in populo qui ſequitur abſalom. Et foꝛtiſſimus quiſq; cuius coꝛ eſt quaſi leonis / pauoꝛe ſoluetur. Periculum imminens ex conſilio achithophel deſcribitur magnipendendum. Nec refert ꝙ hebraice non ſcribitur fortiſsimus: ſed. Et ipſe etiam filius foꝛtitudinis cuius coꝛ ſicut coꝛ leonis / liquefiēdo liquefiet. in idem enim ſententia redit. ſcit enim totus iſrael ꝙ potens eſt pater tuus / ⁊ filij foꝛtitudinis qui ſunt cum eo. Sed conſulo vt congregādo cōgregetur ad te totꝰ iſrael a dan vſq; ad beerſebah ſicut arena iuxta mare in multitudine: ⁊ facies tua vadens in bellum. Contra id quod dixerat achithophel ꝙ rex mitteret duodecim millia uirorum / conſulit chuſai ut cōgregato uniuerſo iſraele ipſe rex perſonaliter pergat ad bellum. Et veniemus ad eum in vnum locoꝛum in quo inuenietur. extra ciuitates muratas: nam deinde ſubiungit quid efficient ſi fuerint in ciuitate murata. ⁊ caſtrametabimur contra eū ſicut cadit ros ſuper terram: ⁊ non relinquetur ex eo ⁊ ex omnibus viris qui cū eo ſunt / etiam vnus. Et ſi in ciuitatem collegerit ſe / poꝛtabit totus iſrael ad ciuitatem illam funes: ⁊ trahemus eam vſq; in toꝛrentem / vſq; quo non inueniatur ibi ēt calculus. Hyperbole eſt ad ſignificandum tantam uirium magnitudinem ut quodammodo trahere poſſent

ciuitatem integram in flumen.

¶ Dixitqꝫ abſalom ⁊ omnis vir iſrael/ melius eſt conſilium chuſai archite conſilio achithophel: domini autem nutu diſſipatum eſt conſilium achithophel vtile. Iuxta hebræum habetur. ⁊ iehouah precepit ad frangendum conſilium achithophel bonum / vt induceret iehouah ſuper abſalom malum. Diuinæ prouidentiæ aſſcribit ſcriptura fractionem conſilij achithophel quamuis boni: hoc eſt utilis abſalon. & rationem reddit diuinæ diſpoſitionis: uidelicet ut puniret abſalon / qui conſpirauerat contra patrem & tam infamem inceſtum commiſerat.

¶ Dixit autem chuſai ad ȝadoc ⁊ eb'iathar ſacerdotes: hoc ⁊ hoc conſuluit achithophel abſalom ⁊ ſenioribus iſrael/ ⁊ hoc ⁊ hoc conſului ego. Nunc ergo mittite cito / ⁊ nunciate dauidi dicendo: ne moreris nocte hac. Superfluit hac. in campeſtribus deſerti. Neſciens chuſai an abſalon ſequeretur conſilium eius uel achithophel, tutiorem elegit partem monendo dauidem ut recedat ex planicie deſerti. ſed abſqꝫ dilatione tranſgredere. Iuxta hebræum habetur. ⁊ etiam tranſeundo tranſibis. proculdubio iordanem. ne forte abſorbeatur rex ⁊ totus populus qui eſt cum eo. Iehonathan autem ⁊ achimahaȝ ſtabant in fonte rogel / iuitqꝫ ancilla ⁊ nunciauit eis ⁊ ipſi iuerunt ⁊ nunciauerunt regi dauidi: non enim poterant videri aut introire ciuitatem. Iuxta hebræum habetur. quia nõ poterũt videri ad veniendum in ciuitatem. Ratio redditur quare iehonathan & achimahaz erant in fonte rogel/ quia locus ille exemptus erat a uiſu uenientium in ciuitatem: hoc eſt ingredientium & egredientium per uiam publicam. Vidit autem eos puer/ ⁊ nunciauit abſalomo. Accidit ut extra uiam eſſet iſte qui uidit eos. ⁊ abierũt ambo cito ⁊ venerũt ad domũ viri in bachurim qui habebat puteũ in atrio ſuo / ⁊ deſcenderunt in eũ. Tulit autem mulier ⁊ expandit velamen ſuper faciem putei / quaſi ſiccans ptiſanas. Iuxta hebræum habetur. ⁊ extendit ſuper illud frumentum contuſum / ⁊ non eſt cognita res. Omnia ſunt clara. Veneruntqꝫ ſerui abſalom ad mulierem in domum / ⁊ dixerunt vbi eſt achimahaȝ ⁊ iehonathan? ⁊ dixit eis mulier / tranſierunt feſtinanter guſtata paululum aqua. Iuxta hebræum habetur. tranſierunt vadum aque. nec aliud ſcribitur: ſed ſubiungitur. ⁊ queſierunt ⁊ non inuenerunt / ⁊ reuerſi ſunt in ieruſalaim. Et inſinuatur ꝙ ſcrutati fuerint domum illam/ & non inuenientes reuerſi ſunt.

¶ Cumqꝫ abiſſent/ aſcenderunt illi de puteo, ⁊ abierunt ⁊ nũciauerũt regi dauidi: ⁊ dixerũt ad dauid/ ſurgite ⁊ tranſite cito flu-

uium. Hebraice ſcribitur. aquam. ſed de aqua iordanis eſt ſermo/ut ſubiuncta teſtantur: quia huiuſcemodi dedit conſilium contra vos achithophel. Surrexit ergo dauid ⁊ totus populus qui erat cum eo/ ⁊ tráſierunt iarden donec diluceſceret. Non habetur in hebræo. añq̃z denudaretur verbum. ſed duntaxat: donec luceſceret mane vſq̃z ad vnum/non defuit qui non tranſiſſet iarden. ad ſignificandum ꝙ ante diem clarum tranſierunt fluuiũ nocte omnes. ¶ Porro achithophel videns ꝙ non eſſet factum conſilium ſuum/ſtrauit aſinum, ⁊ ſurrexit ⁊ abijt ad domum ſuam ad ciuitatem ſuam: ⁊ diſpoſita domo ſua ſuſpendio interijt. Iuxta hebræum habetur. ſtrangulauit ſe: ⁊ mortuus eſt / ac ſepultus in ſepulchro patris ſui. Propria interijt ſententia / & ipſe ſuimet carnifex fuit actor tam prauorum conſiliorum.

Dauid autem venit in caſtra. Legendum eſt. in machanaim. eſt enim nomen ciuitatis (ut ſubiuncta teſtantur) in qua etiam fuerat isboſeth rex. ⁊ abſalom tranſiuit iarden/ipſe ⁊ omnes viri iſrael cũ eo: Et hamaſam poſuit abſalom pro ioab ſup̄ exercitũ: hamaſa autem erat filius viri qui vocabatur ijtthʼra ijzrehelita/ qui ingreſſus eſt ad abigail filiam nachas ſororem zeruʼie matris ioab. Hic nahas eſt iſai pater dauidis & iſtarum mulierum: ut paralipomenon teſtatur. Et caſtrametatꝰ eſt iſrael ⁊ abſalom in terra ghilhad.

¶ Cunq̃z veniſſet dauid in caſtra. Legendum eſt. in machanaim. quia ut dictum eſt nomen eſt proprium ciuitatis. ſobi filiꝰ nachas de rabba filiorum hammon. Iſte frater chanun regis hammonitarum ſurrogatus creditur in præfectum hammonitarum a dauide/ut nahas patri gratitudinis officium exhiberet. ⁊ machir filius hammiel de lodebar / ⁊ barzillai ghilhadites de rogelim. Stratoria ⁊ tapetia. Iuxta hebræum habetur. ⁊ hydrias ⁊ vaſa fictilia / et frumenta ⁊ hordea ⁊ farinam ⁊ polentam: ⁊ fabas ⁊ lentes ⁊ frixum oleo cicer. Iuxta hebræum repetitur dictio interpretata polenta / ſignificans grana toſta. & diuerſorum generum grana torrefacta oblata ſignificantur: primum enim grana frumenti / deinde grana leguminum ſignificantur. Et mel ⁊ butyrum ⁊ oues ⁊ caſeos vaccinos / obtulerunt dauidi ⁊ populo qui erat cum eo ad veſcendum: ſuſpicati ſunt enim populum fame ⁊ ſiti fatigari in deſerto. Iuxta hebræum habetur. quia dixerunt / populus famelicus ⁊ laſſus ⁊ ſitibundus in deſerto. hoc eſt ex uia deſerti uenit laſſus eſuriens & ſitiens.

IEitur cõſiderato dauid populo ſuo. Iuxta hebræũ habet. Et oꝛdinauit dauid populũ qui cum eo: ⁊ poſuit ſup eos tribunos ⁊ centuriones. Et miſit dauid populuȝ/ tertiam partem in manu ioab/⁊ tertiaȝ parteȝ in manu abiſai filij ȝeruie fratris ioab/⁊ tertiã partẽ in manu itthai gethei. Inſinuat author cõgregaſſe dauidem in machanaim exercitum/ex hoc ipſo ꝙ deſcribit & tres principes exercitus & tribunos & centuriones ordinatos a dauide. Dixitqꝫ rex ad populum/egrediendo egrediar etiaȝ ego vobiſcũ. Dixitqꝫ populus/non egredieris: quia ſi fugiendo fugiemus non ponent ad nos coꝛ/⁊ ſi moꝛietur medietas noſtruȝ non ponent ad nos coꝛ, qa tu vnus ſolꝰ pꝛo decem millibus computaris. Iuxta hebræum habetur. quia nunc ſicut nos decem millia. & eſt ſenſus/ quia hoc tempore inueniuntur ſimiles nobis decem millia (hoc eſt innumerabiles) ſimilis autem tibi non inuenitur. directe enim rationem reddunt uerborum ſuorum. melius eſt igitur vt ſis nobis in vꝛbe pꝛeſidio. Legendum eſſet. ⁊ nunc bonũ vt ſis nobis a ciuitate in adiutoꝛiũ. ut videlicet ab urbe opem feras nobis/ prouidendo de opportunis. Et dixit ad eos rex/ quod bonum eſt in oculis veſtris faciam: ſtetitqꝫ rex iuxta poꝛtam, ⁊ totus populus egrediebantur centeni ⁊ milleni. Pꝛecepitqꝫ rex ioab ⁊ abiſai ⁊ itthai dicendo/ ſeruate mihi puerum abſalom. Iuxta hebræum habetur. leniter mihi puero abſalom. Et eſt ſenſus. animaduertite ut non impetu & furore impetatis abſalon/ſed leniter cum eo agite intuitu mei. menſurari enim non poſſunt aggreſsiones impetuoſæ. ⁊ totus populus audiuit pꝛecipientem regem omnibus pꝛincipibus pꝛo abſalom.

¶ Egreſſuſqꝫ eſt populus in campum in occurſum iſrael: ⁊ factum eſt pꝛelium in ſaltu ephꝛaim. Quia trans iordanem ubi tribus ephraim nihil habebat prælium hoc commiſſum eſt, ideo ephraim hoc in loco non eſt nomen tribus ſed ſignificat augmentum: itaꝙ in ſylua augmenti narratur commiſſum prælium hoc. Et ceſus eſt ibi populus iſrael coꝛam ſeruis dauid: ⁊ fuit ibi plaga magna in die illa viginti millium. Fuitqꝫ ibi pꝛelium diſperſum ſuper faciem totius terre: ⁊ multo plures erant quos ſaltus conſumpſerat de populo q̃ȝ ij quos voꝛauerat gladius. Iuxta hebræum habetur. ⁊ multiplicauit ſylua ad voꝛandum populum pꝛe ijs quos voꝛauit gladius in die illo. Manifeſtatur modus: uidelicet ꝙ ſylua multiplicauit feras ad uorandum uagantes per ſyluam. & ex multiplicatione animalium nominata uidetur ſylua illa ſylua ephraim ab augmento.

¶ Accidit auteȝ vt occurreret abſalom ſeruis dauid. Iuxta hebræũ habetur. Et occurrit abſalom coꝛam ſeruis dauidis. Ratio quare diuerterit abſalon/inſinuatur occurſus ad ſeruos dauidis. ⁊ abſalom eqtabat ſuper mulũ, ⁊ ingreſſus eſt mulus ſubter condenſam quercum ⁊

magnam. Legendum eſt. ſubter denſitatem ela grandis. Non quercus
ſed ela arbor ſignificatur tam hic q̃ inferius. ⁊ adheſit caput eiꝰ quercui.
Iuxta hebræum habetur. ⁊ inualuit caput eiꝰ in ela/ ⁊ datꝰ eſt inter ce-
lū ⁊ inter terram/ ⁊ mulꝰ qui ſub ipſo tranſiuit. Non dicitur ꝙ capilli
eius illaqueauerint eum: ſed ꝙ caput eius penetrauerit denſos ramos ela magno
impetu fugientis, & ſic capite detentus/pendens relictus fuerit tranſeunte ſecun
dum inchoatum curſum mulo.

¶ Vidit aūt vir vnꝰ/ ⁊ nūciauit ioab: ⁊ dixit/ ecce vidi abſalom
pendentem de quercu. Iuxta hebraū habet. ſuſpēſum in ela. Et hoc
atteſtatur ꝙ capite ſuſpenſus erat. Et ait ioab viro nunciāti ei: ſi vidi-
ſti cur non percuſſiſti eū ibi ad terram/ ⁊ ego dediſſē tibi decem
argenti ſiclos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ meū fuiſſet dare tibi decem
argenteos ⁊ vnū baltheū. & nihil dicirur de pondere. Qui dixit ad io-
ab: ſi appenderes in manibꝰ meis mille argenteos/ neq̄q̄ʒ mitte-
rem manū meam in filium regis. Parui refert ꝙ in prima perſona ſcribit
hoc hebraice. ſignificatur enim ꝙ non ſolum propter ſpem decem argenteoꝝ ſed
nec etiam ſi realiter in manibus meis ponderarem (hoc eſt reciperem) mille ar-
genteos/ponerem manum in filium regis. audientibꝰ eniʒ nobis præcepit
rex tibi ⁊ abiſai ⁊ itthai dicendo/ cuſtodite mihi pueꝝ abſalom.
Et ſi feciſſem contra aīam meam audacter. Iuxta hebræum habetur.
falſitatem. contrariā ueritati quam mandauerat rex. nullū verbū abſcon
ditū eſſet a rege: ⁊ tu ſtares ex aduerſo. hoc eſt tu non me adiuuiſſes/ſed
fuiſſes ſicut ſtans ad uidendum. Et ait ioab/non ſicut tu vis ſed aggre-
diar eū coram te. Iuxta hebræum habetur. non ſic expectabo coraʒ te.
quemadmodum tu expectaſti continendo te ab interfectione illius. tulitq; tria
tela in vola ſua ⁊ infixit ea in cor abſalom. Difficile uidetur diuinare
qualia tela fuerint. cū adhuc palpitaret. Legendū eſt. ipſo adhuc viuen
te in corde ela. nec deſcribitur fere mortuus. Et cucurrerūt. Legendū eſt.
Et verterunt ſe decem pueri armigeri ioab: percuſſerūtq; abſa-
lom. ut multitudine uulnerum ſtatim moreretur. ⁊ occiderūt eū.

¶ Clanxit aūt ioab buccina/ ⁊ reuerſus eſt populꝰ a perſequendo
iſraelem: volens parcere multitudini. Iuxta hebræum haberur. qa p-
hibuit ioab populū. Ratio reuerſionis populi a perſecutione iſraelis reddit.
Et tulerunt abſalom ⁊ proiecerunt eū in ſaltu in foueā grandeʒ/
⁊ erexerunt ſuper eū aceruum lapidum grandem valde: totuſq;
iſrael fugit/ vnuſquiſq; in tentoria ſua. Abſalom autem tulerat
⁊ erexerat ſibi in vita ſua titulum qui erat in valle regis. Qualis
fuerit hic titulus/ſcriptura non tradit. ſtatuam tamen aiunt fuiſſe/ nō tamen ſta-
tuam repræſentantem hominem ſed manum: & propterea ſubiungitur ꝙ appel-
latur manus abſalon. dixit enim non habeo filium/ in monumentū no-
minis mei. Quæſtio oritur circa ueritatem huius dicti: quia ſuperius ca. 14.
ſcriptum eſt abſalon habuiſſe tres filios & unam filiam. Solutio eſt ꝙ tres illi filij

geniti quidem narrantur ſed non ꝙ fuerint ſuperſtites: & ex eo ꝙ abſalon ideo erexerat ſibi titulum quia carebat filio/ſufficienter inſinuať mortuos fuiſſe filios. vocauitqꝫ titulũ nomine ſuo/⁊ appellatur manus abſalom vſqꝫ ad diem hanc.

ACHimahaz aũt filiꝰ ʒadoc dixit: currã queſo ⁊ nunciabo regi ꝙ iudicium fecerit ei dñs de manu inimicoꝝ eius. Dixitqꝫ ei ioab/non eris nũciꝰ in hac die ſed nũciabis die altera: hodie nõ nũciabis/eo ꝙ filiꝰ regis mortuꝰ eſt. Et ait ioab ad chuſi/ vade nũcia regi que vidiſti: adorauitqꝫ chuſi ioab ⁊ cucurrit. Non eſſe nomen proprium chuſi ſed ſignificare æthiopem/hebraica phraſis teſtať. ad deferendum enim nuncium mœſtum miſit æthiopem. ¶Rurſus aũt achimahaz filiꝰ ʒadoc dixit ad ioab/⁊ qd erit curram ueſo qetiaꝫ ego poſt chuſi: dixitqꝫ ioab, propter qd curris fili mi/ veni huc. Nõ habetur in hebræo ueni huc. non eris boni nũcij baiulꝰ. Hebraice anceps eſt ſententia ad hãc quæ habetur in uulgata æditione/uel ad ſignificandum ꝙ non inuenies annunciationis præmium. Quod autem ſubditur. Qui reſpõdit/ qd enim ſi cucurrero. iuxta hebræum habetur. Et erit quid curram? Quaſi diceret: non eſt mihi curæ præmium aut mœſtitia ob mortem abſalon/ſed erit hoc ꝙ curram. Deliberaſſe ſe currere ſignificat. dixitqꝫ ei/curre: ⁊ cucurrit achimahaz per viam compendij. Iuxta hebræum habetur. per viam planiciei/ ⁊ tranſiuit chuſi. Inſinuatur hinc ꝙ chuſi iuerat per uiam rectam montanam tamen/achimahaz autem per longiorem uiam planiciei.

¶David aũt ſedebat inter duas portas: ſpeculator vero iuerat in tectũ porte ſuper muꝝ/qui eleuans oculos ſuos vidit viꝝ currentem ſolum. Clamauitqꝫ ſpeculator ⁊ indicauit regi: dixitqꝫ rex/ſi ſolꝰ eſt bonum eſt nunciũ in ore eiꝰ: ⁊ ibat eũdo ⁊ appropinquando. Et vidit ſpeculator virũ aliũ currentem: ⁊ clamauit ſpeculator ad ianitorem ⁊ dixit/ecce vir currens ſolꝰ: dixitqꝫ rex/ etiaꝫ iſte bonum nũciat. Si enim in fugam uerſus fuiſſet exercitus/nõ unus ſolus appareret ſed multitudo. & propterea ſingulos ſolos currentes/bonos eſſe nuncios protulit. Dixitqꝫ ſpeculator/video curſum prioris veluti curſum achimahaz filij ʒadoc: ⁊ ait rex/ vir bonus eſt hic ⁊ cum nuncio bono venit.

¶Clamauit autem achimahaz ⁊ dixit ad regem/ ſalue rex. Iuxta hebræum habetur. pax/⁊ adorauit regem facie ſua in terram: ⁊ dixit benedictus dominus deus tuus qui cõcluſit homines qui leuauerunt manus ſuas in dominum meum regem. Vniuerſa bene geſta ſignificauit, dicendo regi hoc unum nomen pax/anteꝙ̃ adoraret regem: deinde explicauit uictos fuiſſe hoſtes. Et ait rex/eſtne pax puero abſalom? dixitqꝫ achimahaz, vidi tumultũ magnũ cũ mitteret ioab ſeruꝰ tuꝰ o rex me ſeruũ tuum/neſcio aliud. Iuxta hebræum habetur. mittente

Digitized by Google

ſeruū ad regem ioab ⁊ ſeruuꝫ tuū/⁊ neſciui quid. Hinc clare habetur ꝙ chuſi erat ſeruus. ait enim achimahaz: mittente ad regem ioab ſeruum(proculdubio chuſi) & ſeruum tuum/proculdubio meipſum, & neſciui quid ſignificaret tumultus ille magnus. Mendacium dixit quo ad hoc officioſum / nolens mœſtum nuncium manifeſtare. Dixitqꝫ rex/verte te ⁊ ſta hic: ⁊ vertit ſe ⁊ ſtetit.

¶Et ecce chuſi venit:⁊ ait chuſi/nunciatur domino meo regi ꝙ indicauit te dominus hodie de manu omniū inſurgentium contra te. ¶Dixit autem rex ad chuſi/ eſtne pax puero abſalom? dixitqꝫ chuſi/ſint ſicut puer inimici domini mei regis ⁊ omnes qui inſurgūt contra te in malum. Contriſtatuſqꝫ eſt rex. Iuxta hebræum habetur. Et tremuit rex. Magnitudo triſtitiæ ſignificatur ex tremore. ⁊ aſcendit in cenaculum. Legendum eſt. ſuper ſolariū poꝛte ⁊ fleuit. qualecūqꝫ illud fuerit. Subiuncta autem uerba legenda ſunt ſic. ⁊ ſic dixit duꝫ iret, fili mi abſalom/fili mi fili mi abſalom. ter enim repetit fili mi. qs tribuet vt ego moꝛiar pꝛo te abſalom fili mi fili mi.

CAPVT .XIX.

Nunciatū eſt aūt ioab:ecce rex flet ⁊ luget ſup abſalom. Et fuit ſalus in die illa in luctū toti populo:audiuit.n. populꝰ in die illa dici/dolet rex de filio ſuo. Et declinauit populꝰ i die illa igredi ciuitatē,quomodo declinare ſolet populꝰ verſus ⁊ fugiens de pꝛelio. Iuxta hebræum habetur. Et furatꝰ eſt ſe populꝰ in die illo ad veniendum in ciuitatem,ſicut ſe furabitur populꝰ erubeſcentes fugiendo e pꝛelio. Aſsimilantur furibus ſtudentibus ad occultandum ſe/tam fugientes e prælio ꝙ̄ iſti uictores. Rex aūt operuit caput ſuū. Iuxta hebræum habetur. operuit facieꝫ ſuam. more lugentium. ⁊ clamabat voce magna:fili mi abſalom / abſalom fili mi. Deficiunt duæ dictiones: uidelicet. fili mi. tertio enim repetitur fili mi: & deinde narratur ingreſſus ioab ad regem.

¶Ingreſſuſqꝫ ē ioab ad regē i domū:⁊ dixit confudiſti. Parui refert ꝙ hebraice hr̄. feciſti erubeſcere hodie facies oiūꝫ ſeruoꝝ tuoꝝ. ſententia enim eadem eſt. q liberarūt animam tuam hodie/ ⁊ animam filioꝝ tuoꝝ ⁊ filiaꝝ tuaꝝ/⁊ animam vxoꝝ tuaꝝ ⁊ animam concubinaꝝ tuaꝝ. Amando odientes te ⁊ odiendo diligentes te: oſtendiſti enim hodie ꝙ non curas de pꝛincipibꝰ ⁊ ſeruis tuis: qa hodie cognoui ꝙ ſi abſalom viueret ⁊ omnes nos hodie moꝛtui eſſemꝰ/tūc rectū eſſet in oculis tuis. Nūc igitur ſurge egredere / ⁊ alloquens ſatiſfac ſeruis tuis. Parui refert ꝙ hebraice habet. ⁊ loquere ad coꝛ ſeruoꝝ tuoꝝ. hoc eſt ea quæ placent & conſonant cordi ſeruorum tuorum. iuro enim per dominum. Hebraice habetur in præterito. iuraui

Digitized by Google

enī ī iehouah ꝙ te non exeūte ſi dormiet vir tecū nocte. ad excitan-
dū ſiqdē dauidē ut annotaret dicta ab ipſo ioab/ dicit in præterito iuraui enim:
perinde ac dixiſſet animaduerte iuramentū quia iuraui in ſummo deo &c. ⁊ peiꝰ
erit tibi hoc omni malo quod venit ſuper te ab adoleſcentia tua
vſq; nūc. Surrexit ergo rex ⁊ ſedit ī porta: ⁊ toti populo nūcia-
tū eſt ꝙ rex ſederet ī porta, ⁊ venit totꝰ populꝰ ī faciē regis/iſrael
aūt fugit vnuſqſq; in tentoria ſua.

OMnis quoq; populꝰ certabat Iuxta hebræum habetur. Et fuit
omnis populꝰ iudicatꝰ in omnibꝰ tribubꝰ iſrael dicēdo: rex
liberauit nos de manu inimicoꝝ noſtroꝝ ⁊ ipſe liberauit nos de
manu peliſthim/⁊ nūc fugit de terra propter abſalom. Abſalom
aūt quē vnximꝰ ſup nos/mortuꝰ eſt in prelio: ⁊ nūc cur ſiletis ad
reducendū regē? Narratur ꝙ in cūctis tribubus qlibet populus fuit iudica-
tus: hoc eſt tanq̄ iudicio conuictus/repræhenſus & excitatus ab aliquibus ad re-
ducendum regem dauidem. arguebantur enim ex beneficiis receptis a dauide:
conuincebantur autem quia abſalon iam mortuus erat/& ipſa uictoria dauidis
excitabat. Et conſiliū totiꝰ iſrael venit ad regem. Non habetur hæc
clauſula in hebræo.

¶ Rex aūt dauid miſit ad zadoc ⁊ ebiathar ſacerdotes dicendo:
loqmini ad ſeniores iehude dicendo/cur veniſtis. Iuxta hebræū ha-
betur. quare eritis vltimi ad reducendū regem in domū ſuā? Sen-
tentia clara eſt. Sermo aūt totiꝰ iſrael venit ad regem in domū eiꝰ.
Verba iſta regis dauidis ſunt ad ſacerdotes ut ea dicerent ſenibus iudæ/ad de-
clarandum illud uerbum quare eritis ultimi: quia videlicet & uerbū omnis iſrael
uenit ad regem ad domum ſuam/ hoc eſt ad reducendū regem in domū ꝓpriam.
dicentibus enim ſacerdotibus hoc ad ſenes iudæ/monſtrabatur eis ꝙ iam omnis
iſrael ſignificauerat dauidi bonum animū ſuum erga regem. qa dixerat rex/
hec dicetis ad populū iude. Non habentur hæc uerba in hebræo: ſed con-
texitur ſermo regis ad ſacerdotes/referendus ſenibus iudæ. nam immediate ſeq̄.
Fratres mei vos/os meū ⁊ caro mea vos. erat enim ipſe dauid de tri-
bu iudæ. cur ergo eritis nouiſſimi ad reducendū regem? Et hama-
ſe dicetis/nōne os meū ⁊ caro mea es? ſic faciat mihi deꝰ ⁊ ſic ad-
dat. Nomen eſt elohim. ſi non magiſter militie. Iuxta hebræum habetur.
princeps exercitꝰ eris coram me omnibꝰ diebꝰ pro ioab. Sed orič
quæſtio circa iuſtitiam huius promiſſionis: eo ꝙ ioab principatū exercitus ob-
tinuerat iure primi aſcenſus ad arcem ſion/ut ſcribitur .1. parali. xi. minus ergo iu-
ſtum erat ut priuaretur principatu abſq; culpa. Solutio eſt ꝙ dauid promiſerat
quidem principatum primo aſcendenti in arcem ſion/ ſed nunq̄ legitur ꝙ ꝓmi-
ſerit ei ut eſſet dux totius exercitus. aliud eſt enim eſſe principem ſeu ducē in ex-
ercitu/& aliud eſt eſſe ducem totius exercitus. multi ſiquidē erant in exercitu du-
ces ac principes: unus autem erat dux totius exercitus/qui erat ſup omnes alios

principes.& propterea liber erat dauid ad conferendũ principatum totius exer-
citus / quem contulerat ioab ut ſcribitur ſuperius in ca.8.Et rationi cõſentaneum
eſt ut dauid de conſenſu ipſius ioab promiſerit hamaſæ principatum exercitus /
ad hoc ut hamaſa nõ impediret reditum tribus iudæ ad regem dauidem . Credi-
derim ego dauidem ſuaſiſſe ioab ut ſecum iam fere ſenex qeſceret in ieruſalem ad
regimen totius regni / & rebus bellicis cederet oblata nunc hac occaſione. Et
inclinauit coꝛ oĩum viroꝝ iehude quaſi viri vnius: ⁊ miſerũt ad
regẽ/reuertere tu ⁊ oẽs ſerui tui. Ecce effectus principatus promiſsi ha-
malæ. nam non dicitur & inclinauerunt ſacerdotes : ſed dicitur inclinauit / pro-
culdubio hamaſa cuius immediate ante mentio facta eſt. Et reuerſus ẽ rex
⁊ venit vſq; ad iarden: ⁊ iehuda venit in ghilghal vt occurreret
regi ⁊ traduceret eum iarden.

¶ Feſtinauit aũt ſimhi filiꝰ ghere filij iemini q erat de bachurim: ⁊
deſcendit cũ viris iehude in occurſum regis dauid. Et mille vi-
ri erãt cũ eo de bin'iamin . Semei q maledixerat regi(ut ſcriptũ ẽ ſuperius
ca.16.)feſtinauit ad petendum ueniam. ⁊ ſiba puer domꝰ ſaul. qui accuſaue-
rat mephiboſeth / ut ibidem ſcribitur. ⁊ quindecim filij eiꝰ ⁊ viginti ſer-
ui eiꝰ cũ eo: ⁊ ſciderũt iarden ante regem. Et tranſierunt vada:
Iuxta hebræum habetur. Et tranſibit nauicula ad faciendũ tranſire
domũ regis ⁊ ad faciendũ bonũ in oculis eiꝰ. Intelligo multas naui-
culas ſignificari per nauiculam / ad uehendum & perſonas & res prout placeret
regi. ſimhi aũt filiꝰ ghere proſtratꝰ eſt coꝛam rege cũ iam tranſiſ-
ſet iarden. nõ rex ſed ipſe ſemei.immo hebraice ſcribiť ꝙ in ipſo tranſitu (hoc
eſt ꝙ ſtatim ut ſemei tranſiuit iordanem) proſtrauit ſe coram rege. Et dixit ad
regem: non imputet mihi dñs meꝰ iniqtatem / ⁊ non memineris
quod inique egit ſeruꝰ tuꝰ in die qua egreſſus eſt dñs meꝰ rex de
ieruſalaim, vt ponat rex ad coꝛ ſuũ. Nouit enim ſeruꝰ tuꝰ ꝙ pec
caui: ⁊ ecce veni hodie pꝛimꝰ de omni domo ioſeph. Iuxta hebræum
habetur. omni domui ioſeph vt deſcenderem in occurſum do-
mini mei regis. Iſte enim ſemei de tribu erat beniamin:tum quia clare dicitur
filius iemini/hoc eſt beniamin:tum quia cum mille uiris de beniamin uenit/pro-
culdubio ab ipſo congregatis.nec ſupputat ſe in domo ioſeph/ſed in ſignũ pœni-
tudinis præueniſſe ſe dicit uniuerſam domum ioſeph : hoc eſt tribum ephraim &
menaſsis deſcendentes ex ioſeph qui fuit primogenitus rachelis : cum debuiſſet
tribus beniamin ſimul uenire cum tribu ioſeph ut minor frater deferret maiori.

¶ Reſpondit aũt abiſai filiꝰ zeru'ie ⁊ dixit: an ꝓpter hoc non mo
rietur ſimhi q maledixit chꝛiſto domini? Et ait dauid: qd mihi
⁊ vobis filij zeru'ie:q eſtis ꝓpenſi ad uindictã. cur efficiemini mihi. Le-
gendum eſt. qa eritis mihi hodie in ſatan. hoc eſt uos creditis partes me-
as fouere/& tamen in hoc eritis mihi hodie in aduerſarij officium. Et rationem
ſubiungit: quia dies hodiernus eſt tanꝗ dies creationis meæ in regẽ/ oportet me

agere tanq̄ nouum regem & obliuiſci præteritorum. an hodie morietur vir in iſrael? qa nōne noui ꝙ hodie ſum rex ſuper iſrael? Et ait rex ad ſimbi/non morieris: iurauitq; ei rex.

Mephiboſeth quoq; filiꝰ ſaul deſcendit in occurſum regis. Inter occurrentes regi cōnumeratur hoc in loco mephiboſeth: cum tamen occurſus eius fuiſſet ſecundum ordinem rei geſtæ narrādus poſtea. illotis pedibꝰ ⁊ intonſa barba. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non fecit pedes ſuos ⁊ non fecit labiū ſuū ⁊ veſtes ſuas nō lauit/a die abitꝰ regis vſq; ad diez quo rediit in pace. Teſtatur ſcriptura luctum aſſumptum a mephiboſeth propter fugam regis dauidis quo ad tria: quia nec curam pedum abluendo incidendoue ungues/nec curam labij minuendo pilos circa labia & cōcinnando barbam egit/nec ueſtes ſuas abluit. ut intelligamus ꝙ inique accuſatus fuerit a ſeruo ſuo & inique dānatus a dauide. Cūq; occurriſſet regi. Iuxta hebræum habetur. Et fuit cū venit ieruſalaim in occurſuz regis/ dixit ei rex cur non veniſti mecū mephiboſeth? Ne putaretur ꝙ mephiboſeth occurriſſet regi ad iordanem/deſcribitur tempus aliud: uidelicet quando ciuitas ieroſolimitana uenit in occurſum regis. tunc enim ipſe mephiboſeth uenit obuiam regi. Et dixit/domine mi rex ſeruus meꝰ contempſit me. Iuxta hebræum habetur. decepit me. apparet enim hinc ꝙ ſiba requiſitus a mephiboſeth/dixerit ſe iturum cum mephiboſeth ad regem dauidem ut comes eſſet fugientis: & ꝙ decæperit eum/eundo ad dauidem cū munuſculis ſine (immo contra) mephiboſeth. dixit enim ſeruꝰ tuꝰ vt ſterneret mihi aſinū. Iuxta hebræum habetur. ſternam mihi aſinū ⁊ eqtabo ſuper eū ⁊ ibo ad regem/qa claudꝰ eſt ſeruꝰ tuꝰ. Etiam hunc laborem ſternendi aſinū non imponebat ſibæ. Et accuſauit me ſeruū tuū apud te dominū meū regem: tu aūt domine mi rex ſicut angelus dei es. Nomen eſt elohim. fac quod bonū eſt in oculis tuis. Quia nō fuit tota domꝰ patris mei niſi homines mortis domino meo regi/ ⁊ poſuiſti ſeruū tuuz inter cōuiuas menſe tue: que eſt ergo mihi ampliꝰ iuſtitia ad clamandū ampliꝰ ad regem? Dixit aūt ei rex/ quid vltra loqueris? fixū eſt quod locutꝰ ſum. Iuxta hebræum habetur. dixi. Et immediate ſequitur. tu ⁊ ſiba diuidite agros. Et eſt ſenſus/diffiniui hanc ſententiā: vez tu & ſiba diuidite agros. Prius dauid fuerat præceps dando totum ſibæ inaudita parte: modo audita parte ſed indiſcuſſa ueritate / manifeſte iniuſtus inuenitur & ingratiſſimus ionathæ patri mephiboſeth. Et hebræi dicunt in pœnā hujus peccati diuiſum fuiſſe regnum dauidis tempore nepotis eius roboā: ut inferius ſcribitur. Dixitq; mephiboſeth ad regem: etiā totū tollat/poſtq̄z venit dominꝰ meꝰ rex in pace in domū ſuam:

Barzillai quoq; ghilhadites ſenex valde. Superfuit ſenex ualde, deſcendit de rogelim: ⁊ traduxit regem iarden/vt proſequeretur eū vltra iarden. Erat aūt barzillai ſenex valde/filiꝰ octoginta an⸗

Digitized by Google

noꝝ: ⁊ ipſe pauit regem cuȝ moraretur in caſtris. Legendum eſt. in
machanaim. eſt enim ciuitatis nomen. erat enim vir diues nimis. He-
braice habetur. magnꝰ valde. proculdubio diuitijs & conſequentibus ad eas.
Dixitqȝ rex ad barzillai: veni mecū vt qeſcas ſecurꝰ. Iuxta hebræ-
um habetur. tu tranſi mecū ⁊ paſcā te mecū in ieruſalaim. Regiā cu-
ram ipſius promittit. Et ait barzillai ad regem: quot ſunt dies ānoꝝ
vite mee vt aſcendam cū rege in ieruſalaim? Filiꝰ octoginta an-
noꝝ ſum hodie: nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernendū ſua-
ue vel amaꝝ? Iuxta hebræum habetur. an diſcernam inter bonū ⁊ ma
lū? proculdubio ſecundum ſenſum. Et immediate ſequitur. an guſtabo ſeruꝰ
tuꝰ quod comedam ⁊ quod bibam? an audiam vltra vocem can
toꝝ ⁊ cantatricū? In ſpecie declarat defectus duorum ſenſuum / guſtus &
auditus. ⁊ cur erit ſeruꝰ tuꝰ adhuc oneri domino meo regi? Pau-
lulū tranſibit ſeruꝰ tuꝰ iarden cū rege: ⁊ cur retribuet mihi rex re-
tributionem iſtam? Reuertatur queſo ſeruꝰ tuꝰ ⁊ moriar in ci-
uitate mea / iuxta ſepulchꝛū patris mei ⁊ matris mee: ⁊ ecce ſeruꝰ
tuꝰ chimham tranſibit cū domino meo rege / fac ei quod bonum
eſt in oculis tuis. Filius barzillai erat iſte chimham. Dixitqȝ rex: mecuȝ
tranſeat chimham ⁊ faciam ei bonū in oculis tuis / ⁊ qcqd petes
a me faciam tibi. Et tranſiuit totꝰ populꝰ iarden / ⁊ rex tranſiuit:
oſculatuſqȝ eſt rex barzillai ⁊ benedixit ei. tum gratias agendo tum im-
precando bona. ⁊ reuerſus eſt in locū ſuū.

TRanſiuit aūt rex in ghilghal / ⁊ chimham tranſiuit cuȝ eo:
totuſqȝ populꝰ iehude traduxerat regem / ⁊ etiam dimidia
pars populi iſrael. Et ecce omnes viri iſrael venerūt ad regem:
⁊ dixerūt ad regem, cur te furati ſunt fratres noſtri viri iehude / ⁊
traduxerūt regem ⁊ domū eiꝰ iarden ⁊ omnes viros dauidis cuȝ
eo. Et reſpondit omnis vir iehude ad viros iſrael: qa mihi p-
pior eſt rex. Parui refert ꝙ hebraice habetur. qa pꝛopinquꝰ rex mihi.
& poteſt intelligi de propinqtate locali & de propinquitate carnali: eo ꝙ & ſe-
cundum locum iordanis propinquus eſt tribui iudæ / & de tribu iudæ erat per-
ſona regis. ⁊ cur iraſceris propter hanc rem? an comedendo come-
dimꝰ ex rege? an munera nobis data ſunt? Iuxta hebræum habetur.
an donatiuū donauit nobis? rex. Omnem utilitatem excludunt. Et re-
ſpondit vir iſrael ad viros iehude ⁊ ait: ⁊ pꝛimogenitꝰ ego ſum,
decem partibꝰ ego maioꝛ ſum apud regem / magiſqȝ ad me perti-
net dauid qȝ ad te. Iuxta hebræum habetur. ⁊ dixit decem partes mi-
hi in rege / ⁊ etiam in dauid ego plus te. Iudas & beniamin ſimul ex una
parte ſupputant / decem uero reliquæ tribus ex altera quæ iſrael nominatur. &
propterea pars iſrael dicit: decem partes mihi in rege / & in hoc rege qui eſt da-
uid ſum plus te. cur feciſti mihi iniuriam. Iuxta hebræum habetur. ⁊ q̄re
paruipendiſti me. reducendo regem ſine me. ⁊ non mihi nunciatū eſt

pꝛioꝛi.

priori. Iuxta hebræũ habetur. ⁊ nõ fuit verbũ meũ primũ . cũ ſim longe maior te. Deinde immediate ſequitur . mihi ad faciendum reuerti regem meũ. Et eſt ordo literæ/ad faciendũ reuerti regem meũ mihi. cõqueritur. n. ꝗ uerbũ ſuũ(hoc eſt opera ſua/cõcurſus ſuus)non interuenerit primo loco ad faciendum reuerti regem: dolet. n. ꝗ non fuerit expectatus/ſibiq; ut priori delatũ. Durius q; fuit verbum viroꝝ iehude q̃ʒ verbũ viroꝝ iſrael.

CAPVT .XX.

Acciditq; vt ibi eẽt vir beli'iahal. Sæpe dictũ ẽ belial ſignificare abſq; iugo legis & moꝝ. ⁊ nomẽ ei⁹ ſebah/fili⁹ bich'ri vir iemine⁹. hoc eſt ex tribu beniamin. ⁊ clanxit buccina ⁊ ait, non eſt nobis pars in dauid neq; hereditas nobis in filio iſai/ vnuſquiſq; ad tentoria ſua iſrael. Et aſcendit oĩs vir iſrael a dauide poſt ſebah filiũ bich'ri: viri aũt iehude adheſerũt regi ſuo a iarden vſq; ad ieruſalaim.

Veniťq; dauid in domũ ſuã in ieruſalaim: ⁊ tulit rex decẽ mulieres concubinas quas dimiſerat ad cuſtodiendã domũ/ ⁊ tradidit in cuſtodiam eas. Legendum eſt . ⁊ dedit eas in domũ cuſtodie. ut ſimul cuſtodirentur uelut in clauſtro. ⁊ pauit eas / ⁊ ad eas non eſt ingreſſus: ſed erant clauſe. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fuerunt anguſtate. limitibus ornatus & aliorum eiuſmodi. vſq; ad diem mortis ſue ĩ viduitate viuentes. hoc eſt tanq̃ uiduæ uitã ducentes. Et in promptu eſt horatio / quia cognitæ fuerant a filio eius abſalon .

Dixit autem rex hamaſe. tanq̃ principi exercitus/ut promiſerat. congrega mihi viros iehude tribus dieb⁹: ⁊ tu ſta hic. Abijtq; hamaſa ad congregandũ iehudã: ⁊ morat⁹ eſt extra palatiũ quod ei cõſtituerat rex. Iuxta hebræũ habeť . ⁊ morat⁹ eſt vltra tẽp⁹ quod preparauit ei. hoc ẽ ultra triduũ. Ait aũt dauid ad abiſai/nũc peius faciet nobis ſebah fili⁹ bich'ri q̃ʒ abſalom . Eo ꝙ hamaſa ultra ꝯſtitutũ tẽps tardus erat/ꝯmiſit dauid abiſai onus pſequẽdi ſebã . tu tolle ſeruos dñi tui. proculdubio ioab/cuius officiũ trãſtulerat ĩ hamaſam. & ꝑpea nihil dixit dauid ad ioab: ſed milites appropriatos ioab/mãdauit aſſumi ab abiſai fratre eius. ⁊ pſequere eũ/ne forte inueniat ſibi ciuitates munitas ⁊ effugiat nos. Legendũ ẽ. oculos nr̃os. ad ſimilitudinẽ auiũ/aucupes fugientiũ ac occultantiũ ſe in locis tutis ab aucupibus . Egreſſiq; ſunt poſt eũ oẽs viri ioab/ ⁊ cherethi ⁊ pelethi ⁊ oẽs robuſti. Hinc maniſeſte patet ꝙ appellatiõe dñi tui ſignificatus fuerat ioab: & præter uiros ioab/cherethi & pelethi & oẽs potẽtes adhærẽtes dauidi exierũt cũ abiſai. ⁊ egreſſi ſunt de ieruſalaim ad pſequendũ ſebah filium bich'ri.

Ipſis exiſtẽtibus apud lapidẽ grandẽ q ẽ ĩ ghibbon / hamaſa venit ĩ faciẽ eoꝝ: ioab aũt. Abſq; officio introducit ioab cum euntibus ad perſequendum ſebã / ne iniuria fieret hamaſæ : ut etiam hodie uidemus fieri ab ijs qui plus ualere exiſtimantur q̃ ipſe dux . Veſtitus erat tunica ſtri-

cta ad menſuram habit⁹ ſui. Iuxta hebræũ habeť. cinct⁹ pāno veſti-
mēti ſui. Ad excludendũ loricã fit iſta deſcriptio. ⁊ deſuꝑ accinct⁹ gladio
dependente vſq; ad ilia. Legendũ eſt. ⁊ ſuꝑ eũ cingulũ gladij appli-
cati ſuꝑ lũbos ei⁹ in vagina ſua. Nihil aliud armoꝝ habuiſſe deſcribitur
niſi gladiũ in uagina in cingulo ſuper lũbos ſuos. q fabricatus leui motu
egredi poterat ⁊ ꝑcutere. Iuxta hebræũ habeť. ⁊ ipſe exiuit ⁊ cecidit.
Pronomen ipſe demonſtrat gladiũ. deſcribitur. n. ꝙ uolente ioab ſalutare hama-
ſam exiuit ex uagina gladius ioab & cecidit tanq̃ caſu/ſed ſecundũ ueritatem ex
induſtria: & ꝙ ioab gladiũ nudũ q ceciderat eleuauit manu ſiniſtra/ & ſic saluta-
uit hamaſam. Dixitq; ioab ad hamaſam/ſalue mi frater. Iuxta hebræ
um habetur. num pax tu frater mi? quod ſonat/num bene uales tu frater mi?
⁊ tenuit manu dextera ioab mentũ hamaſæ quaſi oſculãs eũ. Iuxta
hebræum habeť. ad oſculandũ eũ. ut undiq; eũ falleret. Hamaſa aũt nõ
obſeruauit gladiũ quẽ habebat ioab. Iuxta hebræũ habeť. q in manu
ioab. hinc. n. habeť quod prædiximus: vz ꝙ manu ſiniſtra eleuatu gladiũ nu-
dũ q ceciderat tenebat ioab. q ꝑcuſſit eũ in latere. Iuxta hebræum habetur.
⁊ ꝑcuſſit eum ipſo in quinta coſta. hoc eſt iuxta ſtomachum/ut alias de-
clarauimus. ⁊ effudit inteſtina eius in terrã ⁊ non iterauit ei/⁊ mor-
tuus eſt: ioab autem ⁊ abiſai frater eius perſecutus eſt ſebah fi-
lium bich'ri. Mortuo hamaſa reſumpſit principatum exercitus ioab. ad hoc
eni; inſinuandũ præponitur modo ad abiſai/quem dauid miſerat ut caput. Et
vir ſtetit iuxta eum de pueris ioab: ⁊ dixit/ecce qui eſſe voluit pro
ioab comes dauid. Iuxta hebræum habetur. quis qui voluit ĩ ioab? ⁊
quis qui dauidi poſt ioab? Vnica actio hamaſæ aduerſus ioab deſcribitur
dupliciter. primũ a cõplacentia hamaſæ in officio ioab: deinde a ſucceſsione in of-
ficio eodem uiuente ioab corã dauide rege. & hoc ad exaggerandũ præſumptio-
nẽ hamaſæ/uolentis ſe præferre ioab qui tanto tpe cũ dauide fuerat in hoc offi-
cio. Et ſunt hæc uerba opprobrãtis hamaſæ occiſo/quis eſt nunc q uoluit aduer-
ſus ioab &c. Hamaſa aũt cõſpſus ſanguine erat in medio vie: vi-
ditq; vir ꝙ ſubſiſteret tot⁹ popul⁹, ⁊ diuertit hamaſam de via in
agrum ⁊ proiecit ſuper eum veſtimentum/cum vidiſſet ꝙ om-
nis veniens ad eum ſubſiſteret.

¶ Quando autem amotus fuit, tranſiuit omnis vir poſt ioab ad
perſequendum ſebah filium bich'ri. Porro ille tranſierat per om
nes tribus iſrael. Iuxta hebræum habetur. Et tranſiuit in omnes tri
bus iſrael. De ſeba ſermonem fieri/ſubiuncta inſinuant. quãuis uulgata ædi-
tio diſſonet ab hebraica ueritate: in qua poſt tribus iſrael ſubiungitur. ad abel
⁊ beth'mahachã ⁊ omnia berim. & eſt nomẽ regiõis tam beth'mahacha
q̃ berim. Deinde imediate ſeqť. ⁊ cõgregati ſunt ⁊ venerũt ẽt poſt eu;.
hoc ẽ & uiri ioab ꝯgregati ſunt & uenerũt ẽt pſequẽtes ꝑ ſingula loca poſt ſebã:
hoc ẽ ſeq̃ndo ueſtigia eius. Deinde imediate ſeqť. Et venerũt ⁊ ãguſtarũt
ſuꝑ eũ ĩ abel beth'mahacha. Tandẽ anguſtarunt ſebã in ciuitate abel ſita

Digitized by Google

in regione beth'mahachæ. ⁊ circundederũt munitionibus ciuitatem: Iuxta hebræum habetur. ⁊ euerterunt aggerem ciuitati. Habebat ciuitas aggerem ante murum ciuitatis in munimen / & illum primo euerterunt uiri ioab. ⁊ obſeſſa eſt vrbs. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſtetit in muro. Deſtructo aggere/ciuitas deſcribitur ſtans in protectione ſolius muri. omnis autem turba que erat cum ioab/moliebatur deſtruere murum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ omnis populus qui cum ioab/deſtruentes ad faciendum cadere murum. Proſecutio ad deſtruendum murum cum conatu totius populi ioab deſcribitur.

¶Et clamauit mulier ſapiens de ciuitate: audite audite, dicite queſo ad ioab/appropinqua vſq; huc ⁊ loquar ad te. Appropinquauitq; ad eam, ⁊ dixit mulier an tu es ioab? ⁊ dixit/ſum: ⁊ dixit ei audi verba ancille tue/⁊ dixit audio. Rurſumq; illa: ſermo inquit dicebatur in veteri prouerbio/qui interrogant interrogẽt in abela ⁊ ſic proficiebant. Iuxta hebræum habetur. Dixitq; dicendo: loquendo loquentur in primis dicendo / interrogando interrogabunt in abel ⁊ ſic perfecerunt. Ex his patet uulgatam æditionem recte reddere hebraicam ueritatem. tanq̃ enim uetus prouerbium inſinuatur cum dicitur loquendo loquentur primum (hoc eſt ab antiquo, uel potius in primis/ante omnia: perſeuerantia enim ſignificatur per fututum loquentur) dicendo / hoc uidelicet interrogando interrogabunt in abel (quod ſonat qui interrogant interrogent in abel/tanq̃ in ciuitate conſiliorum) & ſic/hoc eſt conſilio habito a ſapientibus abel, perfecerunt opus. commendat enim ciuitatem ſuam a ſapientia. Nonne ego ſum que reſpondeo veritatem in iſrael? Iuxta hebræũ hr̃. Ego pacificarũ ⁊ fideliũ iſraelis. ſubaudi una ſum. Poſt cõmendatã ciuitatẽ a ſapientia/affert rõnem a pace & fide cũ iſraele: ut hinc oſtendat iniuſte uexari ciuitatẽ pacificã & fidelẽ. in pſona. n. ciuitatis loq̃r. ⁊ tu queris ſubuertere ciuitatẽ ⁊ euertere mrẽz i iſrael. Parui refert q̃ hebraice hr̃. tu querẽs ad faciendũ mori ciuitatẽ ⁊ mrẽz i iſrael. Dixit ciuitatẽ pacificã & fidelẽ/dixit matrẽ pp ſapientiã ꝯſilij. q̃re precipitas hereditatem dñi? Iuxta hebræũ hr̃. quare deſtrues hereditatẽ iehouah? quælibet. n. ciuitas iſrael erat portio hæreditatis ſũmi dei/ p̃q̃to hæreditario iure data erat a deo pop̃lo iſrael. Rñditq; ioab ⁊ dixit: abſit abſit mihi/ nõ præcipito neq; demolior. Legendũ eẽt. ſi deſtruã ⁊ ſi faciã deſtruere: ad ſignificandũ negatiuã. Nõ ſic hẽt res: qa vir de mõte eph'raim (ſebah filius bich'ri nomẽ ei9) leuauit manũ ſuã cõtra regẽ dauid/tradite illũ ſolũ ⁊ recedã a ciuitate. Iſte ſeba de tribu erat beniamin (ut in principio huius capĩi ſcriptũ eſt) ſed qa habitabat in mõte ephraim ibi forte ẽt natus/ ideo dr̃ de mõte ephraim. Dixitq; mulier ad ioab/ecce caput ei9 ꝓijcief ad te per murum. Ingreſſa eſt ergo ad oẽm populum / ⁊ locuta eſt eis ſapienter. Parui refert q̃ hebraice habetur. Et venit mulier ad omnem populum in ſapientia ſua, ⁊ abſciderunt caput ſebah filii

bichꝛi ⁊ pꝛoiecerũt ad ioab. Ad conſiliũ ciuitatis ingreſſa intelligitur mu-lier utens ſapientia ſua ad pſuadendũ cõcilio repræſentanti uniuerſum populum ut decollaretur ſeba, tum propter iuſtitiam reqſitã a rege/tũ pp pacem ciuitatis. ⁊ clangit buccina/⁊ receſſerunt ab vꝛbe vnuſqſq; i tentoꝛia ſua: ioab aũt reuerſus eſt ieruſalaim ad regem:

ET ioab fuit ſuper totum exercitum iſrael: bena'ia vero filius iebo'iadah ſuper cheretheos ⁊ peletheos. Adoꝛam autem ſuꝑ tributũ: ⁊ iehoſaphat fili⁹ achilud a cõmentarijs. Se'ia vero ſcriba: ⁊ zadoc ac eb'iathar ſacerdotes. Quãuis. 8.ca. fuerit ſcripta di-ſtributio hoꝝ officioꝝ, repetitur tñ hic tanq̃ denuo dauid factus fuerit rex. Et ſpecialiter fit mentio de officio ioab, ad manifeſtandum ꝙ non obſtante tranſla-tione officij in hamaſam & crimine ioab interficiendo eundem/præfectus eſt ite-rum in principem totius exercitus. reliqua intellige ut ſupra. Et etiam hira ia'irites erat ſacerdos dauidi. Huius mentio facta non fuerat in dicto ca. ueruntamen ſacerdotis nomen non eſt hic nomen ordinis ſed dignitatis. erat enim quo ad dignitatem tanq̃ pontifex coram dauide.

CAPVT .XXI.

FVit autem fames in diebus dauid tribus annis iugi-ter / ⁊ conſuluit dauid oꝛaculum domini. Sæpe dictum eſt ignotum nobis eſſe modũ quo huiuſmodi interrogationes & re-ſponſiones diuinæ fiebant. ⁊ dixit dominus / pꝛopter ſaul ⁊ pꝛopter domum eius ſanguinum. Superfluit eius. Tria dicuntur. pri-mum propter ſaul. Et ad huius declarationem ſubiungitur & domum ſan-guinum: ut intelligeretur peccatum ſaulis non quodcunq; / ſed pro quanto fue-rat effuſor ſanguinis. Et ad manifeſtandum de quo ſanguine eſt ſermo/ adiungi-tur tertio. eo ꝙ occidit ghibbonitas.

¶ Vocauitq; rex ghibbonitas/⁊ dixit eis: ghibbonite autẽ non erant de filijs iſrael ſed de reſiduis emoꝛeoꝛum/⁊ filij iſrael iuraue rant eis: Hiſtoria hæc ſcripta eſt diffuſe in libro ioſuæ ca. 9. ⁊ voluit ſaul: Iuxta hebræum habetur. ⁊ queſiuit ſaul percutere eos. Nec eſt dubium de effectu ſubſecuto/ut teſtatur ſupraſcripta reſponſio diuina: ſed quia non om-nes occidit/ideo dicitur ꝙ quæſiuit ad percutiendum eos. ut enim ſubiuncta te-ſtantur / diſperſi ſunt propter perſecutionem ſaulis multi qui euaſerunt. zelo quaſi pꝛo filijs iſrael ⁊ iuda. Parui refert ꝙ hebraice habetur. in zelare eius filijs iſrael ⁊ iehude. Zelus iſte ratione ciuitatum & agrorum gha-baonitarum intelligitur. tanq̃ filijs iſrael tempore ioſuæ portio illa terræ fuerit male detracta: utpote pars terræ promiſſionis debita filijs iſrael. Ad ſubtra-hendum itaq; a ghabaonitis terram quam poſſidebãt quæſiuit ſaul percutere eos. Dixitq; dauid ad ghibbonitas: qd faciã vobis/⁊ qđ erit vři piaculũ. Parui refert ꝙ hebraice hr. ⁊ ĩ quo expiabo. ſubaudit iniuriã uobis factã. ⁊ bñdicatis hereditati dñi: hoc ẽ materiã maledictiõis diuæ p famẽ

trium annorum perſeuerantis ſubtrahendo/benedicatis occaſionaliter. Et dixerunt ei ghibbomite: non eſt nobis queſtio de auro ⁊ argento cū ſaul ⁊ cū filijs eiꝰ. Forte argentum & aurum obtulerat dauid eis pro ſatisfactione. neqȝ volumꝰ vt interficiatur homo in iſrael. Quia zelo iſraelitarum ſaul pſecutus fuerat eos & multos eorum occiderat, ideo excludunt a uindicta oēs iſraelitas excæpta domo ſaulis q caput fuerat. ⁊ dixit/ qd ergo vultis vt faciam vobis: Iuxta hebræum habetur. quod vos dicêtes/ faciam vobis. Clare promittit facturum ſe quod petunt. Qui dixerūt regi: vir q attriuit nos ⁊ oppreſſit inique/ ita delere debemꝰ vt nec vnꝰ qdem reſiduꝰ ſit de ſtirpe eiꝰ in cunctis finibꝰ iſrael. Hebraica litera longe aliter ſonat. vir q deſtruxit nos ⁊ q cogitauit nobis / fuimꝰ deſtructi a ſtando in omni termino iſraelis: dabitur nobis. Et ſtatim appoſitiue ſubiungitur. ſeptem viri ex filijs eiꝰ. De ſaule narrantur duo & petitur tertium. narratur primum ꝙ deſtruxit occidendo ghabaonitas: deinde ꝙ cogitauit (ꝙ machinatus eſt) aduerſus eos uſqꝫ adeo ut deſtituti nō ſolum a ꝓpriæ terræ terminis ſed ēt ab habitatione in omni termino iſraelis fuerint. petitur autem tertio ut ſaul detur eis/ non in ſeipſo ſed in ſeptem uiris ex filijs eius. vt crucifigamꝰ eos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ facient affigere eos. nihilqꝫ dicitur de cruce in ſpecie. domino. hoc eſt ad gloriam iuſtitiæ diuinæ. in ghibba ſaul electi domini. in colle cognominato ab ipſo ſaule/ ad maiorem uindictam.

¶ Et ait rex/ ego dabo: pepercitqȝ rex mephiboſeth filio iehonathan filij ſaul/ ꝑꝑ iuſiurandū dn̄i quod fuit inter dauid ⁊ iehonathan filiū ſaul. Tulitqȝ rex duos filios rizpe filie a'ie quos peperit ſauli/ armoneū ⁊ mephiboſetū: ⁊ qnqȝ filios michal filie ſaulis. Corrupta iudicio meo fuit uitio ſcriptoꝝ hebraica litera: & ē ſcriptū michal pro merab/ ſorore eius maiore quæ fuit uxor iſtius hadrielis: ut patet. 1. reg. 18. Si. n. dicerentur duntaxat filij michal, intelligi poſſent filij per adoptioné: ſed qa adiungit. quos genuit had'rieli filio barzillai mecholathei. uerificari nō poteſt lr̄a de michal. nā generare actio eſt naturalis, non ꝯueniens niſi matri nāli: & ꝓpea non niſi de merab uerificat' quos genuit had'rieli. uitio itaqꝫ ſcriptoꝝ error nominis eſt. Et tu prudens lector hoc ānotabis: ne fallaris, ſicut ego quoqꝫ falſus fui ſuper pſalmum ad dominū cū tribularer / citādo hūc textū ut iacet. Et dedit eos ī manū ghibbonitaꝝ. Aduerte ꝙ iuramentū præſtitū ſauli in primo libro ca. 24. a dauide/ nō eſt uiolatū tradendó iſtos occidendos: eo ꝙ ꝑꝑ mortē iſtoꝝ nec domus nec nomen ſaulis delebat': nā ſeruata ſtirpe ionathæ/ ſeruabat' & domus & nomen ſaulis. qui crucifixerunt eos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ affixerunt eos in monte. Idem eſt mons qui paulo ante nominatus eſt collis. coram domino. hoc eſt ad executionem diuinæ iuſtitiæ. Et hinc ſoluitur quæſtio quare dauid fecerit contra legem moſis / non occidentur filij pro patribus deute. 24. Soluitur enim ꝙ tanqꝫ diuinæ iuſtitiæ executor dauid hoc fecit. de deo enim ſcriptū eſt/ uiſitās iniquitatem patrū in filios & in tertios & in

quartos.⁊ ceciderunt ſeptem hi ſimul: ⁊ occiſi fuerunt ī primis die‑
b⁹ meſſis/principio meſſis hordeacee.

¶ Tollens aūt rizpa filia a'ie ciliciū/ſubſtrauit ſibi ſuper petram. Legendum eēt. Et tulit rizpa filia a'ie ſaccū/ ⁊ extendit eū ſibi in ru‑pe. Maternus amor deſcribitur tantus ut quæ fuerat uxor regis in rupe habita‑uerit (extenſa rudi tela deſuper ex qua ſolent fieri ſacci) ad curam habendum affixorum corporum ne a feris aut auibus morderentur. a principio meſſis donec ſtillaret aqua ſuper eos de celo. Et hoc quoq; contra legem mo‑ſis deute. 21. factum fuit. præcipitur enim in lege q; affixus ligno eadē die ſepelia‑tur: iſti autem uſq;quo plueret relicti ſunt in patibulis. Sed ſolutio ſimilis eſt. nam diuina authoritate hoc factum eſt ut uſq; ad pluuiam (ſignū diuinæ clementiæ) manerent affixa cadauera ad expiandum pœnam penuriæ annonæ / quæ ex de‑fectu pluuiæ fuerat triennio: ut hæc litera inſinuat. ⁊ non permiſit aues celi requieſcere ſuper eos in die/neq; beſtias agri in nocte. Ne ſis ita ru‑dis ut intelligas mulierem nobilem ſolam manſiſſe ibi cuſtodiamq; hanc exercuiſ‑ſe: ſed famulas & famulos ſecum habuiſſe.

¶ Nunciatū ē aūt dauidi quod fecit rizpa filia a'ie cōcubina ſau‑lis. Ideo hoc ſcribitur ut intelligamus dauidem motū ab exemplo pietatis iſtius mulieris. Et abijt dauid ⁊ tulit oſſa ſaulis ⁊ oſſa iehonathan filij ei⁹. Ecce fructus boni exempli: perſonaliter iuit rex ad tollendum oſſa ſaulis & ionathæ motus exemplo mulieris. non enim dicitur & miſit dauid/ſed dicitur & iuit dauid. a viris. Legendum eſſet. a primatib⁹ iabes ghilhad. conſen‑ſus ſiquidē primatū ciuitatis interueniens deſcribitur/eo q; chara illis erant oſſa ſaulis. q furati fuerant ea de platea beth'ſan/ in qua ſuſpenderant eos peliſthim in die qua percuſſerūt peliſthim ſaulē in ghilboah. Quæſtio oritur: quia in calce primi libri ſcriptum eſt q; iabitæ tulerunt cadaue‑ra ſaulis & filiorum de muro bethſan: hic autem dicitur de platea bethſan. Solu‑tio eſt q; (ut hebraica ſonat dictio) non ſignificatur proprie platea ciuitatis ſed locus largus/qui uidelicet erat iuxta murū bethſan. & propterea nulla relinqtur diſſonantia inter ſcripta hic & ibi: ſed ibi ſcribitur murus/hic uero amplitudo lo‑ci in quo erat murus. Et aſcēdere fecit inde oſſa ſaulis ⁊ oſſa iehona‑than filij ei⁹: ⁊ colligentes oſſa eoꝝ q affixi fuerant. Legendum eſſet ⁊ fuerūt congregata oſſa affixorum. Hactenus opera dauidis deſcripta eſt circa oſſa ſaulis & ionathæ/& cōſequenter filiorum ſaulis cum eo ſepultorū: modo deſcribitur id quod mandato dauidis factum eſt de oſsibus illorū ſeptem affixorum. Sepelieruntq; oſſa ſaulis ⁊ iehonathan filij ei⁹ in terra bin'iamin in latere. Iuxta hebræum habetur. in zelah. & eſt nomen pro‑prium loci. in ſepulchro cis patris ei⁹: ⁊ fecerunt omnia que prece‑perat rex/⁊ propitiat⁹ eſt de⁹ terre poſt hec. Nomen eſt elohim. & di‑uina gratia dans copiam annonæ ſignificatur: quod ſecundum effectum appa‑ruit poſt hæc humanitatis officia. uiſa eſt enim pluuia ſufficiens ad culturam terræ.

FActũ eſt aũt rurſum bellũ peliſthinoꝝ cõtra iſrael. Parui refert ꝙ hebraice ſcribitur. Et fuit adhuc bellũ peliſthinis cũ iſrael. Dicendo adhuc/tempus ſonat poſt placationem ghabaonitarum. deſcenditqꝫ dauid ⁊ ſerui eiꝰ cũ eo ⁊ pugnauerunt cũ peliſthim/deficiente aũt dauid. Iuxta hebræum habetur. ⁊ laſſus eſt dauid. fatigatus ſiquidem labore prælij deſcribitur. Et ijſbi'benob ꝗ erat de genere raphe. genus erat giganteum. ⁊ ferrũ haſte eiꝰ trecentas vncias. Legendum eſſet. trecẽtos ſiclos eris appendebat. hanc enim ponderis ſpeciem ſonant hebræa. ⁊ accinctꝰ erat enſe nouo. Non eſt in hebræo enſe. Nec deſunt intelligentes ipſum nouiter accinctum hoc eſt nouum militem fuiſſe: ut maioris audaciæ inſinuetur. quam effectus ſubſecutus teſtatur: uidelicet. niſus eſt percutere dauid. Legendum eſt. ⁊ dixit ad percutiendũ dauidem. Ecce audacia proprio uerbo manifeſtata/ꝙ uolebat aggredi perſonam regis. Præſidioqꝫ fuit ei abiſai filiꝰ ſeru'ie/⁊ percuſſum peliſtheum interfecit. dauid adiutus ab abiſai. hebraice enim legitur: & adiuuit eum abiſai/ & percuſsit peliſtheum & occidit eum. Auxilium duntaxat collatum narratur ab abiſai/percuſsio autem & interfectio actiones dauidis ſunt: ut in calce huius capituli ſummatur. tũc iurauerũt viri dauidis ei dicendo/ non egredieris ampliꝰ nobiſcũ in prælĩũ. Senex iam inſinuatur dauid/inſolita laſsitudine atteſtante: & propterea cum perſonæ ſuæ periculo ueniens ad prælium. & ideo rationabiliter coegerunt illum ſui ut non ueniret amplius ad prælium. ⁊ non extingues lucernam iſrael. Aſsimilatur dauid luci iſraelis ratione ſapientiæ & regni ſplendentis: ita ut omnis iſrael ſub regno eius tanꝗ̃ ſub luce eſſet / qui in tot tenebris fuerãt tẽporibus multis oppreſsi & ab exteris & a criminibus.

¶ Secundũ bellũ quoqꝫ fuit. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et fuit poſt ſic/⁊ fuit adhuc prælĩũ in gob cũ peliſthinis: tũc ꝑcuſſit ſibbechai chuſatheꝰ ſaph/ꝗ erat de genere raphe. ¶ Tertiũ quoqꝫ fuit bellũ. Legendum eſt. Et fuit adhuc prælĩũ in gob cũ peliſthinis. Et poſtea ſubditur. in quo percuſſit adeodatꝰ filiꝰ ſaltꝰ polymitarius bethlehemites. Iuxta hebræũ habetᷣ. ⁊ percuſſit elchanan filiꝰ ſyluaruꝫ textorum bethlechemites ghol'iath ghittheum, ⁊ lignum lancee eiꝰ ſicut liciatoriũ textoꝝ. Ex quibus patet ꝙ interpres nomina ꝓpria omiſit. Et quanuis nõ bethlechemites ſed beth'halachmites ſcribatᷣ elchanan quo ad patriam, in idem tamen redit ſenſus: quoniam dictio cõpoſita eſt ex domo & articulo & lechem in caſu genitiuo. ¶ Quartũ bellũ fuit. Legẽdum eſt. Et fuit adhuc prælĩũ in ghath. ut in ſuperioribus dictum eſt. fuitqꝫ ibi vir menſure ꝗ ſenos in manibꝰ pedibuſqꝫ habebat digitos/ vigintiquattuoꝛ numero: ⁊ etiam erat de genere raphe. Et blaſphemauit iſrael. Legendum eſt. Et vituperauit iſraelem. probris. n. etiam impetijt iſraelem. ⁊ percuſſit eũ iehonathan filiꝰ ſimhai fratris dauidis. Quattuoꝛ hi nati ſunt raphe in ghath: ⁊ ceciderunt in manu dauid ⁊ ſeruoꝝ eiꝰ. Supputatᷣ dauid primus inter interfectores hoꝝ

gigantum/tum propter primũ quem niſi laſsitudo impediſſet occidiſſet ſine adiutorio abiſai: tum quia ipſe inſtructor fuit ſeruoꝝ ſuoꝝ qui occiderunt alios.

CAPVT .XXII.

LOcutꝰ eſt aũt dauid domino verba cantici huiꝰ/ i die qua liberauit eũ dñs de manu omnium inimicoꝝ eiꝰ ⁊ de manu ſaul. Et dixit: dñs petra mea ⁊ arx mea ⁊ ſaluator meꝰ mihi. Deꝰ fortitudo mea/ ſperabo in eo: ſcutũ meũ ⁊ cornu ſalutis mee/ eleuator meꝰ ⁊ refugiũ meũ/ ſaluator meꝰ, ab iniqtate liberabis me. Laudabilẽ inuocabo dñm: ⁊ ab inimicis meis ſaluꝰ ero. Quia circũdederũt me cõtritiones mortis: ⁊ torrentes malignitatis terruerunt me. Dolores inferi circundederunt me: preuenerũt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocabo dominũ ⁊ ad deũ meũ clamabo: ⁊ exaudiuit de templo ſuo vocem meaꝫ/ ⁊ clamor meꝰ in auribꝰ eiꝰ. Cõmotaqꝫ eſt ⁊ contremuit terra/ fundamenta celoꝝ contremuerũt ⁊ cõmota ſunt: quoniam iratꝰ eſt ei. Aſcendit fumꝰ in furore eiꝰ, ⁊ ignis de ore eiꝰ deuorabit: carbones ſuccẽſi ſunt ab eo. Inclinauitqꝫ celos ⁊ deſcendit: ⁊ caligo ſub pedibꝰ eiꝰ. Et eqtauit ſup cherub ⁊ volauit: ⁊ apparuit ſup pẽnas ſpũs. Et poſuit tenebras in circũitu ſuo tabernacula: colligantiam aquaꝝ nubes celoꝝ. Pre fulgore i cõſpectu eiꝰ ſuccenſi ſunt carbones ignis. Tonuit de celis dñs: ⁊ excelſus dabit vocẽ ſuã. Et miſit ſagittas/ ⁊ diſperſit eos: fulgur/ ⁊ cõſumpſit eos. Et apparuerũt effuſiões maris ⁊ reuelata ſũt fundamẽta orbis: ab icrepatiõe dñi/ ab iſpiratiõe ſpũs furoris eiꝰ. Mittet de excelſo/ ⁊ accipiet me: extrahet me de aqs multis. Liberabit me ab inimico meo forti: ab odientibꝰ me/ qa robuſtiores me ſunt. Preuenerũt me i die afflictiõis mee: ⁊ fuit dñs ſuſtentaculũ meũ. Et eduxit me in latitudinem: ⁊ liberabit me qa complacuit in me. Retribuet mihi dñs ſecundũ iuſtitiam meam: ſecundũ mũdiciam manuũ meaꝝ reddet mihi. Quia cuſtodiui vias domini: ⁊ non malignatꝰ ſum a deo meo. Quia omnia iudicia eiꝰ in cõſpectu meo: ⁊ ſtatura eiꝰ nõ amouebo a me. Et fui perfectꝰ coram eo: ⁊ cuſtodiui me ab iniquitate mea. Et reſtituit dñs mihi ſecundũ iuſtitiaꝫ meam: ſecundũ mundiciã meam i cõſpectu oculoꝝ eiꝰ. Cũ ſ̃ſcõ ſ̃ſcũꝫ ages: cũ viro ꝑfecto ꝑfectũ a ges. Cũ mũdo mũduꝫ ages: ⁊ cũ tortuoſo tortuoſuꝫ ages. Et populũ pauperem ſaluũ facies: oculi tui ſup excelſos/ humiliabis eos. Quia tu lucerna mea domine: ⁊ dñs illuminabit obſcuritatem meam. In te eniꝫ currã accinctus: in deo meo tranſiliam muꝝ. Deꝰ perfecta via eiꝰ: eloquium domini purificatum/

ſcutū eſt omnibꝰ ſperantibꝰ in eo. Quoniam qs eſt deus pꝛeter dñm: ⁊ quis foꝛtis pꝛeter deū noſtrum: Deꝰ q accingit me foꝛtitudine: ⁊ complanauit perfectam viam meam. Coequans pedes meos ſicut ceruaꝝ: ⁊ ſuper excelſa mea ſtatuet me. Docens manꝰ meas ad pꝛeliū: ⁊ componēs quaſi arcū ereū bꝛachia mea. Et dediſti mihi ſcutū ſalutis tue: ⁊ in manſuetudine tua multiplicabis me. Dilatabis greſſus meos ſubtꝰ me: ⁊ non deficient tali mei. Perſequar inimicos meos ⁊ diſperdam eos: ⁊ nō reuertar donec conſumam eos. Et cōſumā eos ⁊ cōfringā eos/ ⁊ non ſurgent: ⁊ cadent ſub pedibꝰ meis. Et accinxiſti me foꝛtitudine ad pꝛeliū: incuruabis reſiſtentes mihi ſubtus me. Et inimicos meos dediſti mihi ceruicē: odientes me ⁊ excidam eos. Aſpiciēt ⁊ non erit ſaluatoꝛ: ad dominū/ ⁊ nō reſpōdit eis. Delebo eos vt puluerem terre: quaſi lutum platearum cōminuam eos/ diſtendam eos. Et ſaluaſti me a litibus populoꝛū: cuſtodies me in caput gentium/ populus quē nō noui ſeruiet mihi. Flij alieni mentientur mihi: ad auditū auris obedient mihi. Filij alieni areſcent: ⁊ cōtremiſcent a clauſuris ſuis. Viuus dominus ⁊ benedictus foꝛtis meus: ⁊ exaltetur deꝰ foꝛtis ſalutis mee. Deus dans vindictas mihi: ⁊ deducens populos ſub me. Et educens me ab inimicis meis: ⁊ a reſiſtentibus mihi eleuabis me/ a viro iniquo liberabis me. Pꝛopterea confitebоꝛ tibi domine ĩ gentibus: ⁊ nomini tuo cantabo. Magnificans ſalutes regis ſui: ⁊ faciens gratiam chꝛiſto ſuo dauidi ⁊ ſemini eius vſqꝫ in ſeculum. Quia pſalmum iſtum diffuſe expoſuimus in cōmentarijs pſalmorum/ ideo capitulum hoc pertranſibimus.

CAPVT .XXIII.

HEc autem ſunt verba nouiſſima que dixit. Iuxta hebræum habetur. Et hec verba dauidis nouiſſima. hic. n. debet fieri punctus: deinde ipſa dauidis uerba prophetica (ꝑ modum hymni forte dicta quemadmodum dicta in alijs pſalmis) ſubiunguntur. & miror ꝙ inter pſalmos dauidis non inueniatur pſalmus iſte. Subiungitur itaqꝫ in hebræo immediate ſic. Dictuꝫ dauidis filij iſſai ⁊ dictum viri fuit eleuatus ſupꝛa/ vnctus elohe iahacob ⁊ dulcis cantibus iſraelis. Vide quantuꝫ diſtat uulgata æditio a ueritate hebraica: nam uulgata æditio habet. dixit uir cui conſtitutum eſt de chriſto dei iahacob/ egregius pſaltes iſrael. Ipſe enim dauid tanq̃ titulum authoris deſcribit a quattuor: uidelicet a naturali ſtirpe/ dicendo filij iſſai: ab electione diuina/ ex paſcuis ouium ad excælſum gradum ſuper iſrael: ab unctione diuina in regem mādata a deo gubernatore iacob: & demū a dulcedine pſalmoꝝ

eius apud populum iſrael. Meminit autem ſpecialiter dei iacob quo ad ſui unctionem in regem/ ad inſinuandum ꝙ ipſe eſt initium ſceptri prophetati a iacob in tribu iudæ. Cum uero dicitur & dictum uiri fuit eleuatus/ſubauditur relatiuum qui.eſt enim ſenſus/& dictum uiri qui fuit eleuatus. Et nomen uiri non eſt nomen ſexus uirilis puri/ſed uiri egregij.fuit enim dauid uir eximius a ſua pueritia: nam & paſcens gregem interfecit urſum & leonem/& adhuc adoleſcens occidit goliath gigantem.

¶ Spiritus domini locutus eſt per me. Legendum eſt.in me.Deſcripto homine authore dictorum/deſcribitur principalis author eorũdem ſummus deus per ſpiritum ſanctum ſuum loquens in ipſo homine dauide: ut ſubiuncta dicta / intelligamus dicta quidem eſſe hominis ſed inſpiratione diuina dicta. Quemadmodum ergo in apoſtolis ſpiritus ſanctus in die pentecoſtes datus/ locutus eſt,ita & in dauide. propter quod petrus apoſtolus poſtea ſcripſit ꝙ ſpiritu ſancto inſpirati/locuti ſunt ſancti dei homines. ⁊ ſermo eius ꝑ linguã meam. Legendum eſſet. ⁊ verbum eius ſuper linguam meam. Non ſolum interna locutio ſpiritus ſancti in eo deſcribitur/ſed etiam ꝙ illa interna locutio prodijt extra in exteriori ſermone. ¶ Dixit deus iſrael. Hebraice habetur. Dixit elohe iſraelis. Poſtꝙ̃ deſcripſit modum quo ſummus deus fuit author dictorum quæ ſubiunguntur (uidelicet per internam inſpirationem pdeuntem in exteriorem ſermoné) deſcribit ipſum ſummum deum quem nomine naturæ nominauerat iehouah/deſcribit inquam a quattuor officijs. quorum primum eſt elohe iſraelis:hoc eſt iudex & gubernator iſraelis/qui a populo iſrael colitur ut iudex & gubernator peculiaris eorum.Et in hoc tangit primum ac ſummu; beneficiũ collatũ populo iſrael: uidelicet ꝙ ipſe ſummus deus cõtulit illis ut agnoſcerent & colerent eum iudicem & gubernatorem ſuum. mihi locut⁹ eſt fortis iſrael. Secundum ſummi dei officium erga iſrael tangitur in uſu fortitudinis ad pugnandum pro iſraele.Et in hoc tanguntur uniuerſa beneficia præſtita populo liberando eum ab innumeris periculis/oppreſsiõibus/bellis &c. dominator in homine iuſtus. Tertium officium relatiue ad uniuerſum genus humanum deſcribitur dominari in iuſtitia.Et utraꝗ pars (uidelicet dominij & iuſtitiæ) uerificatur cõmuniter in diuino regimine reſpectu generis humani: nã & ſuapte natura dominus hominum eſt/& ius ſuum unicuiꝗ tribuit. dominator in timore dei. Iuxta hebræum habetur. dominator timore elohim.in caſu genitiuo. Quartum officium relatiue ad credentes in deũ gubernatorem ac iudicem ſingulorum/deſcribitur dominari timore dei gubernãtis ac iudicis. Vide diſparitatem.dominari iuſtitia officium ſcribitur diuinum relatiue ad uniuerſum humanum genus: dominari autem timore elohim (hoc eſt dei iudicis) ſpecialiter conuenit deo relatiue ad credentes ipſum habere curam ſingulorum hominum/utpote ſingulorum iudicem. Et hæc duo cõmunia ſunt tam iſraelitis ꝙ̃ non iſraelitis. Et deſcripſit dauid propheta deum loquentem in eo & per eum dicta quæ ſubiunguntur ab iſtis quattuor officijs / ad inſinuandum ꝙ ſubiuncta dicta concernunt uniuerſum genus humanum: & ſpecialiter timentes deum/& in pri

mis populum iſrael. de meſia ſiquidem de domo dauidis egreſſuro primum ad filios iſrael & poſtea ad omnes homines (quamuis non omnibus profuturus ſit) tractant ſubiuncta.

¶ Sicut lux auroræ oriente ſole mane abſqȝ nubibus rutilat: ⁊ ſicut pluuijs germinat herba de terra. Iuxta hebræum habetur. Et ſicut lucem matutinam illuſtrabit ſol: mane nõ nubes/ab illuſtratione a pluuia herba e terra. Ecce dictum dauidis inſpirati a ſummo deo. aſſumitur enim ſimilitudo a die cuius matutina lux illuſtratur a ſole ſic ꝙ mane abſqȝ nubibus ſerenuȝ eſt/ſequente autem diei parte ſunt illuſtratio ſolis & pluuia a quibus duabus cauſis germinat herba e terra. hæc eſt ſimilitudo iuxta hebraicam ueritatem. Nec tanta eſt domus mea apud deum. Longe aliter iuxta hebræum habetur. Quia non ſic domus mea cum el. Ecce ad quid aſſumpta eſt dicta ſimilitudo diei mane ſereni/& poſtea cũ luce & pluuia ad hoc ut terra germinet herbam. allata ſiquidem manifeſte monſtratur nõ ad ſimilitudinem ſed ad diſſimilitudinem domus ſuæ cum deo declarandam. clare eniȝ dicit ꝙ non ſic domus mea cum el: hoc eſt domus mea non erit ſic cum deo quemadmodum dies dictus eſt cum ſole efficiente diei mane lucidum & ſerenum / ſequentem autem diei partem pluuioſam ut germinet terra herbam. Et intendit ꝙ domus ſua erit cum deo tanq̃ cum ſole reddẽte totum diem lucidum & ſerenum. intendit enim ad literam ꝙ deus non tractabit domũ ſuam ſic ꝙ in principio illuſtret ac ſerenam eam reddat / poſtea uero non curet amplius de ea, ſed operam dabit ut terra germinet herbam: hoc eſt ut aliæ germinẽt e terra domus regiæ &c. Et hunc eſſe literalem ſenſum teſtantur ſubiuncta immediate. Vt pactum eternum intret mecum/firmum in omnibus atqȝ munitum. Iuxta hebræum habetur. quia pactum ſempiternum poſuit mihi/ ordinatuȝ in omnibus ⁊ cuſtoditum. Directe rõnem reddit diſſimilitudinis ex ſempiternitate fœderis diſpoſiti & cuſtoditi in omnibus. Nota uerba: ad diſſimilitudinem ſolis nominauit deum el (hoc eſt fortem) ad excludendam omnem imbecillitatem ab efficacia diuina: quæ quaſi imbecillitas apparet in illuſtratione ſolis/dum uinci uidetur a nubibus. Et modo adiungit fœdus ſempiternũ: ut tanq̃ ex pacto obligauerit ſe deus omnium princeps/pacto autem non ad tempus ſed ſempiterno. & hoc ad excludendum ſucceſſionem pluuiæ ſerenitati mane. Apponit quoqȝ & ordinem & cuſtodiam in omnibus/ad excludendos euẽtus impeditiuos executionis huius diuini fœderis: ut hinc clare intelligamus ꝙ de meſia ex domo dauidis nulla ratiõe impediendo eſt ſermo. nam a regno temporali impeditam fuiſſe domum dauidis/manifeſte patet occiſo ſedechia ultimo rege iudæ: ſed ſempiternum fœdus in omnibus ordinatum ac cuſtoditum poſitum a deo dauidi ut meſias e domo eius naſceretur, nullum paſſum eſt impedimentum / nulla mutatione intercæptum eſt. Vnde & aptiſſime ſubiungitur. cuncta enim ſalus mea. Iuxta hebræum habetur. quia omnis ſalus mea. Niſi de meſia eſſet ſermo/falſa eſſet redditio cauſæ quia omnis ſalus mea. perſeuerantibus enim regibus in ieruſalem ex domo dauid/nõ omnis ſalus erat domus dauidis: ſed per

Digitized by Google

meſiā omnis ſalus totius humani generis effecta eſt domus dauidis. Ex hoc itaqꝫ
ꝙ ꝓmiſſa fuerat domui dauidis omnis ſalus/manifeſtat ꝙ de meſia ſaluatore om-
nium ex domo dauidis eſt ſermo. ⁊ omnis voluntas / nec eſt quicq̃z ex
eo quod non germinet. Iuxta hebræum habetur. ⁊ omnis voluntas
quia non germinabit. Et eſt ordo literæ/& quia non germinabit omnis uo-
luntas. Directe reſpicit ad diſſimilitudinem illius particulæ dictæ in ſimilitudine
præaſſumpta: uidelicet herba e terra. non ſic inquit erit domus mea, quia nō om-
nis uoluntas germinabit: hoc eſt quia deus non relinquet ut quæcunqꝫ uoluntas
quantūcunqꝫ impia germinet ad impediendum promiſſionem mihi factam: uel
germinet ad transferendum ꝓmiſſionem mihi factam in alteram domū / quem-
admodum ſol transfert diem de ſerenitate in pluuiam ad aliud ſpectando: vcꝫ
ad hoc ut e terra germinet herba. ¶ Preuaricatores āt quaſi ſpine euel-
lentur vniuerſi. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et beli'iabal ſicut ſpi-
na cōmota omnes ipſi. Declarauit propheta prius domum ſuam ex diſſi-
militudine ad diem mane ſerenum & poſtea pluuioſum: aſſumit modo alteram
ſimilitudinem ad declarandum qualiter erunt iniqui abſqꝫ iugo diuinæ legis rela-
tiue ad domum dauidis: hoc eſt meſiam naſciturum ex domo dauidis. Aſſumit
autem parabolam ſpinarum quæ cōmouentur dum tolluntꝰ ex loco in quo ſunt
genitæ. & dicit uiros abſqꝫ iugo diuinæ legis uiuentes fore ſimiles huiuſmodi ſpi-
nis: tum quo ad uitationem contactus humani/ſubiungendo. que non tollun-
tur manibus. Hebraice tamen habetur. quia non tollentur manibus.
Et in hoc ſignificatur ꝙ nō lædetur ab iniquis domus dauidis/hoc eſt electorum
meſiæ. tum quo ad modum quo tollentur in triplici gradu: vcꝫ uel ligno lanceæ/
uel ferrea inciſione/uel combuſtione in proprio loco, ſubiungendo. Et vir tan-
get eas/incidet ferro ⁊ ligno lanceę: ⁊ in igne ardendo comburen-
tur in habitaculo. Quanuis hoc tertium ſonet potius ꝙ ſpinæ inciſæ ferro
& ligno deferuntur domum & ardendo cōburuntur. quouis autem modo intel-
ligas/uiri belial exterminandi a domo dauidis per meſiam ſignificantur: & ſic fi-
nitur prophetia dauidis.

HEc ſunt nomina fortium. Catalogus uirorum excellentium in for-
titudine apud dauidem/ſubiungitur per nomina. dauid ſedens i ca-
thedra ſapientiſſimus. Iuxta hebræum aliter continuatur litera. qui da-
uidi. deinde immediate ſubditur alia clauſula. ſedens in ſede ſapientifi-
cans me. Hæc ſunt inquit nomina fortium qui affuerunt dauidi. ſubiuncta ue-
ro clauſula ex. 1. parali. ca. xi. anceps redditur an dictio interpretata ſedens in ſe-
de/ſit nomen proprium primi uiri in catalogo fortium: eo ꝙ dictio ibidem poſi-
ta tanq̃ꝫ proprium nomen iſtius primi interpretatur ſedit in populo. & ſimiliter
dictio interpretata ſapientificans me/ibi interpretatur filius ſapientificantis me.
princeps inter tres ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus.
Iuxta hebræum habetur. caput tertij ipſe hadino heznita. Ex hoc ꝙ no-
men proprium uiri eſt hadino/& nomen patrium eſt heznita, manifeſte habetur
ꝙ non refertur ad dauidem ſententia iſta: ſed ꝙ catalogus fortiū dauidis ab iſto

incipit/

incipit/& caput tertij (hoc eſt primæ trinitatis fortiũ) ſcribit᷑ hadino heznita. Et ſcito ꝙ ideo dicit᷑ tertij ſine aliqua additione, qa iſta trinitas eſt illa quæ ſæpe inferius repetit᷑ laudando multos alios cũ limitatione ꝙ ad tres nõ ꝑuenit. tres .n. iſti primo nominati cõſtituũt illã trinitatẽ cuius caput nominat᷑ hadino heznita: q aut binomius fuit/aut laudat᷑ ualde de ſapientia. De quo ſubiungit᷑. q octingentos interfecit impetu vno. Iuxta hebræũ habet᷑. ſupra octingentos interfectos vice vna. Quando qualiter aut ubi hoc geſtũ fuerit/ſcriptura non dicit.

¶ Et poſt eũ elhazar filiꝰ patrui eiꝰ ahoites. Legendũ eſt. filiꝰ dodo filij achochi. deſcribit᷑ .n. eleazar ſecundus nominando patrem & auũ. inter tres fortes. hoc eſt inter primos tres fortes. cũ dauid qñ exprobrauerũt philiſtim. Iuxta hebræũ habet᷑. aggredientibꝰ eis peliſthinos cõgregatos illic ad preliũ/⁊ aſcenderunt viri iſrael. Tempus deſcribit᷑ geſtoꝝ ab iſto quãdo ipſi qui erant cũ dauide aggreſſi ſunt peliſthinos q erant congregati ibi ad bellum. Ipſe ſurrexit ⁊ percuſſit peliſthinos donec deficeret manus eius ⁊ obrigeſceret cum gladio. Parũ refert ꝙ hebraice habetur. vſqꝫ quo laſſata eſt manus eius ⁊ agglutinata eſt manus eiꝰ ad gladiũ. concurrentibus multitudine cruoris & laſſitudine manus tanꝗ ſemiuiuæ. feci tqꝫ dominus ſalutem magnam in die illa: ⁊ populus qui fugerat reuerſus eſt ad ceſorum ſpolia detrahenda. Interpres addidit qui fugerat/ad maiorem claritatem. hebraice .n. habetur. ⁊ populꝰ reuertendo poſt eũ tantũ ad ſpoliandũ. Ex eo ꝙ dicit reuertendo insinuat priorẽ fugã: ex eo uero ꝙ dicit tm̃ ad ſpoliãdũ/ſignificat ꝙ nõ ad præliandũ ſed duntaxat ad prædã reuerſus eſt ſequendo eleazarum.

¶ Et poſt hunc ſamma filiꝰ age ararites. Tertius nominat᷑ primæ trinitatis. ⁊ cõgregati ſunt peliſthim in ſtatione. Legendũ eſt. ĩ villa. uel quod potius crediderim legendũ eſt. in cha'iam. quod eſt nomẽ propriũ loci in quo ſingularia geſta iſtius tertij ꝯmendant᷑. eratqꝫ ibi pars agri plena lentibꝰ/⁊ populꝰ fugerat a facie peliſthim. Stetitqꝫ ĩ medio ptis ⁊ liberauit eũ/⁊ ꝑcuſſit peliſthinos: ⁊ fecit dñs ſalutẽ magnã.

NEcnõ ⁊ añ deſcenderãt tres q erãt principes iter triginta. Iuxta hebræũ habetur. Et deſcenderunt tres ex triginta capite. Numeratis nominibus primæ trinitatis fortium/ꝓgreditur author ad nominandũ triginta fortes: ita tamen ut tres ex eis eminentius cõmendet. Vbi aduerte ꝙ iſti tres manifeſte deſcribunt᷑ alij a prima trinitate/dicendo & deſcenderũt tres ex triginta. ad differentiã ſiquidem antenominatorum qui non ſunt ex triginta/dicitur & deſcenderunt tres ex triginta. Cum autem audis triginta/ne intelligas triginta præciſe: ut conuincit᷑ ex eo ꝙ ſubiungendo nomina triginta ab haſael uſqꝫ ad finem/unus ſupra triginta nominatur. Vniuerſitas enim horum fortium poſt primam trinitatem appellatur triginta ab integritate trium decadum: cum tamen in ueritate trigintaquattuor uiri fortes appellatione tri-

Digitized by Google

ginta intelligantur. & ad hoc forte deſignandum hebraice ſcribitur in nume-
ro plurali triginta in ſingulari uero caput / dicendo & deſcenderunt tres ex
triginta capite: perinde ac dictum fuerit & deſcenderunt tres ex capite nun-
cupato triginta. Deinde immediate ſequitur. ⁊ venerunt in meſſe ad
dauid ad ſpeluncam hadullam. Qui ſint autem iſti tres/ in litera non
manifeſtatur integre: duo ſiquidem eorum nominantur cum præclaris geſtis,
tertius autem ſiletur. ⁊ caſtra peliſthim caſtrametata erant in valle
gigantum. Hebraice ſcribitur. in valle rephaim. & eſt nomen proprium
loci. Dauidq; tunc erat in præſidio. hoc eſt in loco tuto tanq̃ in arce. ⁊
ſtatio philiſtinorum. Legendum eſt. ⁊ præfectus peliſthinorum tūc
erat in beth'lechem. deſcribuntur enim loca tum caſtrorum peliſthinorum
tum caſtrorum dauidis / tum præfecti peliſthinorum. Deſiderauit autem
dauid/ ⁊ dixit: quis propinabit mihi aquã de puteo beth'lechem
qui eſt in porta? Alij de lacu / alij de ciſterna legunt &c. Irruperuntq;
tres fortes in caſtra peliſthinorum, ⁊ hauſerunt aquam de pu-
teo beth'lechem qui eſt in porta / ⁊ portauerunt ⁊ attulerunt ad
dauid. Nec caſtra quæ erant in ualle nec præfectum qui erat in bethlehem ue-
riti/ iuerunt hi tres & hauſerunt inde aquam. et ille noluit bibere eam/ ⁊
libauit eam domino. Et dixit/ abſit mihi domine vt faciam hoc
ſanguini hominum euntium contra animam ſuam: ⁊ noluit bi-
bere eam. Hinc apparet ꝙ non eo animo dixerat cupere ſe aquam illam ut
irent aliqui ꝓ illa/ ſed ad manifeſtandum (ut accidere ſolet) appetitum ſuū in-
ter calores tempore meſſis: ſed illi iuuenes cupientes ſatisfacere appetitui regis/
iuerunt ex ſeipſis. hec fecerūt tres robuſtiſſimi. Legendum eſt. tres for-
tes. quorum nomina adhuc non manifeſtauerat: & propterea incipit nominare
eos/ ab abiſai ſubiungendo.

¶ Et abiſai frater ioab filius zeru'ie ipſe caput triū. Hinc manifeſte
patet alterā eſſe hāc trinitatē ab illa cuius caput erat hadino heznites. ⁊ ipſe le-
uauit lanceā ſuā ſup trecentos quos interfecit. Hebraice hr. iterfe-
ctos. ſed ſenſus in idē redit. ⁊ ei erat nomē inter tres. Trib⁹ nobilior.
Legendū eſt. honoratior. ſic. n. ſonat hebraica dictio. ⁊ fuit eis i principē:
ſed vſq; ad tres primos nō puenit. Supfluit ꝑmos. ut. n. dictū ē, ſcriptura
appellat illos ꝑmæ trinitatis fortes/ tres abſolute: iſtos aūt tres/ tres ex triginta.

¶ Et bena'iahu fili⁹ ieho'iadah filij viri fortitudinis. A patre & auo
deſcribit̃ iſte ſecūdus inter tres ex triginta. magnorꝫ operꝫ. Iuxta hebræū hr.
magn⁹ (ſeu magni) opib⁹ de cabzeel. Ambiguū eſt utrꝫ referat̃ hæc magni-
tudo operꝫ ad auū an ad ipſuꝫ banaiā: & ꝓpea ſub diſiunctiōe diximus magnus
uel magni. ipſe pcuſſit duos leones moab. hoc eſt fortes ut leones. ⁊ ipſe
deſcēdit ⁊ pcuſſit leonē i medio putei in die niuis. Magni animi ma-
gnæq; fortitudinis fuit ꝯgredi cū leone i arcto loco. Ipſe quoq; pcuſſit virꝫ
egyptiū/ virꝫ aſpectus habentem in manu lanceam: ⁊ deſcendit
ad eū cū virga, extorſitq; lanceā de manu egyptij/ ⁊ occidit eū lan

cea eiꝰ. Hec fecit bena'iahu filꝰ ieho'iadah: ⁊ ei erat nomen inter tres fortes. Hinc apparet ꝙ banaias erat unus iſtius ſecundæ trinitatis. Vnde & ſubdit. Qui erant iter triginta nobiliores. Iuxta hebræũ hr̃. Triginta honoratior. iſti enim tres erant primi inter triginta: & propterea quilibet eorum dicitur honoratior triginta. Et nihilominus ſecundum ueritatem numeri quilibet eorum præferebatur etiam uni ſupra triginta. Veruntamen vſq; ad tres non peruenit. De tribus primæ trinitatis eſt ſermo. fecitq; eum ſibi auricularium a ſecreto dauid. Iuxta hebræum habetur. poſuitq; eum dauid ad auditionem ſuam. Et hoc eſt ſignum ꝙ non uiribus duntaxat ſed prudentia pollebat iſte.

Aſael fr̃ ioab iter triginta. Incipit catalogus triginta fortiũ abſq; manifeſtatiõe geſtoꝝ. & hic habes ꝙ ſecũdæ trinitatis tertius/ noiatus nõ ẽ i hac litera. elchanan filꝰ patrui eiꝰ. Legẽdũ ẽ. elchanan filꝰ dodo de beth'lechẽ. q̃a ſic hr̃ hebraice. Sãma charodites/elica charodites. Chelez paltites/ hira filius hicces thecohites. Abihezer hannethochites/mebunnai chuſathites. Zalmon achochites / mahara i netophathites. Cheleb filius bahane netophathites: ithai filius ribai de ghibha filiorum bin'iamin. Bena'iahu pir'hathonites / hiddai de torrentibus gahas. Abi'halbon harbathites/ hazmaueth barchumites. El'iachba ſahalbonites/ filij iaſen ionathan ⁊ aran. Iuxta hebræum habetur. filij iaſen iehonathan. nec alter ſubiungitur. Ita ꝙ dicitur filij in numero plurali / & tamen unus duntaxat filius nominatur. ſimile quid habes in geneſi ca. 46. cum dicitur & filij dan chuſim.

Samma hararites/achi'am filius ſarar ararites. Elipheleth filius achasbai filij mahachathi: eli'ham filius achithophel ghilonites. Chezrai charmelites/paharai arbites. Jigeal filius nathan de zoba/bani gadites. Zelec hãmonites: nacharai beerothites/armiger ioab filij zeru'ie. Hira ij'therites/ghareb ij'therites. Vri'ias chitthites: oẽs triginta ⁊ ſeptẽ. Quæſtio orit̃/ q̃a nõ ſunt nominati niſi trigintaſex. Solutio eſt ꝙ ſi ſupputetur dauid præcæptor omniũ/ nominati ſunt trigintaſeptem. Si aũt dauid nõ cenſetur cõnumerandus (eo ꝙ præmittitur hæc ſunt nomina fortiũ qui dauidi) dicendum eſt ꝙ ſcriptura non dicit oẽs nominati/ſed dicit oẽs (ꝓculdubio fortes dauidis) trigĩta & ſeptẽ. Et uerificatur de numeratis: quoꝝ unus non eſt nominatus/tertius vz ſecundæ trinitatis. numerati ſiquidem ſunt in primis tres primæ trinitatis/deinde tres ſecundæ/ & demum triginta & unus.

CAPVT .XXIIII.

ET addidit furor dñi iraſci cõtra iſrael. quãuis ĩ deo nec furor nec ira locũ habeat: ſed ad inſtar furoris iuſtitia eius uindicatiua deſcribitur propter ſimilitudinem efficientiæ / tanq; more humano tã uehementẽ uindictã deus effecerit. Et q̃m aduerſus popu-

lum iſrael furor iſte deſcribitur/manifeſte inſinuatur peccatũ aliquod populi pu-
niendum a deo. deus enim non prius eſt ultor q̃ homo peccet. Quale autẽ fuerit
huiuſmodi peccatum/diuinare potius q̃ ſcire poſſumus, eo ꝙ ſcriptura non tra-
dit: ſat ſit nobis noſſe ꝙ propter peccatum populi fuit iſte furor. Conijcimus ta-
men ꝙ propter peccatum populi commiſſum ſcindendo regnum redeunte daui-
de(quando ſeba filius bich'ri cecinit buccina)ex uerbis duris filiorum iudæ/ pu
nitio hæc fuerit. nulla enim alia pœna populi pro hoc peccato legitur. commo-
uitqꝫ dauid in eis dicentem ad ioab. Manca eſt litera: legendum eſt.
⁊ commouit dauidem ĩ eos dicendo/ vade numera iſſael ⁊ iehu-
dam. Ita iacet in hebræo. ipſe ſiquidem furor dei mouens dauidem aduerſus
iſraelem ſcribitur: mouens autem dicendo interna incitatione ipſi dauidi / uade
numera iſrael & iudam. Et dicit uade/non corporali greſſu ſed egreſſione animi
ad gloriã. ¶ Nec mireris ꝙ diuina iuſtitia incitauerit dauidem ad hoc malũ: tri-
pliciter enim uerificatur. primum permiſſiue quatenus hoc erat peccatum: quia
deus non incitat ad peccandum/ſed permittit hominem peccare. Secundo quo
ad ſubſtantiam actionis. deus enim eſt author ipſarum actionum tã internarum
q̃ externarum quæ ſunt peccata: & quo ad hoc poſitiue incitat deus ad actio-
nes quæ ſunt peccata. Tertio (& eſt directe ad propoſitum) diuina iuſtitia com
mouit dauidem ad numerandum populum quatenus numeratio iſta erat in pœ
nam ipſius populi. hanc enim rationem tangit litera/dicendo & commouit da-
uidem in eos: hoc eſt dauidem in pœnam eorum. ¶ Nec præteribis quod gre-
gorius perſpicaciter ex hac litera hauſit: vcꝫ ꝙ ſecundum merita populi diſpo-
nit deus mentem principis ſeu prælati. ſcriptura enim hæc/manifeſte tradit ꝙ di-
uina iuſtitia uindicatiua erga populum/ commouit animum dauidis in malum
ipſius populi. Dixitqꝫ rex ad ioab principem exercitus q erat cum
eo: diſcurre queſo per oẽs tribus iſrael a dan vſqꝫ ad beerſebah/ ⁊
numerate populum. Imperium ad exequendum deſcribitur. Vt ſciam nu
merum eius. Ecce uanus finis.

¶ Dixitqꝫ ioab ad regem/ adaugeat dominus deus tuus ad po-
pulum tuum quantus nunc eſt iterunqꝫ centuplicet. Iuxta hebræ-
um habetur. addat iehouah elohe tuus ad populum ſicut ipſi ⁊ ſi-
cut ipſi centum vicibus/ ⁊ oculi domini mei regis videant: ſed
dñs, meus rex cur cõplacuit ĩ re hac? Imprecando augmentum popu-
li uiuente ac uidente rege / obſtat ioab huiuſmodi imperio: utpote uano. Præ-
ualuit autem verbum regis ſuper ioab ⁊ ſuper principes exer-
citus. Vanitas dauidis præualuit imperio / ſuaſionibus non ſolum ioab ſed
etiam principũ exercitus: renuit enim deliberatus animus conſiliũ. egreſſuſqꝫ
eſt ioab ⁊ principes exercitus a facie regis ad numerandum po-
pulum iſrael. Et tranſierunt iarden: ⁊ caſtrametati ſunt ĩ haro-
her ad dexterã ciuitatis que eſt ĩ medio torrẽtis gad ⁊ ad iab'zer.
Veneruntqꝫ in ghilbad/ ⁊ ad terram thacthim chodſi: ⁊ vene-
rũt in dan iaban/ ⁊ circũcirca ad zidon. Et venerũt ad munitio-

Digitized by Google

nem tyri ⁊ omnes ciuitates chiuuei ⁊ chenabanei: ⁊ egreſſi ſunt ad meridiem iebude i beer'ſebah. ¶Circumieruntq́ȝ totá terram: ⁊ venerunt in fine nouem menſium ⁊ viginti dierum in ieruſalaim. ¶Et dedit ioab numerum deſcriptionis populi regi: ⁊ fuit iſrael octingenta millia viroꝛuȝ foꝛtium educentium gladium. Diſſonantia paralipomenon ca.21.tractabitur ibidem. ⁊ viri iebude quingenta millia pugnatoꝛum. Legendum eſt. viroꝛum. alteraq́ȝ diſſonantia paralipomenon in eodem capitulo/ibidem tractabitur ubi diſſonantia ſcribitᷓ.

PErcuſſit auteȝ coꝛ dauidis eũ poſtq̃ȝ ſic numerauit populũ. Conſidera diſpenſationẽ diuini operis. ſubtraxit tanto tempore deus præuenientis gratiæ ſuæ officium/non inclinando cor illius ad pœnitudinem huius peccati ſed cõſummata numeratione populi/ꝯuertit cor regis ad agnitionem & pœnitudinẽ ſui pc̃ti. dixitq́ȝ dauid ad dñm/peccaui valde in hoc facto. dupliciter: tũ affectu uano/tũ neglecta lege. exo. 30. numeratio popl'i ſanciᷓ ſoluendo dimidiũ ſicli p ſingula capita deo. ⁊ nũc dñe transfer. Legendũ eſt. fac trãſire queſo iniq̃tatẽ ſerui tui. hoc ẽ effice ut nõ maneat ſed ad inſtar trãſeuntis ſe habeat iniq̃tas hæc relatiue ad iuſtitiã tuã q̃a ſtulte egi valde. Accuſat ſe inſaniæ propter rõnem iam dictam.

¶Surrexitq́ȝ dauid mane: ⁊ verbũ dñi fuit ad gad ꝓphetã videntẽ dauidis dicẽdo. Hinc inſinuatᷓ q̃ nocte hãc ſui pc̃ti ꝯtritionẽ dauid habuerat/& q̃ ſermo dñi hora matutina factus fuerit ad gad ꝓphetã. ¶Uade ⁊ loquere ad dauid: ſic dixit dñs, triũ tibi optionẽ do/elige tibi vnũ ex eis ⁊ faciã tibi. ¶Ueniq́ȝ gad ad dauid ⁊ nũciauit ei: ⁊ dixit ei, aut ſeptẽ ãnis veniet tibi fames i terra tua/aut trib⁹ mẽſib⁹ fugies aduerſarios tuos ⁊ illi te pſequentᷓ/aut trib⁹ dieb⁹ erit peſtilentia i terra tua: nũc delibera. Parui refert q̃ hebraice hᷓ. diſcerne. iter hæc. ⁊ vide quẽ rñdeam ei qui me miſit ſermonem:

¶Dixit aũt dauid ad gad: coarctoꝛ valde/icidam⁹ queſo i manũ dñi (multe. n. ſunt miſatiões ei⁹) ⁊ i manũ hois nõ icidam⁹. ¶Immiſitq́ȝ dñs peſtilẽtiã i iſrael. Diſcurſus dauidis fuit q̃ fames nõ erat ei ſed populo nocitura: fuga aũt a pſecutoribus/ erat incidere i manus hominũ: peſtis uero erat incidere in manus dei/& cõmunis erat ei & populo. & ppea ꝯtritus iã corde petijt peſtẽ. a mane vſq́ȝ ad tẽp⁹ cõſtitutũ. ꝓculdubio tridui. tm̃. n. tp̃s cõſtituerat deus p gad ꝓphetã. ⁊ moꝛtua ſunt ex poplo a dan vſq́ȝ ad beerſebah ſeptuagita millia viroꝝ. Nulla mulier legitᷓ mortua ex hac peſte: nimirũ ut eẽnt exemptæ a pœna quæ nõ peccauerãt. ¶Extẽditq́ȝ manũ ſuã angel⁹ ſup ieruſalaim ad diſpdendũ eã. Prius narrata eſt uniuerſa ſumma mortuoꝝ a dan uſq́ȝ beerſebe/hoc ẽ in uniuerſo regno: deinde in ſpecie narratᷓ q̃d inter moriendũ geſtũ ſit in ieruſalẽ/ad manifeſtandum modũ quo ceſſauit peſtis. Narrantur enim duo: alterum q̃ angelus domini apparuit ſuper ieruſalem extenſa manu cum gladio ad occidendum non qualitercunq́ȝ ſed ad deſtruẽdũ eã. alteꝝ ſubiungitᷓ. ⁊ miſert⁹ eſt dñs ſup afflictionẽ. Hebraice

hĩ. ⁊ penituit iehouah ad malũ. vcꝫ destructionis ieruſalẽ cõmiſſæ angelo efficiendum. dixitqꝫ angelo diſperdenti populum / ſufficit nunc. Iuxta hebræum habetur. multum. Deinde ſequitur. nunc cõtine manum tuam. Videbatur enim angelus euaginato gladio percutiens & perſeuerans ad deſtruendum: & propterea deus prohibens deſtructionem/dicit ꝙ multum eſſet proſequi deſtructionem. erat autem angelꝰ domini iuxta areã arau'ne iebuſei. Vt clare explicatur in paralipomenon, angelus domini apparebat in aere ſupra illã aream in monte mori'iah ubi poſtea ædificatũ eſt templum / ubi ishac immolandus poſitus eſt / ubi iacob uidit ſcalam cũ angelis aſcendentibus & deſcendentibus: ut ſubiuncta inferius teſtantur.

¶ Dixitqꝫ dauid ad dominum cum vidiſſet. oculis corporeis: ut in paralipomenon explicat. angelum cedentẽ populum: ⁊ dixit, ecce ego peccaui ⁊ ego inique egi/iſti autem qui oues ſunt quid fecerunt? vertatur obſecro manus tua contra me ⁊ contra domuꝫ patris mei. Non affectu inordinato hoc petit: qa ſenſus eſt ſi alij percutiendi ſunt propter peccatum meum, percutiatur potius domus patris mei ꝙ alij/ quemadmodum domus patris mei propter me exaltata eſt & boni mei magis eſt particeps.

VEnit autem gad ad dauid in die illa. vcꝫ temporis cõſtituti: hoc eſt in die tertia peſtis. tertia ſiquidem die uiſus eſt angelus a dauide & alijs ſupra ieruſalem: quoniam tunc dixit deus angelo multum &c. ⁊ dixit ei/aſcende erige altare domino in area arau'ne iebuſei. ¶ Et aſcendit dauid iuxta ſermonem gad quemadmoduꝫ præceperat ei dominus. Reſpexitqꝫ arau'na/⁊ vidit regem ⁊ ſeruos eius tranſeuntes ad ſe: ⁊ egreſſus eſt arau'na / ⁊ adorauit regem facie ſua in terram. Dixitqꝫ arau'na/cur venit dominus meus rex ad ſeruum ſuum? cui dauid ait, ad emendum a te aream vt edificeꝫ altare domino/ ⁊ ceſſet plaga a ſuper populum. Hinc clare apparet ꝙ adhuc non ceſſauerat peſtis/adhuc deus non dixerat angelo multum &c. ſed more ſuo ſcriptura prius compleuit narrationem geſtorum inter deum & angelum: deinde ſubiũgit media ordinata ad efficienda illa narrata geſta. ſubiunxit enim ſupplicationem dauidis/monitionem prophetæ / obedientiam regis & ſacrificium &c. Et ait arau'na ad dauid/accipiat ⁊ offerat dominus meꝰ rex quod bonũ eſt in oculis ſuis: vide boues in holocauſtuꝫ/ ⁊ plauſtra ⁊ inſtrumenta boũ pro lignis. Omnia dedit arau'na regi: dixitqꝫ arau'na ad regem/dominus deus tuus gratificetur tibi. Dixit autem rex ad arau'nã, non ſed emendo emã a te in precio/⁊ non offeram dño deo meo holocauſta gratuita. hoc eſt gratis habita/non meo precio. ⁊ emit dauid aream. Hic fiat punctus. tacetur enim areæ preciũ/ quod narratur in. 21. ca. primi paralipomenon: vcꝫ ſexcẽti ſicli auri. & deinde legendũ eſt. ⁊ boues argenti ſiclis quinquaginta. Et intellige cum bobus ligna plauſtri &c. ¶ Et edificauit dauid ibi altare domino/⁊ obtulit holocauſta ⁊ pacifica. Primum obtulit holocauſta: & uiſa benignitate diuinæ gratiæ

in igne cœlitus immiſſo ad uorandum holocauſtum/intellexit diuinam ꝓpitiationem/& poſtea obtulit ibidem uictimas pacificas. ⁊ propitiatus eſt dñs terre/⁊ ceſſauit plaga a ſuper iſrael. Ecce tempus quo ceſſauit peſtis: videlicet tempore holocauſti oblati a dauide. tunc enim dixit deus angelo/multum &c. Et ſic finitur liber ſamuelis ſecundus: hoc eſt qui apud nos dicitur ſecundus regum. Romæ die. 7. octobris. 1531.

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XYSTI/IN primum librum regum commentarij.

Et rex dauid ſenuerat/habebatq; etatis plurimos dies. ſeptuagenarius ſiquidem mortuus eſt. cunq; operiretur veſtibus/non calefiebat. Hinc apparet ꝙ non erat uſus operimentorum ex pellibus animaliũ/ſed ex lino uel lana duntaxat in regione illa. & propterea non eſt mirum ſi dauid ſeptuagenarius non ſufficienter calefiebat ex operimentis laneis: complexiones enim indiuiduales infinitæ ſunt. Dixeruntq; ei ſerui eius,quærant domino meo regi puellam virginem/⁊ ſtet corã rege/⁊ eum foueat: dormiatq; in ſinu tuo/⁊ calefaciat dominuʒ meũ regem. uxores ſiquidem proprias dauid a ſe amouerat poſt inceſtũ abſalon, ſoluſq; dormiebat/nec fas erat regi offerre niſi uirginem. Quæſierunt igitur puellam in omni termino iſrael: ⁊ inuenerũt abiſag ſunamitidem/⁊ adduxerũt eam ad regẽ. Et puella erat pulchra vſq; valde: regemq; fouebat ⁊ miniſtrabat ei/rex vero non cognouit eam. Et hinc uere comprobatur frigiditas dauidis/indigens calore puellari abſq; libidinis motu.

Adonias autẽ filius chagith eleuabatur dicendo/ego regnabo. non uiuente patre meo ſed poſt patrem meum. fecitq; ſibi currum ⁊ eqtes/⁊ quinquaginta viros currentes ante ſe. Nec corripuit eum pater ſuus aliquando dicens/quare hoc feciſti? Iuxta hebræum habetur. Et non contriſtauit eum pater eius a diebus eius dicendo/quare ſic feciſti? Ratio ſilentij paterni redditur dicendo & nõ cõtriſtauit euʒ. Quod autem dicitur a diebus eius/refertur ad dies quibus adonias fecit hæc. erant enim hi dies tanq̃ dies adoniæ: utpote ad exaltationem & conſolationem illius ordinati. eratq; etiam iſte pulcher aſpectu valde/ſecundus natu. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ipſuʒ genuit poſt abſalom. Vbi ſcito ꝙ genuit eſt fœminini generis in hac litera. & ꝓpterea nõ ad dauidem

Digitized by Google

ſed ad hagith matrem adoniæ refertur: & narratur q̃ mater eius genuit eũ poſt
abſalon, non ab ipſamet genitũ/ſed poſt abſalon genitum a ſua matre mahacha.
Et narratur natiuitas adoniæ poſt natiuitatem abſalon/ut intelligat q̃ poſt mor
tem abſalon ius primogenituræ deuolutũ erat ad adoniam: utpote natum imme
diate poſt abſalon. propterea enim tanq̃ primogeniti iura habens aſpirabat
ad ſuccedendũ patri in regnũ hac pompa & fauore ſubiunctorum principum.
Et fuerunt verba eius cum ioab filio ʒeru'ie ⁊ cum eb'iathar ſa-
cerdote: qui adiuuabant partes adoni'ie. Ʒadoc vero ſacerdos ⁊
bena'iahu filius iebo'iadah ⁊ nathan ꝓpheta ⁊ ſemei ⁊ cherethi
⁊ pelethi ⁊ omne robur exercitus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſimhi ⁊
rehi ⁊ fortes qui dauidi non fuerunt cum adoni'iahu. Et ſunt no-
mina propria uirorum ſimhi & rehi/ ut aiunt. Jmmolauitq; adoni'iahu
oues ⁊ boues ⁊ ſaginata iuxta lapidem ʒocheleth. Dictionem he-
braicam reliquerunt: cum potuiſſent dicere. tractus. non enim imobilis erat
lapis ut rupes / ſed erat lapis tractus. Et ſimiliter cum ſubiungitur. qui erat
vicinus fonti rogel. ſignificatur fons in quo fullones pedibus calcãdo ab-
luebant: huiuſmodi enim calcationem ſignificat rogel. ⁊ vocauit oẽs fra-
tres ſuos filios regis/ ⁊ omnes viros iehude ſeruos regis. Na-
than autem prophetam ⁊ bena'iahu ⁊ robuſtos quoſq;. Superfluit
quoſq;. ⁊ ſelomonem fratrem ſuum non vocauit.

Dixitq; nathan ad bathſebah matrem ſelomonis dicendo:
nonne audiſti q̃ regnauerit adoni'iahu filius chagith/ ⁊ do
minus noſter dauid hoc ignorat? Legendum eſt. ignorauit? uere enim
dauid tunc neſciebat conuiuium quod tũc fiebat ab adonia/nec acclamationem
ibidem factam adoniæ uiuat rex. Et dixit hæc nathan ne bethſabe deſperaret de
regno ſalomonis/putando q̃ de uoluntate dauidis faceret hæc adonias. Nunc
ergo vade/conſulam tibi queſo conſilium: ⁊ ſalua animam tuam
filijq; tui ſelomonis. Periculum imminens uitæ eius & ſalomonis manife-
ſtat/ex hoc q̃ ſalomon non erat inuitatus ab adonia tanq̃ contrarius intentionĩ
eius. Vade ⁊ ingredere ad regem dauid ⁊ dices ei/nõne tu domi-
ne mi rex iuraſti ancille tue dicendo q̃ ſelomo filius tuus regna-
bit poſt me ⁊ ipſe ſedebit ſuper ſolium meum? Quando iurauerit da-
uid hoc/non eſt ſcriptum: ſed nunc cõmemorando manifeſtatur. quare ergo
regnauit adoni'iahu? Ecce adhuc te loquente ibi cum rege, ego
veniam poſt te ⁊ complebo ſermones tuos.

¶ Et ingreſſa eſt bathſebah ad regem in cubiculũ: rex aũt ſenue-
rat valde/ ⁊ abiſag ſunamithis miniſtrabat regi. Jnclinauitq;
ſe bathſebah ⁊ adorauit regem: ⁊ dixit rex/quid eſt tibi? Que di-
xit ei: domine mi tu iuraſti per dominum deum tuum ancille tue.
Nomina ſunt ſolita/in iehouah elohe tuo: hoc eſt quem tanto affectu tantaq; re-
uerentia colis. ſelomo filius tuus regnabit poſt me ⁊ ipſe ſedebit ſu-
per ſolium meum. Et nunc ecce adoni'ias regnat. Legendũ eſt. reg-

Digitized by Google

nauit. quia in conuiuio tunc acclamatum erat adoniæ uiuat rex. ⁊ nunc tu dñe mi rex non nouiſti. Immolauitqꝫ boues ⁊ ſaginata ⁊ oues in multitudine/ ⁊ vocauit omnes filios regis ⁊ eb'iathar ſacerdotē ⁊ ioab principem exercitus: ſelomonem autem ſeruum tuum non vocauit. Verũtamen domine mi rex. Iuxta hebræũ habetur. Et tu domine mi rex. Subauditur es. eſt enim ſenſus ꝙ quãuis talia geſta ſint ab adonia & ſuis/ non tamen adonias eſt rex (quemadmodum fuit abſalon) ſed tu es rex. Deinde immediate ſubiungitur quantum ualeat authoritas ipſius dauidis regis. oculi totiꝰ iſrael ĩ te ad ĩdicandũ eis qs ſedebit ſuꝑ ſedem domini mei regis poſt eũ. Facile opus mõſtrat/ quod ſolo uerbo efficere poteſt. Eritqꝫ cũ dormierit dñs meꝰ rex cũ patribꝰ ſuis, erimꝰ ego ⁊ filiꝰ meꝰ ſelomo peccatores. hoc eſt habebimur & puniemur ut peccatores: ego quidem propter adulterium/ ſalomon uero quia non conſenſit adoniæ.

Et ecce adhuc ea loquente cum rege/ nathan propheta venit. Et nunciauerunt regi dicendo/ ecce nathan ꝓpheta: ingreſſuſqꝫ eſt ad conſpectum regis/ ⁊ adorauit regem ſuper faciem ſuam in terrã. Dixitqꝫ nathan: domine mi rex tu dixiſti/ adoni'iahu regnabit poſt me ⁊ ipſe ſedebit ſuper ſolium meum? Interrogatiue legenda eſt iſta clauſula. Quia deſcendit hodie ⁊ imolauit boues ⁊ ſaginata ⁊ oues ĩ multitudine/ ⁊ vocauit omnes filios regis ⁊ principes exercitus ⁊ eb'iathar ſacerdotem: ⁊ ecce ipſi comedunt ⁊ bibunt coram eo/ ⁊ dixerunt viuat rex adoni'iahu. Me aũt ſeruum tuum ⁊ zadoc ſacerdotem: ⁊ bena'iahu filiũ iebo'iadah ⁊ ſelomonem ſeruum tuum non vocauit. An a domino meo rege fuit verbum hoc/ ⁊ non indicaſti ſeruo tuo quis ſeſſurus eſſet ſuper ſoliũ domini mei regis poſt eum? Perſonã neſcij induit nathan/ qui ſciebat dauidem non dixiſſe ꝙ adonias regnaret nec occultaſſe ab ipſo nathan intentionem ſuam: quin potius ex hoc ꝙ cõmunicauerat dauid ipſi nathan intentionem ſuam de ſalomone/ perſonam admirantis induit nathan ꝙ non indicauerit ei mutationem conſilij ordinando ꝙ regnaret adonias.

Et reſpondit rex dauid ⁊ dixit, vocate ad me bathſebah. quæ receſſerat cedens nathan prophetæ. ingreſſaqꝫ eſt ad regem/ ⁊ ſtetit corã rege. Et iurauit rex ⁊ ait: viuit dominus q redemit animã meam de omni anguſtia. ꝙ ſicut iuraui tibi per dominum deum iſrael (dicendo ꝙ ſelomo filius tuus regnabit poſt me ⁊ ipſe ſedebit ſuper ſolium meum poſt me) ſic faciam hodie. Inclinauitqꝫ ſe bathſebah facie in terram/ ⁊ adorauit regem: ⁊ dixit/ viuat dominus meus rex dauid in eternum.

Dixit autẽ rex dauid/ vocate ad me zadoc ſacerdotẽ ⁊ nathan prophetam. qui egreſſus fuerat e cubiculo regis. ⁊ bena'iahu filium iebo'iadah: ⁊ ingreſſi ſunt ad regẽ. Dixitqꝫ rex eis/ tollite vobiſcũ ſeruos domini veſtri. Seipſum ſignificat. ⁊ equitare facite ſelomonẽ

filium meum ſuper mulam meam. reſeruatam perſonæ regiæ. ⁊ deſcendere facietis eum in ghichon. Nomen fontis creditur. Et vnget eum ibi zadoc ſacerdos ⁊ nathan propheta in regẽ ſuper iſrael: clangetiſq; buccina ⁊ dicetis/ viuat rex ſelomo. Aſcẽdetiſq; poſt eũ ⁊ venietis in ieruſalaim. Iuxta hebræum habetur. et veniet ⁊ ſedebit ſuper ſolium meum. utrunq; enim ad ſalomonem refertur: ut ſcilicet unctus in regem comitatus ueniat ad ſedendu; ſuper ſolium regium/ tanq̃ ad accipiendum poſſeſſionem regni. ⁊ ipſe regnabit pro me: illiq; precipiam. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ipſum precepi vt ſit dux ſuper iſrael ⁊ ſuper iehudam. Præcæpiſſe (hoc eſt imperio ſtatuiſſe) ſe teſtatur ipſum ſalomonem ut ſit dux ſuper iſrael & iudam. Reſpondit autem bena'iahu filius iebo'iadah ad regem/ ⁊ dixit amen. Hebraica dictio affirmantis eſt. ſic dicat dominus deus domini mei regis. Supplicantis ut aſſiſtat deus conformis his dictis ſunt uerba hæc prima. Quemadmodum fuit dominus cum domino meo rege ita ſit cum ſelomone/ ⁊ magnificet ſolium eius pluſq̃ ſolium domini mei regis dauid. Imprecantis duo optima ſunt hæc uerba.

¶ Deſcenditq; zadoc ſacerdos ⁊ nathan propheta ⁊ bena'iahu filius iebo'iadah ⁊ cherethi ⁊ pelethi: ⁊ equitare fecerũt ſelomonem ſuper mulam regis dauid/ ⁊ ire fecerunt eum in ghichon. Sumpſitq; zadoc ſacerdos cornu olei de tentorio. proculdubio domini: oleum enim ſacræ unctionis ſumpſit. ⁊ vnxit ſelomonem: ⁊ clanxerunt buccina/ ⁊ dixerunt totus populus viuat rex ſelomo. Et aſcenderunt totus populus poſt eum/ ⁊ populus canebant tibijs ⁊ letabantur gaudio magno: ⁊ findebatur terra a voce eorum.

AUdiuit autem adoni'iahu ⁊ omnes vocati qui erant cũ eo/ ipſiq; finierant comedere: ⁊ audiuit ioab ſonitum buccine/ ⁊ dixit quid ſibi vult hec vox ciuitatis tumultuantis? ioab ſiquidem princeps exercitus incertum rumorem audiens cum ſono buccinæ/ ſuſpicatus eſt malum aliquod ſubortum in ciuitate. Adhuc illo loquente/ ecce iebonathan filius eb'iathar ſacerdotis venit: dixitq; adoni'iahu/ ingredere quia vir fortis es ⁊ bonum nunciabis. Reſponditq; iebonathan ⁊ dixit ad adoni'iahu: neq̃q̃;/ dominus enim noſter. Hebraice habetur. ſed dominus noſter rex dauid regnare fecit ſelomonem. Prudenter non negauit bonum nuncium/ ne uerbo ſuo offenderet regem ſalomonem: ſed aduerſatiue reſpondit expectationi adoniæ. Miſitq; cum eo rex zadoc ſacerdotem ⁊ nathan ꝓphetã ⁊ bena'iahu filiũ iebo'iadah ⁊ cherethi ⁊ pelethi: ⁊ equitare fecerunt eum ſuper mulã regis. Et vnxerũt eũ zadoc ſacerdos ⁊ nathan ꝓpheta i regem in ghichon ⁊ aſcenderũt inde letãtes/ ⁊ tumultuata eſt ciuitas: hec eſt vox quam audiſti. Legendum eſt. audiſtis. omnes enim audierant in-

Digitized by Google

certum rumorem. Et etiam ſedit ſelomo ſuper ſolium regni. Et etiam venerunt ſerui regis ad benedicendum domino noſtro regi dauidi dicendo, amplificet deus. Hebraice habetur. benefaciet elohim tuus nomini ſelomonis magiſq̃ꝫ nomini tuo / ⁊ magnificabit ſolium eius magiſq̃ꝫ ſolium tuum. ſed ſententia in idem redit. adorauitqꝫ rex ſuper lectum ſuum. Et etiaꝫ ſic dixit rex: benedictus dominus deus iſrael qui dedit hodie ſedentem ſuper ſoliũ meũ videntibus oculis meis. ¶ Territiqꝫ ſunt ⁊ ſurrexerunt omnes vocati qui erant cum adoni'iahu: ⁊ iuerunt vnuſquiſqꝫ in viam ſuam.

¶ Adoni'iahu aũt timens a facie ſelomonis, ſurrexit ⁊ abijt in tabernaculum domini. Superfluit in tabernaculum domini. tenuitqꝫ cornu altaris. De altari holocauſtorum quod erat tũc in excelſo ghabaon eſt ſermo. Et nunciauerunt ſelomoni dicendo: ecce adoni'iahu timens regem ſelomonem apprehendit cornu altaris dicendo / iuret mihi hodie: Hebraice habetur. ſicut hodie rex ſelomo ꝙ non interficiet ſeruum ſuum gladio. hoc eſt quemadmodum hodie me gerentem nõ interficiet: hoc eſt ab hodierno die opera mea penſabit poſthabitis præteritis omnibus. Simili loquendi modo uſus eſt iacob geñ. 25. Dixitqꝫ ſelomo: ſi fuerit vir bonus. Iuxta hebræum habetur. ſi erit in filium fortitudinis non cadet de capillis eius in terram, ſi vero malum inuenietur in eo ⁊ morietur. Præterita omnia poſthabendo (ut adonias petebat) ad gerenda deinceps conuertit ſalomon uerba ſua: ꝙ ſi futuro tempore aget ut uir fortis (hoc eſt conſtans ſibi ipſi profitenti ſe ſeruum ſalomonis) nec capillũ quidem perdet: ſi uero malum contrarium huic profeſſioni deinceps inuentum in eo fuerit occidetur. Miſitqꝫ rex ſelomo / ⁊ deſcendere fecerũt eum ab altari: ⁊ ingreſſus eſt ⁊ adorauit regem ſelomonem / dixitqꝫ ei ſelomo vade in domum tuam. Exequitur ſalomon promiſſa.

CAPVT .II.

Appropinquauit autẽ dies dauid vt moreretur: precepitqꝫ ſelomoni filio ſuo dicendo. Ego vado in viam vniuerſe terre. mortẽ ſcilicet. roborare ⁊ eſto vir fortis: Superfluit fortis. Et obſerua vt cuſtodias mandata dñi dei tui vt ambules in vijs eius. Iuxta hebræum habetur. Et cuſtodies cuſtodiam iehouah elohe tui ad eundum in vijs eius. More ſolito primum in genere proponitur obedientia diuina / & deinde in ſpecie ipſæ diuinæ uiæ quadrifariam diſtinctæ ſubiunguntur. Quod autem dicitur cuſtodies cuſtodiam / hebraicæ tribue phraſi. & eſt ſenſus / curã habebis obſeruantiæ debitæ ſummo deo in hoc ut eas in uijs eius. ad cuſtodiendũ cerimonias eius. Legendum eſſet. ſtatuta eius. proculdubio cærimonialia.

nam ſubiūcta præcæpta/moralia ſunt:iudicia uero/iudicialia:teſtimonia autem/ tum reuelata tum facta ad ipſo deo ad teſtificandum conditiones ipſius dei, gubernationem eius/gratiam atq; iuſtitiam &c.uniuerſa enim diuina in lege contenta/ſub iſtis quattuor continentur. ⁊ precepta eius ⁊ iudicia eius ⁊ teſtimonia eius / ſicut ſcriptuʒ eſt in lege moſis: vt intelligas vniuerſa que facis ⁊ quocunqʒ te verteris. Iuxta hebraeū habetur. ideo intelliges omne quod facies ⁊ omne quo te vertes. Ex plena obſeruatiōe dictorum quattuor/promittit intelligentiam omnium , tum ſponte agendorum tum ad quæ ſe uerterit diuerſis occurrentibus occaſionibus . Ut confirmet : Conformius legeretur. Ideo confirmabit dominus verbum ſuū quod locutus eſt ſuper me dicendo . Ex eodem fonte promittit firmitatem diuinæ pollicitationis ſibi dauidi factæ . ſi cuſtodierint filij tui vias meas ⁊ ambulauerint coram me. Iuxta hebræum habetur. vias ſuas ad eundum coram me in veritate/in toto corde ſuo ⁊ in tota anima ſua: dicendo non abſcindetur tibi vir de ſuper ſolium iſrael . Sententia eſt clara .

¶ Et etiam tu noſti que fecerit mihi ioab filius ʒeruie/ que fecerit duobus principibus exercituū iſrael , abner filio ner ⁊ hamaſe filio iether . Non ſunt diuerſa facta ioab dauidi a factis aduerſus duos principes ſubiunctos:ſed eadem fuerunt etiam aduerſus dauidem/ut patet. quos occidit ⁊ effudit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ poſuit ſanguines belli i pace. hoc eſt exiſtente pace miſcuit ſanguinem bellicum /occidēdo eos hoſtiliter & non authoritate iuſtitiæ. ⁊ dedit ſanguines belli in baltheo ſuo q erat in lumbis eius/⁊ in calciamento ſuo quod erat in pedibus eius . Prius peruerſitatem belli in pace/modo peruerſitatem cruentandi ad exaggerationem criminis ſubiungit . cruore enim madere debet cingulum non occidentis ſed occiſi/& ſimiliter calceus non occidentis ſed occiſi in bello: ioab uero proditorie occidens principes percutiendo eos in quinta coſta / propriū cingulū proprioſq; calceos perfudit ſanguine. coniunctus enim erat ei quem occidebat tanq̄ complectens beniuole amicum. Facies ergo iuxta ſapientiam tuam : ⁊ non deſcendere facies caniciem eius pacifice ad inferos. Legēdum eſt. ad foueam. proculdubio ſepulchri. Si quæris quare dauid nō puniuit ioab tempore regni ſui. reſponſio habetur ex ſecundo libro regum in calce capituli tertij/dicente dauide iſti filij ſaruiæ duri ſunt præ me. hoc enim dixit occiſo abner a ioab: & ſimilis ratio militabat occiſo hamaſa. Inquietum enim regnum dauidis ſimul cum potentia ioab & fratris eius effecerunt ut dauid differret iuſtitiam uindicatiuā tanto tempore. ¶ Filijs autē barʒillai ghilhadite facies gratiam/eruntqʒ inter conuiuas menſe tue: quia ſic acceſſerūt ad me quando fugiebam a facie abſalom fratris tui . Officium gratitudinis effecit: ſed immemor fuit gratitudinis erga ionatham/nihil diſpoſuit ad emēdandam præcipitem ſententiā quā cōtra mephiboſeth dederat. ¶ Habes quoqʒ apud te ſimhi filium ghere filij iemini de bachurim / qui maledixit

mihi

Digitized by Google

mihi maledictione peſſima. Parui refert ꝙ hebraice habetur. vehemen-
ti. eadem enim eſt ſententia. quādo ibam ad caſtra. Legendum eſt. ma-
chanaim. Nomen eſt ciuitatis. ⁊ ipſe deſcendit in occurſum meum ad
iarden/⁊ iuraui ei per dominuꝫ dicendo non mori faciam te gla-
dio. Et nunc non dimittas eum innoxium/quia vir ſapiens es
vt ſcias que facies ei/deduceſq́ꝫ canos eius cuꝫ ſanguine ad in-
feros. Non uiolauit dauid iuſiurandum: quia non mandauit occidi ſemei
abſolute/ſed ex nouo peccato. ad inueniendum ſiquidem nouam cauſam iuſtam
occidēdi eū tendūt hæc uerba. qa vir ſapiēs es, ⁊ ſcies qd facies ei/⁊ fa
cies deſcendere ſenectutem ei⁹ in ſanguine ad foueā. ſepulchri.

¶ Dormiuitq́ꝫ dauid cum patribus ſuis: ⁊ ſepultus eſt in ciuita-
te dauid. hoc eſt in ſion. Dies autem quibus regnauit dauid ſu-
per iſrael/quadraginta anni ſunt: in chebron regnauit ſeptem
annis/⁊ in ieruſalaim trigintatribus annis. Selomo vero
ſedit ſuper ſoliū dauid patris ſui: ⁊ firmatū eſt regnū ei⁹ valde.

Ingreſſus eſt autem adoni'iahu filius chagith ad bathſebah
mrem ſelomonis: ⁊ dixit bathſebah/pacificuſne eſt ingreſ-
ſus tuus? Parui refert ꝙ hebraice habetur. num pax ingreſſus tuus?
Et ſimiliter ſubiungit. ⁊ dixit/pax. Hebraicus eſt loquendi modus. Et dixit/
verbū mihi ē ad te: dixitq́ꝫ/loquere. Et dixit: tu noſti ꝙ meū erat
regnū/⁊ me prepoſuerat oīs iſrael ſibi i regē. Iuxta hebræum hr. ⁊ in
me poſuerūt oīs iſrael facies ſuas ad regnandū. Et eſt ſenſus ꝙ om-
nis iſrael ſpectabat ad me ut regnaturū: quod minus eſt q̄ꝫ illud quod ſonat uul-
gata ædítio. ſed trāſlatū. Legendū eſt. ⁊ verſuꝫ eſt regnuꝫ et fuit fratri
meo. Oīa uera ſunt quæ dicit. a dn̄o. n. cōſtitutū eſt ei. nō ex lege ſucceſſio-
nis uerſum ē regnū a me in ſalomonē (qa ego ſuccedere debebā tāq̄ꝫ maior natu)
ſed qa a ſummo deo fuit electus ſalomon ad ſucceſſionē regni. Nūc ergo pe-
titionē vnā peto a te/nō auertas faciē meā: ⁊ dixit ad eū/loquere.
Et dixit: dic queſo ſelomoni regi (nō. n. auertet faciē tuā) vt det
mihi abiſag ſunamithem i vxorē. Dixitq́ꝫ bathſebah: bene/ego
loquar pro te ad regem.

¶ Venit ergo bathſebah ad regē ſelomonē vt loqueretur ei pro
adoni'iahu: ſurrexitq́ꝫ rex i occurſum ei⁹ ⁊ adorauit eā. Vulgata ædi
tio ſæpiſſime utit̃ adorationis noīe pro honoratiōe: ſignū. n. honoris incuruando
ſe exhibuit ſalomon mr̄i ſuæ. ⁊ ſedit ſup ſedē ſuā/poſitaq́ꝫ eſt ſedes mr̄i
regis ⁊ ſedit ad dexterā ei⁹. Et ait: petitionē vnā paruā ego peto
a te/nō auertas faciē meā: dixitq́ꝫ ei rex/pete mr̄ mea qa nō auer-
tā faciē tuā. Et ait: detur abiſag ſunamithis adoni'iahu fr̄i tuo
in vxorem.

¶ Rn̄ditq́ꝫ rex ſelomo ⁊ dixit mr̄i ſue: cur tu petis abiſag ſunami
thē adoni'iahu? pete ei ⁊ regnū. hoc ē/petere abiſag i uxorē adoniæ pinde
ē ac petere illi regnū. Et rōnes ſubdit ſatis claras quo ad ſententiā. qa ipſe fra-

Digitized by Google

ter meus maioꝛ me eſt / ⁊ habet eb'iathar ſacerdotem ⁊ ioab fili-
um zeru'ie. Et iurauit rex ſelomo per dominum dicendo: ſic fa-
ciat mihi deus ⁊ ſic addat. Nomen eſt elohim. ꝙ contra animam
ſuam locutus eſt adoni'iahu verbum hoc. Quæſtio oritur de uerita-
te huius ſententiæ: eo ꝙ ſermo adoniæ nulla ex parte inuenitur contra uitã pro-
priam. nam petitio eius nec contra legem erat: quia abiſag adhuc erat uirgo/ &
poterat licite nubere filio dauidis: non enim erat ſub lege ueteri impedimentum
quod uocatur publicæ honeſtatis iuſtitia / quod pontificio iure introductum eſt
inter chriſtianos. nec contra regem: quia non per extraneas uias ſed ex gratia ip-
ſius regis rem licitam petebat. ¶ Solutio eſt ꝙ uerba hæc uerificari intelligun-
tur ratione eleuationis in quaſi regiam cælſitudinẽ cõcomitanter affectatæ per
nuptias abiſag/ quæ fuerat uxor regis q̃uis incognita. Ita ꝙ ſalomon nõ iudica-
uit cor adoniæ (ſoli deo cognitum) ſed cor eius ut affectans ſpeciem cælſitudi-
nis regiæ. teſtatur enim litera ꝙ contulit rem hanc petitam tum cum ætate ma-
iore fratris petentis/ tum cum brachijs principis ſacerdotum & principis exerci-
tus: & ex his omnibus intulit perinde eſſe petere hoc acſi peteretur regnum.
quæ nihil aliud ſonãt niſi ꝙ nuptiæ iſtæ adiunctæ alijs ꝯditionibus adoniæ/ ſpe-
ciem regni præ ſe ferrent: & propterea contra uitam propriã locutus dicitur ado
nias, non quia contra legẽ nec ex mõ quærendi has nuptias/ ſed ex ipſa re petita
adiuncta alijs adoniæ partibus. Et nũc viuit dñs ꝗ firmauit me ⁊ quĩ
fecit ſedere me ſuꝑ ſoliũ dauid pr̃is mei/ ⁊ ꝗ fecit mihi domũ ſicut
locut⁹ eſt: ꝙ hodie moꝛietur adoni'iahu. Nõ caret quæſtione an ex hoc
unico indicio antedicto licuerit ſalomoni occidere fratrẽ ſuũ tanq̃ reũ læſæ ma-
ieſtatis. dicẽdo. n. hodie morieť/ manifeſtat ꝙ nõ expectata diſcuſſione alia iura-
uit illo die eſſe occidendũ. Excuſet ꝗ ſcit: mihi. n. nõ occurrit legitima ſalomonis
excuſatio. nã nõ ſolũ ſeuera ſed ẽt iniuſta apparet hæc ſentẽtia mortis ex hoc uni
co indicio: niſi forte tũc tẽporis mos fuiſſet in cã læſæ maieſtatis ſufficere unicum
indiciũ/ quẽadmodũ hodie iuriſtæ in crimine læſæ maieſtatis indicia habent pro
ꝓbatiõibus. Miſitq; rex ſelomo ꝑ manũ bena'iahu filij iebo'iadah:
⁊ irruit in eum ⁊ moꝛtuus eſt.

¶ Et ad eb'iathar ſacerdotez dixit rex: vade in hanathoth ſuper
agros tuos/ qa vir moꝛtis es. Quã ob cãm abiathar eſſet dignus morte/
nullibi inuenio. adiuuiſſe. n. adoniã anteq̃ rex dauid ꝓmulgaſſet ſalomonẽ ĩ re-
gẽ/ nõ erat dignũ morte: eo ꝙ adiuuabãt eũ ꝗ ius primogeniti hẽbat. ſed hodie
nõ iterficiã te, qa poꝛtaſti arcã dñi dei. Iuxta hebræũ hr̃. adonai iebo
uih. hoc ẽ dñi mei fõtis eẽndi. & hebraice affectu blãdo noiať ſũmus deus dñs
ſuus. coꝛã dauid pr̃e meo/ ⁊ qa afflict⁹ fuiſti ĩ oĩb⁹ in ꝗb⁹ afflict⁹ fu
it pr̃ me⁹. Eiecitq; ſelomo eb'iathar ab ẽe ſacerdotẽ dñi: vt iple-
reť ꝭmo dñi quẽ locut⁹ fuerat ſuꝑ domũ heli ĩ ſilo. ꝓmi reg. ca. 2. ſcri-
ptus. iſte. n. abiathar deſcẽderat ex heli iudice & ſacerdote ĩ ꝓncipio libri regũ.

VEnit aũt nũci⁹ ad ſelomonẽ. Corrupta ẽ litera: legẽdũ ẽ. Et nũciũ
vẽit vſq; ioab. Et ẽ ſẽſus ꝙ ſermo ĩ aula regia ſonãs/ nũciatus ẽ ad ioab,

non per deſtinatos nuncios ſed ex induſtria uel ex amore delatus. ꝙ ioab declinauit poſt adoni'iahu/⁊ poſt ſelomonem. Corrupta eſt ſimiliter litera: legendum eſt. ⁊ poſt abſalom non declinauit. Librabatur. n. in aula regia ꝙ ioab fauiſſet adoniæ & non fauiſſet abſalon ualde dilecto ab ipſo ioab. & cõferendo hæc / inferebatur ꝙ in odiũ ſalomonis ioab fauiſſet adoniæ: argumentum ſumẽdo ꝙ ſi amor mouiſſet ioab/fauiſſet abſalon quem ualde diligebat: non ergo tam amor adoniæ q̃ odium erga ſalomonem mouit ioab ad adiuuandum adoniam. Huiuſmodi ſermonem uerſari in aula regia cũ audiſſet ioab a referentibus/timuit. ⁊ fugit ioab ad tentoꝛiũ domini. exiſtens in excælſo ghabaon. ⁊ appꝛehendit coꝛnua altaris. holocauſtorum. Nunciatũq; eſt regi ſelomoni ꝙ fugiſſet ioab ad tẽtoꝛiũ dñi/⁊ eſſet apud altare: ⁊ miſit ſelomo bena'iahu filiũ ieho'iadah dicendo / vade irrue in eũ. Et venit bena'iahu ad tentoꝛiũ dñi: ⁊ dixit ei / ſic dixit rex egredere. Hinc apparet reuerentia tum iuſſa tũ exhibita altari. ideo enim non interfecit eum quia rex iuſſerat ut extra altaris locum/illum interficeret. ⁊ dixit neq̃q̃ ſed hic moꝛiar: retulitq; bena'iahu regi verbum dicendo/ ſic locutus eſt ioab ⁊ ſic reſpondit mihi.

Dixitq; ei rex/fac ſicut locutus eſt. hoc eſt interfice eum ubi eſt. exo. enim. 30. ſancitum eſt ut homicida ex inſidijs/non ſaluaret ab altari. ⁊ irrue in eum ⁊ ſepeli eum: ⁊ remouebis ſanguinem quem gratis effudit ioab/a me ⁊ a domo patris mei. Et redder dominus ſanguinem eius ſuper caput eius, qui irruit in duos viros iuſtioꝛes ⁊ meliores ſe/⁊ occidit eos gladio ⁊ pater meus dauid neſciuit: abner filiu; ner pꝛincipem exercitus iſrael / ⁊ hamaſain filiũ iether pꝛincipem exercitꝰ iehude. Et reuertẽtur ſanguines illoꝝ in caput ioab ⁊ in caput ſeminis eiꝰ i ſeculũ: dauidi aũt ⁊ ſemini eiꝰ ⁊ domui eius ⁊ ſolio eius erit pax vſq; in ſeculum a domino. Aſcenditq; bena'iahu filius ieho'iadah/⁊ irruit in eum ⁊ interfecit eum: ⁊ ſepultus eſt in domo ſua in deſerto. Et poſuit rex bena'iahu filium ieho'iahad pꝛo eo ſup exercitũ: ⁊ ʒadoc ſacerdotẽ poſuit rex pꝛo eb'iathar. Reduxit ſalomon ad rectã lineam pontificatũ, qui authore deo (ut patet. 1. reg. 2 .) tranſlatus fuerat in alterã lineã. abiathar enim per lineã ithamar deſcenderat ex aharon: ſadoc uero per lineam eleazari filij aharon qui ſucceſſit eidem aharon in pontificatu.

MIſit quoq; rex ⁊ vocauit ſimhi / ⁊ dixit ei: edifica tibi domum in ieruſalaim ⁊ habita ibi / ⁊ non egredieris inde huc ⁊ illuc. Quacunq; autem die egreſſus fueris ⁊ tranſieris toꝛrentem cid'ron / ſciendo ſcias ꝙ moꝛiendo moꝛieris: ſanguis tuus erit in caput tuum. Dixitq; ſimhi ad regem, bonus eſt ſermo / ſicut locutus eſt dominus meus rex ſic faciet ſeruus tuꝰ. Si quæritur quo iure ſalomon licite ſtatuit confinia ſemei/ adimendo ei libertatem tum

habitandi in propria patria (vcꝫ bachurim) tum non egrediendi trans torrentem cedron. Solutio eſt ꝙ huiuſmodi pœna non erat contra iuſiurandum dauidis: eo ꝙ ſub illius iuramento ſola pœna mortis legitur. licuit itaqꝫ ſalomoni hãc libertatẽ adimere ſemei/accedente præſertim conſenſu iuramento firmato ipſius ſemei. manſitqꝫ ſimbi in ieruſalaim diebus multis. ¶ Et fuit in fine trium annorum/fugerunt duo ſerui ſimbi ad achis filium mahache regem ghath: nunciatũqꝫ eſt ſimbi dicendo ecce ſerui tui ſunt in ghath. Surrexitqꝫ ſimbi ⁊ ſtrauit aſinum ſuum / ⁊ iuit in ghath ad achis ad querendum ſeruos ſuos: ⁊ iuit ſimbi/⁊ adduxit ſeruos ſuos de ghath.

¶ Nunciatum eſt autem regi ſelomoni ꝙ iuiſſet ſimbi de ieruſalaim in ghath ⁊ rediſſet. Et miſit rex ⁊ vocauit ſimbi / ⁊ dixit ad eum: nonne iuraui tibi per dominum ⁊ conteſtatꝰ ſum tibi dicendo in die qua egreſſus fueris ⁊ abieris huc ⁊ huc ſciendo ſcias ꝙ moriendo morieris, ⁊ dixiſti mihi bonus eſt ſermo quem audiui: Et quare nõ cuſtodiſti iuſiurãdũ domini, ⁊ preceptũ quod precepi tibi? Hinc apparet ꝙ ultra regium præceptum interuenerat iuramentum ſemei. Dixitqꝫ rex ad ſimbi/tu noſti totũ malũ cuiꝰ conſciũ eſt cor tuũ quod feciſti dauidi patri meo: reddidit dñs. Parui refert ꝙ hebraice habet. ⁊ reddet iehouah malũ tuũ i caput tuũ. Ecce ꝙ̃ ſapiẽter ex noua cauſa iuſta ſalomon occidendũ duxit ſemei. ꝑpter iuſtitiã.n.attribuit deo hãc uindictã: & imunẽ ſe ac thronũ dauidis a uiolatione iuramenti ſubiũgit. Et rex ſelomo bñdictꝰ: ⁊ ſoliũ dauidis erit ſtabile corã dño vſqꝫ i ſeculũ. Juſſitqꝫ rex bena'iahu filio iehoiadah, q aggreſſus eſt. Legendũ eſt. ⁊ egreſſus ẽ ⁊ irruit i eũ ⁊ mortuꝰ ẽ. non.n. corã ſalomone interfecit eũ. ⁊ regnũ confirmatũ eſt in manu ſelomonis.

CAPVT .III.

ET affinitate cõiunctꝰ ẽ ſelomo parhoni regi egypti. Quæſtio ſuborit̃ an hoc ꝯiugiũ licitũ fuerit. Solutio eſt ꝙ quẽadmodũ licuit dauidi uxorẽ ducere filiã thalmai regis gheſur/ita illius exẽplo licuit ſalomoni ducere filiã pharaonis. cepitqꝫ filiã parhonis ⁊ adduxit eã ad ciuitatẽ dauid / donec cõpleret edificare domũ ſuã ⁊ domũ dñi ⁊ muꝝ ieruſalaim ꝑ circũitũ. Uerũ populꝰ imolabat in excelſis: nõ.n. edificata erat domꝰ nomini dñi vſqꝫ ad dies illos. Rõ reddit̃ ipunis imolatiõis i locis excælſis ubi nec arca dei nec tabernaculũ dei erat: qa vcꝫ nõdũ erat ædificatũ templũ. Dixi impunis/qa nõ oĩno licita erat.

DIlexit autem ſelomo dominum / ambulando in ſtatutis dauid patris ſui. Hinc apparet ꝙ ſalomon non contra præcepta diuina duxit filiam pharaonis. de tempore enim medio uſqꝫ ad ædificatum templum ſcribitur ꝙ dilexit ſalomon dominum: & infra idem tempus ſcribit̃ duxiſſe filiam

pharaonis in ciuitatem dauid. excepto ꝙ in excelſis immolabat ⁊ thu-
rificabat. Niſi declinatio nonnulla a rectitudine fuiſſet immolare in excælſis/
nequaq̃ a commendatione ſalomonis ꝙ diligebat deum ad eundum in præce-
ptis dauidis patris ſui/excæpta fuiſſet immolatio in excælſis. non tã ergo licita q̃
impunis erat imolatio i excælſ. ꝓhibita i lege moſis. Juitq; rex i ghibbon
ad immolandum ibi. ubi tunc erat tabernaculum domini: ut teſtatur liber
parali. ſecũdus ca. i. illud. n. erat excelſũ maximũ. pro. magnũ. Niſi dele
lectabile fuiſſet ſalomoni immolare in locis excælſis, non attuliſſet ſcriptura hãc
rationem ex cælſitudine loci/ſed ex tabernaculo domini & altari ibidem. mille
holocauſta obtulit ſelomo ſuper altare illud. quod tempore moſis fa-
bricatum fuerat ex ære. Simul itaq; ſalomon ſatisfecit & legi & loco delectabili/
immolando coram tabernaculo domini ſuper altare domini in excælſo ghabaon.

IN ghibbon apparuit dominus ſelomoni in ſomnio noctis:
dixitq; deus/poſtula quod vis ⁊ dabo tibi. Niſi placuiſſet deo ſa-
crificium ſalomonis ibidem/non narraretur huiuſmodi apparitio tanq̃ præmi-
um. ¶ Et ait ſelomo/tu feciſti cũ ſeruo tuo dauid patre meo mi-
ſericoꝛdiã. Lege. gratiam magnam/ſicut ambulauit coꝛam te in
veritate ⁊ i iuſtitia ⁊ i rectitudine cordis tecũ: ⁊ cuſtodiſti ei mi-
ſericoꝛdiam. Lege. gratiam magnam iſtam/ ⁊ dediſti ei filiũ ſeden-
tem ſuper ſolium eius ſicut eſt hodie. Et nunc domine deꝰ tu re-
gnare feciſti me ſeruum tuũ pꝛo dauid patre meo: ⁊ ego ſum puer
paruus/non ſciam egredi ⁊ ingredi. adoleſcentiam enim adhuc agebat:
ſed hebræi iuuenes appellantes pueros/dicunt puerum paruulum adoleſcentem.
Et ſeruus tuus eſt in medio populi tui quem elegiſti: populi in-
finiti. Lege. populi multi qui nõ numerabitur nec recẽſebitur pꝛe
multitudine. Dabis ergo ſeruo tuo coꝛ docile vt iudicare poſſit
populum tuũ. Rectius diceretur. coꝛ intelligens ad iudicandum po-
pulum tuum ⁊ diſcernendum inter bonum ⁊ malum. intelligentia
ſiquidem indita eget princeps/quam ſignificat cor intelligens. quantuncunq;. n.
ſapientes habeat ſecum niſi ipſe ex intimis ſapiat, minor eſt ad iudicandum & di
ſcernendum inter bonum & malum in ſingularibus cauſis/occurſibus & eventi-
bus. quis enim poteſt iudicare populum iſtum/populum tuũ hũc
multum? Iuxta hebræum duntaxat habetur. quia quis poterit iudicare
populum tuum grauem iſtum? Et dixit grauem (nõ oneroſum ſed autho-
ritate) eo ꝙ aſcitus eſſet in populum dei.

¶ Placuitq; ſermo in oculis domini: eo ꝙ ſelomo rem hanc po-
ſtulaſſet. Et dixit deus ad eũ. Nomen eſt elohim/congruũ ſubiunctæ di-
ſpenſationi. quia poſtulaſti verbum hoc. Legendum eſſet. rem iſtã. quia
rẽ petierat ſalomon. ⁊ nõ poſtulaſti tibi dies multos nec diuitias nec
animam inimicoꝛum tuoꝛum: ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad
audiendum iudicium. Ecce feci ſecundum ſermones tuos: ec-
ce dedi tibi coꝛ ſapiens ⁊ intelligens/ita ꝙ ſicut tu non fuit ante

te. De ſapientia & intellectu ad iudicandũ cauſas populi intellige ſingularẽ hæc gratiam ſalomonis: & nõ abſolute inter homines/ſed inter rectores populi iſrael. hæc enim limitatio ſignificatˀ ſubiũgendo. ⁊ poſt te nõ ſurget ſicut tu. dicendo enim non ſurget/manifeſtat ſe loqui de principibus. Et etiã que non poſtulaſti dedi tibi/etiam diuitias etiam honorem: ita ꝙ nõ fuit ſicut tu in regibus cũctis retro diebus. Iuxta hebræum habetur. omnibus diebus tuis. extenduntur enim hæc dona ad uniuerſum tempus uitæ ſalomonis. Et ſi ambulaueris in vijs meis ad cuſtodiendũ ſtatuta mea ⁊ precepta mea/ſicut ambulauit dauid pater tuus: longos faciam dies tuos. Longitudinem uitæ non promittit abſolute/ſed ſub conditione ſi imitatus fuerit patrem ſeruando diuina præcepta.

¶ Experrectuſqꝫ eſt ſelomo/⁊ intellexit ꝙ eſſet ſomniũ. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ecce ſomniũ. Non obliuioni datũ fuit ſomnium/ſed expergefacto occurrit. ⁊ venit in ieruſalaim/⁊ ſtetit corã arca federis domini ⁊ obtulit holocauſta ⁊ fecit pacifica/⁊ fecit conuiuiũ omnibꝰ ſeruis ſuis. Ad gratias agendum deo obtulit in ſion corã arca dei holocauſta & pacifica: ad congratulandum autem fecit conuiuium propter dictam uiſionem.

Tunc venerunt due mulieres meretrices ad regem: ⁊ ſteterunt coram eo. Effectus ſapientiæ datæ ſalomoni ſubſcribitur. Quarũ vna ait: obſecro domine mi ego ⁊ mulier hec habitabamꝰ in domo vna/⁊ peperi apud eã i domo. Et tertia die poſtq̃ꝫ ego peperi/peperit etiaꝫ mulier hec: eramuſqꝫ ſimul/nõ erat extraneꝰ nobiſcũ in domo preter nos duas in domo. Mortuus eſt autem filius mulieris huiꝰ nocte: que iacuit ſuper eũ. Surrexitqꝫ media nocte/⁊ tulit filiũ meũ de latere meo (ancille tue dormientis) ⁊ collocauit eũ i ſinu ſuo: ⁊ filiũ ſuũ mortuũ collocauit in ſinu meo. Surrexiqꝫ mane vt lactarem filiũ meũ/⁊ ecce mortuꝰ: cõſideraui qꝫ eũ mane/⁊ ecce non erat filiꝰ meꝰ quem pepererã. Dixit aũt mulier altera/nõ quia filius meꝰ viuit ⁊ filiꝰ tuꝰ mortuꝰ eſt: ⁊ hec dicebat/mentiris. Interpres ad exaggerandum/ſimplicem negationem mutauit in mentiris. qa filius tuꝰ mortuꝰ eſt ⁊ filiꝰ meꝰ viuit: atqꝫ i hũc modũ loquebantur coram rege.

¶ Dixitqꝫ rex/hec dicit hic eſt filiꝰ meꝰ q viuit ⁊ filiꝰ tuꝰ mortuus eſt: ⁊ hec dicit/non ſed filiꝰ tuꝰ mortuꝰ eſt ⁊ filiꝰ meꝰ viuit. Dixit ergo rex/afferte mihi gladiũ: ⁊ attulerũt gladiũ coram rege. Dixitqꝫ rex: diuidite infantem viuũ in duas partes/⁊ date dimidiũ vni ⁊ dimidiũ alteri. Præcæptum hoc non ad executionem diuiſionis/ſed ad explorandum muliebrem animum prolatũ eſt. tali enim præcæpto diſcutiendam fuiſſe cauſam/non ſolum euentus comprobauit ſed & recta ratio ſuadebat, ut ueræ matris uiſcera cõmouerentur audito præcæpto diuidendi infantis uiui. Nec erat periculũ ne diuideretur infans interim: qm̃ ipſe rex præſens erat. Dixit

aũt mulier cuiꝰ filiꝰ erat viuꝰ ad regem (cõmota enim ſunt viſce-ra eiꝰ ſuper filiũ ſuũ) obſecro domine mi date ei infantem viuum ⁊ non interficiatis eũ: illa aũt dicebat/ nec mihi nec tibi ſit ſed di-uidatur. Reſpondit aũt rex ⁊ dixit: date ei infantẽ viuũ ⁊ non interficiatis eũ/ hec eſt mater eiꝰ. Nõ potuit cã hæc ſine teſtibus perſpi-cacius & rectius diffiniri. ¶ Audiuerunt itaqꝫ totus iſrael iudicium quod iudicauit rex/ ⁊ timuerunt a facie regis: quia viderunt ſa-pientiam dei eſſe in corde eius ad faciendum iudicium. Nomen eſt elohim/ optime quadrans materiæ.

CAPVT .IIII.

Et fuit rex ſelomo/ rex ſuper totum iſrael. Et iſti ſunt principes quos ipſe habebat: hazar'iahu filiꝰ zadoc ſa-cerdotis. Elichoreph ⁊ achi'ia filij ſiſe ſcribe. Tres ſcribas intellige ut uulgata ſonat æditio conformis hebraicæ literæ. ⁊ iehoſaphat filiꝰ achilud a commentarijs. Iuxta hebræum habetur. recordans. prout etiam habetur. 2. reg. 8. ubi hoc officium expoſuimus. Et bena'iahu filiꝰ ieho'iadah ſuper exercitũ: ⁊ zadoc ⁊ eb'iathar ſa-cerdotes. Et ſtatim occurrit quæſtio/ ex eo ꝙ in ca. 2. ſcriptum eſt ꝙ ſalomon eiecit abiathar ut non eſſet ſacerdos domini. Solutio eſt uel ꝙ abiathar tunc qui-dem paruit regi/ & poſtea reuocatus fuerit non ad pontificatum ſed ad ſimplex ſacerdotium: uel ꝙ tunc ſupplex impetrauit ut non eijceretur a ieruſalem/ & re-manſerit non põtifex ſed ſimplex ſacerdos: ita ꝙ depoſitus eſt a põtificatu & ex gratia obtinuit miniſterium ſimplicis ſacerdotis. utrũqꝫ enim compræhendit̃ ſub prophetia denunciata heli. 1. reg. 2. & propterea zadoc pontifex prænominat̃. Et hazar'iahu filius nathan ſuper prefectos qui aſſiſtebãt regi. Iuxta hebræum habetur. ſuper prefectos. & nihil dicitur de aſſiſtentia. Et qm̃ dicitur ſuper præfectos/ & ſubiunguntur poſtea duodecim præfecti & unus ſuper totam terram, iſte filius nathan ſuper illos præfectos duodecim intelligit̃. ⁊ zabud filius nathan ſacerdos amicꝰ regis. Alter nathan filius tanq̃ pontifex honorabatur/ eo ꝙ proximus eſſet regi. ſacerdos enim nomen eſt digni-tatis hoc in loco: & hebraice ſcribitur ſacerdos ſocius regis/ utpote alitus cum ſalomone ſub diſciplina nathan prophetæ patris iſtius zabud. Et achiſar ſu-per domũ: ⁊ adoniram filiꝰ habde ſuper tributũ.

¶ Habebatqꝫ ſelomo duodecim prefectos ſuper totũ iſraelẽ/ qui alebãt regem ⁊ domũ eiꝰ: ꝑ menſem in ãno erat ſuꝑ vnũquenqꝫ cura alendi. Et hec nomina eoꝝ: ben'chur in monte eph'raim: Ben'decer i machaz ⁊ i ſahalbim ⁊ beth'ſemes: ⁊ elon beth'cha-nan. Ben'cheſed in aruboth: ei erat ſocho ⁊ tota terra chepher: Ben'abinadab i tota ꝓuincia dor: taphath filia ſelomonis erat ei in vxorem. Bahana filiꝰ achilud in thanac ⁊ megiddo: ⁊ tota

beth'ſean que eſt iuxta zarthan de ſub iſzrehele a beth'ſean vſqꝫ
ad abel mechola / vſqꝫ trans iochmeham. Ben'gheber i ramoth
ghilhad: ei erant ville ia'ir filij menaſſis que erant in ghilhad / ei
erat regio arghob que eſt i baſan ſexaginta ciuitates magne mu-
rate ⁊ habentes ſeras ereas. Achinadab filiꝰ biddo i machana-
im. Achimahaz in naphthali: etiam ipſe cepit boſmath filiam
ſelomonis in vxorem. Inter iſtos præfectos duo narrãtur generi ſalomonis/
non ꝙ in principio regni eius fuerit eorum ſocer: ſed deſcribuntur præfecti generi
tempore regni non arctando ad initium regni. Bahana filius chuſai i aſer
⁊ in baloth. Jehoſaphat filius paru'ach in iſaſchar. Simhi filiꝰ
ele in bin'iamin. Gheber filius vri i terra ghilhad: i terra ſichon
regis emorei ⁊ hog regis baſan / ſuper omnia que erant in illa ter-
ra. Manca eſt litera: legendum eſt. ⁊ prefectus vnus qui in terra. Præter
duodecim præfectos / iſte unus ſubiungitur tanꝗ̃ uniuerſæ terræ præfectus. ſub-
iungitur autem ſine nomine / ut intelligamus hunc eſſe hazariam filium nathan
prius deſcriptum ſuper præfectos. ¶ Jehuda ⁊ iſrael multi ſicut arena
que eſt iuxta mare in multitudine: comedẽtes ⁊ bibentes ⁊ letan-
tes. Et ſelomo fuit dominãs in omnibus regnis a flumine ter-
re peliſthim vſqꝫ ad terminum egypti: offerentibus munera ⁊
ſeruientibus ſelomoni omnibus diebus vite eius.

¶ Erat autem panis ſelomonis per ſingulos dies / triginta cho-
ri ſimile. hoc eſt floris farinæ ex qua fiebat panis pro nobilibus qui veſcebant̃
ex menſa ſalomonis. ⁊ ſexaginta chori farine. Chorus eſt nomen menſuræ
quam oportet diuinare. conyci tamen poteſt conferendo panem cum carnibus:
oportet enim intelligere proportionatam fuiſſe menſuram panis carnibus trigin-
ta boum & centum pecudum. Decem boues pingues ⁊ viginti bo-
ues paſcuales ⁊ centũ oues: preter ceruos ⁊ capreas ⁊ bubalos:
Hebraice habetur. iachmur. quod nomen animalis ſylueſtris eſſe quadrat.
⁊ gallinaceos ſaginatos. Ipſe enim dominabatur in tota regiõe
que eſt trans flumen quaſi a thapſa vſqꝫ ad gaſam. Supfluit quaſi:
& legendum eſſet. a thiphſach ⁊ vſqꝫ ad bazzam. Nomen proprium lo-
ci eſt thiphſach. ⁊ cũctis regibꝰ illaꝝ regionũ. Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ oĩbus
regibus trans flumen. & de iordanis flumine intelligendum eſt. ⁊ ipſe ha-
bebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitauitqꝫ iehu-
da ⁊ iſrael confidenter (vnuſquiſqꝫ ſub vite ſua ⁊ ſub ficu ſua) a
dan vſqꝫ ad beer'ſebah / omnibus diebus ſelomonis.

¶ Et habebat ſelomo quadraginta millia preſepia equoꝝ cur-
rilium. Hebraica dictio interpretata præſepia / rectius fuiſſet interpretata. im-
pinguatorum equorum ad currus ſuos. numerus enim equorum nar-
ratur. Et ne intelligerentur equi quomodolibet habiti ad trahendos currus / de-
ſcribũtur impinguati: hoc eſt paſti in locis proprijs ipſius regis. ad excludendum
enim mutuatos equos / hoc ſcribit̃. unde & ſubditur numerus duodeciꝫ millium

Digitized by Google

equorum ad equitandum. ⁊ duodecim millia eq̃tũ. Et alebant præfecti iſti regẽ ſelomonẽ ⁊ oẽs accedentes ad menſã regis ſelomonis/ vnuſq̃ſq̃3 in menſe ſuo: non ſinebant q̃ppiã deficere. Et hordea ⁊ fenũ pro eq̃s ⁊ iumentis: deferebant ad locũ vbi erat rex/ vnuſq̃ſq̃3 iuxta conſtitutum ſibi.

Deditq̃3 deꝰ. Nomen eſt elohim. ſapientiã ſelomoni ⁊ intelligentiã multã valde. Repetitur diuinum donum ſapientiæ & intellectus tum ad adiungendum alterum donum in affectu/tum ad explicandum ſapientiã ſalomonis relatiue ad alios. ⁊ latitudinẽ cordis quaſi arenã que eſt in littore maris. Amplitudo animi ſalomonis ad ardua quæ ad magnificũ & magnanimũ ſpectãt/deſcribit̃ ad ſimilitudinẽ extẽſiõis corporeæ oræ arenoſi littoris magni maris. Et amplior fuit ſapientia ſelomonis ſapientia oĩum filiorũ orientis / et oĩ ſapientia egyptiorũ. intellige temporis ſalomonis. Et ſimiliter intellige quod ſubiungit̃ de cunctis hominibus. Factuſq̃3 eſt ſapiens pre oĩ hoĩe/pre ethan ezrachita. Hebræus erat iſte qui nominatur in titulo pſalmi miſericordias domini in æternum cantabo. ⁊ heman ⁊ chalchol ⁊ dardah filijs machol. Non inuenio qui fuerint iſti tres filij machol. ⁊ fuit nomen eiꝰ in oĩbꝰ gentibꝰ per circuitum.

Locutuſq̃3 eſt tria millia parabolarũ. Nec tertiam partem iſtarum habemus in parabolis ſalomonis. ⁊ fuerũt carmina eiꝰ. Iuxta hebræũ habet̃. ⁊ fuit cãtꝰ eiꝰ. ſed cantus pro cantico ſumit̃/abſtractum pro ↄcreto. q̃nq̃3 millia. Hebraice habetur. q̃nq̃3 ⁊ mille: Neſcio ſi aliquod horum habetur a nobis. Et diſputauit. Iuxta hebræum habetur. Et locutꝰ eſt de arboribꝰ/a cedro que eſt in lebanon vſq̃3 ad hyſopũ que egreditur de pariete. Nihil horum de uegetabilibus a ſalomone ſcriptum inuenitur. ⁊ diſſeruit. Hebraice habetur. ⁊ locutꝰ eſt de beſtijs ⁊ de volatilibꝰ ⁊ de reptilibꝰ ⁊ de piſcibꝰ. Similiter caremus huiuſmodi libris de animalibus: & nihil in ſpecie dicitur ſcriptum aut dictum de aſtris/nihil de uocatis exorciſmis aut dæmonibus. Et veniebant ex oĩbꝰ populis ad audiẽdã ſapientiã ſelomonis: ⁊ ab oĩbꝰ regibꝰ terre. Superfluit coniũctio &. ſignificatur enim ꝙ ex omnibus populis ab uniuerſis regibus ueniebant aliqui miſſi ad audiendum ſapientiam ſalomonis. qui audiebant. Legendum eſt. qui audierunt ſapientiam eius. Et eſt limitatio regum / ad differentiam illorum regum qui non audierunt ſapientiam eius: hoc eſt ad quos per auditum non peruenerunt aliqua teſtificantia ſapientiam eius. Salomon enim non fuit unq̃ monarcha / ut ſua innoteſcerent uniuerſo orbi: ſed fuit rex magnus in ſyria.

CAPVT .V.

Miſit autẽ chiram rex tyri ſeruos ſuos ad ſelomonem/ audierat enim ꝙ ipſum vnxiſſent in regem pro patre eius: quia amicus fuerat chiram dauidi omnibꝰ diebus. Hinc apparet ꝙ inimicitia tyriorum ad dauidem ſcripta in pſal. 82. non fuit tempore iſtius regis hiram. Miſitq̃3 ſelomo

Digitized by Google

ad chiram dicendo. Tu noſti dauid patrem meum non potuiſſe edificare domum nomini domini dei ſui propter bella que circundederunt eum: donec poſuit eos dominus ſub plantis pedū ei⁹. Nunc autem requiem dedit dominus deus mihi in circuitu: non eſt aduerſarius neq; occurſus malus. Et ecce cogito edificare domum nomini dei mei: ſicut locutus ē domin⁹ ad dauid patrē meum dicendo/ filius tuus quem dabo pro te ſuper ſolium tuum ipſe edificabit domū nomini meo. Precipe igitur vt precidant mihi ſerui tui cedros de lebanon. Interpres pro claritate addidit ſerui tui. et ſerui mei ſint cū ſeruis tuis/ mercedem autē ſeruoꝝ tuorū dabo tibi quancūq; petieris: nouiſti enim ꝙ non eſt inter nos vir ſciens cedere ligna ſicut ʒidonij.

Et fuit cū audiſſet chiram verba ſelomonis/ letatus eſt valde: ⁊ dixit/ benedictus domin⁹ hodie q dedit dauidi filiū ſapientem ſuper populum hunc multum. Et miſit chiram ad ſelomonē dicendo: audiui que miſiſti ad me/ ego faciam omnem voluntatem tuā in lignis cedrinis ⁊ in lignis abiegnis. Serui mei deponent de lebanon ad mare/ ⁊ ego ponam ea in ratibus in mari vſq; ad locū quem ſignificaueris mihi ⁊ applicabo ea tibi. Iuxta hebræum habetur. ⁊ faciā ſpargere ea ibi. vз in ora maris tui quam dixeris. omnem enim operam uſq; ad littus maris ſalomonis incluſiue ſpondet rex tyri. ⁊ tolles ea: prebebiſq; neceſſaria mihi vt detur cibus domui mee. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tu facies voluntatem meam ad dandū panem domui mee. hæc enim erat merces operarum.

Chiram igitur dedit ſelomoni ligna cedrina ⁊ ligna abiegna iuxta omnem voluntatem eius. Et ſelomo dedit chiramo viginti millia choroꝝ tritici in cibum domui ei⁹/ ⁊ viginti choros puriſſimi olei. Hebraice habet. olei tuſi. Ad differentiam olei ex oſſibus oliuarum dicitur tuſi. ſic dedit ſelomo chiramo per ſingulos annos.

Dominus autem dedit ſapientiam ſelomoni ſicut locut⁹ eſt ei: ⁊ fuit pax inter chiram ⁊ ſelomonem/ ⁊ percuſſerunt ambo fedus. Elegitq; rex ſelomo operarios de omni iſrael: ⁊ erat indictio triginta millia viroꝝ. Iuxta hebræum habetur. Et fecit aſcendere rex ſelomo tributū de omni iſrael: ⁊ fuit tributū triginta millia virorum. Augmentum tributi ab uniuerſo iſraele indixit ſalomon pro ſtipendio triginta millium uirorum quos miſit ad montem libani. Et dicendo fecit aſcendere tributum/ manifeſtat ꝙ prius erat tributum quod auctū eſt. Fit autem ſpecialis mentio iſtorum triginta millium/ quia mittebantur ad remotiora loca. propter quod ſubiungitur tum locus (vз mons libani) ad quem mittebantur: tum modus quo diſtribuebant/ qui in uulgata æditione nō refertur integre. nam hebraice ſcribitur. Et miſit eos ad lebanon decem millia in menſe viciſſim: mēſe erūt in lebanon/ duob⁹ menſib⁹ in domo ſua. Quater

in anno fiebat huiuſmodi uiciſſitudo. ſingulis enim tribus menſibus triginta millia uirorum ibant ad libanum/ſic ꝙ decem millia erãt in libano primo menſe: qui reuertebantur ad domos ſuas & alia decem millia ſurrogabantur ſecundo menſe/qui ſimiliter reuertebantur in domos ſuas ſurrogatis alijs decem millibus pro tertio menſe/ quo completo reuertebantur & ipſi in domos ſuas. & ſic in qualibet quarta anni erant ſinguli uno menſe in monte/& duobus menſibus in domo ſua pro operibus domeſticis. ⁊ adoniram erat ſuper huiuſcemodi indictionem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ adoniram ſuper tributũ. In præcedenti capitulo iſte adoniram deſcriptus eſt inter principes ſalomonis in officio ſuper tributum: & ne alius putaretur deputatus ſuper hoc ſpeciale tributum/repetitur idem.

¶ Et fuerunt ſelomoni ſeptuaginta millia portantium onus: ⁊ octoginta millia latomorum. Iuxta hebræum habetur. ceſorum. Nec explicatur an fuerint cæſores lapidum uel lignorum: ſed ſubiungitur immediate. in monte. Nec explicatur quis ſit iſte mons. ꝙ enim non ſit ſermo de monte libani, ſupradicta teſtantur/manifeſtantia ꝙ in libano erant decem millia ſingulis menſibus. Abſq; prepoſitis qui preerant ſingulis operib⁹ numero trium millium ⁊ trecentorum: precipientium populo ⁊ ijs qui faciebant opus. Iuxta hebræum habetur. Preter principes/prefectorum ſelomoni qui ſuper opus tria millia ⁊ trecenti: preſidentes populo facienti opus. Et eſt hebraicæ phraſis dicere præfectorꝝ ſalomoni: hoc eſt præfectorꝝ ſalomonis. Et dicendo præter principes præfectorꝝ/duos ordines præpoſitorꝝ operibus inſinuat. alterꝝ præfectorꝝ/alterꝝ principũ ſup præfectos. Numerus aũt triũ milliũ & trecentorꝝ/ad ipſos præfectos refert. reſeruat ſiqdẽ numerus principũ eorꝝ ſcribendus in .2. li. parali. ca. 2.

¶ Precepitq; rex vt tollerẽt lapides grandes/lapides precioſos in fundamentũ tẽpli. Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ fecerũt vehi lapides grandes/lapides precioſos ad fundandũ domũ. Iidem lapides erãt grãdes & precioſi: quales ſunt lapides marmorei & porphyretici & ſimiles. ⁊ qdrarẽt eos. Iuxta hebræũ hr̃. lapides dolatos. Tertia cõditio lapidũ eorũdem deſcribitur. Quos dolauerunt cementarij ſelomonis ⁊ cementarij chiram: porro biblij. Hebraice habetur. ⁊ ghiblim. & poteſt latine dici. ⁊ finitores. Ita ꝙ hebraica litera eſt. Et dolauerunt cementarij ſelomonis ⁊ cementarij chiram ⁊ finitores: ⁊ preparauerunt ligna ⁊ lapides ad edificandum domum. Officium ſiquidem finitorum eſt ſic diſponere dolationes ut lapis lapidi confinis quadraret/& ſimiliter lignum ligno. huius enim artis opera factum eſt quod in ſequenti ſubiungitur capitulo: videlicet ꝙ ſonus mallei & ſecuris non eſt auditus in ædificatione templi.

ET fuit in octogeſimo anno ⁊ quadringenteſimo anno egreſſionis filioꝝ iſrael de terra egypti / in anno quarto in menſe ziu ipſe eſt menſis ſecundꝰ) regni ſelomonis ſuper iſrael: ⁊ edificauit domum domino. Initiũ ædificationis templi quantum ad tempus deſcribitur tũ ab egreſſu ex ægypto / tum a regno ſalomonis: vcʒ menſe ſecundo anni quarti regni illius. Et apponitur nomen menſis ziu quem aiunt eſſe menſem ſecundum inter menſes anni.

¶ Domꝰ autem quã edificauit rex ſelomo domino: habebat ſexaginta cubitos in longitudine / ⁊ viginti cubitos in latitudine / ⁊ triginta cubitos in altitudine. Quantitas templi ſecundum ſpatium uacuum intra ipſum / deſcribitur in hac litera. deſcriptio autem quæ fit. 2. parali. ca. 3. compræhendit altitudinem etiam totius ædificij quod erat ſupra templum: ut ibi declarabitur. Et porticus erat ante templum. Iuxta hebræum habetur. Et veſtibulum ſuper faciem templi domus. hoc eſt in parte orientali / quæ facies templi dicitur. Viginti cubitoꝝ longitudinis ſuper faciem latitudinis domus: ⁊ decem cubitoꝝ latitudinis ſuper faciem domus. Equalis deſcribitur quantitas longitudinis ueſtibuli quantitati latitudinis templi / ut tota facies templi ueſtibulum haberet: cuius latitudo ante faciem templi ad decimum uſq; cubitum protendebatur ſub diuo. in hoc enim ueſtibulo erant multa uaſa quæ inferius deſcribent̃. Et hoc eſt ſpatium inter altare holocauſtorum & templũ. ¶ Fecitq; domui feneſtras obliquas. Iuxta hebræum habetur. feneſtras reſpicientes clauſas. hoc eſt feneſtras quæ clauſæ illuminabant. Et cõmuniter exponitur non de clauſura abſolute / ſed relatiue ad partem alteram: hoc eſt ad interiorem partem. exiſtente. n. magna groſſitudine muri / oportet feneſtras ſic fieri ut ſtrictæ ſint in exteriori ſuperficie & latæ ualde in interioribus partibus muri hinc & inde ut lumen diffundatur per domum. Deſcribuntur itaq; feneſtræ aſpicientes clauſæ / quia aſpectus per huiuſmodi feneſtras clauſus erat. non tam enim erãt feneſtræ q̃ ſtrictæ ac longæ quædam aperturæ / non ad uſum aſpiciendi ſed ad illuminandum. ¶ Aduerte hic prudens lector ꝙ poteſt legi. feneſtras aſpicientes clauſi. quia feneſtræ nomen apud hebræos eſt cõmunis generis / & tam aſpicientes q̃ clauſi eſt maſculini generis. Si itaq; uiri aſpicientes clauſi ſignificentur / ſenſus eſt. feneſtras tales ꝙ aſpicientes per illas erant clauſi: ad differentiam feneſtrarum quæ cõmuniter fiunt / per quas aſpicientes extra ſunt manifeſti. Et ſecundum hunc ſenſum deſcribuntur feneſtræ marmoreæ foraminibus plenæ / reddentes quidem lumen ſed claudendo aſpicientes.

¶ Et edificauit ſuper parietem tẽpli tabulata ꝑ gyꝝ / in parietibꝰ domꝰ per circumitum templi ⁊ oraculi. Quamuis dictio hebraica ſignificet ſuper, contextus tamen ſubiunctorum manifeſtat ꝙ hoc in loco non pro ſuper ſed pro iuxta ponitur. & propterea legendum eſt. Et edificauit iuxta parietem domus latus in circumitu / parietibꝰ domꝰ in circũitu templi ⁊ oraculi. Aduerte prudens lector ꝙ prius deſcriptũ eſt templũ quo ad

internum

Digitized by Google

internũ ſpatiuꝫ: deinde quo ad externã partẽ iuxta faciẽ tẽpli/ deſcribendo ueſti-
bulũ cũ feneſtris: mõ aũt deſcribit̃ reliquũ circũcirca extrinſecus ambiẽs tẽplum.
Ita ꝙ paries tẽpli diſtinguit̃ cõtra faciẽ tẽpli: & ꝓpea dicendo ĩ circũitu/ nõ com
præhendit̃ facies tẽpli. & dicendo in circũitu tẽpli & deuir/ſignificat illã parteꝫ
quæ appellat̃ ſanctũ ſctõꝝ: facit. n. mentionẽ & tẽpli & deuir/ad manifeſtãdum
ꝙ uniuerſus paries circũcirca habuit hmõi latera. Appellat̃ aũt ſanctũ ſctõꝝ de-
uir/eo ꝙ ibidem loquebat̃ deus rñdendo cõſultationibus & ſupplicationibus. ⁊
fecit latera ĩ circũitu. parietis reliq a facie tẽpli. Reſumit ædificiũ lateꝝ ĩ cir
cũitu/ad diſtinguendũ latera hæc in tres ordines: vcꝫ infimũ/mediũ & ſupremũ.
Vnde & ſubdit. **Tabulatũ quod ſubter erat**. Hebraice hr̃. **Lat⁹ ſubter.**
Et ne ſæpius replicemus/hebraice ſemꝑ ſcribit̃ latus ubi interpres ſcribit tabula-
tũ. **qnqꝫ cubitoꝝ latitudinis**. Intellige quo ad pauimẽtũ. & ſimiliter quod
ſubdit̃ de latere medio latitudinis ſex cubitoꝝ intellige quo ad pauimentũ: ſimi-
liqꝫ mõ intellige de tertio latere latitudinis ſeptẽ cubitoꝝ quo ad pauimentũ. Ita
ꝙ pauimentũ infimi erat ſecundũ latitudinẽ qnqꝫ cubitoꝝ/pauimentũ uero me-
dij ſex/pauimentũ aũt ſupremi ſeptẽ. **⁊ mediũ tabulatũ ſex cubitoꝝ lati-
tudinis/⁊ tertiũ tabulatũ ſeptẽ cubitoꝝ latitudinis**. Et rõ huius in-
æqualitatis ſubiungitur. **trabes aũt poſuit ĩ domo ꝑ circũitũ forinſec⁹
vt nõ hererẽt muris tẽpli**. Iuxta hebræũ hr̃. **quia deficientias dedit
domui ĩ circũitu foris ad nõ appꝛehẽdendũ parietes dom⁹**. Præ-
dictæ inæqualitatis rõ reddit̃ modus q ſeruatus eſt ædificãdo hmõi latera rela-
tiue ad muros tẽpli. Quod ut facile ĩtelligas/diſtingue modos duos quoꝝ altero
poſſunt pauimentoꝝ medij & ſupremi trabes iungi muris tẽpli & firmari ĩ eis. Al
ter modus ẽ ut foramina eſſent ĩ muris tẽpli ĩ qbus capita trabiũ ponerent̃ & fir
marent̃. & iuxta hũc modũ ædificãdi nõ erat neceſſe ut pauimenta eſſent inæqua
lia: ſed poterãt oĩa eſſe æqualia/ exiſtente muro templi forinſecus æquali. & hic
modus excludit̃ a lr̃a/dicẽte ad nõ appræhendendũ muros domus. Alter modus
ẽ ut murus tẽpli foris ſurgeret æqualis ꝑ qnqꝫ cubitos/quo ꝯpleto murus ſurge-
ret reſtrictus ꝑ unũ cubitũ: ita ꝙ relinqret̃ unus cubitus ſecundũ muri latitudinẽ
uacuus ſuꝑ quo uacuo ponerent̃ capita trabiũ pauimẽti medij lateris. & hic pa
uimentũ medij lateris erat ſex cubitoꝝ: erat. n. latius pauimento infimi lateris ſe-
cundũ cubitũ illũ quẽ ex reſtrictiõe muri tẽpli lucrabat̃. Et ſic a qnto cubito uſqꝫ
ad decimũ ſurgebat murus ſtrictior infimo: ꝑfecto aũt decimo cubito/reſtringe-
batur iterum murus templi per unum cubitum ſuper quo uacuo ponebantur ca-
pita trabiũ pauimenti ſupremi lateris. & ꝓpea hoc pauimentũ erat ſeptem cubi-
toꝝ ſecundum latitudinem/eo ꝙ lucrabat̃ duos cubitos ex parte muri templi re-
latiue ad pauimentum infimi lateris: unum autem cubitum lucrabat̃ relatiue ad
pauimentuꝫ medij lateris. Has autem duas reſtrictiões author libri appellat de-
ficientias / dicendo quia deficientias dedit domui in circumitu foris. ¶ Et ſi
uim rationis redditæ in litera percipere uis, præſuppone cum ipſa litera ꝙ la-
tera iſta tria (infimum medium & ſupremum) ſecundum terminos latitudinis

ex parte exteriori erant æqualia/ita ꝙ una linea recta perpendiculariter duci po tuiſſet ab exteriori termino latitudinis fundamenti ſupremi lateris uſqꝫ ad exteriorē terminū latitudinis fundamenti infimi. Præſuppoſita. n. hac æqualitate exteriori/ rō aſſignata in litera cogit ad inæqualitatem pauimentoꝝ ex parte interiori qua pauimenta tangebant murum templi & firmabantur in illo. ex hoc enim ꝙ trabes pauimentoꝝ non perforabant muꝝ templi/ſed deficientiæ erāt in muro reſtricto, manifeſte ſeqꝛ ꝙ pauimentū medij latius erat pauimento infimi/ & pauimentū ſupremi latius erat utroqꝫ. hæc.n.oia pauciſſimis uerbis lr̃a compræhendit/ reddēdo rōnē inæqualitatis qa deficientias dedit domui i circuitu foris ſuper quas trabes pauimentoꝝ ſuſtentabātur. Quā reſtrictionem factam eſſe ad excludendū pforationem muroꝝ templi/ſubiungitꝛ ad nō apprehendendū muros domus. ſi.n. pforati fuiſſent muri abſqꝫ hmōi reſtrictionibus/nō oportuiſſet pauimenta eſſe inæqualia. ¶ Aduerte hic prudens lector primū ꝙ ꝙ̄uis murus templi foris fuerit ſic inæqualis, interior tamen ſupficies erat æqualis. tanta ſiqdē erat groſſitudo muri ex lapidibus dolatis ut nō ſolū ad hmōi reſtrictiones forinſecus uſqꝫ ad decimū cubitū ſufficeret/ſed etiā ad ſuſtinendū ædificiū altitudinis ſupra centū cubitos: ut in libro paralipomenon ſcribitꝛ. ☞ Aduerte ſecūdo ꝙ triplex iſte ordo lateꝝ ædificatoꝝ i circūitu parietis tēpli / ſic diſpoſitus erat ꝙ medius ordo iūgebatꝛ iſimo & ſupremus iūgebatꝛ medio: alioqn defuiſſent ſuſtentātia tā pauimentū ſupremi ꝙ̄ pauimentū medij ex parte exteriori. impoſſibile eſt.n. pauimēto latitudinis ſeptem cubitoꝝ ſufficere ſuſtentationē ex altera tm̄ pte: vē muri templi ſup cuius unū cubitū capita trabiū ſuſtinebātꝛ. Erāt igitꝛ pculdubio iſti tres ordines lateꝝ ſic diſpoſiti ꝙ infimus ordo pauimentū habebat i terra: medij aūt ordinis pauimentū/erat & tectū infimi & pauimentū medij. & ſimiliter ſupremi ordinis pauimentū/utrunqꝫ exercebat officiū: erat.n. tectū medij & pauimentū ſupmi. ☞ Aduerte tertio ꝙ qa inferius ſubiungitꝛ altitudo æqualis ſupremi/medij & iſimi(vē ꝙ ſinguloꝝ altitudo erat qnqꝫ cubitoꝝ) nec dr̄ aliqd de uſu(ad quem vē uſum ædificata ſint hæc latera)nullaqꝫ fit mentio colūnaꝝ quæ præ ſe ferrent latera hæc ædificata in ſimilitudinem porticus, intelligendum reſtat ut intelligamus ad uſum domus ædificata fuiſſe hæc latera: & ppea nō columnis ſed muris pprijs exterius fulta. ſi.n. columnis fulta fuiſſent/ aut hic aut i paralipomenon ſcripta eſſet res hæc nō minimi momenti. ☞ Aduerte quarto ꝙ hic habetꝛ nullū fuiſſe i templo dei oſtiū niſi i facie templi quæ erāt ad orientē. ex hoc.n. ꝙ foris i circūitu parietis templi ædificata ſcribūtꝛ hæc latera, manifeſtatꝛ ꝙ uniuerſus paries templi circūdatus erat uſqꝫ ad altitudinem qndecim cubitoꝝ his lateribus: & ppea nullū relinq locū alicui portæ circūcirca.

¶ Domꝰ aūt cū edificaretur/de lapidibꝰ dolatis atqꝫ pfectis. Parui refert ꝙ hebraice habetꝛ. de lapidibꝰ pfectis motis edificata ē. Dicitꝛ pfectis/ad ſignificandum integritatem non ſolum lapidum ſed opis. adiungitur autem motis ſeu uectis / ad manifeſtandum ꝙ prius fuerunt lapides perfecti & poſtea uecti ad ædificium: ut nulla opus fuerit opera ad perfectionem alicuius lapidis in ipſa ædificatione. Et propterea ſubditur. ⁊ malleus ⁊ ſe-

curis ⁊ omne inſtrumentum ferreum non fuit auditum in domo cum edificaretur . conſequens enim eſt ut perfectis prius integre lapidibus nullus ſonitus inſtrumentoꝝ ad ꝑficiendū lapides audiret̃ in ipſa ædificatiōe. de his.n.ē ſermo. Et nō excludit̃ cōcurſus inſtrumentoꝝ ad iungendū lapides & alia opportuna. Oſtiū lateris medij. Legendū eſſet. Porta lateris medij. Iā dictū eſt ꝙ triplex erat ordo lateꝝ: īfimus/medius & ſupremus. De porta infimi lateris nihil ſcribit̃: qa in terra erat, nec ꝑ muꝝ templi oportebat intrare illud. ſed de porta tā medij ꝗ̄ ſupremi lateris ſcribitur : qm̄ ipſa intra groſſitudinem muri templi erat. in pariete erat dom⁹ dextre . Iuxta hebræū habet̃ . ad armū dom⁹ dextrū. Dexter armus domus/meridionalis murus tēpli intelligitur. appellat.n. ſcriptura ſeptentrionalem plagā ſiniſtrā & meridionalē dextrā . In groſſitudine ergo muri meridionalis tēpli facta eſt porta ad aſcēdendū ad mediū latus. ⁊ ꝑ cochleā aſcendebāt ī mediū cenaculū/ ⁊ a medio ad tertiū. Interpres addidit cœnaculū. gradus.n. in modum cochleaꝝ intra muri groſſitudinem deſcribūt̃ uſqꝫ ad mediū latus. ibi.n. inueniebat̃ porta ingreſſus in pauimentū medij lateris: ſed gradus nō finiebāt̃ ibi/ ſed ꝑ modū cochleaꝝ ꝑ eādē muri groſſitudinē ꝓtendebāt̃ uſqꝫ ad ingreſſuꝫ in pauimentū ſupremi lateris.

¶ Et edificauit domū ⁊ cōſummauit eā. De ꝯſummatiōe tēpli quo ad ſubſtātiā eius eſt ſermo. ꝓpter qđ & ſubdit̃ de tecto/ quæ ē ſubſtātialis pars domus. texitqꝫ domū laquearib⁹ cedrinis. Licet hebraica dictio āceps ſit/ rectius tn̄ legeret̃. ⁊ cōtignauit domū tignis ⁊ laquearib⁹ cedrinis. materia ſiqdem tecti templi deſcribit̃. Et edificauit tabulatū ſuꝑ oēm domum qnqꝫ cubitis altitudinis. Legendū eſt. Et edificauit lat⁹ iuxta totaꝫ domū/ qnqꝫ brachioꝝ altitudo ei⁹. Ideo reſumpſit ædificiū lateꝝ ut manifeſtaret altitudinem cuiuſqꝫ lateris. Et hinc hr̃ ꝙ nullū latus erat ſub diuo. altitudo.n. ſecundū quātitatem a fundamento ad tectū attendit̃. ⁊ oꝑuit domū lignis cedrinis. Iuxta hebræū hr̃. ⁊ apprehēdit domū ī lignis cedroꝝ. Laquearia colligantia muros templi (quæ & ſuſtinebāt tectū) deſcribunt̃ appræhendere domū: hoc eſt ꝑforare domū. erāt.n. muri templi ſecundū interiorem ſuꝑficiem æquales : & propterea oportuit quaſi foramina uacua in muro pro capitibus laquearium efficere.

ET fact⁹ ē ſermo dn̄i ad ſelomonē dicēdo. Sermo iſte ꝑfectis ꝑtibus ſubſtātialibus domus fuit anꝗ̄ ornaret̃ domus ipſa/ nō ſolū qa hoc in loco ſcribit̃ ſed præcipue qa ſubiūgit̃. Dom⁹ hec quā tu edificas/ ſi ābulaueris in ſtatutis meis ⁊ iudicia mea feceris ⁊ cuſtodieris oīa mandata mea gradiēdo ī eis. iūgendo.n. hæc duo (ꝙ narrata ꝑfectione domus quo ad ſubſtātialia narrat̃ deus dicens ſalomoni domus hæc quā tu ædificas) apparet ꝙ tūc deus allocutus eſt ſalomonē: modus aūt loqndi nō ē ſcriptus. Et legendū eēt. domui huic / ut iueniat̃ ꝯſtructio grāmatica. reſpōdet.n. uerbo. firmabo ſmonē meū tecū quē locut⁹ ſuꝫ ad dauid prēꝫ tuū . Eſt.n. ſenſus ꝙ huic domui tecū firmabo ſermonē meū quē locutus ſuꝫ &c. ſi ambulaueris in præcæptis meis &c. Et dixit hæc deus, ne erraret ſalomon putando ꝙ propter hanc quam

ædificabat domum deus firmaſſet pollicita dauidi. oppoſitum enim reuelat deus: uidelicet ꝙ ambulatio ſalomonis in uia dei erit ratio ꝙ pollicita dauidi firmentur domui huic & ſalomoni. ut hinc diſcamus ꝙ ædificare templa / prodeſt ædificanti ſi præcæpta dei ſeruet. **Et habitabo in medio filiorum iſrael: ꝛ non derelinquam populum meum iſrael.**

ET **ædificauit ſelomo domum ꝛ conſummauit eam:** Si non reſumit ut adiungat ſubiuncta, ſermo eſt de ædificio ſuperaddito ſubſtantialibus partibus. ita ꝙ primum narrat illud in genere & factum & completum a ſalomone: deinde narrat idem per ſingula diſtinguendo. **Et ædificauit parietes domus intrinſecus tabulis cedrinis.** Legendum eſſet. **coſtis cedrorũ.** ad ſimilitudinẽ ſiquidem coſtarum erant ligna cedrina tegentia parietes templi intrinſecus. Et dicendo ædificauit/innuit ꝙ non affixione clauorum ſed ædificatione iungebãtur muris templi. **a pauimento domus vſq; ad ſummitatem parietum ꝛ vſq; ad laquearia operuit lignis cedrinis intrinſec⁹.** Legendum eſt incipiendo clauſulam. **a pauimento dom⁹ vſq; ad parietes contignationis operuit ligno intrinſec⁹.** Declaratio ẽ præcedẽtis clauſulæ. **ꝛ texit pauimentũ dom⁹ tabulis abiegnis.** Legendũ eẽt. **coſtis abietis.** ſimilia.n. coſtis deſcribũť ligna pauimẽti. **Edificauitq; viginti cubitoꝝ ad poſteriorẽ partẽ tẽpli.** Hebraice habeť. **a coxis dom⁹.** Certũ eſt ptẽ ultimã tẽpli ſignificari ad plagã occidentalẽ: quæ uarijs nominibus deſcribiť ĩ diuerſis ſcripturæ locis. & hic a coxis domus noiať / qa tanꝗ coxaꝝ locũ in corpore tenet tertia poſtrema pars. Fit.n. ſpecialis mẽtio illius partis qa illa erat ſanctũ ſctõꝝ. tanꝗ hactenus dicta de tegumẽto parietũ / intelligenda ſint de prima parte templi quæ appellať ſanctũ, cuius lõgitudo erat quadraginta cubitoꝝ: de reliqua.n. parte uiginti cubitoꝝ mõ eſt ſermo. **tabulata cedrina / a pauimẽto vſq; ad ſupiora.** Legendũ eſſet. **coſtas cedri / a pauimẽto vſq; ad parietes.** Sonat lr̃a ꝙ ẽt pauimẽtũ huius ultimæ partis texit coſtis cedri. & quo ad hoc præſtabat pauimentũ iſtius partis pauimẽto reliquo/quod erat ex coſtis abietis. **ꝛ fecit interiorẽ domũ oraculi ĩ ſanctũ ſctõꝝ.** Iuxta hebræũ hr̃. **ꝛ edificauit ei itriſec⁹ deuir ꝓ ſctõ ſctõꝝ.** & ẽ datiui caſus deuir. Declaratio ẽ ꝑcedẽtis clauſulæ uiginti cubitoꝝ. declaratur eniꝫ ꝙ ſpatio illi intrinſecus (vcꝫ deuir) pro ſctõ ſctõꝝ ædificauit dictã ſtructurã. Vbi prudẽs lector aduerte ꝙ nulla ſit mẽtio muri ĩ hoc ædificio uiginti cubitoꝝ: ſed duntaxat dicitur ꝙ ædificauit uiginti cubitos a pedibus domus in coſtis cedrinis.

¶ **Porro quadraginta cubitoꝝ erat ipſuꝫ tẽpluꝫ pꝛe forib⁹ oraculi.** Legendũ eſſet. **Et quadraginta cubitoꝝ fuit dom⁹: ipſa tẽpluꝫ añ.** Spatiũ quadraginta cubitoꝝ appellať domus diſtincta a deuir. & eadẽ diciť tẽplũ añ, uel qa erat ad orientẽ/uel qa erat ante deuir ingrediẽtibus tẽpluꝫ. **Et cedro dom⁹ ĩtrinſec⁹ veſtita erat/hñs.** Legendũ eſſet. **habente.** quoniam ad cedrum refertur. **tornaturas ꝛ iuncturas ſuas fabrefactas ꝛ celaturas eminentes.** Quæ uocantur tornaturæ & cælaturæ eminen-

Digitized by Google

tes/ hebraice ſonant inciſiones artificioſas & inciſiones ad inſtar gemantium ſeu florentium ramuſculorum. omnia cedrinis tabulis veſtita ſunt/nec lapis apparebat.

¶ Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat/ Vt poneret ibi arcam federis domini. Quanuis hebraica dictio significare poſſit in medio/legendum tamen eſſet. Et deuir in intimo domus intrinſecus fecit parare/ad dandũ ibi thecam federis iehouah. Deuir enim interpretatum oraculum/non erat in medio domus ſed in tertia parte poſtrema ipſius domus: & propterea dicitur in intimo domus intrinſecus.

Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis ⁊ viginti cubitos latitudinis ⁊ viginti cubitos altitudinis. Iuxta hebræum habetur. Et in faciebus deuir viginti cubitorum longitudo ⁊ viginti cubitorum latitudo ⁊ viginti cubitorum altitudo eius. Facies deuir appellãt ſuꝑficies eius: quæ æquales ſecundũ oẽꝫ dimẽſionẽ intercæpti ſpatij deſcribuntur ſecundum planum literæ ſenſum. Ita ꝙ ex litera habetur ꝙ ſanctum ſanctorum erat altitudinis uiginti duntaxat cubitorum: utpote perfecte quadrum. ut hinc intelligamus paulo ſuperius ſcriptum de ædificio uiginti cubitorum/referri non ſolum ad diuiſionem oraculi a templo ſed etiam ad diuiſionem tecti ipſius oraculi a tecto cõmuni totius templi. erat enim templum altitudinis cubitorum triginta. Si quis tamen diceret ꝙ ſpatium uiginti cubitorum ſecundum altitudinem diſtinguebatur non tecto medio ſed deſignatione & diſſimilitudine opificij a ſpatio decem cubitorum uſqꝫ ad tectũ templi/neſcio ſi poſſet conuinci. ⁊ veſtiuit illud auro puro: ⁊ altare veſtiuit cedro. De altari thymiamatis eſt ſermo. ¶ Domumqꝫ ante oraculũ. Sentẽtia redditur: hebraice tamen ſcribitur. Et texit ſelomo domum intrinſecus auro puro. Ne repetatur idem/per domum intrinſecus non intelligimus oraculum ſed domum ſecundum interiorem ſuperficiem. ⁊ affixit laminas clauis aureis. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tranſiuit in catenis auri quod ante deuir/⁊ veſtiuit illud auro. Paries ex coſtis cedri diuidens ſanctum a ſancto ſanctorum appellatur ante deuir. quod abſqꝫ muro ex coſtis cedri fuiſſe/ teſtatur neceſſitas catenarum: hoc eſt uectium officium catenarum (quod eſt ligare) exercentium. qui cum ferrei debuiſſent eſſe/ aurei deſcribuntur tranſeuntes ſuper coſtarum latitudinem ad uinciendum coſtas ſimul. Et quia ſpecialis fit mentio ꝙ ueſtiuit parietem hunc ligneum auro/& ante deuir catenæ huiuſmodi deſcribuntur, inſinuatur ꝙ de exteriori ſuperficie illius parietis lignei eſt ſermo tum quo ad catenas tum quo ad deaurationem. Ita ꝙ ligantes coſtas iſtas ligneas uectes erant non in ſuperficie intra deuir ſed in ſuperficie exteriore/quæ etiam ueſtita auro deſcribitur. interior enim ſuperficies iam deſcripta erat ueſtita auro cum reliquis ſuperficiebus oraculi. Totãqꝫ domum veſtiuit auro vſqꝫ quo perficeretur tota domus: ſꝫ ⁊ totũ altare oraculi texit auro. Hebraice habetur. ⁊ totum altare quod deuir veſtiuit auro. Et eſt deuir datiui caſus. eſt.n. ſermo de altari thymiamatis/quod erat nõ in ipſo oraculo

ſed ad ipſuꝫ oraculū: erat enim poſitū ante prædictum parietem ligneum.
¶ Et fecit in deuir duos cherubim de lignis oliuarum / decem
cubitorum altitudinis. Et quinqꝫ cubitorum ala cherub vna / ⁊
quinqꝫ cubitorum ala cherub ſecunda: deceꝫ cubiti erant a ſum
mitate ale vnius vſqꝫ ad ſummitatem ale alterius. Decemqꝫ cu
bitorum erat cherub ſecundus: menſura ⁊ opus vnum erat am-
bobus cherubim. Altitudo cherub vnius decem cubitorum: ⁊
ſimiliter cherub ſecundi. Poſuitqꝫ cherubim in medio domus
interioris / ⁊ extenderūt alas cherubim, ⁊ tangebat ala vniꝰ pa-
rietem / ⁊ ala alterius cherub tangebat parietem alterum: aleqꝫ
eorum in medio domus ſeinuicem tangebant. Et veſtiuit che-
rubim auro. Aduerte prudens lector ꝙ iſti cherubini hic deſcripti non ſunt il-
li quos deſcripſit moſes / nec ad illud officium ad quod deſcripſit moſes. illi enim
erant aurei & parui / iuxta arcam mutuo ſe reſpicientes quaſi ſuſtentantes ſedem
dei: iſti autē lignei & magni (utpote decem cubitoꝶ) & reſpicientes ad orien-
talem plagam &c. Sed creditur ſalomonem feciſſe hos cherubinos ex diſpoſitio-
ne dauidis / & illos alios aureos iuxta diſpoſitionem moſaicam.

¶ Et omnes parietes domꝰ per circūitum ſculpſit varijs cela-
turis ⁊ torno / ⁊ fecit in eis cherubim ⁊ palmas. Iuxta hebræū habet.
celauit apertis celaturis cherubinorum ⁊ palmarum. Ornatus pa
rietum clare deſcribitur. ⁊ picturas varias quaſi prominentes de pa-
riete ⁊ egredientes. Iuxta hebræum habetur. ⁊ apertionibꝰ gemma-
rum: intrinſecus ⁊ extrinſecus. tria enim hæc (vꝫ cherubinuli & palmæ
& apertæ gemmæ arborum) inciſa in lignis illis deſcribuntur intrinſecus & ex-
trinſecus: hoc eſt in ſancto ſanctorum & in ſancto. Et pauimentum domꝰ
veſtiuit auro intrinſecus ⁊ extrinſecus. hoc eſt tam in ſancto ſanctoꝶ
ꝙ̄ in ſancto.

¶ Et i ingreſſu oraculi fecit duo oſtiola. Iuxta hebræum habetur. Et
porte deuir fecit oſtia. Vnica porta / multæ uero naluæ deſcribūtur pro in-
greſſu oraculi. de lignis oliuarum: poſteſqꝫ angulorum quinqꝫ.
Iuxta hebræū habetur. ligna olei / liminare ⁊ poſtes quinta. Quinqꝫ an-
gulorum intelliguntur tam poſtes ꝙ̄ liminare & ſuperliminare quo ad formam:
quo ad materiam uero ex lignis olearum. Et duo oſtia de lignis oliuaꝶ.
eadem enim deſcribitur materia ualuarum duarum unius portæ / quæ deſcripta
eſt materia utriuſqꝫ liminis & poſtis. ⁊ ſculpſit in eis picturam cherubim
⁊ palmarum ſpecies ⁊ anaglypha valde prominentia. Legendum
eſt ut ſupra. ⁊ celauit in eis celaturas cherubim ⁊ palmaꝶ ⁊ aper-
tionum gemmarum. expone ut ſupra. ⁊ veſtiuit auro. ipſas ualuas ac
poſtes & limina. ⁊ operuit tam cherubim ꝙ̄ palmas ⁊ cetera auro.
Legendum eſt. ⁊ extendit ſuper cherubim ⁊ ſuper palmas aurum.
Per ſingula narrat appoſitum aurum.

¶ Fecitqꝫ in introitu templi poſtes de lignis oliuarum quadran-

Digitized by Google

gulares. Iuxta hebræum habetur. **Et ſic fecit poꝛte templi poſtes ligni olei/a quarta.** Quadrangulares poſtes portæ templi deſcribũtur ad differentiã poſtiũ portæ oraculi. Et dicẽdo portæ tẽpli/unica ſignificatꝰ tẽpli porta. **Et duo oſtia de lignis abiegnis.** Vide differentiã quo ad materiã. ualuæ templi ex ligno abietis erant / poſtes autem ex ligno oliuæ: in ualuis autem oraculi omnia erant ex lignis oliuarum. **altrinſecus ⁊ vtrunqȝ oſtium duplex erat ⁊ ſeinuicem tenens aperiebatur.** Iuxta hebræum habetur. **due coſte value vnius rotunde/⁊ due celature value ſecunde rotunde.** Coſtæ tranſuerſæ ſunt in corpore animalis: & ad coſtarũ inſtar duo diſtinctiua in ſuperficie oſtij æquidiſtantia appellantur duæ coſtæ. inter quas & ſummum ac infimum oſtij tria uacua intercipiuntur/quæ non quadra ſed rotunda deſcribuntur: quia coſtæ ipſæ circulum conſtituebant. hoc enim modo etiam hodie uidemus principum oſtia fieri/coſtis tamen quadrangulis. In tribus circuſis inter duas coſtas in ſingulis oſtijs erant cælaturæ uariæ. & ad declarandum breuiter ſimilia fuiſſe ambo oſtia / dicitur in litera ꝙ cælaturæ ſecundi erant rotundæ. coſtæ enim rotundæ cum cælaturis cõmunes ſignificantur utriqȝ ualuæ. **Et ſculpſit cherubim ⁊ palmas ⁊ celaturas valde eminentes: operuitqȝ omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.** Lege ut ſupra. **Et celauit cherubim ⁊ palmas ⁊ apertiones gemmarũ: ⁊ veſtiet auro directo ſuper cauatũ.** Narrantꝰ figuræ cælatæ in illis rotunditatibus: & declaratur operimentum auri directum fuiſſe ad penetrandum concauas partes quæ ex inciſionibus cauatæ fuerant.

¶ **Et edificauit atrium.** Præter ueſtibulum templi ſuperius deſcriptũ/ædificatum eſt hoc atrium magnum quod in euangelijs appellatur templum. in hũc enim locum ingrediebatur populus ad adorandum &c. **interius tribus oꝛdinibus lapidum politoꝛum: ⁊ vno oꝛdine lignoꝛũ cedri.** Legendũ eſſet. **intrinſecus tribus oꝛdinibus dolatoꝛum: ⁊ oꝛdine exciſarum cedroꝛum.** intra ſiquidem atrium quattuor iſti ordines deſcribuntur: ſed modus quo diſpoſiti erant non ſcribitur. Et quidem ſi planum erat atrium/facile eſt intelligere hos quattuor ordines fuiſſe tanqȝ ordines ſubſelliorum hinc & inde: tres quidem pro populo/quartum autem pro optimatibus ex lignis cedri. ueruntamen quicquid de hac diſpoſitione dicerem/diuinando loquerer.

¶ **In anno quarto.** regni ſalomonis. **fundata eſt domus domini in menſe ziu.** hoc eſt in menſe ſecundo anni/qui eſt ſole exiſtente in tauro. **Et in anno vndecimo.** regni ſalomonis. **in menſe bul/ipſe eſt menſis octauꝰ.** in ordine menſium anni / inchoando annum a menſe lunæ primum impletæ a ſole in ariete. menſes enim lunares ſupputant hebræi. **perfecta eſt domus in omni opere ſuo.** Parui refert ꝙ hebraice habetur. **in omnibus rebus ſuis.** & ſimiliter ſubiungitur. **⁊ in omnibus regulis ſuis:** hoc eſt ſecundũ uniuerſas deſignationes ſuas. **⁊ edificauit eã ſeptẽ ãnis.**

Domum autem ſuam. hoc eſt domum habitationis propriæ. ædificauit ſelomo tredecim annis: ⁊ compleuit totã domum ſuam. Scriptum eſt hoc ad manifeſtandum maius adhibitum fuiſſe ſtudium ad ædificandum templum q̃ domum regiam: ⁊ ut ab exemplo diſcant principes diuina ædificia maiori ædificanda ſolicitudine & diligentia q̃ propria.

Edificauit quoqȝ domum ſaltus lebanon. Altera eſt hæc domus: appellata domus ſyluæ non cuiuſcunqȝ ſed libani / eo ꝙ in hac domo erat quaſi ſylua ad inſtar libani. erat enim hæc domus tanq̃ ſylueſtris. centum cubitorum longitudinis / ⁊ quinquaginta cubitorum latitudinis / ⁊ triginta cubitorum altitudinis. Quantitas domus habitationis regiæ tacita eſt: q̃ntitas uero iſtius domus ſylueſtris ſcribit̃. ⁊ q̃ttuor deambulatoria inter colũnas cedrinas. Iuxta hebræum habetur. ſuper quattuor ordines colũnarum cedrinarum. Nihil dicitur de deambulatorijs: ſed quattuor deſcribuntur ordines colũnarum nõ ex marmore ſed ex ligno cedri ſuꝑ quas ædificata erat domus. Et hinc habet̃ ꝙ uniuerſa hæc domus lignea erat: utpote ædificata ſuper colũnas ligneas. Numerus autem harum colũnarum per quattuor ordines ſecundũ longitudinem domus diſtributarum / non eſt ſcriptus. ligna quippe cedrina exciderat in colũnas. Iuxta hebræum habetur. ⁊ exciſa cedrorum ſuper colũnas. Tectũ immediate ſuper colũnas deſcribitur ex dolatis lignis cedrinis. Et tabulatis cedrinis veſtiuit totam cameram: que quadragintaquinqȝ colũnis ſuſtentabatur. Iuxta hebræum habetur. Et contignatio cedrina deſuper ſuper coſtas que ſuper colũnas quadraginta ⁊ quinqȝ: quindecim ordine. Supremum tectum deſcribitur ſimul cum media contignatione. tres. n. contignationes (ſupputato tecto ſupremo) domus hæc habebat. & de ſupremo tecto ſcribitur & contignatio cedrina deſuper: modus autem ſimul cũ media contignatione ſcribitur dicendo ſuper coſtas quæ ſuper columnas quadraginta & quinqȝ / quindecim ſingulo ordine. coſtæ. n. appellantur ligna ſecundum latitudinem domus extenſa quemadmodum coſtæ ſecundum tranſuerſum ſunt corporis animalis. Deſcribitur itaqȝ domus iſta diſtincta tam in media q̃ in ſuprema contignatione in quattuor partes forte æquales: vcȝ ꝙ quælibet pars erat longitudinis uigintiquinqȝ cubitorum. totius enim domus longitudo erat centum cubitorum. Diſtinguebantur autẽ iſtæ quattuor partes tribus ordinibus columnarum. ita ꝙ primus ordo colũnarum ſecundum latitudinem domus ex quindecim conſtans colũnis ſeparabat primam partem a ſecunda: ſecundus autem ordo colũnarum ſimilis primo ſeparabat ſecundam partem a tertia: tertius autem ordo columnarum ſeparabat tertiam partem a quarta. & ſic triplici ordine columnarum quorum quilibet cõtinebat quindecim colũnas / diſtincta erat domus hæc. Super has autem colũnas trabes poſitæ appellantur coſtæ, quæ ſuper columnas quadragintaquinqȝ (aſſignãdo quindecim columnas cuilibet ordini) ſitæ erant. Vbi prudens lector aduerte ꝙ iſtæ quadragintaquinqȝ columnæ non

Digitized by Google

ſunt illæ de quibus paulo ante ſcriptum eſt ꝙ ædificauit domum ſuper quattuor ordines colũnarum. nam illarum/quattuor narrantur ordines abſq; numero columnarum: iſtarum uero tres narrãtur ordines cum numero colũnarum cuiuſlibet ordinis. & narratur diſpoſitio earum/ꝙ vcʒ ſuſtentabant coſtas: quod eſt dictu/erant diſpoſitæ & ordinatæ ſecundum latitudinem domus. Et intellige ſimiles ordines colũnarum ad diſtinctiones partium etiam in ſuprema contignatiõe. Nec ſis ita rudis ut intelligas ſpatiũ de columna i colũnã relictũ uacuũ / ſed tabulis loco parietis plenum. tota enim domus erat lignea / ut domus ſylueſtris ex ſylua duntaxat conſtaret: hanc enim magnificentiã effecit ſalomon.

¶ Unus autem ordo habebat columnas quindecim contra ſe inuicem poſitas/ꝛ e regione ſe reſpicientes equali ſpatio inter columnas: ꝛ ſuper columnas quadrangulata ligna/ i cũctis equalia. Tota iſta litera uſq; ad deſcriptionem porticus unde irrepſerit neſcio: nam hebraice immediate poſt ordinem columnarum præſcriptum ſubiungitur. Et reſpectionum tres ordines. hoc eſt & feneſtrarum tres ordines. Quod ut intelligas/aduerte ꝙ domus iſta ſecundum altitudinem in tres diſtincta erat habitationes: infimam/mediam & ſupremam. & propterea dictum eſt ꝙ tres habebat contignationes ſupputato ſupremo tecto. in qualibet autem harum partium erat unus ordo feneſtrarum: & ꝓpterea dicitur & feneſtrarum tres ordines: uidelicet infimus/medius & ſupremus. Diſtinctio autem harum habitationum etiam ſi non inſinuaretur ex antedictis, manifeſte inſinuatur per diſpoſitionẽ feneſtrarũ infimarum/mediarum & ſupremarum: oportet enim cointelligere ordinibus feneſtrarum ordines habitaculorum. Deinde immediate ſequitur. ꝛ feneſtra ad feneſtram. hoc eſt & feneſtra reſpondens feneſtræ. ita ꝙ ſupremi ordinis feneſtra ꝑpendiculariter ſita erat ſupra feneſtram medij ordinis: & ſimiliter illa ſupra feneſtram infimi ordinis. Deinde immediate ſequitur. tribus vicibus. hoc eſt iſte triplex ordo feneſtrarum multarum in infima / & ſimiliter multarum in media/ & ſimiliter multarum in ſuprema habitatione ſic diſpoſitarum, tribus uicibus multiplicabatur. uerbi gratia erant decem feneſtræ in triplici ordine: hoc eſt triginta feneſtræ in prima parte longitudinis domus/ & triginta aliæ ſimiliter diſpoſitæ in media parte longitudinis domus/ & triginta in poſtrema parte longitudinis domus. ſic enim tribus uicibus repetebatur triplex ordo feneſtrarum/ ſic ꝙ feneſtra eſſet ſupra feneſtram. Et reuera reſultabat pulcher aſpectus/ & ædificatoriæ arti conſonans. Deinde immediate ſequitur. Et omnes porte ꝛ poſtes quadrati aſpectus: ꝛ e regione aſpectus ad aſpectum tribus vicibus. Deſcribitur uniuerſa portarum aulicarum multitudo, tum quo ad figuram earum & poſtium quadrangularem. tum quo ad ſitum / quia ſitæ erant ſecundum aſpectum. Et ad qualitatem aſpectus declarandam ſubiungitur ꝙ aſpiciebat una porta contra aliam: hoc enim ſeruatur ſecundum artem fabrilem. Tum quo ad numerum talis ordinis portarum/dicendo tribus uicibus. ſuper quodlibet pauimentum ſiquidem cuiuſcũq; cõtignationis erat iſte ordo portarum/portæ e regione portæ ſecundum lineam longitudinis. Et ſic finitur nar

ratio ædificij domus ſaltus libani in ſcipſa: narratur autem conſequenter illius atrium.

¶ Et porticum columnarum fecit. Non ſcribitur an porticus tegens ab imbre/an ueſtibulum ſub diuo fuerit. longitudo ſiquidem cum latitudine duntaxat deſcribitur/nulla mentiõe facta de altitudine. Et appellaẽ hoc atriũ / atrium columnarum, ea ratiõne quia erat atrium domus ædificatæ ſuper columnas. quinquaginta cubitorum longitudinis. ut atrium eſſet æquale latitudini domus. ⁊ triginta cubitorum latitudinis: ⁊ alteram porticum in facie maioris porticus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ porticus ſuper facies eorum. Situs deſcribur eiuſdem atrij: vc3 ꝙ ſitum erat in facie eorum: hoc eſt in anteriori parte: hoc eſt ad plagam orientalem quæ erat facies domus columnarum. ⁊ columnas ⁊ epiſtylia ſuper columnas fecit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ columne ⁊ trabes ſuper facies eorum. More ſolito deſcribit ſingulorum ſitum. ita ꝙ non ſolum atrium ante faciem domus / ſed & columnæ & trabes colligantes columnas erant ante domum. Et per hoc declarat ꝙ atrium iſtud etiam erat ligneum/ex columnis ligneis & trabibus colligãtibus columnas. & in his ſubintelligitur paries ligneus claudens atrium.

¶ Porticũ quoq3 ſolij in qua tribunal eſt fecit. Iuxta hebræum hẽ. Et porticum ſedis in qua iudicabit ibi / porticum iudicij fecit. Occaſione deſcriptæ porticus domus ſylueſtris / tranſit ad deſcribendum porticum in domo regia cuius in principio capituli meminerat: & deſcribit porticum iudicij in qua erat ſedes ſalomonis ad iudicandum populum. & per hoc deſcribitur certus locus in domo regia in qua rex dicebat ius populo. ⁊ texit lignis cedrinis a pauimento vſq3 ad ſummitatem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ contignatio cedrina a pauimento vſq3 ad pauimentum. Sic iacet in hebræo. Et appellat pauimentum etiam tectũ iſtius porticus/eo ꝙ tectum illud pauimentum eſſet ſuperioris habitaculi: ad manifeſtandum ꝙ ſuper porticum iſtam erat habitaculum. Parietes itaq3 omnes ab imo uſq3 ad ſummum cruſtati cedrinis lignis deſcribuntur/ita ꝙ erat etiam deſuper habitatio. Et hunc eſſe literalem ſenſum/ex eo patet ꝙ ſecundum hoc opificium conſtructa ſubiunguntur multa ædificia. ¶ Et domũcula in qua ſederetur ad iudicandũ/erat in media porticu ſimili opere. Iuxta hebræum habetur. Et domui ſue in qua habitabit ibi/atrium aliud intrinſecus ad porticum, ſicut opus iſtud fuit. In eadẽ domo regia in qua habitabat ſalomon aliud atrium deſcribitur ſimili opere factum: & erat ſitum intrinſecus relatiue ad porticum iudicij. ita ꝙ porticus iudicij erat foris reſpectiue ad hoc atrium / quod erat internum atrium domus regiæ. Et neutrius tectum erat ſub diuo, ſed utriuſq3 tectum erat pauimentum alterius habitationis: ut ſæpe uidemus fieri in palatijs principum. domũ quoq3 fecit filie pharaonis quam acceperat ſalomo/ſecundum porticum hanc. Tertia narratur domus profana ædificata a ſalomone/opere ſimili opificio porticus prædictæ quo ad ligna cedrina a pauimento uſq3 ad pauimentum.

¶Omnia lapidibus precioſis qui ad normã quãdam atqꝫ menſuram tam intrinſecus q̃ꝫ extrinſecus ſerrati erant. Iuxta hebræum habetur. Omnia hec lapides precioſi ſecundum menſuras dolati/ complanati planula intrinſecus ⁊ extrinſecus. declarato.n.opificio quo ad ligna cedrina omnium iſtorum (vcꝫ porticus iudicij/atrij interni domus regiæ & domus filiæ pharaonis) declaratur materia eorundem quo ad lapides parietum: vcꝫ ꝙ erant lapides precioſi dolati ac complanati intus & extra. ⁊ a fundamento vſqꝫ ad ſummitatem parietũ/ ⁊ intrinſecus vſqꝫ ad atrium maius. Error eſt ſcriptoris: legendum eſt. ⁊ extrinſecꝰ vſqꝫ ad atrium grande. ſic enim habetur hebraice. Extenditur ſimilis fabrica ad extrinſeca: vcꝫ atrium magnum/proculdubio domus regiæ. Et dicendo & extrinſecus/manifeſtat tertium atrium domus regiæ. ita ꝙ atrium iudicij erat ſituꝫ in loco medio inter atrium internum & atrium magnum/cuius qualitas inferius deſcribetur. Fundamenta autem erãt lapides precioſi/lapides magni: lapides decem cubitorum ⁊ lapides octo cubitorum. Poſt deſcriptos lapides parietum/deſcribuntur lapides fundamentorum ualde magni. Et deſuper. hoc eſt in ſuperficie fundamentorum. lapides precioſi. marmorei ſeu porphyretici. equalis menſure ſecti erant. Iuxta hebræum habetur. ſecundum menſuras dolati. nec dicitur an æquales an inæquales eſſent lapides. ſimiliterqꝫ de cedro. Iuxta hebræum habetur. ⁊ cedrꝰ. iam enim dictum eſt ꝙ a pauimento in pauimentum erãt ligna cedrina. Alicubi itaqꝫ ſuperficies pauimentorum erant ex huiuſmodi lapidibus ad menſuram ſtratis: alicubi uero ex lignis cedri/prout aulæ congruebat.

¶Et atriũ maiꝰ rotundũ. Iuxta hebræũ hr̃. Et atriũ grande in circumitu tres ordines dolatorũ/⁊ ordo dolatarꝫ cedrorꝫ. Deſcribit̃ extrinſecum atrium domus regiæ quod appellatur atrium magnum: deſcribitur autem circũcirca habere tres ordines lapidum dolatorum/ & quartum dolatarꝫ cedrorum. necnon ⁊ in atrio domus domini interiori ⁊ in porticu domus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ atrio domus iehouah intrinſecꝰ/ ⁊ porticui domus. perinde acſi diceret̃ tum atrio domus iehouah tum atrio domus regiæ. ſimilia enim deſcribuntur hæc duo atria quo ad illos præmiſſos quattuor ordines. Et quod dicitur intrinſecus/ non refertur ad domum domini ſed ad ſuperficiem interiorem atrij: ut patet ex ſcriptis in capitulo præcedenti.

MIſit quoqꝫ rex ſelomo/⁊ tulit chiram de tyro. Narraturus ornamenta & uaſa ærea pro templo/prænarrat artificem. Filius mulieris viduę erat de tribu naphthali. Non referri ad mulierem/teſtatur paralipomenon ſecundus ca.2.ubi mater iſtius de tribu dan dicit̃. ex linea ergo paterna erat de tribu neptalim. ⁊ pater eius erat vir tyrius. natus ſiquidem erat in ciuitate tyri pater eius/& propterea tyrius dicitur. faber erariꝰ ⁊ plenus ſapiẽtia ⁊ intelligentia ⁊ ſcientia ad faciendum omne opus in ere: venitqꝫ ad regem ſelomonem/⁊ fecit oẽ opꝰ eius.

¶ Et finxit duas columnas ereas: decem ⁊ octo cubitorum erat altitudo columne vnius. quo ad ſtipitem columnæ: nam altitudo totius molis unius columnæ trigintaquinq; erat cubitoruȝ (ut paralipomenon teſtat̃) ſupputando etiam quantitatem baſis/capitis & coronæ. ⁊ linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtranqȝ. Iuxta hebræum habetur. columnam ſecundam. & a fortiori primam. Ambitus uniuſcuiuſq; colũnæ deſcribitur duodecim cubitorum.

¶ Duo quoqȝ capitella fecit que ponerẽtur ſuper capita colũnarum. Iuxta hebræum habetur. Et duas coronas fecit ad danduȝ ſuper capita columnarum. Nota prudens lector ſuper capita columnarum: & perpendes ſuper colũnas fuiſſe capita quæ epiſtylia & capitella uocari ſolent/ & ſuper capita fuiſſe coronas. ſic enim huiuſmodi ornamentũ nominat hebraica litera, eo ꝗ quemadmodum corona ornamentum eſt ſup caput hominis ita hoc ornamentum erat ſuper caput columnæ/& formã habebat coronæ. fuſio eris. ſubaudi effecit coronas iſtas. quinqȝ cubitorum erat altitudo corone vnius/ ⁊ quinqȝ cubitorum altitudo corone ſecunde. Quantitas ſecundũ longitudinem deſcribitur æqualis utriuſq; coronæ/ vȝ quinq; cubitoꝝ. Et quaſi in modum retis ⁊ catenarum ſibiinuicem miro opere contextarum: vtrunqȝ capitellum columnarum fuſile erat/ ſeptena verſuum retiacula in capitello vno ⁊ ſeptena retiacula in capitello altero. Vniuerſa hæc/unica clauſula concluduntur iuxta hebræum. Retiacula opere retis/appẽdices opere catenarum coronis que ſuper capita columnarum: ſeptem corone vni / ⁊ ſeptem corone ſecunde. Corpus coronæ (non totum ſed quod erat ſupra uentrem coronæ) deſcribitur conſtans ex ſeptem zonis quarum una erat ſuper aliã: & quælibet zona diſtincta erat in partem ſuperiorem ſimilem reti & appendicem partem inferiorem opere catenarum. Dixi ſimilem reti: quia dictio hebraica non ſonat proprie rete/ſed aliquid ſimile quod cõmuniter exprimimus per rete ob penuriam uocabulorum. Ex iſtis ergo ſeptem zonis conſtituebatur non uniuerſum corpus coronæ/ſed pars ſuperior: ut ſubiuncta teſtantur. Erant ergo latæ nõ parum zonæ iſtæ cõſtituentes circumcirca corpus coronæ ſupra uentrem: ſed oẽs iſtæ zonæ erant ſimul fuſæ/unum conſtituentes coronæ corpus cum inferiori parte corporis coronæ. quæ infima pars (ut inferius ſubiungitur) circulus non paruæ latitudinis erat/paulatim ampliando ſurgens uſq; ad zonam infimam inter dictas ſeptem. Et hic largus circulus inferior coronæ pars/erat duorum cubitorum: ut in ult. ca. 4. reg. ſcribitur. & conſequenter pars coronæ ſuperior diſtincta in zonas ſeptem cum malogranatis ſuperpoſitis/erat trium cubitorum: nam tota coronæ altitudo erat quinq; cubitorum.

¶ Et perfecit columnas. Legendũ eſt. Et fecit columnas. hiram artifex. ⁊ duos ordines per circumitum retiaculorum ſingulorum. Optime interpretatus eſt hanc clauſulam/hebraice minus claram. ⁊ duos ordines in circumitu ſuper retiaculum vnum. Intelligitur enim ſuper


retiaculum

retiaculum ſingulum. Et eſt ſermo de duobus ordinibus malogranatorum inferius explicandorum. Et quoniam in libro paralipomenon malogranata deſcribuntur ſuper catenas hic uero ſuper retiacula, ad uerificandum utrunq; intelligendi ſunt duo iſti ordines ſuper ſingulas zonas: ita ꝙ unus ordo erat ſuper retiaculum & alter ordo erat ſuper appendicem catenam. Et ſi conſideraueris ꝙ ſeptem erant zonæ, ſummabis quattuordecim ordines malogranatorum / cuilibet zonæ aſſignando duos ordines: ut hæc ſonat litera. Vt tegerent capitella que erant ſuper ſummitatem malogranatorum. Iuxta hebræum habetur. ad tegendum coronas que ſuper caput malogranatorum. Et eſt pars inchoatæ ſententiæ. eſt enim ordo literæ / & duos ordines malogranatorum in circumitu ſup retiaculū unū ad tegendū coronas que ſup caput. Quia dixerat ſuper retiaculum unum / declarat modum quo ſuperponebatur retiaculo malogranatum: videlicet tegendo corpus coronæ quæ erat ſuper caput columnæ. Deſcribitur itaq; corpus coronæ contextum opere fuſili ex ſeptem zonis prædictis: ornatum autem per ſingulas zonas duobus ordinibus malogranatorum, quorum alter tegebat retiaculum / alter appendicem catenam. erant enim malogranata adiecta coronæ & diſtributa per eam circuncirca / tanq̃ uniones in coronis principum. Et ſic fecit corone ſecunde.

¶ Capitella autem que erant ſuper capita columnarum / quaſi opere lilij fabricata erant in porticu: quattuor cubitorum. Iuxta hebræum habetur. Et corone que ſuper caput columnarum / opus lilij in porticū: quattuor brachiorum. Deſcripto corpore coronæ cum illius ornamento / deſcribitur prius infimum coronæ & deinde ſupremum. ex imo itaq; coronæ egrediebantur in atrium quattuor cubiti foliorum lilij circuncirca. Et deſcribuntur hæc folia lilij in atrium / eo ꝙ extendebantur non ſuper columnam nec ſuper coronam ſed occupando ſpatium atrij in aere. Intellige tamen folia hæc per modum foliorum lilij & non per lineam rectam extendi. ita ꝙ quodlibet folium erat quattuor cubitorum / quanuis non occuparet ſpatium quattuor cubitorum ſecundum rectam lineam: flexa enim ſunt liliorum folia. Vbi uides q̃ pulchrum erat ornamentum coronæ ab imo. ¶ Deinde deſcribitur ornamentum coronæ in ſui ſupremo. Et rurſum alia capitella in ſummitate columnarum deſuper / iuxta menſuram columne contra retiacula. Iuxta hebræum habetur. Et corone ſuper duas columnas etiam deſuper e regione ventris / quod trans retiaculum. Sic iacet in hebræo. Ex qua litera inſinuatur figura corporis coronæ / ꝙ uidelicet habebat uentrem: ac per hoc corpus ipſius coronæ ſurgebat ab imo cum quadam ampliatione uſq; ad tertium coronæ cubitum excluſiue. ita ꝙ aliquantulum uentris in aſcenſu coronæ ſecundum altitudinem reſultabat: & pars ſuperior conſequenter reſtringebatur uſq; ad ſummum cum debita proportione. Verum inter ſummum & imum diſparitas erat: quia imum erat amplum / aliquantulum tamen ſtrictius q̃ uenter: alioquin imum non fuiſſet

Digitized by Google

coronæ ſimile. ſummum autem arctum fuiſſe / tum ſimilitudo coronæ clauſæ ſuperius tum litera hæc teſtatur, narrans ꝙ corona in ſummo etiã habebat opus lilij (hoc eſt ex ſummo egrediebatur lilium) cuius folia expandebantur e regione uentris. niſi enim tanꝗ conus fuiſſet ſummitas coronæ, non ſcriberetur expanſio lilij egredientis ex ſummitate extenſa ſupra e regione uentris: hoc eſt reſpiciendo ad æqualitatem uentris ipſius coronæ: notabilis enim diſparitas per hoc inſinuatur. Et erat pulchra expanſio lilij perpendiculariter ſupra e regione uentris: hoc eſt ꝙ linea recta ꝑpendiculariter duci potuiſſet ab extremo folij lilij ad extremitatem uentris. ¶ Ordo autem literæ eſt. & coronæ duæ ſuper duas columnas etiam deſuper / ſubaudi opus lilij habebant, e regione uentris/proculdubio coronæ. Relatiuum autem ſubiunctum (uidelicet quod trans retiaculum) refert deſuper: & eſt ſenſus / in illo deſuper quod eſt trans retiaculũ habebant opus lilij e regione uentris coronæ. ſummitas enim coronæ erat trans retiaculum omne: conus ſiquidem coronæ ſupra ſeptimum ac ſupremum retiaculum erat. **Malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli ſecundi.** Iuxta hebræum habetur. **Et malogranatorum ducentorum ordines in circuitu ſuper coronam ſecundam.** Prius dixerat duos ordines malogranatoꝝ in qualibet zona ſed nõ dixerat numeꝝ eorũ. & propterea modo explicat numerum malogranatorum/dicendo ꝙ ordines uniuerſi in ſecunda corona habebant ducenta malogranata: ut per hoc intelligeremus æqualem malogranatorum numerum in ordinibus primæ coronæ. quadringenta enim fuiſſe malogranata/inferius ſcribitur: ducenta igitur malogranata in qualibet corona per quattuordecim ordines diſtributa erant. Nec eſt rationi conſentaneum ut par eſſet numerus malogranatorum in ſingulis ordinibus: quia ordines ipſi non erant inter ſe pares. proportionaliter itaq; diſtributa intellige ducenta malogranata in dictos quattuordecim ordines. Ex litera ergo hebraicæ ueritatis collige pulchram coronam quinq; cubitorum ſecundum longitudinem / habentem corpus in imo amplum ſed conſurgens quãtitate duorum cubitorum ampliando in uentrem / & ſupra uentrem cubitis tribus proportionaliter reſtrictum uſq; ad conum. Contextum autem erat corpus totum opere fuſili: ſed ima illius pars tanꝗ lamina quædam circularis ſurgens in uentrem erat: ſuperior autem pars ex ſeptem zonis a uentre uſq; ad ſummum / qualibet zona diſtincta in duas partes, quarum ſuperior ſimilis reti / appendix uero ſimilis catenæ erat. Et cuiuſlibet zonæ utraq; pars tegebatur proprio ordine malogranatorum: & ex infimo coronæ prodibant folia lilij circũcirca quattuor cubitorum: ex cono autem prodibat lilium circũcirca expanſis folijs e regione uentris: ut pictura hæc demonſtrat.



II a

Digitized by Google

¶ Et erexit duas colũnas in porticu tẽpli: erexitqʒ colũnã dexterã/ ⁊ vocauit nomẽ eiꝰ iachin. Dictio ẽ hebraica/ ſignificãs faciet dirigere: nominauit ſiqdẽ coronatã colũnã dextrã a directiõe impatiua ſeu (quod idẽ eſt) ĩpio directiuo. ⁊ erexit colũnã ſiniſtrã/ ⁊ vocauit nomẽ eiꝰ bohaz. Hebraica ſimiliter eſt dictio/ interpretata in ipſo fortitudo. nominauit ſiqdẽ colũnã alterã a fortitudine executiua: ut ſiue ad deũ (añ cuius tẽplũ ſitæ ſunt colũnæ) referamus ſiue ad regẽ ſeu regnũ/ intelligamus hæc duo ſummo honore digna & uere coronãda: ucʒ impiũ directiuũ (nõ qa ſic uolo ſic iubeo) & fortitudinẽ executiuã directorꝝ. Hæc.n. duo bñficia diuina apparebãt tũ ĩ diuina gubernatiõe iſraelis/ tũ ĩ rege dauide & ipſius regno: & ſumme neceſſaria cuilibet regi & regno declarabãtur per has columnas coronatas/ talibus nominibus inſignitas. Et ſup caput columnarum opus in modum lilij. Hactenus deſcriptũ eſt opificium coronæ quæ erat ſuper caput columnæ/ modo deſcribitur opificium ipſius capitis ſuper quod erat corona: & dicitur ꝙ erat opus lilij. liliatum itaqʒ fuſum eſt caput utriuſqʒ columnæ. perfectumqʒ eſt opus columnarum.

Fecitqʒ mare fuſile. Deſcriptis columnis deſcribuntur conſequenter uaſa opportuna ad cultum templi: & inchoat a maximo uaſe aquæ pro ablutione ſacerdotum, quod ob ſuam magnitudinem appellatur mare/ opere fuſili factum. decem cubitorum a labio vſqʒ ad labium. hoc eſt diametraliter. rotundum in circumitu. Ecce figura maris. ⁊ quinqʒ cubitorum altitudo eius/ ⁊ filum triginta cubitorꝝ ambiebat illud per circuitum. Quãtitas circunferentiæ deſcribitur proportionata ſecundũ artem: vcʒ circunferentia tripla ad diametrum. Et ſculptura ſubter labium circumibat illud/ decem cubitis ambiens mare. Iuxta hebræum habetur. Et celature ſubter ad oram eius in circumitu/ circundantes ipſum decem cubitis. Et eſt ordo literæ. & ad oram eius ſubter in circumitu (hoc eſt in infima parte maris in circumitu) cælaturæ ambientes ipſum decem cubitis. duo ſiquidem ſimul narrantur: & ꝙ ambitus infimæ oræ erat decem cubitorum in circumitu/ & ꝙ ambitus ille ornatus erat cælaturis. Intellige tamen cælaturas ſimul fuſas in ipſa ſuperficie uaſis. non enim proprie uocantur cælaturæ ſed ſimiles cælaturis erant. Deinde immediate apud hebræum ſequitur. ambientes mare in circumitu duo ordines celaturaꝝ fuſaꝝ in fuſione eius. Deſcripſerat in infimo cælaturas: deſcribit modo non ſolum in infimo ſed etiam duos ordines huiuſmodi cælaturarum. quos intelligo præter antedictum in imo. Et ſtabat ſuper duodecim boues/ e quibus tres reſpiciebant ad aquilonem ⁊ tres ad occidentem ⁊ tres ad meridiẽ ⁊ tres ad orientẽ: ⁊ mare ſuper eos deſup erat/ ⁊ omnia poſteriora eorum intrinſecus erant. Deſcriptio iſtorum boum eſt ualde clara. ¶ Groſſitudo autem luteris trium vnciarum erat. Iuxta hebræum habetur. Et groſſitudo eius latitudo manus. hanc enim

quantitatem aiunt proprie ſignificari hebraice. ⁊ labium eius quaſi opus labij calicis ⁊ folium repandi lilij. Hebraice habetur. flos lilij. quãuis nõ deſint dicentes ſignificari florem roſæ & hic & ſuperius. Liliatũ itaq; labiũ deſcribit̃ tanq̃ labiũ poculi. duo millia bathoꝝ capiebat. Nomẽ menſuræ cuiuſdam ſcribitur / cuius quantitatem ignotam credimus nobis. Quod autem ſubditur. ⁊ tria millia metretas. non habetur in hebraico: ſed adiunctum eſt a cupiente concordare diſſonantiam apparentem inter hanc literam & quartum capitulum ſecundi paralipomenon / ubi tria millia metretarum ſcribunt̃. ſed de hac diſſonantia ibidem erit ſermo.

Et fecit baſes decem eneas. Baſes concharum intellige: ſubiungẽtur enim decem conchæ ad quas ſuſtentandas ac uehendas factæ ſunt iſtæ decem baſes. quattuoꝛ cubitoꝝ erat longitudo baſis vnius / ⁊ quattuoꝛ cubitoꝛum latitudo eius / ⁊ trium cubitoꝛum altitudo eius. Clare deſcribitur quantitas cuiuſq; baſis. Et ipſum opus baſium interraſile erat. Iuxta hebræum habetur. Et hoc opus baſis. Narrandum opificium baſis cuiuſq; demonſtratur per pronomen hoc. ſtatimq; ſubiungitur. clauſure ipſis. Primum quod narratur eſt clauſura / continens. 5. tabulas æreas: uidelicet quadratam tabulam ſuperiorem cum quattuor tabulis per quattuor latera altitudinis trium cubitorum a terra. conſtruebatur enim baſis ex quinq; tabulis æreis / quarum unica tanq̃ ſtratum erat quantitatis quattuor cubitorum tam ſecundum longitudinem q̃ ſecundum latitudinem: reliquæ uero quattuor ſuſtinentes iſtam erant quadrangulæ. nam quælibet erat quattuor cubitorum ſecundum longitudinem & trium cubitorum ſecundum latitudinem: quia altitudo baſis a terra / trium duntaxat cubitorum erat. Oportebat autem coniungere has quattuor tabulas quintæ quæ erat quaſi ſtratum baſis: & propterea primum quod narratur eſt clauſura, dicendo clauſuræ ipſis / ſcilicet tabulis. Et ſtatim ſubditur. ⁊ clauſure inter iuncturas. Vbi aduerte duo. alterum q; omittemus hic uulgatam æditionem propter diſſonantiam ab hebraico textu. Alterum q; non proprie ſignificantur iuncturæ ſed excauationes in ipſis extremitatibus tabularum quibus extremitatibus ſeinuicem tangebant: ueruntamen excauationes has intellige per modum canalium quadrangulorum / ſecundum totam longitudinem extremitatum ſeſe tangentium. Nec canales iſti erant aperti deſuper ſed inuerſi: ita q; uniuſcuiuſq; tabulæ canalis apertus erat uerſus latitudinem ipſius tabulæ: & fundum canalis contra fundum canalis tabulæ coniunctæ erat: ita q; tabulæ coniunctæ tangebant ſeinuicem in ſuperficiebus externis fundorum canalium. Clauſura autem quælibet ad continendum huiuſmodi canales ſimul / commenſurata erat utriq; canali. & propterea erat una tabella ærea quadrangularis / longitudinis quattuor cubitorum / latitudinis uero forte medij cubiti, ſed groſſitudinis neceſſariæ ad firmitatem & concauitatem: erat enim concaua ſecũdum totam longitudinem. & erat ſecundum tres ſuperficies integra: uidelicet ſecũdum ſupficiem latitudinis ſuperiorem / & ſecundũ ſuperficies duas hinc & inde groſ

ſitudinis. ſecundum autem ſuperficiem infimam non erat integra, ſed in medio latitudinis aperta ſecundum totam longitudinem. Dico autem in medio latitudinis: quia illius infimæ ſuperficiei hinc & inde partes erant integræ, ſed in medio tantum illius erat hæc diuiſio. Ita ꝙ tabella hæc concaua ſic aperta per totā longitudinem in medio ſuperficiei infimæ/apponebatur a capite longitudinis ſic ꝙ illius apertio implebatur fundis inuerſorum canalium ſe contingentium/& concauitas ipſius implebatur lateribus ſupremis canalium inuerſorum: & particulæ illæ duæ infimæ ſuperficiei ipſius inter quas mediat apertura / replebant uacuitates amborum canalium inuerſorum. ſic enim protenſa tabella hæc / ſecundum totam longitudinem comprahendens canalia tabularum inuerſa, claudebat & firmiter colligabat duas tabulas ſimul abſq; clauis/ abſq; uectibus & quibuſcunq; alijs uinculis. & ꝓpterea in litera deſcribuntur clauſuræ ipſis tabulis/ & ꝙ clauſuræ erant inter excauationes. ſic enim omnia uerificantur / & quadrant arti & ſubiunctis: ut patebit/& ad ſenſum demonſtrat figura clauſuræ. Seqtur.

¶ Et ſuper clauſuras que inter excauatiões/leones boues ⁊ cherubim. Cælaturæ in ſuperficie clauſuræ ſuprema deſcribuntur. ⁊ ſuper excauationes baſis deſuper ⁊ ſubter leones ⁊ boues. Vel ſuperficies eiuſdem clauſuræ hinc & inde appellantur ſuper & ſubter relatiue ad excauationes baſis & earum cælaturæ deſcribuntur: vel partes tabularum ꝓpinquæ clauſuræ appellantur ſuper & ſubter reſpectiue ad excauationes baſis & deſcribuntur cælaturæ earum/ut partes propinquæ tam in tabula ſuperiore ꝙ̄ in tabula pendente aſſimilarentur cælaturis clauſuræ. copulationes opere extẽſionis. Quale fuerit opificium cõiunctionis tabularum/declaratur dicendo ꝙ copulationes earum erant opere extenſionis. tam tabella ſiquidem claudens copulando tabulas ꝙ̄ excauationes per modum canalium erant factæ per modum extenſionis/& protendendo clauſurā inter canalia copulabantur tabulæ. et opus ergo & uſus copulationis erat ſecundū extenſionē. ¶ Et quattuor rote eree baſi vni. Narrata clauſura tabularum per modum extenſionis/ narrantur rotæ quattuor cuiuſq; baſis. & intellige rotas iſtas ſub & intra baſim. ⁊ tabule eree. Materia deſcribitur tabularum quattuor ſecundum altitudinem a terra. ⁊ quattuor anguli eius humeri ipſis ſub concha. Deſcribuntur conſequenter anguli ſupremæ tabulæ quadratæ quæ erat quaſi ſtratum: & dicitur ꝙ erant ſic diſpoſiti ꝙ humeros habebant ſub concha: hoc eſt ex quolibet angulo prodibat æreus humerus uerſus ſuſtentandam concham humeris imponendam. humeri fuſi a latere cuiuſq; copulati. Et eſt ordo literæ/humeri fuſi copulati a latere cuiuſq;: quod eſt dictu/humeri erant ſic fuſi ꝙ erant ſibiinuicē lateraliter coniuncti quiſq; cum illo qui erat ad latus eius: hoc eſt ꝙ in extremitatibus in quibus ſuſcæpturi erant concham/erant non contigui ſed continui. huiuſmodi enim continuatio ſignificatur dicendo ꝙ humeri per fuſionem erant copulati quiſq; ad collateralem.

¶ Et os eius intra coronam ⁊ ſuperius in cubito. Summitas continua quattuor humerorum collateraliter continuatorum in ſupremis extremita

tibus appellatur corona. intra quam contineri deſcribitur uas æreum uacuũ ap-
tum ſuperius habens pro fundo ipſam tabulam baſis. & hoc uas appellať os ba-
ſis/quia erat tanq̃ baſis os ad recipiendum conchæ fundum. Deſcribiť itaqꝫ ua-
ſculum iſtud /primum a nomine appellando illud os eius:erat enim tanq̃ os re-
ceptiuum fundi conchæ. ſecundo quo ad locum/ꝙ erat intra coronam. tertio a
quantitate altitudinis ſupra tabulam baſis / dicendo ꝙ os iſtud erat altitudinis
unius cubiti. Ergo a menſa baſis ſummitas humerorum non eleuabatur plus cu-
bito. ⁊ os eius rotundum: Quarto deſcribitur idem os a figura: ꝙ vcȝ erat
figuræ rotundæ. opere baſis cubiti ⁊ dimidij cubiti. Quinto diameter
oris iſtius deſcribitur unius cubiti & dimidij. & ne putaretur ꝙ malleis os iſtud
factum eſſet/inſeritur ꝙ factum erat eodem opere(vcȝ fuſione) quo facta eſt ba-
ſis. ⁊ etiam ſuper os eius celature. Sexta cõditio iſtius oris deſcribitur ꝙ
erat cœlatum. Intellige tamen cælaturaȝ fuſam:tota ſupficies enim exterior iſtius
oris rotundi altitudinis unius cubiti & diametri unius cubiti & dimidij/ cæla-
turis ornata erat. ⁊ clauſure eaꝝ quadrate nõ rotunde. Deſcripſerat ſu-
perius clauſuras baſis ſed non deſcripſerat figuram eius / deſcribit modo figu-
ras earum: ꝙ vcȝ non erant rotundæ ſed quadratæ: hoc eſt quadrangulæ. Iunge
prudens lector hanc figuram clauſuræ cum antedicta altera conditione clauſu-
ræ / uidelicet ꝙ erat opus extenſum: & percipies recte fuiſſe declaratas clauſu-
ras iſtas.

¶ Et quattuoꝛ rote ſub clauſuris. Loca ſupradictarum rotarum deſcri-
buntur: vcȝ ſub clauſuris. erant enim rotæ iunctæ tabulis lateralibus in infima
parte tabularum. ⁊ loca rotarum in baſi. Dictio hebraica ſonat loca uel ma-
nus: ſed quoduis intelligas / ſignificantur axes ſuper quos rotæ uoluebantur.
Cuiuſlibet enim rotæ proprius axis erat in interiori parte tabulæ infixus qui re-
plebat foramẽ rotæ. nec opus erat longo axe cõmuni multis rotis: ſed appoſita
rota axi in tabula exiſtenti retinebatur rota ne ex axe exiret cuneo æreo immiſſo
in extremam partem axis groſſitudinem perforatæ rotellæ ſuperantem. ſic enim
rotarum loca ſaluantur in ipſa baſi facillime. Infixum autem tabulæ axem intel
lige non per affixionem/ſed per ipſam fuſionem. erant. n. groſſitudinis non mo-
dicæ tabulæ/& fuſæ erant ſimul cum iſtis axibus in parte interiori. ⁊ altitudo
rote ſingule vnius cubiti ⁊ dimidij cubiti. Diameter rotæ a conuexa
ſuperficie uſqꝫ ad conuexam ſuperficiem/quãtitatis erat unius cubiti & dimidij:
ac per hoc ſupererat altitudinis tabulæ unus cubitus cum dimidio. trium. n. cubi-
torum altitudo erat altitudo tabulæ lateralis/ & ſpatiũ inter duas rotas iunctas
uni & eidem tabulæ remanebat unius cubiti: quia quattuor cubitorum erat lon
gitudo tabulæ. ¶ Et opus rotarum ſicut opus rote currus. Ne in-
telligeretur rotas iſtas fuiſſe ſicut rotas lecticarum ductilium (quæ ex uno con-
tinuo corpore conſtant) declarat eas fuiſſe ſicut rotas curruum / quæ plures ha-
bent interciſiones. ⁊ loca earum ⁊ coꝛpoꝛa earum ⁊ rotelle earum ⁊
ligamina earuȝ omne fuſum. Ne putares malleo fabricatas rotas/ decla-
rat ꝙ ipſæ ſecundum omnia earum erãt fuſæ. Quattuor autem enumeratorum/

ligamina ſunt qui radij uocãtur a rotella ad circunferentiã rotæ/& ligant circun-
ferentiam rotæ cum rotella in centro: rotellæ uero ſunt ipſa quaſi centra rotaꝝ
perforata quæ immediate iunguntur axi: corpora autem ipſarum rotarum pars
ſuprema quæ circunferentia dicitur: loca demũ/ uel ipſa foramina per quæ tran-
ſit axis uel axes ipſi antedicti intelliguntur. de uniuerſo.n.uerificat̃ ꝙ fuſum erat.

Et q̃ttuoꝛ humeri ad q̃ttuoꝛ angulos baſis vnius: a baſi humeri eius. Declaratur modus quo humeri hærebãt angulis baſis: vcʒ ꝙ egrediebantur ab ipſa baſi: hoc eſt ꝙ erant ſimul fuſi cum ipſa tabula baſis/ tanq̃ꝫ egredien-
tes ex medio eius & protenſi uſqꝫ ad angulos baſis.

¶ **Et in ſummitate baſis/ dimidij cubiti altitudo rotunda in cir-
cumitu.** Summitatem baſis appellat terminum altitudinis quattuor hume-
roꝝ ſuper baſim: quæ altitudo unius cubiti erat/ut ſupradicta teſtantur. Super
itaqꝫ altitudinem humerorũ & oris baſis deſcribitur altitudo amplior medij cu-
biti rotũda in circumitu. De qua altitudine rotunda ſubiungitur. **ꝛ ſuper ſum-
mitatem baſis loca eius/ ꝛ clauſure eius ex ipſa.** Tria deſcribuntur de
hac altitudine. ultimo modus quo iungebatur baſi: vcʒ ꝙ egrediebat̃ ab ipſa ba-
ſi. ita ꝙ non erat clauis aut glutino colligata baſi: ſed erat fuſa ſimul cũ baſi/ tãq̃ꝫ
egrediens ex ſummitate humerorum. Et duo prius ſcribuntur iſtius altitudinis
officia: alteꝝ loci/ alteꝝ clauſuræ. tendebat enim altitudo hæc in quandam ampli-
tudinem rotũdam in circũitu ad hoc ut eſſet proprius locus in quo reciperet̃ fun-
dũ conchæ. Et qa erat adæquate commenſurata fundo conchæ/ideo officiũ clau-
dendi excercebat: utpote abſqꝫ uacuitate aliqua intercæpta fundũ conchæ cir-
cũcirca ambiens.

¶ **Et celauit ſuper tabulas loca earum/ ꝛ ſuper clauſuras earum
cherubim leones ꝛ palmas: ſicut applicationem cuiuſqꝫ ꝛ copu-
lationes in circũitu.** Ne confuſio error difficultaſue eſſet cõponendo baſim
ex eo ꝙ neſciretur locus proprius cuiuſqꝫ tabulæ & ſimiliter locus proprius cu-
iuſqꝫ clauſuræ, prouidit artifex cælaturas fuſas tam in tabulis q̃ꝫ in clauſuris cir-
cũcirca tales & ſic ut indicarent loca propria & tabularum & clauſurarum. Ver-
bi gratia/in tabula pendenti erat palma & in clauſura correſpondente erat pal-
ma/ & ſic deinceps: uel media palma erat in una & media in alia correſponden-
te: & ſic de cherubinis & leonibus. ſimilibus eniʒ modis ipſæmet tabulæ & clau-
ſuræ monſtrabant ex ſuis cælaturis ꝓpria loca in circũitu baſis. Et ſic finit̃ opus
baſis: cuius figura ſenſibilis eſt hæc. Redeamus ad textum uulgatæ æditionis.

**In hunc modum fecit decem baſes: fuſura vna/ menſura vna/
inciſio vna erat omnibus ipſis.** Similes omnes decẽ baſes deſcribunt̃.

F Ecit quoqꝫ decem luteres eneos. Iuxta hebræum habetur. **Et fe-
cit decem conchas ereas.** ſuperponendas baſibus pro aqua ablutio-
nis uictimarum. **quadraginta bathos capiebat concha vna/ eratqꝫ
quattuoꝛ cubitoꝛum.** diameter conchæ. **cõcha vna erat ſuper vnã-
quanqꝫ decem baſium. Et poſuit baſes quinqꝫ ad dexteram par-
tem domus ꝛ quinqꝫ ad ſiniſtram.** non intra templũ ſed extra. & ſimili-

Digitized by Google

ter intellige de mari. ⁊ mare poſuit ad dexteram partem domus contra orientem ad meridiem. Hebraice habeť. ad orientem contra meridiem. hoc eſt in humero dextro templi ad orientem e regione meridici. Non erat mare in facie templi/ſed in humero: hoc eſt ad latus templi meridionale/ex parte orientis. conchæ autem quinq; erant in latere meridionali & quinq; in latere ſeptentrionali.

FEcit ergo chiram. Sūmariū recenſeť eoꝝ quæ fecit hiram. lebetes. Iuxta hebræū habeť. conchas. Quod autem ſequiť. ⁊ ſcutras. hebraice habeť. ⁊ ſcopas. Et ſimiliter quod ſeqť. ⁊ amulas. hebraice habetur. ⁊ malluuia. Vaſa ſunt nota: ſcopæ aūt æreæ neceſſariæ erant ad purgandū uaſa ærea. ⁊ compleuit chiram omne op⁹ quod fecit regi ſelomoni pro domo domini. Columnas duas/⁊ funiculos capitellorum ſuper capita columnarum duos: ⁊ retiacula duo/ vt operirent duos funiculos qui erant ſuper capita columnarum. Iuxta hebræum habeť. ⁊ rotunda coronarum que ſuper capita columnarum duarum: ⁊ retiacula duo ad tegendum duo rotunda coronarum que ſuper capita columnarum. Hoc rotundū non fuit narratū ſuperius deſcribendo coronam/ſed modo narrať. Et qa dicitur φ retiacula erant ad tegendū hæc rotunda coronaꝝ, manifeſtať φ hæc rotunda erant infimæ partes coronaꝝ/retiacula aūt erant ſuperiores partes coronaꝝ. Erant itaq; hæc rotūda tanq̃ circuli lati coronæ in imo eaꝝ. ſic enim fabrefactas uidemus coronas: ima enim pars coronæ/qdã circulus latus eſt. Et tu prudens lector iunge hoc cū ſupraſcriptis in litera/ut componas integre corpus coronæ. Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis. Ecce numerus malogranatoꝝ omnium. duos verſus malogranatorum in retiaculis ſingulis. Iuxta hebræū habetur. duos ordines malogranatorum ſuper retiaculum vnū. quod ſuperius expoſitū eſt. ad operiendos funiculos capitellorū que erant ſuper capita columnarum. Legendū eſt. ad operiendum duo rotunda coronarum que ſuper facies columnarum. Non nihil ſignificanť coronæ habuiſſe in parte anteriori columnaꝝ (qua vz aſpiciebant populū/hoc eſt uerſus orientez) ex hoc φ fit ſpecialis mētio facieꝝ colūnaꝝ. Crediderim ego diſpoſitionē ſignificari coronaꝝ ſuper capita colūnaꝝ ut uidereť ſecundū partem anteriorem colūnæ poſitæ: tanq̃ corona poſita ſuper caput hominis/diſponiť ex parte faciei hominis. Et baſes decem: ⁊ luteres decem ſuper baſes. Iam dictū eſt hebraice loco luteres haberi conchas. Et mare vnum: ⁊ boues duodeciz ſubter mare. Et lebetes/⁊ ſcutras ⁊ amulas. Hebraice habeť. ⁊ ſcopas ⁊ malluuia. ut ſupra. ⁊ omnia vaſa hec que fecit chiram regi ſelomoni pro domo domini/ de aurichalco erant. Iuxta hebræum habetur. ex ere terſo. nec aliud ſcribitur pro materia iſtoꝝ uaſoꝝ. ¶ In planicie iarden fudit ea rex in argilloſa terra/iter ſucchoth ⁊ zarthan. Ideo attribuiť hoc regi / quia rex locū fuſionis elegit. Et poſuit ſalomon omnia vaſa in domo domini: propter multitudi-

nem autem nimiam non erat pondus eris . Iuxta hebræum habetur . Et omiſit ſelomo oīa vaſa ex multitudine valde valde: non fuit queſitum pondus eris. Omiſſio pōderationis uaſorum deſcribitur cū illius ratione.

¶ Fecit quoqꝫ ſelomo omnia vaſa que erant domus domini. Deſcriptis æreis deſcribuntur aurea uaſa: intelligendo p uaſa/omnia opportuna ad cultum quæ ſubiunguntur. altare aureum . De altari thymiamatis eſt ſermo. ſed quæſtio ſtatim occurrit: quia ſuperius dictū eſt in ca.6. hoc altare ex ligno cedrino. Solutio eſt ꝙ laminis aureis tectum erat: & propterea aureum dicitur . ⁊ menſam ſuper quam ponebantur panes propoſitionis. Hebraice habetur . panes facierum auream. quod alias expoſitum eſt . Et candelabra quinqꝫ ad dexteram ⁊ quinqꝫ ad ſiniſtram . Moſes unum tantum candelabrum in tabernaculo fecit / ſalomon autem decem. contra oraculum. Hebraice habetur. ante oraculū. hoc eſt in prima parte templi quæ appellatur ſanctum. ex auro puro: ⁊ flores ⁊ lucernas ⁊ forcipes ex auro. Et hydrias ⁊ fuſcinulas. Iuxta hebræū dictio interpretata fuſcinulas/ſignificat inſtrumentū uel ad cantū uel ad coqnā ptinens. ⁊ phialas ⁊ mortariola ⁊ thuribula . Iuxta hebræum habetur . ⁊ malluuia ⁊ cyathos ⁊ palas ex auro puro. Non tamen firmandos crediderim pedes ſuper huiuſmodi nominum interpretationes/propter uarietatem interpretum . ⁊ cardines oſtiorum domus interioris ſancti ſanctoꝝ ⁊ oſtiorum domus templi/ex auro erant.

¶ Et perfectum eſt oē opus domꝰ domini quod fecit rex ſelomo: intulitqꝫ ſelomo que ſanctificauerat dauid pater eius/argentum ⁊ aurum ⁊ vaſa poſuit in theſauris domus domini. Religioſus filius dicata a patre deo aurum argentum &c. in theſauris domus dei non in proprijs poſuit.

CAPVT .VIII.

TUnc cōgregati ſunt ſeniores iſrael ⁊ oīa capita tribuū duces patrū filioꝝ iſrael ad regē ſelomonē i ieruſalaim: vt aſcendere facerent arcam federis domini de ciuitate dauid/ipſa eſt ziōn. Conueneruntqꝫ ad regem ſelomonem omnes viri iſrael in menſe ethanim. Iuxta hebræum habetur. in menſe fortium. Suſpicor ideo nuncupatū menſem fortiū menſem ſeptimū/quia fortes duntaxat reſiſtūt ægritudinibus autumni quæ ſeptimo menſe præcipue nos uexant. a fortitudine itaqꝫ uitalis uirtutis/mēſis ſeptimus apud hebræos cognominatus eſt menſis fortium: tanqꝫ menſe illo manifeſtetur huiuſmodi fortitudo. in ſolenni die. hoc eſt in die decima mēſis ſeptimi: erat enim dies expiationis dies celeberrimus. ipſe eſt menſis ſeptimus.

¶ Et venerūt oēs ſeniores iſrael : tulerūtqꝫ ſacerdotes arcam . Et aſcendere fecerūt arcam domini ⁊ tabernaculū federis . Iuxta

hebræũ habetur. ⁊ tentoriuȝ congregationis. Tabernacula duo legimus: alterum conſtructum a moſe/ quod ſalomonis tempore erat in excælſo ghabaon: alterum conſtructum a dauide in ſion pro arca dei. Et quia litera eodẽ utitur cognomine tabernaculi quo ſæpiſſime in libris moſis illud antiquũ tabernaculum deſcribi ſolet (uidelicet tabernaculum aduuationis) ideo illud tabernaculũ deſcribitur portatum in iſta dedicatione templi. Et appellatione tabernaculi intelligeid quod proprie appellatur a moſe tabernaculum: uidelicet uelum contextum quod tabulis ſuſtinebatur & operiebatur uelo ex pilis caprarum & pellibus &c. Illud itaq; uelum quod tabernaculum appellabatur / portatum a ſacerdotibus narratur. dedicando ſiquidem templum loco tabernaculi facti a moſe / deſtructũ narratur opificiũ tabernaculi antiqui ne eſſent duo loca diuini cultus: & pro honore dicatorum deo a moſe portauerunt tabernaculum in theſauros templi. ⁊ omnia vaſa ſanctuarij que erant in tentorio: ⁊ aſcendere fecerũt ea ſacerdotes ⁊ leuite. Erant adhuc ꝓ diuino cultu multa uaſa apud tabernaculum moſis: nã & ibi erat antiquũ altare æreũ & uaria ſupellex pro uictimis. dauid ſiquidem ordinauerat ibidem diuinum cultum exolui: ut paralipomenon teſtatur. Ad extinguendum itaq; penitus diuinum cultum alibi ꝙ in templo facto a ſalomone/ delata ſunt a ſacerdotibus omnia ſpectantia ad diuinum cultum quæ erant in tabernaculo moſis in ipſa templi dedicatione. Rex autem ſelomo ⁊ tota congregatio iſrael que conuenerat ad eum / gradiens cum eo ante arcam: immolabant oues ⁊ boues / que non numerabantur nec recenſebantur pre multitudine. Ad differentiam uictimarũ oblatarum tempore dauidis quando tranſlata eſt arca de domo obed'edom in ſion/ſcribitur quæ non numerabantur &c. nam tempore dauidis ſexto quoq; paſſu legitur uictima bouis & ouis: hic autem abſq; huiuſmodi determinatione diſtantiæ & numeri ſcribuntur oblatæ uictimæ. Et adduxerũt ſacerdotes arcã federis domini ad locum ſuum/ ad oraculũ domus/ad ſanctum ſanctorum: ſubter alas cherubim. quos fecerat ſalomon: nihil enim ſcribitur de cherubinis paruulis factis a moſe. Quia cherubim expandebant alas ad locum arce: ⁊ operiebant cherubim arcam ⁊ vectes eius deſuper.

¶ Cumq; eminerent vectes ⁊ apparerent ſummitates eorum foris ſanctuarium ante oraculuȝ/non apparebant vltra extrinſecꝰ: Iuxta hebræum habetur. Et fecerunt elongare vectes, ⁊ fuerunt viſa capita vectium ex ſanctuario ante deuir/ ⁊ non videbuntur foris. ſic iacet in hebræo. Diſparitas quo ad apparentiam uectium in tabernaculo moſis & in templo ſalomonis deſcribitur: uidelicet ꝙ in tabernaculo moſis capita uectium arcæ uidebantur ex ſanctuario ante ſanctum ſanctorum. in templo autem ſalomonis non uidebantur ex ſanctuario ante ſanctũ ſanctorum/ quia elongati erant uectes a uelo. ☞ Intellige hic prudenter duo. Alterum ꝙ in tabernaculo moſis uidebantur quidem capita uectium ex ſanctuario ſed non nuda / ſed operta uelo diuidente inter ſanctum & ſanctum ſanctorum. uidebantur autem

prominentia ſub uelo ſicut mulieris ubera ſub ueſte:protendebant enim aliquantulum longius ꝙ̃ locus ueli. ¶ Alterum ꝙ in templo ſalomonis duæ cauſæ concurrebant ad hoc ut capita uectium non uiderentur ex ſanctuario. Altera communis omnibus quæ erant in ſancto ſanctorum: uidelicet interſtitium ligneum inter ſanctum & ſanctum ſanctorum. Altera propria uectibus:quia vcȝ elongati erant ab interſtitio.ita ꝙ ſi etiam interſtitium fuiſſet ex lino, non apparuiſſent capita uectium tumentia in ipſo uelo lineo exiſtentibus foris in ſanctuario. Et hæc cauſa ſola ſcribitur in litera: quia hæc eſt propria cauſa diſparitatis/ tenens ſe ex parte ſitus diuerſi uectium in templo ſalomonis & in tabernaculo moſis:quia locus ſancti ſanctorum in templo erat uiginti cubitorum/ in tabernaculo uero erat decem.& propterea uectes in templo erant elongati ab interſtitio medio:in tabernaculo uero tangebant uelum medium/tumorē faciendo. In litera ergo primum ſcribitur: vcȝ elongatio uectium ab interſtitio.& ſtatim ſubiungitur quid ex non elongatione uectium emergebat in tabernaculo moſis: vcȝ ꝙ apparebant capita uectium ex ſanctuario ante ſanctum ſanctorum.& conſequenter ſubiūgitur contrarius effectus ex elongatione ſubſecutus: uidelicet & non uidebunt foris:hoc eſt extra ſanctum ſanctoꝝ. **fueruntqȝ ibi vſqȝ in preſentem diem.** iuxta præceptum diuinum exo.25.

¶ **In arca autem non erant niſi due tabule lapidee quas poſuerat in ea moſes in choreb: quando pepigit dominus fedus cuȝ filijs iſrael/cum egrederentur de terra egypti.** Hæc eſt ueritas: quod autem ſcribitur in epiſtola ad hebræos de urna & uirga/gloſandū eſt ut ibi expoſuimus. ¶ **Et fuit cum exirent ſacerdotes de ſanctuario/nebula repleuit domum domini. Et non poterant ſacerdotes ſtare ad miniſtrandum propter nebulam: quia repleuerat gloria domini domū domini.** Nebula hæc/& nebula & caligo & gloria domini appellatur.ex qbus nominibus colligitur ꝙ erat nebula per modum caliginis lucidæ:& ratione lucis appellatur gloria ſeu potius honor domini: ratione uero formæ appellatur caligo: ratione autem materiæ nebula.erant enim uelut uapores nebuloſæ caliginis cum ſplendore: & propterea ſenſibiliter offendebant oculos ſacerdotum miniſtrātium in altari.

Tunc dixit ſelomo: dominus dixit. leui.16. **vt habitaret i nebula.** Legendum eſt. **in caligine.** ſed caligo pro nebula ſumitur & econuerſo in hac materia. Diuinam promiſſionem uidens ſalomon adimpletā/agnouit diuinam gratiam in ædificato templo: & propterea gratias agendo commemorat diuinum dictum. **Edificando edificaui domum in habitaculum tuum.** Hebraice habetur. **habitaculum tibi.** Videns ſalomon tale diuinæ benignitatis ſignum ac donum/ſpem ſuam manifeſtat de templo hoc:ꝙ ucȝ erit deo uelut habitaculum:dicendo ego quidem ædificando ædificaui domum/ tu autem manifeſtaſti illam habitaculum tibi. **firmiſſimum ſolium tuum.** Iuxta hebræum habetur. **directionem ad ſolium tuum ſempiternum.** Dixerat habitaculum tibi: declarat non eſſe habitaculum diuinum quaſi perſonale, ſed

nale, ſed

nale, ſed eſſe directionem ad ſempiternum ſolium ipſius dei. Officium tēpli manifeſtatur eſſe non præſtare deo habitationē/ſed præbere hominibus directionem mentis eorum ad ſolium diuinum ſempiternum quod in cœlis eſt. ad dirigendos ſiquidem homines in deum qui creauit cœlos & terram regitqꝫ uniuerſum / effectum eſt templum.

¶ Vertitqꝫ rex faciem ſuam. Antedicta uerba protulit rex reſpiciens uerſus ſanctuariuꝫ: dicturus autem ſubiūcta uerba/uertit faciem ſuam ad populum. ⁊ benedixit toti eccleſie iſrael. Perlege totum ſubiunctum ſermonem: & cum nihil inueneris ſonans benedictionem populi imprecando uel ſupplicādo ſeu cupiendo/intellige benedictionem enunciatiuam. narrauit ſiquidem rex per modum diuinæ laudis & gratiarum actionis deo beneficium præſtitum populo iſrael/ in hoc ꝙ ædificauit ipſe templum hoc deo & poſuit in eo arcam dei ſecundum ꝙ ipſe deus diſpoſuit per dauidem: ita ꝙ ipſa narratio huiuſmodi beneficij appellatur benedictio populi. ⁊ tota eccleſia iſrael ſtabat. Et ait: benedictus dominus deus iſrael qui locutus eſt ore ſuo ad dauid patrem meum: ⁊ in manu eius perfecit dicendo. A die qua eduxi populum meum iſrael de egypto/non elegi ciuitatem de omnibꝰ tribubus iſrael ad edificandum domum vt eſſet nomen meum ibi: ſed elegi dauid vt eſſet ſuper populum meum iſrael. Voluitqꝫ dauid pater meus edificare domum nomini domini dei iſrael. Et ait dominus ad dauid patrem meum: eo ꝙ fuit in corde tuo vt edificares domum nomini meo, benefeciſti quia fuit in corde tuo. Veruntamen tu non edificabis domum: ſed filiꝰ tuꝰ q̃ egredieť de renibꝰ tuis/ipſe edificabit domū noī meo. Cōfirmauitqꝫ dñs ſermonē ſuū quē locutꝰ eſt: ⁊ ſurrexi pro dauid prē meo ⁊ ſedi ſuper ſoliuꝫ iſrael ſicut locutus eſt dominus/ ⁊ edificaui domū nomini domini dei iſrael. Et poſui ibi locuꝫ arce in qua eſt fedus domini: quod pepigit cum patribus noſtris quando eduxit eos de terra egypti.

¶ Stetit aūt ſelomo ante altare dñi. De altari holocauſtoꝝ ē ſermo: ſub diuo enim uniuerſi erant. Et dicendo ante altare/manifeſtatur ꝙ non retro altare (hoc eſt non inter altare & templum/ſed inter altare & populum) ſtetit rex. Tacetur aūt hic quod in paralipomenon ſuppletur: vꝫ ꝙ ſtetit in ſuggeſto æreo/ ibidem poſito pro perſona regis ut uideretur ab uniuerſo populo. e regiōe totius eccleſie iſrael. faciem ſiquidem uerſus altare & ſanctuarium ad occidentem habens (in qua etiam plaga erant ſacerdotes ac leuitæ) populus autem per tres alias plagas orientis meridiei & ſeptentrionis erat. ſic enim incœpit facere quod faciendum ab alijs in hac ſubiuncta oratione docuit: videlicet ꝙ uerſa facie ad templum preces deo funderentur. ⁊ expandit palmas ſuas in celum. etiam genuflexus ut ſubiungitur. Et placere deo huiuſmodi ſenſibiles diſpoſitiones membrorum (flectendo genua & eleuando manus) hinc habes: non ꝙ hæc ſint ſecundum ſe bona, ſed quia ſunt excitationes animi ad hono-

randum deum / & effectus internæ diſpoſitionis animi erga deum : præter hoc ꝙ ſunt prouocantia alios ad eleuationem mentis in deum & ad honorandum deum humano more. Et ait : domine deus iſrael non eſt ſimilis tibi deus in celo deſuper ⁊ ſuper terram inferius. Dictio interpretata deus / eſt nomen elohim : a gubernatione enim uniuerſi nominat eum. cuſtodiens pactum ⁊ miſericoꝛdiam. Legendum eſt. gratiam ſeruis tuis ambulantibus coꝛam te in toto coꝛde ſuo. ſæpe enim miſericordiaꝫ pro gr̃a interpres ponit. Qui cuſtodiſti ſeruo tuo dauid patri meo que locutꝰ es ei : locutuſqꝫ es oꝛe tuo ⁊ manibꝰ tuis ipleſti / vt hec dies pꝛobat. Nũc igitur dñe deꝰ iſrael ſerua ſeruo tuo dauid pr̃i meo que locutꝰ es ei dicendo / nõ excidetur tibi vir a facie mea ſedens ſuꝑ ſoliũ iſrael: verũtamen ſi cuſtodierint filij tui viã ſuã vt ambulent coꝛã me ſicut ambulaſti coꝛam me. Et nunc deꝰ iſrael / firmentur obſecro verba tua que locutꝰ es ſeruo tuo dauid patri meo. concedendo ut non ponamus obicem / ut non apponamus impedimentum executioni uerborum tuorum.

¶ Ergone putandũ eſt ꝙ vere deꝰ habitet ſuper terrã? Parui refert ꝙ hebraice habetur. Num vere habitabit elohim ſuꝑ terrã? Ad excludendũ errorẽ putantiũ deũ contineri in tẽplo hæc dicuntur corã populo / ne uulgus in hmõi phantaſias incideret. ſi enim celũ. Legendũ eſt. ecce celi ⁊ celi celoꝝ non continent te / quanto magis domus hec quã edificaui? Aſſerit ꝙ nec cœli capiũt deum / ut hinc uulgus penitus elongetur a phantaſia ꝙ deus contineatur in templo. Sed reſpice ad oꝛationẽ ſerui tui ⁊ ad depꝛecationẽ eiꝰ dñe deꝰ meꝰ: ad audiendũ hymnũ ⁊ oꝛationẽ quam ſeruus tuus orat coꝛam te hodie. Ut ſint oculi tui aperti ad domum hanc nocte ac die. Metaphoricus eſt ſermo. ad locum de quo dixiſti. deute. 12. erit nomen meũ ibi. Declarat ſalomon ex diuina authoritate quid dei eſt in templo. quia enim dixerat ꝙ deus non continetur in templo / ſuperat manifeſtandum quid diuinum in templo eſſet: & hoc manifeſtat eſſe nomen dei. Vere nomen dei in templo fore promittitur a deo: quia quod nominatur uere conueniens deo / colendum diſcendum ac reuelandum in templo promittit̃: ad differentiã reliquoꝝ tẽploꝝ mũdi / immo & reliquoꝝ locoꝝ nõ relatoꝝ ad locũ cultus dei iſrael. vt audias or̃onem quã orat ſeruꝰ tuꝰ in loco iſto. Et exaudi depꝛecationẽ ſerui tui ⁊ populi tui iſrael q̃ oꝛabit ad locũ iſtũ: ⁊ exaudies ĩ loco hitatiõis tue ĩ celo / ⁊ exaudies ⁊ parces.

¶ Si peccauerit vir in pꝛoximum ſuum / ⁊ habuerit aliquod iuramentum quo teneatur aſtrictus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ eleuabit in ipſo iuramentum ad faciendum iurare eum. Et eſt ſenſus / & offenſus proximus eleuabit in offendente iuramentum ad faciendum iurare eum : hoc eſt dabit honorem iuramento remittens cauſam ſuam iuramento præſtando ab eo qui offendit. ſæpe enim hoc accidit. ⁊ venerit pꝛopter iuramentum? Iuxta hebræum habetur. ⁊ venerit iuramen-

tum coꝛam altari tuo in domo iſta. Non de quocūq; iuraméto ſed præ-
ſtādo coram altari iſtius templi loquitur. Et tu exaudies in celo/⁊ facies
ac iudicabis ſeruos tuos: condemnans impiū dando viam eiꝰ in
caput eius/ ⁊ iuſtificās iuſtum dando ei ſecundum iuſtitiam eiꝰ.
¶ Si fugerit populus tuꝰ iſrael inimicos ſuos. Iuxta hebræum ha-
betur. Cum ceſus fuerit populus tuus iſrael coꝛam inimico eo ꝙ
peccabunt tibi. Sententia eſt clara. ⁊ reuerſi fuerint ad te ⁊ confeſ-
ſi fuerint nomen tuum / ⁊ oꝛauerint ⁊ depꝛecati fuerint te in do-
mo hac. Et tu exaudies in celo/⁊ parces peccato populi tui iſra-
el: ⁊ reduces eos in terram. Legendum eſt. ⁊ facies habitare eos in
terra quam dediſti patribus eoꝛum. nec eſt opus expoſitione. ¶ Cum
clauſum fuerit celum ⁊ non fuerit pluuia pꝛopter peccatum eo-
rum: ⁊ oꝛauerint ad locum iſtum ⁊ penitentiam egerint nomi-
ni tuo. Legendum eſt. ⁊ laudauerint nomen tuum. Deinde ſequitur
pœnitentia dicendo. ⁊ a peccato ſuo auerſi fuerint cum afflixeris
eos. Et tu exaudies eos in celo ⁊ parces peccato ſeruoꝛum tuo-
rum ⁊ populi tui iſrael/quia docebis eos viam bonam per quam
ambulent: dabiſq; pluuiam ſuper terram tuam quam dediſti po-
pulo tuo in poſſeſſionem. Legendum eſt. in hereditatem. heredita-
rio ſiquidem iure data eſt eis terra. ¶ Fames ſi fuerit in terra aut peſti-
lentia aut coꝛruptus aer aut erugo aut locuſta aut rubigo. Legen-
dum eſt. aut bꝛuchus. multiplicantur enim ſpecies afflictionum. ſi obſede-
rit eum inimicus eius in terra poꝛtarum eius: omnis plaga om-
nis infirmitas. Cūcta deuotatio ⁊ impꝛecatio que acciderit om-
ni homini de populo tuo iſrael. Iuxta hebræum habetur. Omnis oꝛa-
tio omnis depꝛecatio que erit omni homini/toti populo tuo iſra-
el. In hac petitione pro exauditione in occurrentibus diuerſis malis / inſeruntur
externis malis occulta deſideria ſupplicantium pro plagis cordis manifeſtandis
deo oratione ac deprecatione. ſi quis cognouerit. Legendum eſt. ꝗ ſcient
quiſq; plagam coꝛdis ſui ⁊ expandet manus ſuas ad domum
hāc. pſecutio ſiqdē ē dictæ ſentētiæ. Et tu exaudies ī celo loco hītatio-
nis tue/⁊ pces ac facies ⁊ dabis vnicuiq; ſm oēs vias eius cuiꝰ
coꝛ cognoſces: qa tu noſti ſolꝰ coꝛ oiū filioꝝ hominis. Vt timeāt
te oībꝰ diebꝰ qbꝰ viuūt ſup faciē terre quā dediſti pſībꝰ nſīs.
¶ Et ēt alienigena q nō ē de populo tuo iſrael/cū venerit de ter-
ra longinqua pp nomē tuū (audient. n. nomē tuū magnū ⁊ manū
tuā foꝛtē ⁊ bꝛachiū tuū extētū) cū venerit ⁊ oꝛauerit ad locū iſtū.
Quāuis alienigenæ non admitterentur in templū, erat tñ certus locus ibidē in quo
ethnici adorare uolentes deū/uota ſua pſoluebāt. Tu exaudies in celo loco
habitationis tue/⁊ facies iuxta oīa pꝛo qbꝰ inuocauerit te alieni-
gena: vt noſcāt oēs populi terre nomen tuū ad timendū te ſicut
populꝰ tuꝰ iſrael / ⁊ vt noſcant ꝙ nomen tuū inuocatū eſt ſuper

domū hanc quam edificaui.
¶Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicū ſu
um per viam qua miſeris eos: ⁊ oꝛauerint ad dominum in via
ciuitatis quā elegiſti / ⁊ domus quam edificaui nomini tuo. Non
ſpectat ad ſuperſtitionē uertere faciē ad locū templi orātes a remotis: ſed quem-
admodum alij exteriores actus ad excitandum deuotionem / uel ad honorādum
diuinam electionem talis loci aut diuinum opus ibidem, non ſolum licite ſed ſan
cte fit. Et exaudies in celo oꝛationem eoꝛum ⁊ depꝛecationē eo-
rum: ⁊ facies iudicium eoꝛum.
¶Si peccauerint tibi (nō ē.n.hō q nō peccet. Vtinā nō expiremur ue-
ritatē huius ſentētiæ) et iratꝰ fueris ꝯtra eos / tradiderisq; eos corā
inimico: ⁊ captiui ducti fuerint in terra inimici lōginquā vel ꝓ-
pinquā. Et reuerſi fuerint ad coꝛ ſuū in terra in quā captiui du-
cti fuerint: reuerſiq; fuerint ⁊ depꝛecati fuerint te in terra capti-
uitatis ſue dicendo / peccauimus ⁊ inique egimus ⁊ impie egimꝰ.
Et reuerſi fuerint ad te in toto coꝛde ſuo ⁊ ī tota anima ſua ī ter-
ra inimicorū ſuoꝛum qui captiuos duxerint eos: ⁊ oꝛauerint ad
te in via terre eoꝛum quā dediſti patribꝰ eoꝛum / ⁊ ciuitatis quam
elegiſti ⁊ domus quam edificaui nomini tuo. Et exaudies in ce
lo loco habitationis tue oꝛationem eoꝛum ⁊ depꝛecationem eoꝝ:
facieſq; iudicium eoꝛum. Et parces populo tuo qui peccauerit
tibi / ⁊ omnibꝰ rebellionibus eoꝛum quibus rebellauerint in te: ⁊
dabis eos ī miſericoꝛdias coꝛam eis qui captiuos duxerint eos /
⁊ miſerebuntur eoꝛum. Populꝰ eniꝫ tuus ⁊ hereditas tua ſunt.
Populus iſrael dilectus ac habitus a deo ad inſtar hæreditatis (quam ut ꝓpriam
ſolemus diligere ac tueri) dicitur: ad differentiam reliquoꝝ populoꝝ / qui tanq̄
aduētitij intelliguntur reſpectiue ad populū iſrael. quos eduxiſti ex egypto
e medio foꝛnacis ferree. Parui refert ſi fornacem aut uas purgatorium ferri
intelligas: qm̄ metaphoricus eſt ſermo. ſignificatur.n. ꝙ adducti ſunt de ægypti
afflictione maxima purgatoria tn̄ / qualis eſt paſſio ab igne quo purgat̄ ferrum.
[A]Ut ſint oculi tui apti ad depꝛecationē ſerui tui ⁊ ad depꝛecatiōeꝫ
populi tui iſrael: ad audiendum eos in omnibus pꝛo qbꝰ inuoca-
uerint te. Tu enim ſeparaſti eos tibi in hereditatem ab omnibus
populis terre: ſicut locutus es in manu moſis ſerui tui quando
eduxiſti patres noſtros ex egypto domine deus. Hebraice habet̄.
adonai iehouih. complet ſiquidem orationem nominando deum blandis no
minibus domine mi iehouih: quod idem eſt quod iehouah / ſola inflexione diffe-
rens ad quandam dulcedinem affectus ſupplicantis.

ET fuit cum compleuiſſet ſelomo oꝛare ad dominum totam
oꝛationē ⁊ depꝛecationē hāc / ſurrexit de ꝯſpectu altaris do-
mini: vtrunq; enim genu in terram fixerat / ⁊ palmas expande-
rat ad celum. Quod dicitur in terram / intellige in pauimentum illius æreꝫ

Digitized by Google

loci in quo rex manebat. Stetitq; Non genuflexus ſed ſtans & uerſus ad populum (hoc eſt ad orientem) dixit ſubiuncta. huiuſmodi enim uerſio intelligitur tum ex ſimili ante orationem præmiſſa: tum ex eo ꝙ dicitur hic ꝙ ſurrexit de conſpectu altaris/quod hebraice clarius dicitur a facie altaris. ⁊ benedixit toti eccleſie iſrael: voce magna dicendo. In hoc ſubiuncto ſermone manifeſta continetur benedictio imprecatiua. Benedictus dominus qui dedit requiem populo ſuo iſrael iuxta omnia que locutus eſt: non cecidit verbum vnum ex omnibus verbis bonis que locutus eſt in manu moſis ſerui ſui. Sit dominus deus noſter nobiſcum ſicut fuit cum patribus noſtris: nõ derelinquat nos ⁊ nõ abijciat nos. Vt inclinet cor noſtꝝ ad ſe: ad ambulandũ in omnibus vijs ei⁹/ ⁊ ad cuſtodiendũ precepta ei⁹ ⁊ ſtatuta ei⁹ ⁊ iudicia ei⁹ que precepit patribus noſtris. Et ſint verba mea hec quibus deprecatus ſum corã domino/ propinqua domino deo noſtro die ac nocte: vt faciat iudicium ſerui ſui ⁊ iudicium populi ſui iſrael per ſingulos dies. Vt cognoſcãt omnes populi terre ꝙ dominus ipſe eſt deus: non vltra. ¶ Sitq; cor noſtrum perfectum cum domino deo noſtro: vt ambulemus in ſtatutis ei⁹/ ⁊ cuſtodiam⁹ precepta eius ſicut die hac. Quanuis hebraice clauſula hæc tota in calce huius benedictionis legatur in tertia perſona/ interpres tamẽ uertens in primam ſeruauit ſenſum: qm̃ de iſraelitis eſt ſermo: ut teſtantur ultima uerba/ vꝫ ſicut & hodie. erant enim die illo oẽs exhibentes ſe deuote deo.

¶ Rexq; ⁊ totus iſrael cum eo/ ſacrificabant ſacrificium corã domino. Et ſacrificauit ſelomo ſacrificium pacificorum quod ſacrificauit domino/ boũ vigintiduo millia ⁊ ouiũ centũ ⁊ viginti millia: ⁊ dedicauerunt domũ dñi/ rex ⁊ oẽs filij iſrael. Feſtum ergo dedicationis primi templi erat menſe ſeptimo. Dico aũt primi/ad differentiam ſecundi quod poſtea tẽpore cyri regis perſaꝝ ædificari cœpit de ipſius cyri mãdato &c. ut in ſequentibus libris ſcribitur.

¶ In die illa ſanctificauit rex mediũ atrij quod erat ante domum domini. fuit enim tanꝙ̃ extenſio altaris holocauſtorum huiuſmodi ſanctificatio/regia diſpoſitione ſacerdotum autem miniſterio facta: quoniam altare holocauſtorum continuabatur ſolo atrij. quia fecit ibi holocauſtum ⁊ munus ⁊ adipes pacificorum: quia altare ereum quod erat coram domino/ erat paruum ⁊ capere non poterat holocauſtum ⁊ munus ⁊ adipes pacificoꝝ. ¶ Fecitq; ſelomo ĩ tempore illo feſtiuitatem ⁊ totus iſrael cum eo congregatio magna/ ab introitu chamath vſq; ad torrẽtem egypti corã domino deo noſtro ſeptem diebus. pro dedicatione templi. ⁊ ſeptem diebus. alijs pro feſto tabernaculorum. quattuordecim diebus. Et in die octauo. proculdubio ab initio feſti tabernaculorum: erat enim huiuſmodi dies octauus in lege moſis ſanctus. dimiſit populum/ ⁊ benedixerũt regi. Hinc apparet ordo iſtaꝝ

ſeſtiuiſtatum . ex eo enim ꝙ die octauo peracto receſſit populus / manifeſtatur ꝙ
primum (hoc eſt octauo die menſis ſeptimi) incœpit dedicatio templi : qua fi-
nita/quintadecima die eiuſdem menſis incœpit feſtum tabernaculorũ:& ſic octa
uo die (hoc eſt uigeſimoſecundo eiuſdem menſis) data eſt licentia recedendi die
ſequenti. ⁊ abierunt in tentoria ſua/letantes ⁊ alacri corde ſup om-
ni bono quod fecerat dominus dauidi ſeruo ſuo ⁊ iſraeli populo
ſuo. perficiendo templum a dauide ordinatum: & firmando per hoc regnum in
ieruſalem & dando filium ſapientem &c .

CAPUT .IX.

ET fuit cum compleuit ſelomo edificare domuȝ domi-
ni ⁊ domuȝ regis/⁊ omne quod optauerat ⁊ voluerat
facere: apparuit dominus ſelomoni ſecundo/ ſicut ap-
paruerat ei in ghibhon. hoc eſt in ſomnis:nam ſic apparuerat
prima uice. Dixitqȝ dominus ad eum: exaudiui orationem tuam ⁊
deprecationem tuam quam deprecatus es coram me / ſanctifica-
ui domum hanc quam edificaſti ad ponendum nomen meum ibi.
non ſolum exteriori ſigno lucidæ nubis/ſed etiam interna uoluntate ſanctam ef-
feci domum hanc ad hoc ut ponerem nomen meum ibi. Non ergo ſolo humano
opere ſed etiam diuino dicatum eſt templum ad diuinum nomen colendum atqȝ
cognoſcendum. in ſempiternum. Humano more accipitur ſempiternũ pro
coæuo:hoc eſt ꝙdiu templũ erit. ⁊ erunt oculi mei ⁊ cor meum ibi omni-
bus diebus. Tu quoqȝ ſi ambulaueris coraȝ me ſicut ambulauit
dauid pater tuus in ſimplicitate cordis ⁊ in equitate. Iuxta hebræũ
habetur. in perfectione cordis ⁊ in rectitudine ad faciendũ omnia
que precepi tibi. Hebræo more maius præponit minori:nobis dicendũ eſſet
in rectitudine cordis & in perfectione/ut oratio creſceret. ⁊ ſtatuta mea ⁊ iu
dicia mea ſeruaueris. Firmabo ſolium regni tui ſup iſrael in ſem-
piternum: ſicut locutus ſum dauidi patri tuo dicendo / non exci-
detur tibi vir de ſolio iſrael. ¶ Si auertendo auerſi fueritis vos
⁊ filij veſtri a me/⁊ non cuſtodieritis precepta mea ⁊ ſtatuta mea
que ꝓpoſui vobis: ſed abieritis ⁊ colueritis deos alienos ⁊ adora
ueritis eos. Excidã iſraelẽ de ſupficie terre quã dedi eis / ⁊ domũ
quam ſanctificaui nomini meo proijciam a conſpectu meo: eritqȝ
iſrael in prouerbium. ut dicatur eueniat tibi ſicut ieruſalem &c. ⁊ fabulam
omnibus populis. hoc eſt in ſimilitudinem fabulæ in ore populoꝝ : ut vel
narretur in ocio ſeu delectatione quemadmodum narrantur fabulæ . Et dom9
hec erit in exemplum : omnis qui tranſierit iuxta eam ſtupebit ⁊
ſibilabit / ⁊ dicet quare fecit domin9 ſic terre huic ⁊ domui huic?
Et dicent: eo ꝙ dereliquerunt dominum deum ſuum qui eduxit
patres coruȝ de terra egypti / ⁊ ſecuti ſunt deos alienos ⁊ adora-

Digitized by Google

uerunt eos ⁊ coluerunt eos, idcirco induxit dominus ſup eos oē malum hoc.

EXpletis autem annis viginti poſtq̄ꝫ edificauerat. Iuxta hebræum habetur. Et fuit a fine viginti annoꝛum quibus edificauit ſelomo duas domos: domum domini ⁊ domum regis. Clare manifeſtatur uiginti annos duraſſe ædificatiões duarum domuum/ vcꝫ dei & regis. ita ꝙ non eodem tépore ædificabatur utraqꝫ domus: ſed primis ſeptem annis ædificatum eſt templū/ tredecim autem ſequentibus ædificata eſt domus regis. Et quia anno quarto incœpit fabrica/ conſequens eſt ꝙ uigeſimuſquartus annus regni ſalomonis ſignificatur dicendo a fine uiginti annorū quibus ædificauit &c. Chirā rege tyri pꝛebēte regi ſelomōi ligna cedrina ⁊ abiegna ⁊ aurum. Nunc primū refert ſcriptura ꝙ rex tyri dederit etiam aurū ſalomoni: quo aūt titulo dederit (an uidelicet mutuo/ an ſicut ligna quæ ſupius uendita ꝯmemorāt/ an honoris gratia) ſcrutandū eſt ex litera narrāte circa hoc tria. ſubiungitur enim. iuxta omne quod opus habuerat. Iuxta hebræum tū habet. ad omnem voluntatem eius. proculdubio ſalomonis. ex hoc enim ꝙ ligna & aurum ſimul narrantur data ſalomoni ad omnem uoluntatē ſalomonis/ elicitur ꝙ non dono ſed contractu inter eos inito data ſint hæc. & eo magis ꝙ alteꝝ ſubiungitur: uidelicet. tunc dedit ſelomo chiram viginti ciuitates in terra ghalilee. hoc eſt enim ſignum ꝙ tanq̄ precium harum ciuitatū dederit rex tyri auꝝ præter ligna. Nec obſtat tertiū: quod ucꝫ hebraica ueritas in principio huius clauſulæ habet. Chiram rex tyri eleuauit ſelomonem in lignis cedri ⁊ lignis abietis ⁊ in auro. quoniā ipſa ſubuentio/ eleuatio fuit ſalomonis in ſuis fabricis. Sed quæſtio oritur maior/ an licuerit ſalomoni dare uiginti oppida ghalilææ regi tyri: ſacrilegū enim uidetur ſub dominio regis ethnici dare populos ſanctos & terrā diuinæ hæreditatis: præſertim ꝙ non neceſſitate coactus ſalomon hoc fecit. Libenter excuſarem ſalomonem ſi ſcirē: ſed nulla occurrit excuſandi ratio/ niſi ꝙ ut in principio huius capituli narratur poſt perfectas fabricas ac per hoc poſt datas iſtas urbes (datæ enim fuerunt perfectis domibus dei & regis) diuina apparitio inſinuat ſalomonem & exauditū a deo & ambulare adhuc recte coram eo.

¶ Et egreſſus eſt chiram de tyro vt videret ciuitates quas ei dederat ſelomo: ⁊ non placuerunt in oculis eius. Et ait/ quid ſunt ciuitates iſte quas dediſti mihi frater mi? ⁊ appellauit eas terraꝫ chabul vſqꝫ ad diem hanc. Quod hebraice ſonat carcerē: forte quia tanq̄ carceres erant oppida illa. Aiunt autem lingua phœnicum ſonare diſplicentiam: diſplicuerat enim regi tyri terra illa. Miſit quoqꝫ chiram ad regem centum ⁊ viginti talenta auri. Quantitas auri ſupraſcripti modo explicatur. Et hoc eſt ſignū ꝙ adhuc ſalomon nō miſerat claſſem in ophir pro auro: ſi enim ante uigeſimumquartum regni ſui annum nauigatione illa uſus fuiſſet/ non eguiſſet auro regis tyri nec dediſſet ciuitates illas.

HÆc eſt ſumma expenſarum quam obtulit ſalomon. Juxta hebræum habetur. Æt hec res tributi quod fecit aſcendere rex ſelomo. Cauſa augendi tributa (hoc eſt cenſus/uectigalia & ſimilia quæ tribuuntur a ſubditis pro bono publico) narratur & explicatur ſubiungendo. ad edificandum domum domini ꝛ domum ſuam. Ita ꝙ pronomen hæc demonſtrat ædificationem templi/domus regiæ & reliquorum multoꝝ ualde quæ ſubiungũtur. ꝛ millo. Superius diximus ſignificari nomine millo locũ plenum/ad differentiam uacui adiacentis quod uorago quædam dicitur. Quid ædificij autem ibidem fecerit ſalomon/ neſcimus. nam dauid ædificauit in circũitu & intrinſecus millo: ut ſcribitur. 2. reg. 5. ꝛ murum ieruſalaim: ꝛ chazoꝛ ꝛ megiddo ꝛ ghezer. Parhorex egypti aſcendit ꝛ cepit ghezer ꝛ ſuccendit eam igne/ꝛ chenahaneum qui habitabat in ciuitate interfecit: ꝛ dedit eam in dotem. Iuxta hebræum habetur. munera filie ſue vxoꝛi ſelomonis. Sed non eſt uis in hoc facienda/ ſiue in munus ſiue in dotem intelligamus. ¶ Ædificauitq; ſelomo ghezer ꝛ beth'choꝛon inferioꝛem. Æt bahalath ꝛ thamor in deſerto in terra. Proſequitur litera ædificia propter quæ auctum eſt tributum. intercæpta enim fuerat narratio eorum inſerendo, unde ſalomon habuerat ghazer/uc; a pharaone ratione uxoris. Æt omnes vicos qui ad eũ pertinebant ꝛ erant abſq; muro muniuit. Iuxta hebræum habetur. Æt omnes ciuitates theſauroꝛu; qui ſelomoni. Nec aliud hic ſcribitur: ſed inter alia ædificia ſupputantur ciuitates theſaurorum quos habebat ſalomon: hoc eſt in quibus recondita erant opportuna ad uictum & bellum. ꝛ ciuitates curruum ꝛ ciuitates equitum/ ꝛ quicquid ei placuit edificare in ieruſalaim ꝛ in lebanon ꝛ in tota terra ditionis ſue.

¶ Totum populum qui remanſerat de emoꝛeis/ chittheis/ perizeis/chiuueis ꝛ iebuſeis, qui non erant de filijs iſrael. Filios eoꝝ qui remanſerant poſt eos in terra quos non potuerant filij iſrael delere: fecit ſelomo tributarios. Iuxta hebræum habetur. ad tributum ſeruitutis vſq; ad diem hanc. Quæſtio oritur an ſalomon egerit contra præcæptum diuinum ſcriptum nu. 33. de exterminandis nationibus iſtis. Solutio eſt ꝙ ſalomon non peccauit in hoc tum quia dauid pater eius ſanctus non exterminauerat eos/ q tamen uſq; ad euphratem dominatus fuerat. tum quia interpretati ſunt diuinum præcæptum intelligendum fuiſſe pro tempore quo in periculum iſraelitarum relinquebantur iſtæ nationes: quoniam manifeſte ratio legis illius eſt hæc: eleuato autem iſraele in regnum tam cælſum potens & extenſum, putauerunt non eſſe locum illi legi/eo ꝙ ceſſaret ratio legis. Et ad differentiam nationum quæ ſimpliciter ſoluebant tributum (quas etiam tributarias abſolute dicimus) adiungitur ſeruitus: ut intelligamus hoc adiunxiſſe ſalomonem ꝙ ſubiecerit eas tributo ſeruorum/ut non tanq̃ liberi ſed tanq̃ ſerui contribuerent. Et hunc eſſe literalem ſenſum/inſinuant ſubiuncta tanq̃ e regione ꝙ de filijs iſrael non fecit ſalomon aliquem ſeruum. in ſeruilia itaq; opera redegit nationes illas.

Digitized by Google

a quibus ſeruilibus operibus exemit iſraelitas. ¶ Accedit ad excuſandū ſalomonem & dauidem ratio periculi iſraelis. ſi enim dauid occidiſſet peliſthæos omnes &c. cum magna multitudo iudæorū eſſet iam captiuata ſub diuerſis nationibus/ interfecti fuiſſent iudæi omnes captiui: & ad euitādum cladem ipſoꝝ iudæorum interpretati ſunt diuinam legem non eſſe ſeruandam quo ad hoc: ita ꝙ mutata conditio iudæorum (q̃uis ex ꝓpria culpa) excuſabat reges. Dico aūt ex ꝓpria culpa populi: quia ex peccatis populi factum eſt ut non eſſent ſemper uictores/ ſicut fuerant tempore moſis & ioſuæ. ſi enim perſeueraſſent uictores/ poterant & debebāt delere omnes nationes quas deus iuſſerat deleri. De filijs aūt iſrael non poſuit ſelomo ſeruū: ſed erant viri bellatores ⁊ miniſtri eiꝰ. Hebraice habetur. ⁊ ſerui eiꝰ. ſed ſeruitus pro miniſterio ſumitur: iam enim dictum eſt ꝙ nullus iſraelita erat ſeruus. ⁊ principes ⁊ duces eiꝰ/ ⁊ principes curruū ⁊ eqtū eiꝰ. Iſti ſunt principes prefectoꝝ q erant ſuper opꝰ ſelomonis qngenti ⁊ qnquaginta: preſidentes populo q faciebat opus.

¶ Filia aūt parhonis aſcendit de ciuitate dauid in domū ſuā quā edificauerat ei ſelomo: tūc edificauit millo. Quare expectauerit abſceſſum filiæ pharaonis ex ciuitate dauidis ad edificandum millo/ non eſt ſcriptum. Offerebatqꝫ ſelomo tribꝰ vicibꝰ in anno holocauſta ⁊ pacifica ſup altare quod edificauerat dn̄o/ ⁊ adolebat thymiama corā domino. uidelicet ī paſchate pētecoſte & feſto tabernaculorum/ quibus præcæpto legis tenebatur quilibet apparere coram deo. ⁊ perfecta eſt domꝰ.

¶ Nauem quoqꝫ fecit rex ſelomo in hez'iongheber que eſt iuxta eloth in littore maris rubri in terra edom. Miſitqꝫ chiram in naui illa ſeruos ſuos viros nautas gnaros maris/ cū ſeruis ſelomonis. Et venerūt in ophir, ⁊ tulerūt inde auꝝ/ quadringenta ⁊ viginti talenta: ⁊ adduxerūt ad regem ſelomonem. De nominibus proprijs quæ hic ſcribuntur/ reddere certam rationem neſcio: hoc tamen certum eſt ꝙ ſalomonis tum ſcientiæ tum prouidentiæ atteſtatur conſtructio & miſſio nauis in ophir pro auro.

CAPVT .X.

REginaqꝫ ſaba. Legendum eſſet. ſeba. nomen eſt proprium regionis. audita fama ſelomonis ī nomine domini/ venit. Iuxta hebræum intercedit coniunctio: nam poſt in nomine domini ſubiungitur. ⁊ venit. propter quam coniunctionem inſinuatur ꝙ dictiones in nomine domini/ cuꝫ præcedenti clauſula iunguntur: ita ꝙ faciendus eſt punctus poſt dictiones in nomine domini. Et eſt ſenſus ꝙ audiuit famam ſalomonis in nomine iehouah: ita ꝙ ipſa fama ſalomonis deferebat ſecum nomen ſummi dei/ ut a quo largitum eſſet ſalomoni tantum ſapientiæ donum. diuulgatum ſiquidem ſignificatur ꝙ non humana diſciplina non humano ſtudio ſed di-

uino dono habebat ſalomon tātam ſapientiam. Vt tentaret eū in enigmatib⁹. hoc eſt in quæſtionibus difficilibus.

¶ Et ingreſſa eſt ieruſalaim cū comitatu multo ꝛ diuitijs. Iuxta hebræum habetur. cū fortitudine graui valde. hoc eſt cum armato comitatu non qualicunq; ſed ualde graui/ qualis decebat reginam peregrinantem. camelis portantib⁹ aromata ꝛ auꝛ infinitū nimis. Legendum eſt. ꝛ auꝛ multū valde ꝛ lapides precioſos. pro ſumptu & muneribus &c. venitq; ad regem ſelomonem. Non dicitur ꝙ uenerit ad templū dei aut ꝙ uenerit ad adorandum deum/ſed ꝙ uenit ad regem ſalomonē. ꝛ locuta eſt ei omnia que habebat in corde ſuo. ¶ Et docuit eam ſalomon omnia verba que propoſuerat. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et indicauit ei ſelomo omnia verba ei⁹. Solutio quæſtionum ſignificatur. nō fuit verbū quod regem latere poſſet ꝛ non reſponderet ei. Legendū eſt. latens regem quod non indicauerit ei. nihilq; dicitur de poſſe.

¶ Viditq; regina ſeba totam ſapientiam ſelomonis / ꝛ domum quam edificauerat. Et cibos menſe ei⁹ ꝛ habitacula ſeruoꝛ eius/ ꝛ ordines miniſtrantiū. Potius ſignificat. ꝛ aſſiſtentiā miniſtroꝛ ei⁹. In qua clauditur ordo: quoniam aſſiſtentia erat non confuſa ſed ordinata. ꝛ veſtiméta eorum, ꝛ pincernas ei⁹/ ꝛ holocauſta que offerebat in domo domini. Scito prudens lector nec hebræos concordare in hac litera. hebraice enim ſcribitur. ꝛ aſcenſum ei⁹ quo (ſeu quem) aſcēdet dom⁹ iehouah. Sic iacet in hebræo: ubi anceps remanet tam caſus relatiui quo uel quem/ q̄ caſus domus an accuſatiui an genitiui caſus ſit. Quod ut plenius intelligas/ hebraico idiomate holocauſta ab aſcenſu ſignificantur. & propterea diuerſitas hic naſcitur ſenſuum an ſenſus ſit: & aſcenſum hoc eſt holocauſtum eius, quem aſcenſuꝫ id eſt quod holocauſtum aſcendet/ hoc eſt ſuper altare perſeueranter offeret domi iehouah. an de corporali per gradus aſcenſu quo aſcēdebat ſalomon in templuꝫ dei ſit ſermo. Elige quod malueris. ꝛ non erat in ea vltra ſpirit⁹. ¶ Dixitq; ad regem: ver⁹ fuit ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis ꝛ ſuper ſapientia tua. Et non credidi verbis donec veni ꝛ viderūt oculi mei/ ꝛ ecce non fuit nunciatū mihi dimidiū: maioꝛ eſt ſapientia tua ꝛ opera tua. Iuxta hebræum habetur. ꝛ bonum q̄ꝫ fama quam audiui. ſub duobus. n. (ſapientia & bono) comprehendit omnia. Beati viri tui/ beati ſerui tui iſti: qui ſtant corā te ſemper/ audientes ſapientiam tuam. Sit dominus deus tu⁹ benedict⁹/ q complacuit in te ad ponendū te ſuper ſoliū iſrael: eo ꝙ dilexerit dn̄s iſrael i ſempiternū. Res ꝑpetuæ factæ a ſalomone/ ad perpetuum bonum iſrael ſignificantur. ꝛ poſuit te regem vt faceres iudicium ꝛ iuſtitiam.

¶ Deditq; regi centū ꝛ viginti talenta auri ꝛ aromata multa valde ꝛ lapides precioſos: non ſunt allata aromata ſicut iſta adhuc in multitudine que dedit regina ſeba regi ſelomoni. Accumulando.

Digitized by Google

dicitur adhuc in multitudine. commendatur enim ſingularitas ſeu bonitas aro-
matum & ſecundum ſe & etiam quo ad multitudinẽ. Sed ⁊ claſſis chiram
que portauit aurum de ophir. Breuitatis cauſa omittitur cointellectus ſa-
lomon. eſt enim ſermo de claſſe hiram & ſalomonis: ut ſuppletur in. 2. parali. ca.
9. attulit ex ophir ligna tina multa valde. Multi hebræi & latini intel
ligunt ſignificari coralia: miræ autem magnitudinis erant ſi coralia erant. Et ha-
betur ĩ hebræo ligna coralioꝝ/ nõ unica dictio quã interpretant̃ coralia. coraliũ
enim ſpecies eſt lapidis extractum ex aquis / ꝗ̃uis ſub aquis ſpeciem habeat ligni
tanꝗ̃ fruticis. effecit natura ut arbor ſub aquis/ dureſcat in lapidẽ extracta ad ae-
rem: & propterea utrunqꝫ hebraica litera ſonat dicendo ligna coraliorum. ⁊ la-
pides precioſos. Fecitqꝫ rex de lignis tinis fulcra domꝰ domini
⁊ domꝰ regie. Non eſt perſpicuũ ad quæ fulcienda facta ſint hæc fulcra tam
in domo domini ꝗ̃ in domo regis. ⁊ citharas lyraſqꝫ cantoribꝰ. Si co-
ralia intelligimus/ mirum eſt ꝙ ex eis citharæ & lyræ confectæ ſint: quia tamen
uidemus hodie ex alabaſtro fieri cãnas inſtrumenti muſici quod uulgo appella-
tur organum/ non eſt incredibile ex coralijs conſtructas lyras & citharas fuiſſe.
non ſunt allata talia ligna tina neqꝫ viſa vſqꝫ in preſentẽ diẽ.
¶ Rex aũt ſelomo dedit regine ſeba omnia que voluit ⁊ petiuit /
exceptis ijs que vltro obtulerat ei munere regio. Iuxta hebræum ha-
betur. preter ea que dedit ei ſicut manu regis ſelomonis. hoc eſt ſicut
decebat manum talis regis qualis erat ſalomon. que reuerſa eſt ⁊ abijt ĩ ter-
ram ſuam cũ ſeruis ſuis.

ERat aũt pondꝰ auri quod obueniebat ſelomoni per ſingu-
los annos / ſexcẽtoꝝ ⁊ ſexaginta ſex talentoꝝ auri. Hebraica di-
ctio nomen ponderis cuiuſdam eſt: ſed an talenti an alicuius alterius / igr. otum
nobis eſt. Excepto eo quod offerebant viri q ſuper vectigalia erãt.
Iuxta hebræũ habetur. Abſqꝫ a viris negociatoribꝰ. hoc eſt abſqꝫ auro
quod a uiris negociatoribus dabatur regi. Et ſignificantur negociatores non qui-
cũqꝫ ſed magni dictiõe hebraica. Sed quo titulo hoc auꝝ debebat̃ ſalomoni/ non
dicitur: ſed ex eo ꝙ negociatio ſola explicatur/ non compræhendi inter prouen-
tus ex uectigalibus inſinuatur. nam prouentus uectigalium continetur ſub ſup-
putatis ſexcentis & ſexagintaſex talentis auri. Duo reſtant hic ambigua. alterum
de qua negociatione eſt ſermo. alterum quo titulo debebatur hoc ſalomoni: turpe
enim uideretur ꝙ ſalomon mercaturaꝫ per negociatores exerceret. ⁊ negocia-
tores vniuerſiqꝫ ſcuta vendentes. Iuxta hebræum habetur. ⁊ a nego-
ciatione aromatarioꝝ. Ita iacet in hebræo. Intelligo ꝙ quemadmodũ ſa-
lomon miſit in ophir pro auro ita mittebat ad inſulas aromatum: puta taproba-
nam/ callicut &c. quemadmodum ſultanus ægypti faciebat ætate noſtra/ & mo
do facit rex portugalliæ. Et hæc appellatur negociatio aromatariorum. ſumptu
enim regio opus erat ad uehendum aromata ex tam longinqua regione / & inde
lucrum ſalomoni obueniebat: & propterea aurum hoc etiam excipitur. Et quia
ſimul connumerantur prædicti negociatores magni, putandum eſt aliquid ſimi-

Digitized by Google

le in alia materia fuiſſe unde ſalomoni augebatur aurum a magnis mercatoribus. Et bene nota q non dicit abſq negociatione aromatum ſed aromatariorum/ ne intelligeres regem negociatorem aromatū: ſed mercatores erant aromatarij/ quibus cōmoditatem negociationis rex præbebat. ꝛ omnes reges hereb duceſq3 terre. Ab auro ſexcentorum talentorum &c. excipitur triplex prouentus auri: uidelicet ex mercatoribus magnis/ex mercatura aromatariorum/& ex muneribus regum harabiæ & ducū terræ.

¶ Fecit quoq3 rex ſelomo ducenta ſcuta de auro puriſſimo. Iuxta hebræum habetur. de auro tracto. hoc eſt extenſo malleis. ſexcentos auri ſiclos dedit in lamina ſcuti vnius. Iuxta hebræum habetur. ſexcentos aureos aſcendere faciet ſuper ſcutum vnum. Rationabile ē ut ſcutum intelligamus ex alia materia/opertum aurea lamina per totum. Et trecentas peltas ex auro probato. Legendum eſt. Et trecentos clypeos ex auro tracto. ſcuta enim erant rotunda / clypei autem alterius figuræ. treceteq3 mine auri vnam peltam veſtiebant. Legendum eſt. ter centum auri aſcendere faciet ſup clypeū vnū. Nec circa ſcuta nec circa clypeos explicatur pondus aut menſura auri/ſed numerus tantum: quia forte ſubintelligitur ſiclus, ut prius ſexcenti ſicli & mō trecenti ſicli auri ſupputentur. ꝛ poſuit eos rex in domo ſaltus lebanon.

¶ Fecit quoq3 rex thronum eburneum grandem: ꝛ veſtiuit eum auro fuluo nimis. Iuxta hebræum habetur. auro puro. hoc eſt in ſua puritate qua ex minera trahitur. Sex gradus habebat thronus: ꝛ ſummitas throni erat rotunda in parte poſteriori / ꝛ due manus hinc ꝛ inde. Superfluit duæ. tenentes ſedile. Iuxta hebræum habetur. ꝛ manus hinc ꝛ hinc ad locum ſeſſionis. hoc eſt alæ ſedis hinc & inde erant formatæ in figura manus. ꝛ duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. Iuxta hebræum habetur. ꝛ due leene ſtantes ad latus manuum. Statuæ duarum leenarum iubis carent/altera hinc altera inde iuxta manus (hoc eſt alas ſedis) ſtantes: hoc eſt eleuatis capitibus ſtantes ſecundū pedes anteriores & terræ inhærentes ſecundū partē poſteriorē/cōplicitis poſterioribus pedibus. erāt.n. ſtatuæ magnæ ita ut ſupeminerēt duodeci3 leonibus q erāt in gradibus: utpote ptingētes uſq ad manus quæ erāt alæ ſedis. Et duodeci3 leūculi ſtātes ibi ſup ſex grad⁹ hinc ꝛ inde. Maſculi qdē ſignificātur/nō leūculi ſed leones. erant enim ſtatuæ duodeci3 leonū/ duæ p ſingulos gradus hinc & inde. nō ē factum tale opus in omnibus regnis.

¶ Omniaq3 vaſa de quibus bibebat rex ſelomo erant aurea/ ꝛ tota ſupellex domus ſaltus lebanon de auro puriſſimo. Hebraice habetur. de auro clauſo, hoc eſt ligato: quale eſt aurum ex quo fiunt nummi. non erat argentum. ſubaudi in uaſis domus ſaltus. Et ratio ſubiungitur/ qa argentum. non fuit alicuius precij in diebus ſelomonis. Quia claſſis regis p mare. Iuxta hebræū hr. Quia nauis tharſis regi in mari cum naue chiram. Tharſicas habuiſſe naues ſalomonem ſignificatur/præter naues tyrias.

naues tyrias. ſemel per tres annos ibat in tharſis/deferēs inde aurum & argentum & dentes elephantorum. Hebraice habetur. ſemel per tres annos veniebat nauis tharſis portans aurum & argentum/elephantes & ſimias & pauos. Sic iacet in hebræo/reliqua addunt interpretes. Tharſis enim non ſignificatur locus unde portabant hæc, ſed determinat naues: perinde ac dictum fuiſſet nauis tharſica. nec fit mentio dentiū ſed elephantum abſolute.

¶ Et magnificatus eſt. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et granduit rex ſelomo præ omnibus regibus terre in diuitijs & ſapientia. ſenſus enim in idem redit. Verum intellige comparationem fieri ad reges illius temporis quo ad duo/ diuitias uidelicet & ſapientiam. erant enim reges terræ alij excellentes forte in magnitudine regni. Et tota terra querebat faciem ſelomonis/ad audiendum ſapientiam eius. hoc eſt ex omnibus terræ regionibus erant aliqui quærentes faciem ſalomonis ob illius ſapientiæ famam. quam dederat deus in corde eius. Nomen eſt elohim. Et ſinguli deferebant ei munera. Iuxta hebræum habetur. Et ipſi portantes vnuſquiſq; munus ſuum, vaſa argentea & vaſa aurea & veſtes & arma & aromata/equos & mulos. Tributarij referuntur ad explicandum quid offerebant: uidelicet uaſa argentea &c. per annos ſingulos. Hebraice habetur. res anni in annum. Ex hoc ꝙ huiuſmodi munera narrantur annua / inſinuatur ꝙ debita erant.

Congregauitq; ſelomo currus & equites / & fuerunt ei mille & quadringenti currus & duodecim millia equitum: & diſpoſuit eos per ciuitates munitas. Iuxta hebræum habetur. & poſuit eos in ciuitatibus curruum. iam enim dictum eſt ꝙ ædificauit ciuitates curruum. & cum rege in ieruſalaim. Feciťq; rex vt tanta eſſet abundantia argenti in ieruſalaim quanta & lapidum: & cedros præbuit quaſi ſycomoros que naſcuntur in campeſtribus in multitudine. ¶ Et educebantur equi ſelomoni de egypto & de choa. Iuxta hebræum habetur. Et eductio equorum qui ſelomoni ex egypto & adunatio. Deſcribendus cum eſſet modus quo ſalomon habuit tantam multitudinem equorum/proponitur primum tam eductio equorum ex ægypto ꝙ̄ adunatio eorundem. proponitur autem utraq; ut per ſubiuncta declaranda: hic enim ſtylus eſt hebraicus. negociatores enim regis emebant de choa & ſtatuto precio perducebant. Iuxta hebræum habetur. mercatores regis accipiēt adunationē i precio & aſcēdit: Propoſuit duo: vcȝ eductionem & adunationem. declarat inchoando ab ultimo qualiter negociatores ſalomonis acquirebant adunationem equorum: manifeſtando ꝙ augentes precium faciebant quaſi monopolium equorum ægypti. hoc enim ſignificatur dicendo mercatores regis accipient adunationem in precio: & declarando augmentum precij, ſubiungitur & aſcendit/ſubaudi

Digitized by Google

precium ipſum. Emebant ergo adunationem equorum: ut ipſi ſoli equos uenales haberent/nullo alio offerente tantundem pro huiuſmodi adunatione. Egrediebatur autem quadriga ex egypto pro ſexcentis argenteis / ⁊ equus pro centum ⁊ quinquaginta. Declaratur conſequenter alterum propoſitum (uidelicet eductio) manifeſtando precium cuiuſqꝫ currus: hoc eſt quattuor equorum pro ſingulo curru. Vnde & magis explicando hoc / ſubiungitur precium cuiuſqꝫ eq centū & quinquaginta: quod eſt quarta pars ſexcentorum quos ualet currus. atqꝫ in hunc modum cuncti reges ethęorum ⁊ ſyrie equos venundabāt. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſic omnibus regibus chitthim ⁊ regibus aram in manu ſua facient exire. Totum oppoſitum eius quod habetur in uulgata æditione ſignificatur: uidelicet ꝙ negociatores ſalomonis ſic(hoc eſt emendo equorum adunationem in ægypto) facient per manum ſuam exire ex ægypto equos pro omnibus regibus chitthim & pro regibus aram.ex eo enim ꝙ tanq̃ in monopoliū reddiderāt ægypti equos extrahendos/conſequens erat ut per manus eorum uenderent̃ equi uniuerſis exteris regibus indigentibus equis ægyptijs. Et hinc habetur ꝙ non fuit alienus ſalomon ab induſtria mercaturæ/quāuis turpis cenſeatur in rege. Conſequenter quoqꝫ ex hac mercatura inſinuatur intelligendum ꝙ nec alienus erat ſalomon a ſupradictis mercaturis tum magnorum negociatorum tum aromatariorum. Intellige tamen negociationes omnes quibus imiſcebat ſe ſalomon / fuiſſe extra territorium ſubiectum ſibi ad habendum ex alijs regionibus omnia quibus opus erat: & propterea excuſabilis uidetur huiuſmodi induſtria ut minus turpis cenſenda ſit.

CAPVT .XI.

REx autē ſelomo adamauit mulieres alienigenas multas. Arguitur tum ꝙ alienigenas(hoc eſt diſparis cultus) tum ꝙ multas habuerit.utrūqꝫ enim prohibitum erat in lege moſis: nam & regi in ſpecie inhibetur immoderata multitudo uxorum deute.17. ⁊ filiam parhonis. Niſi repræhenderet ſcriptura coniugium ſalomonis cum filia pharaonis rōne affectus / nō ſupputaret inter peccata ſalomonis amorem filiæ pharaonis inchoando ab illa. moabithidas/hāmonithidas/edomeas/zidonias ⁊ chittheas. De gentibus ſuper quibus dixit dominus filijs iſrael,non ingrediemini ad eas ⁊ ipſi non ingredientur ad veſtras/vtpote que declinare facient cor veſtrum poſt deos ſuos:eis adheſit ſelomo ardentiſſimo amore. Superfluit ardentiſſimo. Fueruntqꝫ ei vxores quaſi regine ſeptingente. Iuxta hebræum habetur. principes ſeptingente ⁊ concubine trecente. ſeptingentæ enim honorabiliter tanq̃ dominæ habebātur/aliæ aūt trecentæ ad ſolum cōcubitum. Et in hoc apparet libido maxima ſalomonis ad ſtupra: inde enim tanta multitudo uxorum prodijt. ⁊ declinare fecerunt mulieres cor eius.

¶ Cumqꝫ iam ſenex eſſet / depravatum eſt cor eius per mulie-

res ut ſequeretur deos alienos. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et fuit in tpe ſenectutis ſelomonis/uxores ei⁹ fecerũt inclinare cor ei⁹ poſt elohim alios. Quãuis mulieres iſtæ iunctæ fuerint ſalomoni iuueni, nõ tñ diuerterũt eũ in iuuentute ad cultũ deoꝝ ſed in ſenectute: paulatim.n. mollitus eſt animus eius/creſcente amore & deficiente uirtute multiplicandoqꝫ obicẽ diuinæ gratiæ:nã tandẽ deus dereliqt eũ ſibiipſi. Et ex hoc ꝙ ſcriptura narrat ſenectutẽ ſalomonis,pſpicuũ eſt puenisse eũ ad ſenectutis ætatem/& in illa uixiſſe aliquanto tpe quo emerſerunt ſubiuncta. ⁊ nõ erat cor ei⁹ pfectũ cũ dño deo ſuo ſicut cor dauid patris ei⁹. Iuitqꝫ ſelomo poſt haſtoreth deũ zidonioꝝ:⁊ poſt milchom abominationẽ hammonitaꝝ. Fecitqꝫ ſelomo quod nõ placuerat corã dño. Hebraice habetur. malũ in oculis iehouah. Ne excuſabilis putaret̃ ſalomon eo ꝙ nõ credendo dijs alijs ſed morem gerendo uxoribus coleret deos alios,adiunxit ſcriptura ꝙ fecit maluꝫ in oculis ſummi dei/& nõ ſolũ in oculis hominũ: pp quod etiã præmiſit ꝙ non erat cor eius pfectũ cũ ſummo deo.quantũ enim ſui cordis applicauit ad colendũ deos alios/tñ detraxit a debito honore ſummi dei. ⁊ non adimpleuit ut ſequeretur dominũ ſicut dauid pater eius. ¶ Tunc edificauit ſelomo phanum. Hebraice habet̃. excelſuꝫ chemos abominationi moab.proculdubio ſtructuram idoneam ad cultũ chemos. in monte q eſt contra ieruſalaim. Aiunt montẽ iſtum eſſe montem olıueti:& propterea deteſtabilius fuiſſe crimen ſalomonis/ut e regione ciuitatis ſanctæ excælſuꝫ ædificaret cum ſcandalo totius populi. ⁊ molech abominationi filioꝝ hãmon. Atqꝫ in hũc modũ fecit oib⁹ uxoribus ſuis alienigenis: que thurificabant ⁊ immolabant dijs ſuis. Intellige tot excælſa ædificata non quot erant uxores/ſed quot erant dij earum:multæ enim cõueniebant ſub eodem deo communi eis.

ET iratus eſt dominus in ſelomonem: ꝙ auerſa eſſet mens eius. Hebraice habet̃. cor ei⁹. uoluntas enim ſignificatur. a dño deo iſrael/q apparuerat ei ſecũdo. Hebraice habet̃. duab⁹ uicib⁹. Et preceperat ei ſup uerbo hoc/ne iret poſt deos alienos: ⁊ nõ cuſtodiuit quod precepit dñs. Ad exaggerationẽ peccati cõmemorat̃ beneficiũ duaꝝ uiſionum ſupraſcriptarum.aggrauatur enim peccatum ſalomonis ex eo ꝙ nõ ſolum per legem & prophetas ſed etiam apparendo ipſi ſalomoni/bis monuerat eum. Dixitqꝫ dominus ſelomoni. Modus quo deus dixit hoc ſalomoni/non eſt ſcriptus: creditur tamen per prophetam aliquem deum hoc dixiſſe. quia fuit hoc tecum/⁊ non cuſtodiſti pactum meum ⁊ ſtatuta mea que precepi tibi,ſcindendo ſcindam regnum a te/⁊ dabo illud ſeruo tuo. Ueruntamen in diebus tuis non faciam hoc propter dauid patrem tuuꝫ:de manu filij tui ſcindam illud. Quod ſciſſio regni fuerit ex peccato ſalomonis ſcriptura teſtatur: ꝙ autem fuerit ex peccato dauidis quod diuidendo agros mephiboſeth commiſit, nec ſcriptura teſtatur nec ſcripturæ conſonat: quæ meritum dauidis citat pro obice

tum ne tolleretur totum regnum a filio ſalomonis / tum ne ſcinderetur uiuen-
te ſalomone. Veruntamen totū regnū nō ſcindā: tribū vnā dabo
filio tuo/ pp dauid ſeruum meū ⁊ pp ieruſalaim quā elegi. Secundū
rem duæ tribus (iudæ uidelicet & beniamin) ſeruierunt filio ſalomonis: ſed tri-
bus una appellatur & hic & inferius, eo ꝙ quamuis eſſent duæ ſecundū rem/ erant
tamen futuræ & de facto fuerunt ſub titulo unius. appellatus ē enim rex iudæ/ &
nō rex duarꝫ tribuū: hic enim fuit titulus omniū ſucceſſorꝫ.

SVſcitauitq; dn̄s aduerſarium ſelomoni/ hadad edomeum. Pœ-
na ſciſſionis regni differebatur exequenda in filio eius ſucceſſore: ne autem ui-
uens ſalomon penitus impunis euaderet/ narratur punitus uexatione triū aduer-
ſariorum. De ſemine regio q erat in edom. Supfluit q erat: ſemen ſiqdē re-
gium regū idumææ ſignificat/ ne ambigeres ex quo ſemine regio erat iſte hadad.
Cū.n. eēt dauid in idumea. Iuxta hebræum habetur. Et fuit exiſten-
te dauide cū edom. Hiſtoria hæc quæ cōmemorat ad declarādū tēpus fugæ
hadad/ nō ē diffuſe ſcripta. & ppea nō ē pſpicuū an dauid tunc fuerit præſens in
idumæa / an ſignificet tp̄s quo dauid habebat idumæā & bellū geſſit cū idumæa
rebelli. cū aſcendit ioab princeps militie ad ſepeliendū interfectos:
⁊ pcuſſit oēm maſculū i edom (Sex enim menſib⁹ manſit ibi ioab
⁊ tot⁹ iſrael: donec excideret oēm maſculū i edom) Fugit hadad
ipſe ⁊ viri edomei de ſeruis pr̄is ei⁹ cū eo ad igrediendū egyptū: ⁊
hadad erat puer paru⁹. Iūge hæc duo (vz ꝙ ioab ſtuduit ad interficiendū
oēm maſculū in idumæa/ & ꝙ aſcēdit in idumæā ad ſepeliendū interfectos) & p-
pēdes defeciſſe idumæos a dauide/ & iterfeciſſe iſraelitas milites poſitos p cuſto-
dia idumææ nouiter acqſitæ: & ad hos iterfectos ſepeliēdos aſcēdiſſe ioab, & ſi-
mul occidendū oēm maſculū i idumæa i ultionē rebelliōis & iſraelitarꝫ iterfectorꝫ.
tūc.n. fugit hadad &c. Et ſurrexerūt de midian ⁊ venerūt i paran: tu-
lerūtq; viros ſecū de paran/ ⁊ igreſſi ſunt egyptū ad parhonē re-
gē egypti. Etiā uia deſcribit p quā hadad iuit i ægyptū. q dedit ei domū ⁊
cibū ꝯſtituit ei/ ⁊ trā delegauit. Hebraice hr̄. dedit ei. qd plus ē ꝗ dele-
gare. Inuenitq; hadad grāz i oculis parhōis valde: ⁊ dedit ei vxo-
rē ſororē vxoris ſue/ ſororē thachpenes regine. Et genuit ei ſo-
ror thachpenes ghenubath filiū ei⁹/ ⁊ ablactauit eū thachpenes
i medio dom⁹ parhonis: fuitq; ghenubath i domo parhonis in
medio filiorꝫ parhonis.

Et hadad audiuit i egypto ꝙ dormiſſet dauid cū pr̄ib⁹ ſuis/ ⁊
ꝙ mortu⁹ eſſet ioab princeps militie: dixitq; hadad ad parhonē/
dimitte me ⁊ ibo ad trāz meā. Dixitq; ei parho/ quo.n. idiges me
cū vt queras ire ad terrā tuā: ⁊ dixit/ nullo ſed dimittēdo dimitte
me. Lz mors ioab fuerit i pncipio regni ſalomōis/ & iſte hadad paulo poſt petie-
rit a pharaone ire in idumæā, nihil tn̄ moleſtiæ inferre potuit dominio ſalomo-
nis uſq; ad ſenectutem ſalomonis. deus enim qui ſuſcitaſſe dicitur ipſum hadad
in aduerſarium ſalomonis/ non prius eſt ultor ꝗ homo peccet. & propterea ſcri-

Digitized by Google

ptura utriuſq; explicat: uidelicet & ꝙ deus eleuauit ipſum in aduerſarium ſalomonis poſtq̄ peccauit/& primam inimicitiæ radicem in ipſo hadad.

¶ Suſcitauit quoq; ei deus. Nomen eſt elohim. aduerſarium rezon filium el'iadah. Alter aduerſarius deſcribitur motus a deo/pro quanto in pœnam ſalomonis hæ motiones erant. qui fugerat ab hadar'hezer rege zobe domino ſuo. Etiam iſtius initium recenſetur: uidelicet ꝙ fugerat a rege ſuo. Et congregauit contra eum viros. Legendum eſt. Et congregauit ſuper ſe viros. deſcribitur enim poſt ipſius fugam / modus quo factus eſt princeps: adunatione uidelicet uirorum euadentium cladem dauidis. Vnde & ſequitur. ⁊ factus eſt princeps latronum. Hebraice habetur. ⁊ fuit princeps cetus interficiente dauide illos. qui erant cum hadar'hezer rege zobæ. abieruntq; damaſcum ⁊ habitauerunt ibi/ ⁊ conſtituerunt eum regem in damaſco. Iuxta hebræum habetur. ⁊ regnauerunt in damaſco. occupauerunt enim damaſcum ſeu damaſcenum agrum in ſenectute ſalomonis. Fuitq; aduerſarius iſraeli cunctis diebus ſelomonis. poſtq̄ deus ſuſcitauit ipſum in aduerſarium ſalomonis: hoc eſt cunctis diebus quibus poſtea uixit ſalomon. nam de præcedenti tempore ſcriptum eſt ſuperius in. 4. &. 5. ca. ꝙ non erat aduerſarius ullus / ſed omnes ſecuri ſub ficu ſua dormiebant &c. ⁊ hoc eſt malum hadad ⁊ odium contra iſrael: regnauitq; in ſyria. Hebraice habetur. ⁊ malum quod hadad: ⁊ abominatus eſt iſrael/⁊ regnauit ſuper aram. Anceps eſt ſenſus an ſignificetur iſte rezon excitatus ad ſupradictum malū ab hadad idumæo / & ſubiungatur de eodem rezon ꝙ abominatus eſt iſraelem & regnauit in ſyria: an copulet͛ malo iſraelis a rezon malum quod fecit hadad/& de eodem hadad ſubiungatur ꝙ abominatus eſt iſraelē & regnauit in ſyria. erat enim de ſemine regio regū idumææ quæ eſt pars ſyriæ. Quicquid aūt ſignificetur mali/intellige poſtq̄ deus ſuſcitauit eos ad puniendum ſalomonem.

ET iarobham filius nebat ephrathei de zereda (⁊ nomen matris eius zeruba mulier vidua) ſeruus ſelomoni. Tertius aduerſarius ſalomonis narrat͛. leuauit manū ꝯtra regē. Quo effectu/nō eſt ſcriptū. neſcimus. n. an uerbis excitantibus ſeditionē an facto aliquo leuauerit manū in regē ſalomonē: ſed hoc fuiſſe tēpore ſenectutis ſalomonis / ex antedictis hr͛. Et hec eſt cauſa rebellionis aduerſus eum. Hebraice habetur. Et iſta res qua leuauit manum in regem. Pronomen iſta demonſtrat ſubiunctas duas res: uidelicet exaltationem ipſius ieroboham & prophetiam ahiæ. qa ſelomo edificauit millo. Supfluit qa: narrat͛. n. modus quo ſalomon exaltauit ieroboham. ⁊ coequauit voraginē. Iuxta hebræū hr͛. clauſit ſciſſurā ciuitatis dauid pr̄is ſui. Satius puto dubitare q̄ aſſerere ſciſſurā clauſaȝ eē uoraginē coæquatā mōti. Erat aūt iarobhā vir fortis ⁊ potēs. Hebraice habetur. potens fortitudine. nec alia potentia narratur. videnſq; ſelomo adoleſcentem bone indolis ⁊ induſtrium. Hebraice habetur. ⁊ vidit ſelomo puerum ꝙ faciens opera ipſe. Ne obliuiſcaris ꝙ

Digitized by Google

hebraice etiam iuuenes appellantur pueri. Commendatur autem q erat factor operum: quod eſt magna laus, ad differentiam tum eorum qui non ualent niſi ad loquendum/tum eorum qui neſciūt efficaciter ſupintendere operarijs/ tum pigrorum atq tardorum. conſtituerat eum prefectum ſuper tributa. Hebraice habetur. ⁊ prefecit eum omni oneri domus ioſeph. Ex præfecto fabricæ emerſit præfectus oneribus uniuerſis domus ioſeph/ continentis tribus eph`raim & menaſſis. Et eſt ſermo de oneribus publicis quæ decreto regio impoſita erant. Hæc exaltatio eſt prima res quæ fuit occaſio eleuandi animum ieroboham procedēte tempore aduerſus ſalomonem/quanuis ingratiſſime. Altera uero occaſio ſubiungitur prophetiæ abiæ: quæ ſatis clare ſcribitur

¶ Et fuit ī tempore illo/iarobham egreſſus eſt de ieruſalaim: inuenitq eum achi'ia ſilonites propheta in via/opertus pallio nouo, ⁊ erant ambo ſoli in agro. Apprehenditq achi'ia pallium nouū quo opert⁹ erat: ⁊ ſcidit illud in duodecim ſciſſuras. Aitq ad iarobham/tolle tibi decem ſciſſuras: ſic enim dixit domin⁹ de⁹ iſrael/ecce ego ſcindo regnu de manu ſelomonis ⁊ dabo tibi decem tribus. Et tribus vna erit ei: propter ſeruum meu dauid/⁊ propter ieruſalaim ciuitatē quā elegi ex omnibus tribub⁹ iſrael. Eo q dereliquerit me ⁊ adorauerit aſthorthē deam ſidonioru ⁊ chamos deū moab ⁊ moloch deum filiorum hāmon/ ⁊ nō ambulauerit. Interpres tranſtulit in numero ſingulari uerba prophetæ/quæ hebraice habentur in numero plurali. Eo q dereliquerunt me, ⁊ adorauerunt haſthoreth deum zidoniorum/chemos deum moab/ ⁊ milchom deum filiorum hāmon: ⁊ non iuerunt in vijs meis ad faciendum rectum in oculis meis ⁊ ſtatuta mea ⁊ iudicia mea ſicut dauid pater eius. proculdubio ſalomonis. accuſat ſiquidem propheta non ſalomonem ſolum ſed alios cum eo participes peccati idolatriæ: & manifeſtat q propter peccatum ſalomonis extenſum ad alios/ſcindet deus regnū eius. Et non tollam totum regnum de manu eius: ſed ducem ponam eu oīb⁹ diebus vite eius/propter dauid ſeruum meum quem elegi qui cuſtodiuit precepta mea ⁊ ſtatuta mea. Tollam autem regnum de manu filij eius: ⁊ dabo ipſum tibi/decem tribus. Filio autem ei⁹ dabo tribum vnam: vt remaneat lucerna dauidi ſeruo meo omnib⁹ dieb⁹ coram me in ieruſalaim/ ciuitate quam elegi mihi ad ponendū nomen meum ibi. Succeſſio in regno iudæ ex ſtirpe dauidis/aſſimilatur lucernæ in ieruſalem perſeueranti, quia erat uelut quoddam reſiduum lucis dauidis ſplendens in ieruſalem. ¶ Te autem aſſumam/⁊ regnabis in omnib⁹ que deſiderabit anima tua: eriſq rex ſuper iſrael. Si ergo audieris oīa que precipia tibi ⁊ ambulaueris in vijs meis ⁊ feceris quod rectu eſt in oculis meis cuſtodiēdo ſtatuta mea ⁊ precepta mea/ ſicut fecit dauid ſeruus meus: ero tecum ⁊ edificabo tibi domum fidelem. Hebraice habetur. domum firmā ſicut edificaui dauidi/⁊ da-

bo tibi iſraelem. Et ſumitur domus pro ſucceſſione filiorum in regno: ſic enim deus ſtabiliuit domum dauidi. Et affligam ſemen dauidis ſuper hoc: veruntamen non cunctis diebus. Afflictio ſeminis dauidis ſecuta eſt manifeſte ſciſſo regno tempore filij ſalomonis: hæc autem ſubiūcta redintegratio / ad literam adiuncta eſt ne ierobohã intelligeret dici a propheta ꝙ ſi ambulauerit recte coram deo ædificabit illi deus domum quemadmodum ædificauit dauidi quo ad perpetuitatem: excipit enim perpetuitatem propheta promittendo recte agenti domum firmam ſicut domum dauidis. declarando ſiquidem ꝙ iſta afflictio ſeminis dauidis per ſciſſionem regni non durabit diebus omnibus, manifeſtat ꝙ ſucceſſio domus ierobohã in regno iſraelis quantuncunq; bene egerit nō erit perpetua: quod eſt dicere quia domus dauidis redintegrabitur in regno. Quod ad literam uerificatur de meſia ex ſemine dauidis: ipſe enim rex totius iſrael expectabatur. Et quanuis meſias fuerit ratio huius limitationis non cunctis diebus, prophetæ tamen non fuiſſe reuelatam cauſam huius limitationis nullum inconueniens eſt. reuelat enim deus quādoq; rem futurã nō reuelando rōnem illius.

¶ Voluit ergo ſalomon. Hebraice habetur. Et queſiuit ſelomo interficere iarobham. Poſt iſtas duas res (vz exaltationē & ꝓphetiam) exiſtente iam ſalomone ſene ierobohã leuauit manum in regem: & propterea ſalomon quæſiuit interficere eũ. ſurrexitq; iarobham ⁊ fugit in egyptū ad ſiſac regē egypti / ⁊ fuit in egypto vſq; ad mortē ſelomonis. Ad differentiam pharaonis ſoceri ſalomonis / nominatur ſiſac rex ægypti.

Reliquum autem verborum ſelomonis ⁊ omnia que fecit ⁊ ſapientia eiꝰ: nōne ipſa ſcripta ſunt ī libro verboꝝ dieꝝ ſelomonis? Superfluit dierum. Quis autem ſit iſte liber neſcitur: ſed author ſcripſit ſic quia tunc extabant libri uerborum ſalomonis: qui ſcilicet continebant & ſapientiam & geſta ſalomonis. nihil enim hoꝝ habemus niſi pauculas parabolas cum diſputatione eccleſiaſtis & canticis. Dies autem quibꝰ regnauit ſelomo in ieruſalaim ſuper totum iſrael / fuerūt quadraginta anni. Iunge numerum hūc annorum regni ſalomonis cum ſupraſcripto tempore ſenectutis eiuſdem: & perpendes ſalomonem non fuiſſe ætatis puerilis quādo incœpit regnare, ſed fuiſſe ætatis tantæ ut illud tempus iunctum quadraginta annis conſtitueret tempus ſenectutis. Nec authoritas ioſephi te moueat: quoniam manifeſte conuincitur ex ſcriptura falſum ſcribere de tempore mortis abrahæ / vz ꝙ ipſo mortuo iſhac duxit uxorem: cum conſtet ex ſcriptura abraham uixiſſe annos trigintaquinq; poſt nuptias iſhac & ribecæ. & multo magis licuit ei hic fingere / ubi multæ fabellæ inſertæ uidentur. Et hoc aduerſus meam inſtitutionem neminem arguendi tacuiſſem / niſi utilem admodū credidiſſem ſtudioſis ſacræ ſcripturæ cautelam ab authoritate ioſephi. Dormiuitq; ſelomo cum patribus ſuis / ⁊ ſepultus eſt in ciuitate dauid patris ſui: ⁊ regnauit rechabham filius eius pro eo.

Digitized by Google

IVit aūt rechabbam in ſechem : quia in ſechem vene-
rat totꝰ iſrael ad conſtituendū eū regē. Iarobbam ve-
ro filius nebat (cū adhuc eſſet in egypto profugꝰ a fa-
cie ſelomonis regis) audita morte eiꝰ reuerſus ē de egy
pto. Miſeruntqꝫ ⁊ vocauerunt eum. Tanq̄ parentheſis legenda eſt
hæc miſſio facta a ſuis ut reuerteretur. Venitqꝫ iarobbam ⁊ tota congre-
gatio iſrael: ⁊ locuti ſunt ad rechabbā dicendo. Pater tuꝰ aggra-
uauit iugū noſtrū. ꝓculdubio onerū. tu itaqꝫ imminue nūc paululū
de imperio patris tui duriſſimo ⁊ de iugo grauiſſimo quod impo
ſuit nobis. Iuxta hebræū habetur. ⁊ tu nūc alleuia de ſeruitute patris
tui dura ⁊ de iugo eiꝰ graui quod poſuit ſuper nos ⁊ ſeruiemꝰ ti-
bi. Quanuis ſalomon nullum iſraelitam preſſerit ſeruilibus operibus aut oneri-
bus (ut ſupraſcriptum eſt) tantum tamen oneris eis impoſuit in uectigalibus &
huiuſmodi ſubſidijs ut huiuſmodi onus appelletur ſeruitus dura grauecꝫ iugum.
Veritati autem inniti querelam hanc / teſtantur ſupraſcripta ꝙ ſalomon auxit tri
buta cum magnitudine prouentuū ſupraſcripta. Et dixit eis / ite vſqꝫ ad
tertiū diem ⁊ reuertimini ad me: ⁊ abijt populꝰ.

Inijtqꝫ conſiliū rex rechabbam cū ſenibus q̄ ſteterant corā ſe-
lomone patre eius cū viueret / dicendo: q̄uo vos cōſulitis redden
dū eſſe populo huic verbū? Qui dixerūt ei: ſi hodie fueris ſeruꝰ
populo huic ⁊ ſeruieris eis / reſponderiſqꝫ eis ⁊ locutꝰ fueris ad
eos verba bona, erūt tibi ſerui oībꝰ diebꝰ. Qui dereliquit conſi-
liū ſenū quod conſuluerant ei: ⁊ conſuluit adoleſcentes. Hebrai-
ce habetur. pueros. non abſolute ſed relatiue ad aſſiſtentes corā patre eius: erāt
enim iuuenes qui creuerant cum eo / qui iam erat quadragenarius. q̄ creuerāt
cū eo ⁊ aſſiſtebant illi. Scribitur hoc ut intelligamus nouos aſſiſtentes conſi-
lio regio aſſumpſiſſe roboham iuuenes. Dixitqꝫ ad eos: q̄d vos conſuli-
tis / ⁊ reſpondebimꝰ populo huic q̄ locutꝰ eſt ad me dicendo alle-
uia iugū quod poſuit pater tuꝰ ſuper nos? Et locuti ſunt ad eū
pueri q̄ creuerant cū eo dicendo: ſic dices populo huic q̄ locutꝰ eſt
ad te dicendo pr̄ tuꝰ aggrauauit iugū noſtrū ⁊ tu alleuia nos, ſic
loqueris ad eos / paruꝰ digitꝰ meꝰ maior eſt dorſo patris mei. Et
nūc pater meꝰ poſuit ſuper vos iugū graue / ego aūt addā ſuper
iugū veſtrū: pater meꝰ caſtigauit vos flagellis / ego aūt caſtiga-
bo vos ſcorpionibꝰ. Aſperius inſtrumentum ad uerberandum ſignificatur /
quod dicitur habere in ſummitate uirgarum plumbeas uel ferreas glandes.

Venitqꝫ iarobbam ⁊ totꝰ populꝰ ad rechabbam die tertio: ſi-
cut locutꝰ fuerat rex dicendo / reuertimini ad me die tertio. Reſ-
ponditqꝫ rex populo dura: ⁊ reliq̄t conſilium ſenum quod cōſu-
luerant ei. Et locutus eſt ad eos ſecundum conſilium puerorum
dicendo: pater meus aggrauauit iugum veſtrum ego autem ad-
dam iugo veſtro / pater meus caſtigauit vos flagellis ego autē

caſtigabo vos ſcorpionibus. Et non acquieuit rex populo: quia auerſatus fuerat euꝫ dominus. Hebraice habetur. quia fuit circumuentio a cum iehouah. Tanq̃ circũuentus fuit roboham non morẽ gerendo populo. deus enim ad firmandum uerbum ſuum quod dixerat per ꝓphetam de ſciſſione regni/ad inſtar circũuenientis eum ſe geſſit: dimittendo eum propriæ ſuperbiæ (cui conſonabant conſilia iuuenum) & non dando ei tantum lumen ut ſequeretur conſilia ſenum. Huiuſmodi autem circumuentio profecta ſignificatur a cum iehouah/hoc eſt a ſententia conſona ſummo deo. Quanuis intelligi poſſit ꝙ huiuſmodi circumuentio fuerit abductiua ab eſſe cum iehouah: præſertim ꝙ dictio interpretata circumuentio non proprie ſignificat circũuentionem / ſed ſonat (ſi dici licet) gyrationẽ ac per hoc amotionem ab eſſe cum ſummo deo. Vt ſuſcitaret. Legendum eſſet. Vt firmaret verbum ſuum quod locutus fuerat dominus in manu achi'ie ſilonite ad iarobham filiũ nebat. nam ſic habetur hebraice.

¶ Viditqꝫ totꝰ iſrael ꝙ non exaudiuit eos rex: ⁊ rñdit populꝰ ad regẽ dicendo, que nobis pars ĩ dauide/vel que hereditas. Legendum eſt. ⁊ non hereditas in filio iſſai. hoc eſt quæ nobis utilitas in domo dauidis regnante: & nulla eſt nobis res chara æſtimanda ex filio iſai. hæreditas enim pro re ualde æſtimanda ponitur/& pars nobis pro re utili nobis. nam quo ad electionẽ ipſi manifeſte habebant partem in dauide/quia elegerant eum in regem: ſed utilitatem negabant propter magna onera illis impoſita/ & diuitias ieruſalem & iudæ, tanq̃ regnum dauidis fuerit utile ac charum nõ iſraeli ſed habitantibus in iuda. Et quo ad utrunq; ingratus dauidi populus falſum dicebat: quoniam etiam ipſis teſtantibus magna eis utilitas e dauide/& ualde æſtimanda quieta poſſeſſio propriæ hæreditatis cuꝫ cõmuni pace ac libertate ab hoſtibus ex filio iſai ſecuta fuerat. ad tentoria tua iſrael/nũc vide domũ tuam dauid. Irridentis uerba ſunt / monſtrando domum dauidis priuatam ſucceſſione regni iſrael. ⁊ abijt iſrael in tentoria ſua. Super filios autem iſrael q habitabant in ciuitatibus iehude/regnauit rechabham. ¶ Miſitqꝫ rex rechabham adoram qui erat ſuper tributum / ⁊ lapidauit euꝫ totus iſrael lapidibus ⁊ mortuus eſt. Ad placandum populum blandis uerbis miſſus creditur: ſed furor populi exarſit in eum qui erat ſuper tributa eis exoſa. porro rex rechabham feſtinus aſcendit currum/ad fugiendum in ieruſalaim. Et rebellauit iſrael contra domũ dauid/ vſqꝫ in preſentem diem.

ET fuit cum audiſſet totus iſrael ꝙ reuerſus eſſet iarobham, miſerunt ⁊ vocauerunt eum ad congregationeꝫ/⁊ conſtituerunt eum regem ſuper totum iſrael. Quanuis ieroboham fuerit cũ iſraelitis alijs in ſichem cum defecerunt a rege roboham: quia tamen tumultuarie inde receſſerunt, congregato poſtea cœtu cum iam diuulgatum eſſet per uniuerſum iſraelem ꝙ reuerſus eſſet ieroboham/uocauerunt eum & elegerunt in regẽ: utpote inimicum ſalomonis/& uirum tanti animi ut etiam uiuente ſalomone oppoſuerit

ſe illi. Et ſic impleta eſt prophetia non ſolum ahiæ de ipſo ieroboham/ſed etiã iacob de eph'raim prælato menaſſi. fuit enim eph'raim electus a populo iſrael & a deo rex primus poſt ſciſſionem regni/longe præſtans abimelech filio gedeonis de tribu menaſſis: qui nec a deo nec ab iſraele ſed a ſechemitis olim fuerat factus rex/cum tam enormi fratricidio: ut ſcribitur iudi. ca. 9. non fuit poſt domum dauid niſi tribus iehude ſola. Uenit autem rechabham in ieruſalaim, ꝛ congregauit totam domum iehude ꝛ tribum bin'iamin/centum ꝛ octoginta millia electorum pugnatorum. lunge hæc uerba cum uerbis ſuperioris lineæ (vz niſi tribus iudæ ſola) & ppende quod diximus: vz ſub titulo iudæ duas tribus contineri: immo & multitudinẽ quoq; magnam ex alijs tribubus habitantẽ in territorio iudæ & ben'iamin. & ppterea præmiſſum eſt ꝙ roboham regnauit ſuper filios iſrael habitantes in ciuitatibus iudæ. Ut pugnarẽt cũ domo iſrael ad reducendũ regnũ rechabbã filio ſelomonis.

❡ Factus eſt autem ſermo dei ad ſemah'iam virum dei dicendo. Vtrobiq; eſt nomen elohim/iudicantis & gubernantis. Dic ad rechabham filium ſelomonis regem iehude/ ꝛ ad totam domũ iehude ꝛ bin'iamin ꝛ reſiduum populi dicendo. Sic dixit dominus: nó aſcenderis nec pugnabitis cum fratribus veſtris filijs iſrael/ reuertimini vnuſquiſq; in domum ſuam, a me enim factum eſt verbum hoc. Legendum eſt. fuit res iſta. proculdubio ſciſſio regni. audierũtq; ſermonem domini/ꝛ reuerſi ſunt de itinere iuxta verbum domini. Intellige de itinere inchoando: erãt. n. dũtaxat adunati. Mirũ ualde eſt ꝙ ſimplici uerbo uiri ſanctæ opinionis paruerint rex & exercitus in tanto negocio. uere apparet in hoc ꝙ deus in cordibus eorum operatus eſt retractionem a bello.

EDificauit autem iarobham ſechem in monte eph'raim ꝛ habitauit in ea: egreſſuſq; eſt inde ꝛ edificauit penuel. Tam penuel ꝙ̃ ſechem nomina ſunt propria locorum/quæ ædificio murorum muniuit ieroboham. ❡ Dixitq; iarobham in corde ſuo: nunc reuertetur regnum ad domũ dauid. Si aſcenderit popul9 iſte ad faciendum ſacrificia in domo domini in ieruſalaim, reuertetur cor populi huius ad dominum ſuuz/ad rechabham regẽ iehude: interficientq; me/ꝛ reuertentur ad rechabham regem iehude. Cerne euentum contrarium humano conſilio: putabatur ſtabiliri regnum iſraelis & domus dauidis in ieruſalem propter templum dei ibidem/& tamẽ inde occaſio accæpta eſt idolatriæ. Habuitq; rex conſiliũ/ꝛ fecit duos vitulos aureos. ſimiles aureo uitulo quem olim fecerat aharon quem coluerant iſraelitæ in deſerto. ꝛ dixit ad eos nolite vltra. Hebraice habetur. multum vobis aſcendere in ieruſalaim. Tanq; parcens labori itineris dicit rex populo. multum uobis aſcendere in ieruſalem. & propinquiores ſubiungens deos ait. ecce elohe tui iſrael qui te eduxerunt de terra egypti. Eiſdem utitur uerbis quibus uſi fuerant patres eorũ in deſerto de uitulo aureo: ut patet exo. 32. Poſuitq; vnũ

in beth'el: ⁊ alterum poſuit in dan. pro cõmoditate populi ad exonerandum eos a conuentu in unum atqꝫ eundem locum/ſicut hactenus fuerãt obligati ad eundum in ieruſalem. Et factum eſt verbum hoc in peccatum. Legendum eſt. Et fuit res iſta in peccatũ. Duo mala ſimul in hac re fuiſſe manifeſtat ſcriptura. alterum malum culpæ dicendo & fuit res hæc in peccatũ/ tam magnum & tam extenſum ut infinities in ſubſequentibus cõmemoretur. ibat enim populus ad adorandum vitulum vſqꝫ in dan. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ iuerunt populus ante vnum vſqꝫ dan. Alterum malum pœnæ manifeſtatur: vcꝫ longa uia ad unum uitulum colendum/ vcꝫ uſqꝫ dan. Et ſcribitur hoc ad manifeſtandum cæcitatem populi.

¶ Fecitqꝫ domum excelſorum: ⁊ fecit ſacerdotes de extremis populi. Parui refert ꝙ hebraice habetur. de angulis populi. Viri non clari deſcribuntur ex angulis: tanqꝫ uiri clari non in angulis ſed in publico uerſentur/obſcuri autem in angulis. Viles itaqꝫ uiri ſignificantur inſtituti ſacerdotes. qui non erant de filijs leui. Ad cumulum declinationis a lege moſis / hoc etiam ſubiunctum eſt. Fecitqꝫ iarobham ſolennitatem in menſe octauo. Vt nulla ex parte ſeruaret legem, inſtituit feſtum in octauo menſe/ cõmodo populis ad conueniendum: utpote collectis fructibus terræ omnibus. quintadecima die menſis in ſimilitudinem ſolẽnitatis que erat in iehuda / ⁊ obtulit ſuper altare. Similitudo ſignificatur ad feſtum ſolẽne tabernaculorum/ quod quintadecima die menſis ſeptimi celebrabatur ſecundum legem moſis. ſimiliter fecit. Hebraice habetur. ſic fecit in beth'el / immolando vitulis quos fecerat. narratur enim executioni mandatum ab ipſomet rege in beth'el ſic ut decreuerat. conſtituitqꝫ in beth'el ſacerdotes excelſorum que fecerat. Et obtulit ſuper altare quod fecerat in beth'el quintadecima die menſis octaui quem finxerat de corde ſuo. Repetendũ eſt. in menſe qui exiuit de corde eius. Ad differentiam mẽſis ſeptimi/qui decretus eſt authoritate diuina & non humana adinuentione. ⁊ fecit ſolennitatem filijs iſrael/⁊ obtulit ſup altare adolẽdo incenſum. Ipſe rex ſummi ſacerdotis officium aſſumpſit/adolendo thymiama ſuper altare.

CAPVT .XIII.

E T ecce vir dei. Nomẽ eſt elohim: quod ne oporteat ſæpe repetere/intellige in toto hoc capitulo quoties repetitur hic uir dei. miſſus enim ad denuncianda diuina iudicia fuit. venit de iehuda ĩ ſermone domini in beth'el: iarobham ſtãte iuxta altare ⁊ thurificante. Et clamauit contra altare in ſermone domini ⁊ ait: altarẽ altare ſic dixit dñs/ecce fili⁹ naſcit̃ domui dauidis ioſi'iahu noĩe. Vide quanto tempore ante prænunciauit futurum: nam longe poſt natus eſt ioſias rex qui hæc adimpleuit. ⁊ immolabit ſup te ſacerdotes excelſorum qui thurificãt ſup te/⁊ oſſa hominũ ſup te incẽdet. Alludens

Digitized by Google

ad altare dixit ſacrificabit ironice: hoc eſt in deteſtationem ſacrificij ueſtri ſacerdotes ipſos ſuper altare concremabit. quod enim dicitur de ſacerdotibus iſtis/, intelligitur de eis non uiuis ſed defunctis quantum ad corpora eorum: illa enim ioſias concremauit ſuper altare illud. Deditqꝫ in die illa ſignum dicendo: hoc eſt ſignum quod locutus eſt dominus/ecce altare ſcindetur ⁊ effundetur cinis qui eſt ſuper ipſum. Quia longe poſt futura annũciabat, ne uideretur cõminari dat ſignum præſens/ut credatur futurum. Et in hoc apparet magna dei benignitas ad monendum & regem & populum ut reſipiſcerent.

¶ Cunqꝫ audiſſet rex ſermonem viri dei quẽ inclamauerat contra altare i beth'el, extendit iarobham manum ſuam de altari dicendo apprehendite eum: ⁊ exaruit manus eius quam extenderat contra eum / ⁊ non potuit retrahere eam ad ſe. Altare quoqꝫ ſciſſum eſt/⁊ effuſus eſt cinis de altari: iuxta ſignum quod dederat vir dei in ſermone domini. Et reſpondit rex ⁊ dixit ad virum dei/deprecare queſo faciez domini dei tui ⁊ ora pro me vt reuertatur manus mea ad me: orauitqꝫ vir dei faciem domini, ⁊ reuerſa eſt manus regis ad eum/⁊ fuit ſicut prius. ¶ Locutus eſt autez rex ad viꝝ dei: veni mecũ domũ ⁊ prande/⁊ dabo tibi munera. Dixitqꝫ vir dei ad regem: ſi dederis mihi dimidiũ domꝰ tue/, non veniã tecũ, nec comedã panẽ nec bibã aquã in loco iſto. Sic enim preceptũ eſt mihi in ſermone dñi dicendo: non comedes panẽ neqꝫ bibes aquã/nec reuerteris per viam qua iueris. Et abijt per aliam viã: ⁊ nõ eſt reuerſus ꝑ viã qua venerat i beth'el.

PRopheta aũt qdã ſenex hitabat i beth'el. De iſto ſcribiť in libro quarto ꝙ uenerat de ſamaria ad differẽtiã añdicti ꝓphetæ ꝗ uenerat de iuda. Appellať aũt iſte ꝓpheta qa ꝓfeſſionẽ faciebat ꝓphetãdi: malus aũt apparet ex opibus ſuis. Veneruntqꝫ filij eiꝰ/⁊ narrauerũt ei oia opa que fecerat vir dei illa die in beth'el ⁊ verba que locutꝰ fuerat ad regem narrauerunt patri ſuo. Et locutus eſt ad eos pater eoꝝ/per quaz viam abijt? ⁊ oſtenderunt filij eius viam per quã abierat vir dei qui venerat de iehuda. Et ait filijs ſuis/ſternite mihi aſinũ: ſtraueruntqꝫ ei aſinum/⁊ equitauit ſuper eum. Abijtqꝫ poſt virum dei/⁊ inuenit eum ſedentem ſub terebintho. Hebraice habetur. ſub quercu. quieſcebat enim/utpote laſſus. ⁊ ait ei/tune es vir dei qui veniſti de iehuda? ⁊ dixit/ſum. Dixitqꝫ ad eum: veni mecum domum/ ⁊ comede panem. Qui ait: non poſſum reuerti tecum nec venire tecum/nec comedam panem nec bibam aquã tecum in loco iſto. Quia locutus eſt dominꝰ ad me. Iuxta hebræum habetur. Quia verbum mihi in ſermone domini. nec toties repetitur dei nomen. nõ comedes panem ⁊ non bibes ibi aquam / nec reuerteris per viam qua iueris. Et dixit ei/etiam ego ſum propheta ſicut tu: ⁊ angelus lo

cutus eſt

citus eſt ad me in ſermone domini dicendo/reduc eum tecum in domum tuam ⁊ comedat panem ⁊ bibat aquam: mentitus eſt ei. Ecce manifeſtum de induſtria mendacium iſtius prophetæ ex ſamaria. Reduxitqꝫ eum: ⁊ comedit panem in domo eius ⁊ bibit aquam.

⁋Cumqꝫ ſederent ad menſam, factus eſt ſermo domini ad prophetam qui reduxerat eum. Ecce donum prophetiæ datum malo prophetæ. Et clamauit ad virum dei qui venerat de iehuda dicendo: hic dixit dominus/pro eo ꝙ inobediens fuiſti ori domini ⁊ nõ cuſtodiſti mandatum quod precepit tibi dominus deus tuus. non meus, quia ipſe colebat uitulos aureos. Sed reuerſus es ⁊ comediſti panem ⁊ bibiſti aquam in loco de quo locut⁹ eſt ad te non comedas panem neqꝫ bibas aquam. Facilis fuit ad credendum ignoto prophetæ ꝙ reuocaſſet deus præcæptum. Nec excuſabilis erat: quia dimiſit certum & adhæſit incerto: diuinum ſiquidem præcæptum ei factum erat certum/reuocatio autem dicta per prophetam ſamariæ erat incerta uiro dei. non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum. Leuis pœna monſtrat ueniale fuiſſe peccatum iſtius ſancti uiri: non enim ex intentione ſed decæptus peccauit peccato inobedientiæ.

⁋Cumqꝫ comediſſet panem ⁊ bibiſſet, ſtrauit ei aſinum/prophete quem reduxerat. Abiuitqꝫ/⁊ inuenit eum leo in via ⁊ occidit eum. Maiori pœna punitus eſt q̃ꝫ fuerit reuelata prophetæ ſamariæ: nam ſola priuatio paterni ſepulchri prædicta fuerat/& præter eã punitus eſt occiſione a leone. ⁊ erat cadauer eius proiectum in via, ⁊ aſinus iuxta illud/⁊ leo ſtans iuxta cadauer. Ad teſtificandum publice tum diuinam punitionē inobedientiæ/tum diuinum fuiſſe ſermonem dictum ab iſto occiſo, effecit deus duo: & ꝙ leo occidit eum/& ꝙ cuſtos tã occiſi q̃ꝫ aſini eſſet leo. ut & ex pœna inobedientis & ex cuſtodia leonina pateret omnibus ꝙ uere deus miſerit illum/uerusqꝫ fuerit ſermo eius. niſi enim uere fuiſſet diuinus ſermo/non fuiſſet punitus ipſe transgreſſor illius ſermonis. ipſe enim met dixerat inter alia fuiſſe ſibi mandatum a deo ne comederet & biberet ibi. Et ne aſcriberetur occiſio illius cauſis ſecundis ſed diuino iudicio, adiunctum eſt miraculum leoninæ cuſtodiæ tum cadaueris ut ſepeliretur/tũ aſini ut portaret cadauer ad ſepulchrum: ut omni ex parte pateret fuiſſe illū uere miſſum a deo. nã & ſic adimpleta quoqꝫ eſt prophetia reuelata prophetæ ex ſamaria.

⁋Et ecce tranſeuntes viderunt cadauer proiectum in via/⁊ leonem ſtantem iuxta cadauer: veneruntqꝫ ⁊ locuti ſunt in ciuitate in qua propheta ſenex manebat. Audiuitqꝫ propheta qui reduxerat eum de via ⁊ ait: vir dei eſt qui inobediens fuit ori domini, ⁊ tradidit eum dominus leoni ⁊ confregit eum ⁊ occidit eũ/iuxta verbũ dñi qđ locut⁹ ē ei. Hæc ultima uerba (iuxta uerbũ dñi &c.) nõ referunť ad occiſionē ſed ad inobedientiã. neutri. n. reuelata fuerat hmõi occiſio: ſed

uiro dei reuelatum fuerat ut non comederet neq; biberet ſibi. & ſecundum hunc ſermonem diuinum inobediens inuentus eſt: quia nõ paruit ei. **Locutuſq; eſt ad filios ſuos dicendo/ſternite mihi aſinũ: ⁊ ſtrauerũt. Et abiit/ ⁊ inuenit cadauer eius proiectum in via/ ⁊ aſinum ⁊ leonem ſtantes iuxta cadauer: non comedit leo cadauer/neq; cõfregit aſinũ. Tulitq; propheta cadauer viri dei.** Intelligens myſterium/ non timuit leonem: & opus humanitatis exhibuit uiro dei tollendo cadauer eius. **⁊ poſuit illud ſuper aſinum ⁊ retulit illud: venitq; ad ciuitatem propheta ſenex ad plangendum ⁊ ſepeliendum eum. Et poſuit cadauer eius in ſepulchro ſuo.** Ecce adimpleta prophetia priuationis proprii ſepulchri. **⁊ planxerunt ſuper eum heu frater mi. ¶ Cũq; ſepeliſſet eum/dixit ad filios ſuos: cum mortuus fuero ſepelite me in ſepulchro in quo vir dei ſepultus eſt/⁊ iuxta oſſa eius ponite oſſa mea.** Hinc apparet ꝙ propheta iſte ex ſamaria/cultor erat uitulorum aureorum. naʒ propterea cauit ne oſſa ſua comburerentur a ioſia cum aliis comburendis ab eodem iuxta uerbum uiri dei: hæc enim ratio ſubiungitur. cogitauit enim quod & euenit: uidelicet ꝙ ioſias intactum relicturus eſſet ſepulchrum uiri dei. **Profecto enim veniet ſermo quem exclamauit in ſermone domini contra altare quod ẽ in beth'el: ⁊ contra omnes domos excelſorum que ſunt in ciuitatibus ſomeron.** Videns adimpletam reuelationem ſibi factam de ſepulchro uiri dei & diuinum miraculum adhibitum pœnæ uiri dei, credidit uerum dei prophetam fuiſſe illum occiſum/& uentura eſſe quæ prædixit.

POſt verbum hoc non eſt reuerſus iarobham a via ſua mala. Obſtinatio ieroboham deſcribitur/ꝙ uiſis tot miraculis in teſtimonium diuini nuncii non reſipuit. **ſed e contrario.** Legendum eſt. **⁊ reuerſus eſt.** a beth'el. **fecit de nouiſſimis populi.** Hebraice habetur. **⁊ fecit de angulis populi ſacerdotes excelſorum.** Præter ſacerdotes inſtitutos in aris uitulorum aureorum/narrantur inſtituti ſacerdotes excælſorum. delectabatur enim populus ſacrificare in locis excælſis & amœnis ubi erant arbores. Et hoc ad cumulum peccati ieroboham dicitur: commoditatem enim per hoc dedit populo ſacrificandi ubiq; in locis delectabilibus. **qui volebat implebat manum ſuam/⁊ erat ſacerdos excelſorũ.** Per adimpletionem manus conſecratio ſacerdotis ſignificatur ad inſtar ſacerdotum legaliũ/qui fiebant unctione manus. ipſa enim unctio impletio manus dicitur. Et intellige ſacerdotes excælſorum ſacrificare in honorẽ eorũdem uitulorum/quemadmodum iſraelitæ conſueuerant in excælſis immolare deo. **Et propter hãc cauſam peccauit domus iarobham.** Iuxta hebræum habetur. **Et fuit ſicut res iſta in peccatum domui iarobham.** Res iſta demonſtrat geſta ieroboham circa hanc idolatriam uniuerſa: fuerunt enim imputata in peccatum domui eius ſecundum manifeſtam pœnam in hoc mundo. de qua ſubiungitur. **⁊ euerſa eſt ⁊ deleta.** Iuxta hebræum habetur. **⁊ ad de-**

Digitized by Google

ſtruendum ⁊ ad deſtruendum e ſuperficie terre. Verum aduerte ꝙ hebraico more maius præponitur minori. nam peius ſignificat primum deſtruere q̃ ſecundum / ſi hebraicæ dictiones penſentur: pœna enim hæc ſubſecuta inferius ſcribitur.

CAPVT .XIIII.

IN tempore illo egrotauit abi'ia filius iarobham. Dixitq; iarobham ad vxorem ſuam / ſurge queſo ⁊ muta habitu; ⁊ nõ cognoſcatur ꝙ ſis vxor iarobham: ⁊ vade in ſilo/ ecce ibi eſt achi'ia propheta qui locutus eſt mihi ꝙ regnaturus eſſem ſuper populum hunc. Tolleſq; in manu tua decem panes ⁊ cruſtulas. Aiunt panem quidem ſed quadam ſpeciali forma factum tanq̃ pictum ſignificari per cruſtulam. ⁊ lagenam mellis ⁊ vade ad eum: ipſe indicabit tibi quid futurum ſit puero. ¶ Et fecit ſic vxor iarobhã/ ⁊ ſurrexit ⁊ iuit in ſilo/ ⁊ venit in domũ achi'ie: at achi'ia nõ poterat videre / quia caligauerant oculi eius pre ſenectute eius.

DIxit autem dominus ad achi'iam: ecce vxor iarobham venit vt conſulat te ſuper filio ſuo ꝗ egrotat/ hec ⁊ hec loqueris ei: ⁊ cum intrabit/ ſe eſſe aliã ſimulabit. Cunq; audiſſet achi'ia ſonitum pedum eius introeuntis in portã/ dixit: ingredere vxor iarobham/ cur aliam te eſſe ſimulas? ⁊ ego miſſus ſum ad te durus nuncius. Vade dic ad iarobham: ſic dixit dominus deus iſrael/ pro eo ꝙ exaltaui te de medio populi ⁊ dedi te ducem ſuper populum meum iſrael. Et ſcidi regnũ de domo dauid/ ⁊ dedi illud tibi: ⁊ non fuiſti ſicut ſeruus meus dauid, ꝗ cuſtodiuit mandata mea ⁊ ꝗ ambulauit poſt me in toto corde ſuo/ ad faciendũ tantũ quod rectũ erat in oculis meis. Sed operatus es male pre oĩbus ꝗ fuerũt ante te: ⁊ iuiſti ⁊ feciſti tibi deos alienos ⁊ ꝯflatiles ad irritandũ me. Vere peius fecit ieroboham q̃ quicunq; alius non ſolum rex ſed etiam cuiuſcũq; conditionis in iſrael. ingratiſſimus enim deo / coegit regnum ad idolatriam perpetuam, quod ante ipſum nullus fecerat. Et quod amplius eſt. me autẽ proieciſti poſt tergũ tuũ. Minus poſtea peccauerunt ſamaritani/ ꝗ colẽtes deos colebant quoq; ſummum deum. Minus quoq; peccauerat ſalomon: qui non reliquit cultum ueri dei quãuis ſacrificauerit alijs/ nec coegit populum ad receſſum a cultu ueri dei: ſed tu reliquiſti cultũ meũ & coluiſti deos alios. Idcirco ego adducã mala ſup domũ iarobhã, ⁊ excidã de iarobhã mingentẽ ad parietẽ. hoc eſt nemine excæpto. ⁊ clauſu; ⁊ nouiſſimũ ĩ iſrael. Hebraice habetur. ⁊ retentum ⁊ derelictum ĩ iſrael. Punienda prædicitur non ſolum domus ierobobam ſed uniuerſitas iſraelis / ab aſſociatis uſq; ad derelictos. dictio enim interpretata retentum non ſignificat retentos ui ſed frequenti cœtu

ſunctos. explicãtur enim omnes iſraelitæ puniendi nominando hæc duo genera: uidelicet tuentium ſe cœtu & derelictorum. ⁊ mũdabo reliquias domus. Hebraice habetur. poſt domum iarobbam. ſed interpres pro poſt poſuit reliquias. ſicut mundari ſolet fimus uſq; ad purum. Litera iſta du-pliciter legitur: quia dictio interpretata fimus anceps ẽ ad ſtercus uel ad dentem. ſi enim in ſenſu uulgatæ æditionis legitur, ſententia plana ſignificatur ſucciden-dos eſſe poſteros domus ieroboham uſq; in finem (hoc eſt penitus) quemadmo-dum ſucciditur ſtercus. Si uero legitur. ⁊ ſuccidam poſt domũ iarobbam ſicut deſtruet dens uſq; ad finire ſuum. ſententia hæc relata ad con-ſumptionem iſraelis/conſona inuenitur: ut poſt domum ieroboham punitã/iſra-el ſignificetur ſuccidendus paulatim, quemadmodum deſtruitur cibus dentibus molitus uſq; quo finiatur. huiuſmodi enim pœnam regni iſrael euentus compro-bauit: ut teſtant̃ ſubiuncta in hoc libro & quarto. Mortuum de iarobbam in ciuitate/comedent canes, ⁊ mortuum in agro/comedẽt aues celi: quia dominus locutus eſt. ¶ Tu autem ſurge/ uade in do-mum tuam: in introitu pedum tuorum in ciuitatẽ/ morietur pu-er. Et planget eum totus iſrael ⁊ ſepeliet eum: iſte enim ſolꝰ in-feretur de iarobbam in ſepulchrum. Intellige ſolus non incluſo ipſo ie-roboham: propterea enim dicitur de ieroboham. quia inuentus eſt ſuper eo ſermo bonus a domino deo iſrael. Legendum eſt. eo ꝙ inuenta eſt in eo res bona ad iehouah elohe iſraelis ĩ domo iarobbam. Quid autem fecerit iſte boni/non eſt authentica traditum ſcriptura. Conſtituet au-tem ſibi dominus regem ſuper iſrael. Prophetatur rex bahaſa de quo in ſequenti erit capitulo ſermo. qui percutiet domũ iarobbã ĩ hac die ⁊ in hoc tempore. Hebraice habetur. hac die/ ⁊ quid etiam nunc? Non ad ipſam percuſſionem ſed ad percutiendos refertur hoc tempus. & eſt ſenſus ꝙ bahaſa futurus rex excidet domum ieroboham non quo ad ſucceſſuros lõge poſt ſed hodie immo ſed nunc uiuentes. prædicit enim infra tam breue tẽpus exciden-dam eſſe domum ieroboham ab illo rege ut etiam illi qui ſunt uiui nunc ex domo ieroboham/excidendi ſint. ¶ Et percutiet dñs iſraelem ſicut moueri ſolet arũdo ĩ aqua. Redit ad pœnã iſraelis deſcribendã duplicẽ. alterã quo ad reges ꝙ ꝑcutietur iſrael hac plaga ut agitetur uaria promotione regũ quẽadmo-dũ agitatur arũdo: hoc eſt multitudo arundinũ in aq̃s naſcentiũ/ quæ ſunt fragi-liores alijs arũdinibus. Et hæc pœna experiẽtia ꝯprobata eſt. ita ꝙ in regno iudæ ſtabilis erat ſucceſſio regũ ex domo dauidis: in regno autem iſraelis uaria ualde fuit uſurpatio regni/mõ ab iſto mõ ab illo. ⁊ euellet iſraelẽ de terra bona hac quam dedit prĩbꝰ eoꝝ. Altera pœna expulſionis iſraelis de terra pro-miſſionis prædicit̃. ⁊ diſꝑget eos trãs flumẽ. Euphrates ſignificat̃. eo ꝙ fecerũt lucos ſuos. ꝓ cultu idoloꝝ. irritãtes dñm. Et tradet iſrae-lẽ: pp pctã iarobbã/ꝗ peccauit ⁊ ꝗ peccare fecit iſraelẽ. Libra ꝙ̃ gra-ue fuerit peccatum ieroboham, ꝙ ꝓpter illud effuſum in populo/eiectus eſt uni-uerſus populus iſrael de terra ſua.

¶ Surrexit itaqꝫ vxor iarobham / ⁊ abijt ⁊ venit thirzam : ipſaqꝫ ingrediente limen domus puer mortuus eſt. Non caret quæſtione tempus mortis iſtius iuuenis : eo ꝙ propheta dixerat matri cum moriturum ueniente pede eius ad ciuitatē/modo autem narratur obitus ingrediente illa limen domus: tardior.n.uidet̄ obitus ꝙ̄ prædictus fuerat. Solutio eſt ꝙ ꝑ eodem tempore ſupputatur tempus totum ab ingreſſu mulieris in ciuitatem uſqꝫ ad ingreſſum in domum propriam/tanqꝫ quoddam præſens confuſuꝫ: & eo magis ꝙ rex (ut par eſt credere) in platea portæ ciuitatis (utpote nobiliore loco) habitabat. Et ſepelierunt ac planxerūt eum totus iſrael: iuxta ſermonē domini quem locut⁹ fuerat i manu ſerui ſui achi'iahu prophete.

¶ Reliquum autem verborum iarobham/quomodo pugnauit ⁊ quomodo regnauit: ecce ſcripta ſunt in libro verborum dierum. hoc eſt in annalibus. regum iſrael. Et ſimile intellige cum ſimilis ſcribitur ſententia de libro uerborum dierum regum iudæ / ne oporteat idem ſæpe repetere. Dies autem quibus regnauit iarobham/ vigintiduo anni ſunt: dormiuitqꝫ cū patrib⁹ ſuis/ ⁊ regnauit nadab fili⁹ ei⁹ pro eo.

Porro rechabbam filius ſelomonis regnauit in iehuda: fili⁹ quadraginta ⁊ vnius annorum erat rechabbam cū regnare cepit / ⁊ decem ⁊ ſeptem annis regnauit in ieruſalaim ciuitate quam elegit dominus vt poneret nomen ſuum ibi ex omnibus tribubus iſrael: ⁊ nomen matris eius nahama hammonithis. Non ſaltat author libri/ſed propoſitum exequitur: videlicet ſcribere alternatim ſuccedentes reges in regnis duobus/iudæ & iſrael. Et fecit iehuda malum in oculis domini. poſt trienniū/ut paralipomenon ſupplet. ⁊ irritauerūt eū ſup oib⁹. Legendū eſt. pl⁹ oib⁹ que fecerūt pr̄es eoꝝ in pctis ſuis qb⁹ peccauerūt. Et iſtud plus manifeſtat̄ ꝑ ſubiūcta. Edificaueruntqꝫ ēt ipſi ſibi excelſa ⁊ ſtatuas ⁊ lucos: ſup oēm collē excelſum/ ⁊ ſubter oēm arborē frondoſam. ut hinc pateat manifeſta idolatria. Et ēt effeminati fuerunt in terra: fecerunt ſecundum omnes abominationes gentium quas eiecit dominus a facie filiorum iſrael. Quemadmodum meretrix a ſcriptura appellatur parata/ita puer meritorius appellat̄ paratus. Vide in quantam proruperunt cæcitatem/ut pueros meritorios publice haberent in terra ſancta imitantes abominationes ethnicorum.

¶ In qnto aūt āno regis rechabbam/aſcēdit ſiſac rex egypti ꝯtra ieruſalaim. Nō caret rōne ꝙ ierobohā rex iſrael ꝓuocauerit ſiſac ad quem confugerat olim ut inuaderet regnū iudæ: deus aūt uſus eſt illo ad puniendū populū ſuū. Et tulit theſauros dom⁹ dn̄i ⁊ theſauros dom⁹ regis / ⁊ oia tulit: tulitqꝫ oia ſcuta aurea que fecerat ſelomo. mitigante deo pœnā: ut ſcribit̄ i.2.parali.ca.12. Et fecit rex rechabbam pro eis ſcuta erea: ⁊ tradidit ea in manu principum curſorum / cuſtodientium portam domus regie. Cunqꝫ ingrederetur rex domum domi-

nſ. Hinc apparet ꝙ roboham rex iudæ non deſeruit cultum ſummi dei. poꝛtabant ea curſoꝛes/⁊ repoꝛtabant ea ad cameram curſoꝝ.

¶ Reliquum autem verboꝝ rechabbam ⁊ omnia que fecit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libꝛo verboꝛum dierū regū iehude? Fuitqȝ bellum inter rechabbam ⁊ iarobbam omnibus diebus. Doꝛmiuitqȝ rechabbam cum patribꝰ ſuis / ⁊ ſepultus eſt cū eis in ciuitate dauid: ⁊ nomen matris eius nabama hāmonithis, ⁊ regnauit abi'iam filius eius pꝛo eo.

CAPVT .XV.

Et anno decimooctauo regni iarobbam filij nebat / regnauit abi'iam ſuper iehudam. Tribus annis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eius mahacha filia abeſalom. Quod ideo ānotauerīȝ/ne legas abſalom ſȝ abiſalom. Ambulauitqȝ in omnibus peccatis patris ſui que fecerat ante eum: nec fuit coꝛ eius perfectum cum domino deo ſuo / ſicut coꝛ dauid pr̄is eiꝰ. Sed pꝛopter dauid dedit dominus deꝰ eiꝰ ei lucernā in ieruſalaim: vt ſuſcitaret filium eius poſt eum / ⁊ vt ſtare faceret ieruſalaim. Aperte dicitur ꝙ non propter paterna merita regnauit iſte/ſed propter merita dauidis. Eo ꝙ feciſſet dauid rectum in oculis domini: ⁊ non declinaſſet ab omnibus que pꝛeceperat ei omnibus diebus vite ſue/excepto ſermone vꝛie ethei. Rectius legeret. pꝛeter rem vꝛ'ie chitthei. Sed quæſtio ſurgit de ueritate huius ſententiæ. nam quicquid ſit de alijs peccatis dauidis quæ ſcriptura non aperte manifeſtat fuiſſe peccata, perſpicuum eſt narratum illius peccatum numerādo populū: propter quod tam ſæua peſtis occidit ſeptuaginta millia uirorum triduo: ut ſupius in calce ſecundi libri ſcriptum eſt. quomodo igitur uerificatur dauidem omnibus diebus uitæ ſuæ ſeruaſſe omnia diuina præcæpta niſi in re uriæ ethæi/ qua cōmiſit & adulterium & homicidium? ¶ Solutio eſt ꝙ ſcriptura hoc in loco loquitur de peccatis enormibus. Ita ꝙ non eſt ſenſus dauidem in ſola re uriæ ethæi peccaſſe, ſed in ſola ipſa peccaſſe enormiter. alia enim dauidis peccata quamuis grauia/ non tamen enormia fuerunt. Nam peccatum numerationis populi tam grauiter punitum/fuit peccatum uanitatis & ignorantiæ. uanitatis quidem quo ad affectum: ignorantiæ autem quo ad non ſeruatam legem decernentem debere ſolui medium ſicli a quolibet numerato. Bellūqȝ fuit inter abi'iam ⁊ iarobbam omnibus diebus vite eius. Reliquum autem verboꝝ abi'iam ⁊ omnia que fecit/nōne ipſa ſcripta ſunt i libꝛo verboꝝ dieꝝ regum iehude? fuitqȝ pꝛeliū inter abi'iam ⁊ inter iarobbam. Hoc prælium diffuſe ſcribitur. 2. parali. 13. ubi confidentia iſtius abiæ in ſummo deo narratur cauſa præclaræ uictoriæ. Et doꝛmiuit abi'iam cū patribꝰ ſuis/ ⁊ ſepelierunt eū in ciuitate dauid: regnauitqȝ aſa filiꝰ eiꝰ pꝛo eo.

Google

ANnoq; vigeſimo iarobbã regis iſrael/regnauit aſa ſup iehudam. Occurrit quaeſtio:quia in principio huius capituli ſcriptũ eſt ꝙ anno decimooctauo regni ieroboham regnauit in ieruſalem abias / & ꝙ tribus ãnis regnauit : quomodo igitur uerificatur ꝙ filius eius regnauerit in anno uigeſimo regni ieroboham? Solutio eſt ꝙ ipſe annus decimuſoctauus ſupputatur primus annus regni abiae: & ſic triennium eius durauit uſq; ad calcem anni uigeſimi regni ieroboham/ita tamẽ ꝙ in calce eiuſdem uigeſimi anni inceperit regnare filius eius.nõ enim oportet tres illos ãnos intelligere pfecte ↄpletos. Et ſimili modo recolito concordare annos ſuccedentium regum ubi ſimilis diſſonantia occurret/ne ſit opus ſimilia ſemper repetere. Et quadraginta ⁊ vno ãnis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eius mabacha filia abiſalom. Aduerte ꝙ altera eſt haec mabacha a ſuperius ſcripta : illa enim fuit mater abiae/iſta uxor eius. Et quoniam filiae fuerunt eiuſdem patris & eiuſdem nominis/apparent una.pater enim & filius acceperunt duas ſorores eiuſdem nominis. Fecitq; aſa rectum in oculis domini/ſicut dauid pater eius. Et tranſire fecit effeminatos de terra. Meritorij ſignificantur pueri. ⁊ amouit omnes ſordes idolorum que fecerant patres eius. Et etiam mabacham matrem ſuam amouit ne eſſet princeps in ſacris priapi ⁊ in luco eius quem conſecrauerat. Hebraice habetur. que fecit horrendum in quercu. Verum honeſto uocabulo ſcriptura narrat turpe idolum quod uulgata aeditio explicat. Amouit itaq; aſa matrem ſuam a principatu huiuſmodi cultus/uel etiam a principatu abſolute in poenam huius peccati. ſubuertitq; ſpecum eius ⁊ confregit ſimulachrum turpiſſimum. Hebraice habetur. ⁊ incidit aſa horrendũ eius/⁊ combuſſit in torrente cid'ron. Lucum ſeu quercum cum horrenda forma turpitudinis/ ſuccidiſſe & combuſſiſſe(ut penitus extingueretur huiuſmodi nequitia) narrat. Excelſa autem non abſtulit. Hebraice habetur. Et excelſa nõ amouerunt. Et eſt ſermo de excaelſis in quibus ſacrificabatur deo uero. Et ſignificanter dicitur non amouerũt/ut intelligamus populum fuiſſe in cauſa quare non fuerint ablata excaelſa.rex enim permittendum hoc populo cenſuit: ne delectatio immolandi in excaelſis/ abduceret eos a cultu dei ad idolatriam. Verũtamen cor aſe fuit perfectũ cum dño omnibus diebus eius. quantum ad cultum ſolius ſummi dei.quamuis minorem fiduciam in fine uitae ſuae monſtrauerit ſe habere in deo ꝙ̃ habere debuiſſet: & aliter etiam peccauerit/ut paralipomenon manifeſtat. Et intulit ea que ſanctificauerat pater eius ⁊ vouerat in domum domini. Hebraice habetur. Et intulit ſanctificationes patris ſui ⁊ ſanctificationes domus domini: argentum ⁊ aurum ⁊ vaſa. Duo genera dicatorum deo auri argenti & uaſorum narrantur illata:uidelicet dicata ab abia patre eius/& ea quae erant ipſius templi.

BEllum autem fuit inter aſam ⁊ babaſam regem iſrael omnibus diebus eorum. Aſcenditq; babaſa rex iſrael in iudam. Legendũ eſt. Et aſcendit babaſa rex iſrael ſuper iehudam. Nec dici

Digitized by Google

tur q̃ rex iſrael uenerit in territorium iudæ ſed ſupra illud: hoc eſt ad locum quaſi portam territorij iudæ: ut ſubiuncta inſinuant. ⁊ edificauit ramã. Dictionem hebraicam reliquerunt: cum latine potuiſſent dicere. excelſa ad non dandũ egredientẽ ⁊ ingredientẽ aſe regi iehude. narrat̃. n. q̃ ædificauit ædificia excælſa iuxta introitũ regni iudæ ut nec ingreſſus nec egreſſus tutus eẽt. ¶ Tulit itaq; aſa totũ argentũ ⁊ aurũ que remãſerant in theſauris domꝰ domini ⁊ in theſauris domꝰ regis/⁊ dedit ea in manu ſeruorũ ſuorũ. Hæc ẽ minor fiducia regis aſæ ĩ uero deo: de qua repræhẽſus a propheta poſtea narrabit̃. miſitq; ad benadab. Corrupta ẽ litera: legendũ ẽ. ad ben'hadad filiũ tab'rimmon filij chez'ion regẽ ſyrie q̃ habitabat ĩ damaſco dicendo. Nec ſonat ben'hadad nomen ꝓpriũ/ſed filium hadad. Et forte eſt nomen propriũ / ſicut barptholomæus quod ſonat filium ptholomæi. certum eſt q̃ nos utimur ben'hadad pro nomine proprio. Fedus eſt inter me ⁊ te/inter patrem meũ ⁊ patrem tuũ: ecce miſi tibi munꝰ argentũ ⁊ aurũ/ vade irrita fedus quod habes cũ bahaſa rege iſrael ⁊ recedat a me. Minus dicitur & plus ſignificatur: uidelicet ut bellum moueat contra regem iſrael ad hoc ut recedat a cœpta ædificatiõe. Acquieuitq; ben'hadad regi aſe: ⁊ miſit principes exercitus ſui in ciuitates iſrael, ⁊ percuſſit hi'ion ⁊ dan ⁊ abel'beth'mahacham / ⁊ totã chinneroth cũ tota terra naphthali. ¶ Quod cũ audiſſet bahaſa/ intermiſit edificare ramã: ⁊ reuerſus eſt thirzam. Rex autem aſa miſit nuncium per totum iehudam/nemo ſit excuſatus. ab opere hoc tollendi omnia de ædificijs excælſis incœptis a rege iſrael: ut celeriter tam deſtructio q̃ uectio fieret tunc cum pro ſe habebat regem ſyrie contra regem iſrael. ⁊ tulerũt lapides rame ⁊ ligna eius q̃bus edificauerat bahaſa / ⁊ extruxit ex eis rex aſa ghebah bin'iamin ⁊ mizpam.

¶ Reliqua autem omnium verborum aſe ⁊ tota fortitudo eius ⁊ omnia que fecit ⁊ ciuitates quas extruxit: nõne ipſa ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ regũ iehude: verũtamen tẽpore ſenectutis ſue doluit pedes. Diffuſe hoc ſcribitur in paralipomenon. Dormiuitq; aſa cum patribus ſuis/⁊ ſepultus eſt cum eis ĩ ciuitate dauid patris ſui: ⁊ regnauit iehoſaphat filius eius pro eo.

NAdab vero filius iarobham regnauit ſuper iſrael ãno ſecundo aſe regis iehude: ⁊ regnauit ſuper iſrael duobus annis. Et fecit malum in conſpectu domini: ambulauitq; in via patris ſui/⁊ in peccato eius quo peccare fecit iſraelem. Inſidiatꝰ eſt aũt. In hebræo habetur. Et colligauit. hoc eſt coniurationem fecit multorum. contra eum bahaſa filius achi'ie de domo iſaſchar. Ecce tranſlatio regni iſrael de tribu ephraim in tribum iſachar. ⁊ percuſſit eum bahaſa in gibbethon que eſt peliſthinorũ: nadab. n. ⁊ totꝰ iſrael obſidebãt gibbethon. In caſtris militaribus occiſus nadab rex a bahaſa narrat̃: ad inſinuandum q̃ bahaſa capita exercitus ſecum habebat / & facile ibidem uſurpare

ſibi regnum poterat. Interfecitqȝ eũ bahaſa ĩ ãno tertio aſe regis iehude: ⁊ regnauit pꝛo eo. Cumqȝ regnaret/percuſſit totã domum iarobham/ non dimiſit aliquam animã de iarobham donec deleret eũ: iuxta verbũ domini quod locutus fuerat in manu ſerui ſui achi'ie ſilonite. Pꝛopter peccata iarobham/q peccauit ⁊ qui peccare fecit iſraelem: in irritatione eius qua irritauit dominũ deum iſrael. Ecce impleta prophetia ahiæ de deletione domus ieroboham ſcripta in præcedenti capitulo. Reliqua autem verboꝛum nadab ⁊ omnia que fecit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libꝛo verborum dierum regum iſrael?

¶ Fuitqȝ bellum inter aſam ⁊ bahaſam regẽ iſrael omnibꝰ diebꝰ coꝛũ. Anno tertio aſe regis iehude/regnauit bahaſa filiꝰ achi'ie ſuper totum iſrael in thirza vigintiquattuoꝛ annis. Nota hanc literam iunctam præcedenti/uidelicet ꝙ duntaxat anno ſecũdo & tertio regni aſæ regnauit nadab & ſucceſſor eius bahaſa in calce quoqȝ eiuſdem tertij ãni aſæ incæpit regnare: quoniam hinc clare habetur ꝙ bahaſæ regnum non tranſiuit uigeſimumſeptimum annum regni aſæ regis iudæ. & hoc ꝓpter quæſtionem emerſuram in principio.16.ca.2. parali. Et fecit malum in oculis domini: ambulauitqȝ in via iarobham/⁊ in peccato eius quo peccare fecit iſraelem.

CAPVT .XVI.

Factus eſt autem ſermo domini ad iehu filium chanani/ contra bahaſam dicendo. Pꝛo eo ꝙ exaltaui te de puluere/⁊ poſui te ducem ſuper populum meũ iſrael: ⁊ ambulaſti ĩ via iarobhã ⁊ peccare feciſti populũ meũ iſrael irritando me in peccatis eoꝝ. Ecce ego demetam poſterioꝛa bahaſe ⁊ poſterioꝛa domus eiꝰ. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Ecce ego deſtruens poſteros bahaſe ⁊ poſteros domꝰ eius: ⁊ dabo domũ tuã ſicut domũ iarobham filij nebat. Moꝛtuũ bahaſe in ciuitate comedent canes: ⁊ moꝛtuũ ei in agro/comedent volucres celi. Similis pœna prædicitur ab iehu propheta illi quæ prædicta fuerat ab ahia propheta. Reliqua aũt verboꝝ bahaſe ⁊ que fecit ⁊ foꝛtitudo eiꝰ: nõne ipſa ſcripta ſunt in libꝛo verboꝝ dieꝝ regũ iſrael? Doꝛmiuitqȝ bahaſa cũ patribus ſuis/⁊ ſepultus eſt ĩ thirza: ⁊ regnauit ela filius eius pꝛo eo. Cũ aũt in manu iehu filij hanani pꝛophete verbũ dñi factũ eſſet contra bahaſam ⁊ contra domũ eiꝰ. Iuxta hebræum habetur. Et etiã in manu iehu filij chanani pꝛophete verbũ iehouah fuit ad bahaſam ⁊ ad domũ eius ⁊ ſuper oẽ malũ quod fecit ĩ oculis domini irritando eũ in opere manuũ ſuaꝝ / vt eſſet ſicut domus iarobham. Narratur ꝙ etiã loquente iehu ꝓpheta ad bahaſam.

regem & domum eius/& prædicente diuinam ultionem,perſeuerauit iniq̃tas bahaſæ & domus eius.hunc enim ſenſum monſtrat contextus dicendo & etiam &c. ob hanc cauſam occidit eũ.Iuxta hebræum habetur. ꝛ pꝛo quo percuſſit eũ. Pronomen eum demonſtrat ieroboham cum domo eius.narratur enim ꝙ iehu propheta manifeſtauit regi bahaſæ pro qua cauſa percuſſit deus domum ieroboham/ut uel ab exemplo diſceret reſipiſcere. Quod autẽ in uulgata æditione ſubditur. hoc eſt iehu filiũ hanani pꝛophetã . non habetur in hebraica ueritate.

ANno vigeſimoſexto aſe regis iehude/regnauit ela fili⁹ bahaſe ſup iſrael in thirza duobus annis. Aduerte prudens lector hanc ſupputationem ãnorum regni aſæ relatiue ad elam filium bahaſæ/ propter quæſtionem relictam in calce præcedentis capituli. Et rebellauit . Hebraice habet. Et colligauit ꝯtra eũ ſeru⁹ ei⁹ zimri.conſpiratio ſiquidem ſignificatur. dux medie partis equitũ.Parui refert ꝙ hebraice habetur. curruũ: erat enim princeps medietatis curruum: & cum ſuis coniurauit aduerſus elam regem. eratq̃ in thirza bibens ꝛ temulentus in domo arze pꝛefecti thirze.Hebraice habetur.qui ſuper domũ in thirza.Narrat locus in quo rex nõ ſolum ebrius ſed etiam bibens occiſus eſt infra annũ uigeſimumſeptimum regni aſæ . Venitq̃ zimri ꝛ percuſſit eum ꝛ occidit eum/in anno vigeſimoſeptimo aſe regis iehude: ꝛ regnauit pꝛo eo. Cumq̃ regnaret ꝛ ſederet ſuper ſoliũ eius,percuſſit totã domũ bahaſe / nõ dimiſit ei mingentẽ ad parietẽ: ꝛ pꝛopinquos eius ꝛ amicos ei⁹: Deleuitq̃ zimri totã domũ bahaſe: iuxta verbũ domini quod locutus fuerat ad bahaſam in manu iehu pꝛophete . Propter oĩa peccata bahaſe ꝛ peccata ele filij eius:qui peccauerunt ꝛ qui peccare fecerunt iſraelẽ / irritando dominũ deum iſrael in vanitatibus ſuis. Statim deus per hũc regem ſeptem dierum percuſſit omnẽ domum regis bahaſæ iuxta prophetiam iehu. Reliqua autem verboꝝ ele ꝛ omnia que fecit:nonne ipſa ſcripta ſunt in libꝛo verboꝛum dieꝝ regum iſrael?

ANno vigeſimoſeptimo aſe regis iehude/regnauit zimri ſeptem diebus ĩ thirza : poꝛro populus obſidebat gibbethon ciuitatem peliſthinoꝝ. Audiuitq̃ populus cõſpiraſſe zimri ꝛ ẽt occidiſſe regem: ꝛ regem fecit totus iſrael homri pꝛincipem exercitus ſuper iſrael in die illa in caſtris. Aſcendit ergo homri ꝛ totus iſrael cũ eo de gibbethon: ꝛ obſederũt thirzam . Videns aũt zimri ꝙ expugnanda eſſet ciuitas. Hebraice habetur. ꝙ capta fuit ciuitas. tunc enim deſperauit. venit ad palatium. deficit. domuз regis. quam occupauerat. ꝛ combuſſit ſuper ſe domum regis igni ꝛ mortuus eſt. Vere exercebat deus iudicia ſua in hos reges/ comburẽdo etiã regiam domum. Propter peccata ſua quibus peccauit/faciendo malum in oculis domini:ambulando in via iarobham/ꝛ in peccato eius

quo fecit peccare iſraelẽ. Reliqua aũt verboꝝ zimri ⁊ inſidiaꝝ ei⁹ ⁊ tyrannidis. Iuxta hebræum habetur. ⁊ coniuratio ei⁹ qua coniurauit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verboꝝ dieꝝ regũ iſrael? Modus ſeruatus in illa coniuratione aduerſus regem elam/narratur ſcriptus in ãnalibus regum iſrael.

¶ Tunc diuiſus eſt populus iſrael in duas partes: dimidiũ populi erat poſt thibni filiũ ghinath vt cõſtitueret eũ regẽ/ ⁊ dimidiũ poſt homri. Præualuit aũt popul⁹ q erat poſt homri populo q erat poſt thibni filiũ ghinath: mortuuſqꝫ eſt thibni/ ⁊ regnauit homri. Anno trigeſimoprimo aſe regis iehude/regnauit homri ſuper iſrael duodecim annis: Circa quadriennium ergo durauit diuiſio iſraelis. nam uigeſimoſeptimo ãno regni aſæ occiſus eſt ela & cõbuſſit ſe zimri: creatuſqꝫ fuit ab exercitu homri in regeꝫ, ſed nõ receptus niſi a media parte iſraelis/reliqua media parte admtente ut regnaret thibni. in thirza regnauit ſex annis. reliquis autem ſex in ſamaria. tranſtulit enim ſedem regiam ex thirza in ſamariam/quam ipſe ædificauit in monte empto a ſemer. Emitqꝫ montem ſomeron a ſemer duob⁹ talentis argenti: ⁊ edificauit montẽ/ ⁊ vocauit nomen ciuitatis quã edificauit nominẽ ſemer domini montis ſomeron. Fecit aũt homri malũ in oculis domini: ⁊ operat⁹ eſt neqter ſuper oẽs qui fuerũt añ eũ. Quid plus mali fecerit homri/nõ inuenio ſcriptum authentice. certũ tamẽ eſt ꝙ grauius peccatũ eius fuit/pro quanto uiderat tot ultiones diuinas in prædeceſſores & prædictas a ꝓphetis & adimpletas. Ambulauitqꝫ in omni via iarobham filij nebat/ ⁊ in peccato ei⁹ quo peccare fecit iſraelem: irritando dñm deũ iſrael in vanitatib⁹ ſuis. Reliqua aũt verboꝝ homri ⁊ omnia que fecit ⁊ fortitudo ei⁹ quam fecit: nõne ipſa ſcripta ſunt in libro verboꝝ dieꝝ regum iſrael? Dormiuitqꝫ homri cum patribus ſuis / ⁊ ſepult⁹ eſt in ſomeron: ⁊ regnauit ach'ab fili⁹ ei⁹ pro eo.

¶ Ach'ab vero fili⁹ homri regnauit ſuper iſrael anno trigeſimooctauo aſe regis iehude. Hinc clare apparet ꝙ duodecim anni regni homri ſupputantur ab anno uigeſimoſeptimo aſæ quo regnauit ſuper mediam partem regni iſrael/& nõ ab anno trigeſimoprimo quo regnauit ſuper totuꝫ regnũ iſrael. ſupputato enim ipſo uigeſimoſeptimo ſecundum partem & trigeſimooctauo ſecundum partem/inuenitur regnaſſe annis duodecim. regnauitqꝫ ach'ab fili⁹ homri ſup iſrael in ſomeron vigintiduob⁹ ãnis. Et fecit ach'ab fili⁹ homri malũ in oculis domini ſuper oẽs qui fuerũt añ euꝫ: Nec ſuffecit ei. Iuxta hebræum habetur. Et fuit leue ambulare ei⁹ in peccatis iarobham filij nebat. Vide augmentum criminis: pro leui duxit achab idolatriam ieroboham in uitulis aureis &c. & deos accumulauit. tulitqꝫ vxorẽ i'zebel filiaꝫ ethbahal regis zidonioꝝ, ⁊ abijt ⁊ ſeruiuit bahal/ ⁊ adorauit eũ. Quia occaſione uxoris ſeruiuit bahal, ideo ſcriptura cum tanta deteſtatiõe narrat nuptias eius cum izebel filia regis ſidoniorum. Et ere-

rit aram bahali: in domo bahalis quã edificauit in ſomeron. Vide quanta commoditate colendi bahal traxit populum ad cultum eius ædificando illius templum & aram in ciuitate ſamaria. Fecitq; ach'ab lucũ: & addidit ach'ab facere irritando dominum deũ iſrael ſuper omnes reges iſrael qui fuerunt ante eum. Grauius peccatũ ach'ab q̃ ieroboham dicitur/eo q̃ ieroboham regnandi gratia idolatriam induxit: ach'ab uero nõ regnandi gratia cultum bahal intulit/& hoc in ciuitate regia &c.

¶In dieb⁹ ei⁹ edificauit chiel de beth'el. Legendũ ẽ. de beth'eli iericho. Nomen proprium loci eſt beth'eli. i abiram primogenito ſuo fundauit eam/ & in ſegub nouiſſimo ſuo poſuit portas eius. hoc eſt in morte primogeniti ſui fundauit ciuitatem & in morte ultimi compleuit eam. iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu iehoſue filij nun. Scriptum eſt enim hoc ut cognoſcatur impletam fuiſſe prophetiam a ioſua olim factam/& ſcriptam ioſuæ. 6. diuina enim ultio narratur executa in reparatore iericho.

CAPVT .XVII.

Et dixit eli'iahu thisbites de habitatorib⁹ ghilhad ad ach'ab. Ratio dicendi tacetur: & propterea neſcitur qua occaſione motus fuerit elias ad dicendum ſubiuncta uerba ad ach'ab regem. Certum tamen eſt q̃ propter peccata ipſius ach'ab & populi / ſubiunctam pœnam & impetrauerit a deo & annũciauerit regi. Nec eſt a rõne alienum q̃ audita morte filiorum hielis reparatoris iericho iuxta ꝓphetiam ioſuæ/ elias magnificauerit diuinum uerbum dictum per ioſuam: & aliqui aduerſantes dixerint caſu eueniſſe mortem illorum filiorum & nõ ex prophetata punitione. & ad confirmationem caſus dixerint q̃ prophetiæ moſis aduerſus populũ iſrael recedentem a deo non adimplentur: quoniam inter alias pœnas moſes ſcripſit cœlos fore æreos/hoc eſt abſq; pluuia: & tamen nunq̃ fuerat adimpleta hæc cõminatio/q̃uis populus iſrael tã enormiter receſſiſſet a deo. & huius diſputationis occaſione commotus elias dixerit regi ſubiuncta uerba. Viuit dominus deus iſrael. Iuxta hebræum habetur. Viuus iehouah elohe iſraelis. Modus iurandi eſt / ad affirmandum uerum eſſe quod dicitur teſte uita ſummi dei iudicis iſrael. in cuius conſpectu ſto. Hebraice habetur. in cuius facie ſteti. Modus ſignificatur quo & obtinuit & nouit ſubiuncta. teſtatur canonica epiſtola iacobi in calce/q̃ elias orãdo obtinuit ut non plueret. & inde apparet q̃ eliam ſteuiſſe in facie dei/eſt eliam oraſſe deum. Et utendo uerbo præteriti temporis ſteti / manifeſtat ſe prius contuliſſe ad diuinam faciem (non corporali greſſu ſed eleuatione mentis) & firmiter perſeueraſſe feruendo amore diuinæ iuſtitiæ ad puniendum idolatras & ad uerificandum prophetiam moſis. ſi erit annis his. Non explicatur numerus annorum: ſed in dicta epiſtola explicatur anni tres & menſes ſex. ros & pluuia. ut uere cœli quaſi ærei cõprobentur/

a quibus

a qbus nec ẽt ros ſtillet. niſi iuxta verbũ oris mei. Vt nõ relinquaẽ inficiationi locus/manifeſtat ꝙ nõ erit ros aut pluuia niſi ipſo dicente. ꝑ hoc.n.excludebaẽ attribuere ceſſationẽ pluuiæ & roris cauſis ſecũdis. cõuinci.n. poterãt ex eo ꝙ uerbo eliæ parebant cœli tã retinendo q̃ dãdo pluuiam.

¶ Et factũ ẽ verbũ dñi ad eũ dicẽdo. Recede hinc/ ꝛ verte te ad orientẽ: ꝛ abſcõdere i torrente cherith q eſt ſup faciẽ iarden. Sciebat deus ꝙ ſiccitas hæc ſuccedens uerteretur in caput eliæ/qui dixerat regi ſe ſtetiſſe i facie dei ad hoc ut nõ plueret multis ãnis:& ꝓpea deus mãdauit eliæ ut inde recederet/& occultaret ſe ab ach'ab rege. Et erit/de torrẽte bibes: coruiſq; præcepi vt paſcant te ibi. Dicit præcæpi/ hoc ẽ ad inſtar præcipiẽtis ordinaui.corui.n.nõ ſunt capaces præcæpti:ſed ordinauit deus ꝑ angelicũ miniſteriũ mouendos coruos ad portãdũ cibũ eliæ. Abijtq; ꝛ fecit iuxta verbũ dñi: ꝛ abijt ꝛ ſedit in torrente cherith/ qui eſt ſup faciem iarden. Et corui deferebant ei panem ꝛ carnem mane/ ꝛ panem ꝛ carnem veſperi. alter panem,alter carnem/ ꝓculdubio coctam.humano.n.more paſtus eſt. Vide benignitatẽ diuinã/tũ bis in die paſcẽdo eliam/tum dando ei ẽt carnes: ut hinc intelligamus alienũ nõ eſſe a ſanctis uiris bis in die refici/& carnibus ueſci tam in prandio q̃ in cœna. Sed nota tamen moderamen: modicum. n. fuit quod corui roſtro uectum eſt. ꝛ de torrente bibebat. Poſt dies aũt aliquot ſiccatꝰ eſt torrens: non enim pluerat ſuper terram.

¶ Factuſq; eſt ſermo dñi ad eũ dicendo. Surge vade i ſarphath ſidoniorum/ ꝛ manebis ibi. Notauit dominus in euangelio myſterium/ꝙ ad alienigenã uiduã miſſus ẽ elias poſthabitis oĩbus uiduis filiorũ iſrael. ecce præcepi ibi. hoc eſt diſpoſui angelorũ miniſterio efficiendũ. Et intellige deũ qdẽ ꝑ angelos præcæpiſſe/nõ tñ præcæptũ ꝑueniſſe tũc ad mulierẽ. mulieri vidue vt paſcat te. Nec dicit nomen eius. Surrexitq; ꝛ abijt in ſarphath ꝛ venit ad portã ciuitatis/ ꝛ ecce ibi mulier vidua colligens ligna. Ex habitu notificata eſt eliæ mulieris uiduitas . an aũt ſtatim cognouerit ipſam eſſe de qua factus fuerat ad eum ſermo diuinus/incertum eſt. Paupercula autem narratur ex actione: uidelicet collectione lignorum. ꝛ vocauit eam ꝛ dixit/tolle queſo mihi paululũ aque in vaſe ꝛ bibam . Tentando an ipſa eſſet/ petijt aquam. Et abijt vt tolleret. Ex prompto officio mulieris cognouit ipſam eſſe. ſi enim mulier difficilem ſe exhibuiſſet/agnouiſſet non eſſe ipſam:& ſic tentatio ſucceſſit ad uotum. ꝛ clamauit poſt tergum eius. Iuxta hebræum habetur . ꝛ vocauit eam . credens ipſam eſſe paratam ſibi altricem . ꝛ ait/ tolle queſo mihi buccellam panis in manu tua. Que reſpondit: viuit dominus deus tuus. Ex hoc ꝙ mulier hæc iurat per uitam ſummi dei/ dei eliæ qui erat & agnoſcebatur iſraelita, manifeſtatur ꝙ mulier iſta q̃uis ſidonia colebat ſummum deum . & hinc certior redditus eſt elias ꝙ ipſa eſſet. ꝙ non habeo panem niſi quantum pugillus capere poteſt farine in hydria/ ꝛ paululum olei in lecytho. Hebraica dictio interpretata panem extenditur etiam ad paſtam: ſola enim uola farinæ erat apud

eam. ⁊ ecce colligo duo ligna vt ingrediar ⁊ faciam illud mihi ⁊ fi
lio meo/vt comedamus ⁊ moriamur: quantum eſt ex parte panis apud
me. Et hinc patet tantam tũc fuiſſe caritatem ãnonæ ut nec ſpes habendi panem
remanſerit in hac muliere. Ad quam eli'iahu ait. noua illuſtratione diuina.
noli timere. Parui refert ꝙ hebraice habetur. non timebis. defectum panis.
ſed vade ⁊ fac ſicut dixiſti. pro te & filio tuo. verũtamen fac mihi
primum inde ſubcinericium panem paruum ⁊ affer mihi/tibi au
tem ⁊ filio tuo facies poſtea. Sic enim dixit dominus deus iſra-
el. Vere benignus dominus: mira diſpenſatione mittens eliam ut paſcatur a mu
liere carente pane/ut ſic mediante elia paſceret ſanctam mulierem ſimul cũ ipſo
elia. hydria farine non cõſumetur ⁊ lecythus olei nõ deficiet vſq;
ad diem in qua dominus daturus eſt pluuiã ſuper faciem terre.
Hinc apparet tum cã penuriæ/vcȝ ceſſatio pluuiæ. tum extenſa pluuiæ ceſſatio
extra regnum iſrael in externa loca. tum tempus magnũ elapſum iſtius ſiccitatis
anteꝗ̃ elias ueniret ad hanc uiduã: alioquin nõ deſperaſſet mulier de pane/nec
elias dixiſſet uſq; in diem qua pluet. Que abijt/⁊ fecit iuxta verbum eli'
iahu. Fides mulieris cõmendatur. ⁊ comedit ipſe ⁊ illa ⁊ dom⁹ ei⁹. Ex
illa die hydria farine non eſt conſumpta/⁊ lecythus olei non
defecit: iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu
eli'iahu.

ET fuit poſt verba hec/egrotauit filius mulieris mrĩſrami-
elias. Modicũ tpis interceſſiſſe/tũ relatio ad uerba hæc tũ ſubiũcta in cal-
ce huius capituli uerba inſinuant. fuitq; egritudo eius fortis valde do
nec nõ remaneret in eo halit⁹. Rectius legeretur. aia. ut ſubiũcta teſtant̃.
dictio. n. hebraica utriuſq; ſignificationis capax eſt. Dixitq; ad eli'iahu: qd
mihi ⁊ tibi vir dei? Nomen eſt elohim. Relatiue ad aduentũ eliæ ad hoſpitan
dũ in domo mulieris uiduæ/dicit̃ qd tibi & mihi cõmunet̃ quæ cõmunio mei ad
te traxit te ad hoſpitandũ mecũ? Verba ſunt dolentis, procedentia ex hoc ꝙ elias
iſraelica mulier aũt ſidonia, nunꝗ̃ ſe uiderãt/nulla inter eos neceſſitudo unꝗ̃ fue
rat. igreſſus es ad me vt rememorarẽtur iniqtates mee ⁊ vt iter-
ficeres filiũ meũ? Interrogatiue quoq; legẽda ẽ tota iſta clauſula. & ẽ ſenſus nũ
ueniſti ad me ut rememorarẽt̃ iniqtates meæ ad pœnã/ ut nõ impunis manerẽ ſ;
punires me morte filij mei? hoc eſt num ueniſti tanꝗ̃ miniſter elohim ſummi iudi
cis ad nõ ſinendũ me impunẽ in præſentia tua/ſed puniendũ morte filij mei. Ex
dolore ſimul & ſanctitate mulieris ꝓcedũt hæc uerba: nã & agnoſcit peccata ſua
& illis attribuit mortẽ filij/& ſuſpicat̃ diuã præſentiã i elia impatientẽ ĩpunitatis
ſuæ. Et dixit ad eã/da mihi filiũ tuũ: tulitq; eũ de ſinu ei⁹. Hinc inſi-
nuat̃ ætas puerilis. ⁊ portauit eũ ad cenaculũ i quo manebat/⁊ po-
ſuit eum ſuper lectum ſuum. Et clamauit ad dominum ⁊ dixit:
domine deus meus an etiam viduam cum qua ego habito affli-
xiſti/iterficiẽdo filiũ ei⁹? Et expãdit ſe atq; menſus eſt ſup puez:
Iuxta hebræum duntaxat hr̃. Et menſus eſt ſe ſuper puez trib⁹ vici-

Digitized by Google

bus. Tã modus orandi q̃ numerus orationis narratur. modus quidem ꝙ pro-ſtratus ſuper puerum orauit: numerus autem ꝙ tribus uicibus ſic orauit. Quem-admodum enim conſueuimus ſuper rem benedicendam aut ſanandam manus extendere/ita elias uniuerſum corpus extendit ſuper puerum reſuſcitandũ: & ut hoc ſenſibili ſigno patefieret q̃ arduum erat miraculum pro quo orabat / non genuflexus ſed proſtratus tribus uicibus repetijt orationem in litera ſcriptam. **clamauitqꝫ ad dominum ⁊ dixit: domine deus meus reuertatur obſecro anima pueri huius ad interioꝛa eius.** Hinc patet ꝙ receſſe-rat anima: hoc eſt ꝙ uere mortuus erat. Vnde & ſubiungitur.

Et exaudiuit dominus vocem eli'iahu: ⁊ reuerſa eſt anima pueri ad interioꝛia eius / ⁊ reuixit. uera enim reſuſcitatio mortui deſcri-bitur. Et hic eſt primus mortuus qui ab initio mundi reſuſcitatus eſt. **Tulitqꝫ eli'iahu puerum/⁊ depoſuit eum de cenaculo in domum/⁊ dedit illum matri ſue: ⁊ ait eli'iahu / en.** Hebraice habetur. **vide viuit filius tuus.** ſed ſenſus in idem redit. **Dixitqꝫ mulier ad eli'iahu: nunc hoc cognoui.** Hinc apparet mulierem illo modico tempore quo fuerat apud eam elias admiratam quidem fuiſſe & ueneratam uirum dei / non tamen credi-diſſe duo ſubiuncta. **ꝙ vir dei es.** Nomen eſt elohim. Et ad internam eliæ bonitatem refertur eſſe uirum dei. credidit enim ex hoc facto ꝙ uere cor eliæ erat ſanctum coram ſummo iudice. **⁊ verbum domini in oꝛe tuo verum eſt.** Hebraice habetur. **veritas.** Alterum quod clare credidit tunc narra-tur: uidelicet ꝙ uerbum ſummi dei in ore eliæ (hoc eſt quod elias dicebat ex par-te ſummi dei) eſſet ueritas. Ante reſuſcitationem ſiquidem filij credebat quidem hæc/ſed non plena certitudine clarificata erat mens eius: & propterea dicit ſe nunc cognouiſſe in hoc inaudito a ſæculis facto.

CAPVT .XVIII.

POſt dies autem multos. in domo mulieris tranſactos. **Ver-bum domini factum eſt ad eli'iahu in anno tertio.** a uer-uerbo domini ad eundem facto ut recederet & abſconderet ſe. Ita ꝙ ab illa reuelatione uſqꝫ ad iſtam fluxerunt tres anni. ſiccitas enim du-rauit annis tribus & menſibus ſex: ſed primis ſex menſibus elias manſit manife-ſtus in terra iſrael, nullo inferente ei moleſtiam/ putantibus omnibus ꝙ naturalis eſſet ſiccitas: ſed dum uiderẽt nimis protrahi/& cõferrent uerba eliæ, uolebat rex capere eliam. & tunc ille monitus a deo/receſſit: & multis diebus mãſit iuxta tor-rentẽ/multis aũt in domo huius uiduæ. Ita ꝙ uniuerſum tp̃s fugæ eius fuit trien-niũ. Vnde & ſubdit. **dicendo vade ⁊ oſ̃nde te ach'ab.** Trienniũ ergo occul-tatiõis ab achab ſignificat. **vt dem.** Hebraice hr̃. **⁊ dabo pluuiã ſup faciẽ terre.** Prædicit deus eliæ ꝙ cũ ſe mãifeſtauerit regi/dabit pluuiã: ut itrepidus ac-cedat pp beneficiũ pluuiæ affuturũ/ob cuius defectũ rex pſequebat ipſum.
Abijtqꝫ eli'iahu vt oſ̃nderet ſe ach'ab: erat aũt fames vehemẽs

in ſomeron. Et vocauit ach'ab ho'bad'iahu q erat ſuꝑ domum: ho'bad'iahu aũt timebat dñm valde. Hic habdias (ut hebræi aiunt) eſt habdias ille q inter duodecim prophetas minores quartus ſupputatur. Fuitqȝ cũ excideret i'zebel ꝓphetas dñi: tulit ho'bad'iahu centũ ꝓphetas ⁊ abſcondit eos qnquagenos ⁊ qnquagenos in ſpeluncis/ ⁊ pauit eos pane ⁊ aqua. Quando & qua rõne izebel filia regis ſidonioꝝ ac uxor regis ach'ab interfecerit ꝓphetas domini/ nõ eſt ſcriptũ: ſed hic cõmemorať factũ. Appellanť aũt ꝓphetæ domini/ uiri religioſi q diuinis laudibus publice inſiſtebant: ut tpe ſamuelis legimus choꝝ ꝓphetaꝝ cũ muſicis inſtrumẽtis laudaſſe deũ. Et hinc apparet ꝙ ꝗuis idolatria uigeret in regno iſrael, ꝑmittebanť tñ ꝓphetæ (hoc eſt uacãtes diuinis laudibus) in iſrael a regibus iſrael: ſed iſta regina alienigena ꝑſecuta eſt ꝓphetas ueri dei/ impatiẽs forte publice laudari ueꝝ deum eſſe ſolũ deũ: ac ꝑ hoc uituperari ſuũ bahal. Dixit aũt ach'ab ad ho'bad'iahu: vade in terrã ad oẽs fontes aquaꝝ ⁊ i oẽs valles. Senſum recte reddidit interpres/ ꝗuis ſignificenť torrentes. Forte inueniem⁹ herbã ⁊ ſaluabim⁹ equos ⁊ mulos/ ⁊ iumẽta nõ excidenť. Diuiſerũtqȝ ſibi terrã vt circũirent eã: ach'ab iuit ꝑ viã vnã ſol⁹/ ⁊ ho'bad'iahu ꝑ viam vnam ſolus.

¶ Cũqȝ eſſet ho'bad'iahu i via/ eli'iahu occurrit ei: ⁊ agnouit eũ, ceciditqȝ ſuꝑ faciẽ ſuã ⁊ dixit/ nõne tu es dñs me⁹ eli'iahu. Cui ille rñdit/ ſuȝ: vade dic dño tuo/ adeſt eli'iahu. Et dixit: qd peccaui ꝙ tradis ſeruũ tuũ i manũ ach'ab vt iterficiat me? Viuit dñs de⁹ tu⁹ ſi eſt gens ⁊ regnũ quo non miſerit dñs me⁹ ad querendũ te. Hyꝑbole ẽ ad manifeſtandũ magnã inqſitiõem quã fecerat rex i oĩbus regnis & gẽtibus uicinis. ⁊ rñdentib⁹ cũctis nõ ẽ hic/ adiurauit regna ⁊ gentes ꝙ minime repireris. hoc ẽ nõ ꝯtẽtus ſimplici reſpõſione nũcioꝝ ſuoꝝ rex uoluit teſtificationes iuratas a regnis & gentibus ꝙ nõ reptus eſſet ibi elias q cãm tantæ ſiccitatis ſe iactauerat. Et nunc tu dicis: vade dic domino tuo/ adeſt eli'iahu. Cumqȝ receſſero a te/ ſpirit⁹ domini aſportabit te ad locum quem nõ cognoſcã: ⁊ ingreſſus nũciabo ach'ab/ ⁊ non inueniens te interficiet me: ſeruus autem tuus timet dominum a pueritia ſua. Nonne indicatuȝ eſt domino meo quod feci cum interficeret i'zebel prophetas domini: abſcondi de prophetis domini centum viros quinquagenos ⁊ quinquagenos i ſpeluncis/ ⁊ paui eos pane ⁊ aqua. Et nunc tu dicis/ vade dic domino tuo adeſt eli'iahu: ⁊ interficiet me. Dixitqȝ eli'iahu: viuit dominus exercituum ante cuius vultum ſto. Legendum eſt ut ſupra. viuus iehouah exercituum in cuius ſteti facie/ ꝙ hodie apparebo ei. Iurat elias teſte uita ſummi dei dantis eſſe exercitibus cœlorum & terræ. & manifeſtat modum quo nouit quod promittit: uidelicet ꝙ ſtetit in facie dei/ contemplando & iuſſa faciendo. & propterea promittit ꝙ nullo diuino raptu impedietur hodierna eius manifeſtatio perſonalis coram rege. Ubi-

Digitized by Google

Jt ergo ho'bad'iahu i occurſuȝ ach'ab/⁊ idicauit ei: iuitq; ach'ab in occurſum eli'iahu. Cumq; vidiſſet ach'ab eli'iahu/dixit ach'ab ad eum/tune es ille qui conturbas iſrael? Ratione tantæ ſiccitatis comminatæ ab elia/arguitur ꝙ conturbat iſrael: & ob hanc repræhenſionem occurrit ei ach'ab. Et dixit: non turbaui iſraelem ſed tu ⁊ dom⁹ patris tui/ qui dereliquiſtis mandata domini ⁊ ſecuti eſtis bchalim. Directe reſpondet cauſam meritoriam turbationis non fuiſſe ipſum eliam, ſed regem & domum eius poſthabendo mandata dei & colendo bahal. Et nunc mitte/⁊ congrega ad me totum iſrael ad montem charmel: ⁊ prophetas bahal quadringentos ⁊ quinquaginta ⁊ prophetas lucorū quadringentos/comedentes de menſa i'zebel. Tacet author ſermoné medium quo elias poſt reſponſionem regi datam de merito ſiccitatis/dulci ſermone prouocauit regem ad cōgregandum populum & prophetas tam bahal ꝙ lucorum. Et per prophetas intellige quaſi clericos bahal & lucorū: eos ſcilicet q erant miniſtri cultus bahal & lucorum.

Miſitq; ach'ab ad omnes filios iſrael: ⁊ congregauit prophetas ad montem charmel. Acceſſit autem eli'iahu ad totum populum ⁊ dixit: vſq;quo claudicatis in duas partes? Hebraice hr̄. in duas cogitationes? uſq;quo ad inſtar claudicātiū inter duas cogitationes (colendi uidelicet iehouah fontem eſſendi uel bahal) pſeuerabitis? Et hinc apparet ꝙ diuiſi erant tum quo ad perſonas/quibuſdam colentibus deum creatorem coeli & terræ & multis colentibus bahal: tum quo ad fluctuantes cogitationes in uno & eodem homine/an deum abraham ishac & iacob an bahal coleret. ſi dominus eſt deus. Hebraice habetur. ſi iehouah elohim. hoc eſt ſi fons eſſendi omnibus eſt gubernator & iudex. ite poſt eum/⁊ ſi bahal ite poſt eum. omnes enim proni ſumus ad colēdum illum deum qui eſt noſter gubernator & iudex. ⁊ non reſpondit populus ei verbum. utpote diuiſus & ambiguus. Dixitq; eli'iahu ad populum: ego remanſi propheta dn̄i ſol⁹. manifeſtus in iſrael. ꝓphete aūt bahal ſunt quadringenti ⁊ qnquaginta viri. Dent̄ nobis duo tauri, ⁊ eligāt ſibi tauꝝ vnū ⁊ in fruſta ꝯcidant cū ⁊ ponāt ſup ligna/ignē aūt nō ſupponāt: ⁊ ego faciā tauꝝ alteꝝ ⁊ ponā ſup ligna/⁊ ignē nō ſupponā. Jnuocateq; noīa deoꝝ vr̄oꝝ/⁊ ego iuocabo nomē dei mei. Hebraice hr̄. nomē iehouah. ſic.n.noīat̄ deus abrahā ishac & iacob &c. ⁊ de⁹ q exaudierit ꝑ ignē ipſe ſit de⁹. Parui refert ꝙ hebraice hr̄. ⁊ erit, elohim q rn̄debit i igne/ipſe elohim. Alias diximus ꝙ iehouah erat nomen ꝓpriū ſummi dei q creauit coelos & terrā: elohim aūt nomē cōmune a iudicio ſumptū ad ſignificādū iudices/appropriatū aūt ſæpe ad ſignificandū deū quatenus gubernat & iudicat nos. & ꝓpea elias ꝓponit ꝙ ille elohīȝ q rn̄debit ſacrificātibus ſibi dando ignē uorantē holocauſtū, ipſe elohīȝ habeat̄/ipſe colat̄ ut deus gubernator & iudex. rn̄ditq; tot⁹ popul⁹ ⁊ dixit/optima propoſitio quā locut⁹ eſt elias. Hebraice habetur. bona res. ſed interpres extendit.

¶ Dixitqꝫ eliiahu ad pꝛophetas bahal: eligite vobis tauꝝ vnuꝫ ⁊ facite pꝛimi/ quia plures eſtis, ⁊ inuocate nomina deoꝝ veſtrorum ⁊ ignem non ſupponatis. Non ſunt uerba prouocantis ad peccandum, ſed dirigentis peccatum eorum in confuſionem eorum & ignominiam bahal. ad hoc enim reſeruauit ſibi poſteriorem locum ut prius manifeſte pateret impotentia bahal & confuſio eorum. Tulerũtqꝫ taurũ quem dederat eis. nõ elias ſed populus/ non determinate ſed data optione. populus enim duos tauros protulit/ & ipſi elegerunt alterum. ⁊ fecerunt ⁊ inuocauerunt nomen bahal a mane vſqꝫ ad meridiem dicendo/ bahal exaudi nos. Hinc patet ꝙ conuenerant partiẽdo diem: ita ꝙ uſqꝫ ad meridiem eſſet tempus ſacrificij bahal / poſtea autem eſſet tempus ſacrificij eliæ. ⁊ non erat vox neqꝫ qui reſponderet: tranſiliebantqꝫ altare quod fecerant. Hebraice habetur. ⁊ claudicauerunt ſuper altare quod fecerunt. Neſcio quæ cærimonia hæc eſſet: ignotus. n. eſt nobis illorum ritus. Cumqꝫ iam eſſet meridies/ illudebat eis eliiahu dicendo: clamate voce magna, quia deus veſter eſt ⁊ foꝛſitan loquitur aut in diuerſorio eſt aut in itinere / aut certe doꝛmit vt excitetur. Hebraice habetur. quia elohim ipſe/ quia colloquium ⁊ quia additio ipſi / ⁊ qa via ipſi: foꝛte doꝛmiens ipſe ⁊ excitabitur. Irridendo dicit uoce magna inuocãdum bahal/ quia ipſe eſt elohim: hoc eſt curam gerens. & propterea uel eſt in colloquio cum aliquo/ uel ſuperuenit ei aliquod negocium/ uel eſt in itinere uel dormit. Clamabantqꝫ voce magna: ⁊ incidebant ſe iuxta ritum ſuuꝫ cultris ⁊ lanceolis donec perfunderentur ſanguine. Vide ad quantã dementiam deduxit eos diabolus.

POſtqꝫ autẽ tranſijt meridies/ pꝛophetauerũt. hoc eſt cultum bahal exercuerunt. donec veniſſet tempus quo ſacrificium offerri ſolet. Hebraice habetur. vſqꝫ ad aſcenſum muneris. Ipſum ſacrificium appellatur munus/ & offerre illud appellatur aſcenſus. uſqꝫ ergo ad terminum expectatum ſignificatur/ & aliquantum poſt meridiem. ⁊ nõ erat vox neqꝫ reſpondens neqꝫ attendẽs. Dixitqꝫ eliiahu ad totũ populum/ accedite ad me: acceſſitqꝫ totus populus ad eum/ ⁊ curauit altare domini dirutum. hoc eſt inſtar curãtis medici reparauit altare ſummi dei quod ibi erat dirutum. a quo autẽ olim fuerit ædificatum altare hoc/ neſcitur. Tulitqꝫ eliiahu duodecim lapides/ iuxta numerũ tribuum filioꝛum iahacob. Simul elias ueneratur uniuerſas tribus & patriarchas earum/ & communem patrem iacob ratione diuini beneficij collati iacob mutãdo illi nomen. ad quem factus eſt ſermo domini dicẽdo/ iſrael erit nomen tuum. Intelligendum eſt eliam cõmemoraſſe hoc & aptiſſime ad propoſitum: quoniam iſrael ſonat dominabit deus/ & uere tũc implendũ erat hoc in ſacrificio illo: ut rei probauit euentus. Et edificauit ex lapidibus altare in nomine domini: fecitqꝫ aqueductum quaſi per duas aratiunculas. Hebraice habetur. ⁊ fecit canalem ſicut menſurã duoꝛum ſato-

rum ſementis in circũitu altaris. Sulcus ſimilis ſulco inter porcas debita menſura ſeparatas ſignificatur: cuius ꝑ ambitũ altaris circũitus tantus deſcribitur ſecundum lõgitudinem ut in porca illius duo ſata ſemẽtis ſeri poſſent: non enim in ſulco ſed in porca ſeritur. Neſcimus autem quantitatem menſuræ uocatæ ſeah & interpretatæ ſatũ. Compoſuitqꝫ ligna: ⁊ diuiſit per mẽbra taurum/⁊ poſuit ſuper ligna. Et ait/implete quattuor hydrias aqua ⁊ fundite ſuper holocauſtum ⁊ ſuper ligna: dixitqꝫ iterate/ ⁊ iterauerunt: ⁊ dixit tertio facite/⁊ tertio fecerũt. Ibantqꝫ aque per circũitum altaris: ⁊ etiam canalis impletus eſt aqua. Ex hoc ꝙ canalis ſupradeſcriptus impletus aqua dicitur/habes ſupradicto ſenſu intelligendam eſſe latitudinem canalis.

¶ Cunqꝫ iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtum. Hebraice habetur. Et fuit in aſcenſu muneris. hoc eſt offerendo ſacrificium. acceſſit eli'iahu propheta. proculdubio ad altare: ipſe enim ſacerdotis fungebatur officio. ⁊ ait: domine deus abraham ishac ⁊ iſrael, oſtẽde hodie ꝙ tu es deus iſrael. Parui refert ꝙ hebraice habetur. hodie cognoſcatur ꝙ tu elohim ad iſrael. Poteſt tamẽ legi. in iſrael. ad hoc enim hæc faciebat elias ut cognoſceretur ꝙ deus abrahã ishac & iacob eſſet uerus deus gubernator & iudex manifeſtatus in & ad iſrael. ⁊ ego ſeruus tuus/ ⁊ iuxta preceptum tuum feci omnia verba hec. ne præſumptionis argui poſſim/ & ꝙ ſacerdotis mihi officium uſurpo/ & ꝙ extra templum tuum ſacrifico/ & ꝙ nouum miraculum promiſi. Exaudi me domine exaudi me/ ⁊ cognoſcat populus hic ꝙ tu es dominus deus. Legendum eſt. ꝙ tu iehouah elohim. hoc eſt ꝙ tu iehouah es elohim iudex omnium. ⁊ tu ꝯuertiſti corda eorum iterum. Hebraice habetur. ⁊ tu feciſti vertere cor eorum retro. Et eſt ſenſus/cognoſcat etiã populus ꝙ tu effeciſti hoc nouo miraculo ut uerteretur cor eorum retro ab idolatria in qua ambulabant. Et in hoc petit conuerſionem populi ad deum uerum. Orauit itaqꝫ primũ pro honore dei: deinde pro teſtimonio ſui: & tertio pro conuerſione populi. ¶ Cecidit autem ignis domini/⁊ vorauit holocauſtum ⁊ ligna ⁊ lapides. Ecce miraculuꝫ. ⁊ puluerẽ. ex quo loco cæmenti ædificatum erat altare. ⁊ aquam que erat in canali linxit.

¶ Viditqꝫ totus populus/⁊ cecidit ſuper faciem ſuam. adorando ſummum deum. Ecce fructus in cordibus populi. ⁊ dixit, dominus ipſe eſt deus/dominus ipſe eſt deus. Dixitqꝫ eli'iahu ad eos, apprehendite prophetas bahal/nullus euadat ex eis: apprehenderuntqꝫ eos, ⁊ deſcendere fecit eos eli'iahu ad torrentem ciſon/ ⁊ interfecit eos ibi. per populum. Et dixit eli'iahu ad ach'ab: aſcende comede ⁊ bibe/quia ſonus multe pluuie eſt. Deſcripto opere eliæ in ſacrificio & confuſione ac occiſione idolatrarum/deſcribitur reſtitutio pluuiæ deſideratæ. placato ſiquidem deo ob iuſtitiã factam in prophetas idolorum, inſtare iam pluuiam multam dicit ſe noſſe elias tanq̃ tonitrua præcedẽtia pluuiã eſſent in aere/

in quo nulla apparebat nubes. hac enim metaphora utitur dicẽdo uocem multitudinis pluuiæ. Quanuis poſſit uox hæc referri ad ipſum ſonitum qui cauſat ex multitudine pluuiæ: ut futura pluuia tanq̃ præſens ſignificet ſonans. ¶ Aſcenditq; ach'ab vt comederet & biberet: eli'iahu autẽ aſcendit in verticem charmel/ & pronus in terram poſuit faciem ſuã: Iuxta hebræum habetur. & proſtrauit ſe ad terram/ & poſuit faciẽ ſuã inter genua ſua. Duæ actiones ſucceſſiue narrantur. altera ꝙ poſtrauit ſe in terram/ orando pro pluuia quam illi ꝓmiſerat deus: altera ꝙ deinde ſedit in terra ponens faciem ſuam inter genua ſua/ad proſequendum ſupplicationem. deus enim uolens dare pluuiam uolebat intercedente nõ exigua ſupplicatiõe eliæ dare illam: & propterea elias pſeuerat orãdo pro pollicita pluuia. Poſſumus tamẽ & rectius ꝓſtrationem priorem referre ad gratiarumactionem deo pro beneficio miraculi in igne holocauſti & uindictæ idolatrarũ cõuerſioniſq; populi: orationem autem inter genua referre ad pluuiam. Et dixit ad puerũ ſuũ/aſcende queſo & reſpice contra viam maris: q aſcendit & reſpexit & ait/ non eſt quicq̃: & dixit/ reuertere ſepte; vicibus. Videns elias nullum adhuc pluuiæ ſignum apparere, conſecratum ſeptenarium numerum(a deo ſanctificante ſeptimum diem / & a lege eundem numerum ſæpiſſime decernente) uenerando indicit/tanq̃ adhibens etiam officia pueri ſui ut oratiões. unde & ſeptima uice intentum effectum obtinuit. In ſeptima autem vice dixit/ecce nubes parua ſicut vola viri aſcendit e mari: & ait aſcẽde & dic ad ach'ab/ iunge currum & deſcende ne remoretur te pluuia. Cumq; ſe verterent huc atq; illuc. Iuxta hebræum habetur. Et fuit vſq; ſic & vſq; ſic, & celi contenebrati ſunt nubibus & vento/& facta eſt pluuia grandis. Tempus uariarum actionum quibus ſe occuparũt miniſtri ac ſerui regis donec equitarent & rex aſcenderet currum/ ſignificatur dicendo uſq; ſic & uſq; ſic. & eſt ſenſus ꝙ interim cõtenebrati ſunt cœli & fuit uentus cum nubibus. eqtauitq; ach'ab/& abijt in ijzrehel. An inchoata pluuia aſcenderit currum/non eſt certum. Et manus domini fuit ſuper eli'iahu: & accinxit lumbos ſuos/& cucurrit ante ach'ab donec veniret in ijzrehel. Vt authore deo cognoſceretur utrũq;(vc; & beneficiũ pluuiæ/ & officiũ eliæ exhibitũ regi præeundo) deſcribit manus domini ſuper eliam. erat enim officiũ curſus iſtius uelut declaratio diuini uerbi quod olim prædixerat/ꝙ non erit pluuia multis annis niſi ſecundũ uerbũ ipſius eliæ.

CAPVT .XIX.

NUnciauit aũt ach'ab i'zebeli omnia que fecerat eli'iahu: & quomodo occiderat omnes prophetas gladio. Miſitq; i'zebel nuncium ad eli'iahu dicendo: ſic mihi faciant dij & ſic addant niſi hoc tempore cras poſuero animam tuam ſicut animam vnius ex illis:

TImuit ergo elias/ ⁊ ſurgens abijt quocūqꝫ eum ferebat voluntas. Iuxta hebræum habetur. Et vidit ⁊ ſurrexit ⁊ iuit ad animam ſuam/ ⁊ venit beerſebah que iehude. Audito nuncio ſæuæ reginæ uidit periculum/& ſurrexit & iuit ad ſaluandum uitam ſuam: & primum declinauit a regno iſrael ad terram iudæ in locum qui dicitur beerſeba. ⁊ dimiſit puerum ſuum ibi. filium uiduæ ſarepthanæ. Ionam prophetam aiūt hebræi fuiſſe hūc puerum: qui ideo relictus eſt ibi/ne pateret in deſerto ſequendo eliam. Ipſe autem perrexit in deſertum. fugiens izebel. viā vnius diei. intra deſertum. venitqꝫ ⁊ ſedit ſubter vnam iuniperum. Ne contendas cum interpretantibus geneſtam. ⁊ petiuit anime ſue vt moreretur. Anima pro uita ponitur. Et modus quo petijt ſubiungitur. ⁊ ait ſufficit mihi: Iuxta hebræum habetur. multum nunc domine. hoc eſt multum uixi uiuendo uſqꝫ nunc. tolle animam meam. Supplex rogat deum ut faciat eum tranſire ex hac uita. Et rationem ſubdit. neqꝫ enim melior ſum q̄ꝫ p̄res mei. qui mortui ſunt/ut maior mea bonitas exigat perſeuerare uitam meā. Sed quæſtio occurrit quomodo uerificēt hæc duo ſimul: ꝙ elias ex corde petat mori/& fugiat deliberato animo mortem. Solutio eſt ꝙ elias non fugiebat mortem ſed modū mortis/ſcilicet occidi ab izebel; ne daret cornu peccatori/quaſi præualenti in deum cuius mandato occiderat elias prophetas idoloꝝ. Et decubuit ⁊ dormiuit ſubter vnā iunipꝰū: ⁊ ecce angelus domini tetigit euꝫ. Hebraice habetur. ⁊ ecce iſto angelus tangens eum. hoc eſt in hoc (vcꝫ ꝙ dormiebat) angelus tactu excitauit eum. ⁊ dixit ei/ſurge comede. Reſpexitqꝫ/ ⁊ ecce ad caput eiꝰ ſubcinericius panis ⁊ phiala aque: comedit ergo ⁊ bibit/ ⁊ rurſum decubuit. Reuerſus eſt autem angelus domini ſecundo/ ⁊ tetigit eum ⁊ dixit: ſurge comede/ grandis enim tibi reſtat via. Surrexitqꝫ ⁊ comedit ⁊ bibit: ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibꝰ. Admirāda ualde uirtus data illi pani/ut ſat eſſet labori itineris quadraginta dierum. vſqꝫ ad montem dei choreb. Nominatur deus elohim. & choreb appellatur mons elohim/tum quia ibi primum apparuit deus moſi in flamma rubi ad liberandum populum de ægypto: tum præcipue qa choreb pars eſt montis ſinai in quo apparuit elohim legiſlator.

¶ Cumqꝫ veniſſet illuc/manſit in ſpelūca. Hebraica dictio plusq̄ꝫ manere ſignificat: uidelicet quieſcere dormiendo. ⁊ ecce ſermo domini ad eū. dormientem. ex hoc enim ꝙ deſcriptus eſt dormiſſe in ſpelunca/inſinuatꝰ ꝙ dormienti apparuit alloquens eum angelus in perſona dei. ⁊ dixit ei/ quid hic agis elia? Iuxta hebræum habetur. quid tibi hic eli'iahu? Interrogatio hæc non ex ignorantia ſed ex prouidentia proceſſit: ut reſpōdendo præpararetꝰ elias ad hoc ut inſtrueretur a deo/tuꝫ de qualitate diuinæ gubernationis/tum de ꝓuiſione futura. Et dixit/zelando zelatus ſuꝫ pro dn̄o deo exercituū: Ecce rō quæ impulit eliā ad ea quæ fecerat cōtra idolatras. qa dereliquerūt pactū domini. Legendum eſt. pactum tuuꝫ filij iſrael. deū. n. alloquitur.

Pactum autem nominat, quia uere pactum fuerat in deſerto ſub monte ſinai de cultu unius ſummi dei/aſpergente ſanguinem moſe &c. altaria tua deſtruxerunt. erant enim altaria multa conſtructa ad honorem ſummi dei in diuerſis locis a tempore abrahæ uſq; tunc/quæ ad tollendum penitus diuinum cultum a regno iſrael deſtructa erant. ⁊ prophetas tuos occiderũt gladio. In præcedenti capitulo cõmemorata eſt clades prophetarum dei. ⁊ derelictus ſum ego ſolus Parui refert q; hebraice habet. ⁊ derelict⁹ ſum ego/ſolus ego: Et uerum dicit inter dei prophetas tunc manifeſtos. ⁊ querunt aiam meam ut auferant eam. Et hoc directe reſpondet quæſito qd tibi hic elia: potentiam reginæ fugiens maneo hic.

¶ Et ait/egredere ⁊ ſta in monte coram domino. Ex eo q; non dicit & aſcende in montẽ ſed ſtabis in monte, inſinuatur q; ſpelunca non erat in planicie/ſed in ipſo monte:ita q; egrediens ſpeluncam ſtabat in monte coram domino tranſituro in ſpecie ſenſibili. Et hic finitur ſermo diuinus ad eliam in ſpelunca. & ſubiungendum more ſcriptorum fuiſſet q; elias paruit diuino mandato & egreſſus ſtetit in monte: ſed author libri ſubintelligendam hanc eliæ obedientiam reliquit/ſubiuncturus poſt narratuꝫ tranſitum dei locum in quo egreſſus elias ſtetit ad uidendum tranſitum dei. ⁊ ecce dominus tranſijt. Hebraice habet. ⁊ ecce iehouah tranſiens. Egreſſo elia ex ſpelunca & ſtante in monte ante portam ſpeluncæ/deſcribitur ſummus deus tranſiens in ſpecie ſenſibili. ⁊ ſpiritus grandis ⁊ fortis/ſubuertens montes ⁊ confringens petras coram domino. Apparatus præcedens ipſum deum deſcribitur. primum. n. antecebat ſpiritus (hoc eſt uentus) grandis & uehemens/ita ut ſubuerteret montes & confringeret petras. Nullum montem tũc ſubuerſum nullaſq; petras cõfractas legimus. & propterea nomine uenti ſignificatur non ipſe corporeus uentus, ſed ſpecies (hoc eſt ſenſibilis ſimilitudo) uenti/ non qualiſcunq; ſed magni atq; fortis ad ſubuertendum montes & confringendum petras: quemadmodum appellatione iehouah tranſeuntis non ipſe deus ſed ſpecies quædam intelligitur. non in ſpiritu dominus. Manifeſtatur q; in uento illo nõ repræſentabatur præſens ſummus deus. ⁊ poſt ſpiritum commotio. Legendum eſt. ⁊ poſt ſpiritum tremitus. Et ſimiliter ſubiungendum eſt. non in tremitu dominus. apparuit enim ſimilitudo tremoris tanq; terremotus trãſiens poſt uentum: & declaratur q; nec in illo tremitu repræſentabatur præſentia ſummi dei tranſeuntis. Et poſt commotionem ignis/non in igne dominus. Tertio loco (uidelicet poſt tremitum) tranſiuit ſpecies ignis: & declarat q; nec in illo igne repræſentabatur præſentia dei tranſeuntis. ⁊ poſt ignem ſibilus aure tenuis. Juxta hebræum habetur. ⁊ poſt ignẽ vox ſubmiſſa ſubtilis. Deinde immediate ſequitur.

Et fuit cum audiret eli`iahu. Aduerte prudens lector q; in hac quarta ſpecie ſenſibili repræſentabatur ſummus deus tranſiens. Et qa ſenſibiles iſtæ ſpecies formatæ ſunt ad inſtruendum eliam & poſteros de myſterijs diuinæ prouidentiæ, intelligendum eſt q; in hoc tranſitu diuino repræſentante diuinam guber

nationem/manifeſtatur primo eliæ fugienti perſecutionem reginæ multiplex modus uindicandi in promptu coram deo: uidelicet per uentum ſubuertentem & confringentem/per terremotum & per ignem: ſed nullo iſtorum inſtrumentorum ſe uelle uti puniendo izebel manifeſtat ex eo ꝙ in nullo iſtorum diuina præſentia tranſiens ſignificatur. Et per hæc tria compræhenduntur media omnia mirabilia ad uindictam, eo ꝙ ſumma media & infima deſcribuntur: ſumma in igne/ media in uento/infima in tremitu. ¶ Modus autem diuinæ gubernationis aduerſus perſecutores prophetarum eius manifeſtatur in quarto ſenſibili tranſeunte: uidelicet uoce ſubmiſſa ſubtili. in hac enim repræſentabat̃ ſummus deus tranſiens. Et uoce quidem eruditio/ ſubmiſſione uero quaſi manſuetudo/ ſubtilitate autem penetratio ſignificatur. uox enim auditu qui ſenſus eſt diſciplinæ pcipitur: & ideo apte uox doctrinam erudientem nos ſignificat. Et quemadmodum uox clamoſa ex aliqua animi perturbatione procedit/ ſubmiſſa autem uox ex quieto manſuetoq; animo, ſic ad ſignificandum diuinam uelut patientiam ac manſuetudinem in progreſſu ad uindictam/formata eſt uox non clamoſa ſed ſubmiſſa. ſubtilis autem ad ſignificandum ꝙ penetratiua eſt cordium electorum: ut intelligamus utilē eſſe electis huiuſmodi uocē ſubmiſſam: hoc eſt uelut patientē ac manſuetum diuinæ gubernationis modum quo procedit ad uindictam cor; q perſequuntur ſanctos eius. Poteſt nihilominus ſubtilitas uocis ad uindictæ efficaciam referri: ut quamuis uox manſueta/penetratiua tamen ad efficaciam uindictæ appareat. ¶ Directe itaq; per has ſenſibiles ſpecies inſtruit deus eliā ꝙ non cum terribilibus inſtrumentis ignis/uenti ſubuertentis aut terremotus ſed ſuauiter erudiendo cum manſuetudine & patientia ad utilitatem electorum & efficacē punitionē malorum procedit ipſe inter pſecutiones ſuorum ſanctorum. Et qa deſcribitur eliam audiſſe hanc uocem ſubmiſſam ſubtilē, intelligenda eſt differentia inter tria prima ſenſibilia & hoc quartum ſenſibile: penes hoc ꝙ illa tria apparuerunt ſenſibilia ſenſu uiſus/hoc autem quartum ſenſibile ſenſu auditus. Et hinc habetur altera differentia ꝙ in illis tribus non fuerunt ut dictum eſt uentus ignis & tremitus/ſed ſimilitudines eorum uiſibiles tranſeuntes: in hoc autē quarto fuit uere formata uox audibilis ſubmiſſa ac acuta, quā audiuit elias/qua deus dixit eliæ ſubiuncta. **operuit faciem ſuam pallio ſuo.** indignū ſe arbitrans ut uerſus deum præſentem aſpiceret. intellexit enim in uoce illa ſummum deum tranſeuntem: ut ei promiſſum fuerat in ſpelunca dormienti. **⁊ egreſſus ſtetit in porta ſpelunce.** Aduerte ꝙ egreſſus iſte ſcribitur quidē poſt apparitionem iſtam, ſed ſecundum ordinem hiſtoriæ fuit prius ut prædiximus: ſed poſtea commemoratur deſcribendo locum in quo colloquium cum deo habuit. Et ſi iunxeris ſitum iſtum (vz ante oſtium ſpeluncæ) cum ſupradicto/vz ſtabis in monte: percipies ꝙ oſtium ſpeluncæ non erat in planicie ſed in monte horeb. **⁊ ecce vox ad eū.** non alia uox q̃ illa deſcripta ſubmiſſa ac ſubtilis. repetitur.n. ad manifeſtandum quid illa uoce dictum fuerit: erat.n. uox non inanimati ſoni ſed articulatæ locutionis. **⁊ dixit/quid hic agis elia?** Legendū eſt. **qd tibi hic eli'ia bu?** Ecce quid dixit uox illa. idem autem quærit a uigilāte elia quod quæ

Digitized by Google

ſierat ab eodem dormiente, ut hinc etiam manifeſtaret ſeipſum fuiſſe qui apparuerat ei in ſomnis. Et repetit quæſtionem ut magis præparetur elias ad intelligendum tam myſteria apparitionis ſenſibilis ꝗ̄ futuræ prouiſionis quæ ſubiungitur. Et dixit: zelando zelatus ſum pro domino deo exercituū, quia dereliquerunt pactum tuum filij iſrael/altaria tua deſtruxerunt ⁊ prophetas tuos occiderunt gladio: remanſiq; ego ſolus/ ⁊ querunt aīam meā ut auferant eā. Eandem penitus reſponſionem dat elias uigilans quam dederat dormiens.

¶ Et ait dominus ad eum. proculdubio per illam uocem ſubmiſſam ac ſubtilem. Vade reuertere in viam tuam. Ecce ꝓuiſio ſuauis aduerſus idolatras. per deſertum in damaſcū. Legendum eſt. ꝑ deſertuꝫ damaſci. non enim mittitur in damaſcum ſed per uiam deſerti damaſceni. cunq; peruenerís illuc. Iuxta hebræum habetur. ⁊ venies. nec aliud adiungitur: ſed immediate ſubditur. ⁊ vnges chazael in regem ſuper ſyriam. Et iehu filium nimſi vnges in regem ſuper iſrael: ⁊ eliſab filiū ſaphat de abel mechola/ vnges in prophetam pro te. Prædicit ei ꝙ perueniet ſecurus/& mandat tria: vcꝫ ungere duos reges & unum prophetam. An autem ungere hoc in loco ſumatur pro ipſa ſenſibili unctione an pro conſtitutione/ certum non eſt. executio ſiquidem unctionum haruꝫ nuſq̄ legit̃ facta per eliam: immo & inſtitutiones regum iſtorum non per eliam ſed per eliſæum factæ leguntur. Verum hoc non aduerſatur ueritati ſcripturæ huius: quia hoc ipſum ſic exequendum litera hæc ſignificat/dicendo prophetā pro te: ad hoc enim eliſæus ſurrogandus dicitur pro elia/ut loco eliæ de mandato ipſius eliæ exequeretur inſtitutiones illorum duorum regum: ſyriæ vcꝫ & iſrael. Et erit: euadentē gladium chazaelis interficiet iehu. Ecce ꝓgreſſus diuinæ iuſtitiæ ad puniendum idolatras per iſtos reges & per authoritatem eliſæi/& non ꝑ terremotus uentos aut igneꝫ. Hic eſt modus diuinæ gubernationis repræſentatus per uocē ſubmiſſam & ſubtilem. ⁊ euadentem gladium iehu interficiet eliſab. Authoritate potius ꝗ̄ proprio opere intelligo/niſi ad percuſſionem puerorū de quibus inferius tractabitur hoc referatur. Nihil tamen prohibet & hæc ad literā ut ſonant fuiſſe impleta/quamuis executio non ſit ſcripta. Et remanere faciaꝫ in iſrael ſepteꝫ millia: omnia genua que nō curuauerūt ſe bahali. Duo dicit. alterum ꝙ ſeptem millia erant in iſrael qui non adorauerant bahal: ut ſciret elias ꝙ quamuis ipſe eſſet ſolus propheta dei manifeſtus in iſrael/ multa tamen millia hominum erant in iſrael qui non fuerant idolatræ. alterum ꝙ iſtos ſeruabit a gladijs iſtorum regum: ut ſciret elias ꝙ non ſolius ipſius eliæ curam habet/ſed etiam tot millium colentium non idola ſed ſummuꝫ deum. ⁊ omne os quod non adorauit eum oſculans manum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ omne os quod non oſculatuꝫ eſt eum. Quemadmodum cultū bahal deſcripſit a genuflexione/ita deſcribit ab oſculo ſtatuæ bahal: his enim exterioribus ſignis exhibebat cultum bahal uulgus.

¶ Abijtq; inde/ ⁊ repperit eliſab filium ſaphat arantem in duodecim iugis

decim iugis boum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ipſe arans / duodecim paria in facie eius. Duæ ſunt ſentētiæ. altera ꝙ eliſæus actualiter arabat. altera ꝙ ante faciem eius erant duodecim paria boum / proculdubio arantium: ut ſubiuncta teſtantur. ⁊ ipſe in duodecim iugis boum arantibus vnus erat. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ipſe in duodecim. nec habetur aliud. Et eſt ſenſus ꝙ ipſe erat unus ex duodecim hominibus arantibus cum duodecim paribus boum. cunqꝫ veniſſet elias ad eum / miſit pallium ſuum ſuper eum. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ tranſiuit eli'iahu ad eum / ⁊ iecit pallium ſuum ad eum. Et reliquit boues ⁊ cucurrit poſt eli'iahu: Vide nullam narrari unctionem / ſed iactum pallij ſuper eum: quo tactu eliſæi cor mutatum eſt ſtatim, ut initium inſtitutionis ipſius in prophetam loco eliæ intelligatur: reliquit enim ſtatim boues / & cucurrit poſt eliam. ⁊ dixit / oſculer obſecro patrem meum ⁊ matrem meam ⁊ veniaꝫ poſt te. hoc eſt cum bona gratia parentum recedere ex domo concede mihi. dixitqꝫ ei, vade ⁊ reuertere / quod enim meum erat feci tibi. Iuxta hebræum habetur. quid enim feci tibi? Non ſunt uerba ignorantis factum in corde eliſæi: ſed manifeſtantis cauſam talis factæ mutationis non fuiſſe ipſum eliam ſed deum / qui ſolus poteſt efficere mutationem cordis. Acſi apertius dixiſſet: ego non niſi pallio te tetigi / deus autem tetigit cor tuum. Reuerſuſqꝫ eſt ab eo / ⁊ tulit par boum ⁊ mactauit illud / ⁊ ī aratro boū coxit eius carnes. Vt acceleraret opus / uſus eſt aratro pro lignis ad coquendum carnes. ⁊ dedit populo ⁊ comederunt. Conuiuium celebrauit ob uocationem ſui ad ſequendum eliam. ſurrexitqꝫ ⁊ abijt poſt eli'iahu / ⁊ miniſtrabat ei.

CAPVT XX.

BEn'hadad autem rex ſyrie congregauit totum exercitum ſuū / ⁊ trigintaduos reges ſecū ⁊ equos ⁊ currꝰ. Quilibet oppidi dominus intelligendus eſt rex: unuſquiſqꝫ.n. dominus alicuius urbis / regio titulo inſignitus erat. aſcenditqꝫ ⁊ obſedit ſomeron / ⁊ pugnauit contra eam. Miſitqꝫ nuncios ad ach'ab regem iſrael in ciuitatem. Et dixit ei: ſic dixit ben'hadad, argentum tuum meum eſt ⁊ aurum tuum meum eſt / ⁊ vxores tue ⁊ filij tui boni mei ſunt. Petit rex ſyriæ hæc pro ceſſatione ab oppugnatione ciuitatis ſamariæ. argentum quidem & aurum ad habenduꝫ proprio iure: uxores aūt ac filios bonos in obſides. Petit aūt filios bonos ad differentiam filiorum regis qui non habebantur in precio: acſi hodie diceremus filios tuos legitimos ad differentiam illegitimorum. Reſponditqꝫ rex iſrael ⁊ dixit: iuxta verbum tuum domine mi rex / tuus ſum ⁊ oīa que ſunt mihi. Conſenſit rex iſrael.

¶ Reuerſi ſunt autem nuncij. Non contentus rex ſyriæ petitis / iterum mittit nuncios multiplicando petita. ⁊ dixerunt: ſic dixit ben'hadad qui

miſit nos ad te. Iuxta hebræum habetur. quia miſi ad te dicendo/ar-gentum tuum ⁊ aurum tuū ⁊ vxores tuas ⁊ filios tuos mihi da-bis. Verba ſunt regis ſyriæ relata per eius nūcios regio nomine. repetit enim in primis quam fecerat petitionem de argento & auro uxoribus & filijs ipſius re-gis: deinde addit nouam petitionē/ſubiungendo. Cras igitur hac eadem hoꝛa. Iuxta hebræum habetur. Quid ſi ſicut tēpoꝛe craſtino mittam ſeruos meos ad te/⁊ ſcrutabuntur domum tuā ⁊ domos ſeruo-rum tuoꝛum? Affirmationi æquiualet huiuſmodi interrogatio: exigit enim ut rex iſrael admittat die craſtino ſeruos regis ſyriæ ad accipiendum omnia optima tam ex domo regis ꝙ̃ ex domibus ſeruorum eius. Noua itaqꝫ petitio conſiſtit in direptione totius ciuitatis quantum ad ea quæ ſunt deſiderabilia: hoc eſt quoad precioſa quæqꝫ. nam ubi legitur. ⁊ omne quod eis placuerit. hebraice ha-betur. ⁊ erit/omne deſiderabile oculoꝛum tuoꝝ ponent in manibꝰ ſuis ⁊ tollēt. Pulchra ergo & precioſa quæqꝫ mobilia petit.

¶ Uocauit aūt rex iſrael oēs ſenioꝛes terre ⁊ ait/cognoſcite que-ſo ⁊ videte quoniā malū īſidiatur nobis. Hebraice hr̄. ꝙ malū iſte querēs: miſit.n.ad me pꝛo vxoꝛibꝰ meis ⁊ pꝛo filijs meis ⁊ pꝛo ar-gento meo ⁊ pꝛo auro meo/⁊ nō abnui. Proponit rex ſenioribus terræ ꝙ rex ſyriæ nō quærit malū ipſius regis iſrael ſolius/ſed malū totius ciuitatis. & ad exaggerandū petitionē manifeſtat ſenibus ꝙ primæ petitiōi quæ ipſum regē ſolū tāgebat nō negauit aſſenſum, ſed hito illo aſſenſu nouā hāc petitionē aduerſus to-tā ciuitatē rex ſyriæ addidit. Dixerūtqꝫ ad eū oēs ſenioꝛes ⁊ totꝰ popu-lꝰ: nō audias neqꝫ acqeſcas. Rñdit itaqꝫ nūcijs ben'hadad: dici-te dn̄o meo regi, oīa pꝛo qbꝰ miſiſti ad ſeruū tuū ī initio faciā. hāc aūt rē nō poſſum facere. Clara eſt reſpōſio iuxta ꝯſiliū ſenū & populi ꝙ pa-ratus erat adimplere primā petitionē/ſed ab hac ſecūda ſe excuſat. abieruntqꝫ nūcij ⁊ retulerunt ei verbum.

¶ Remiſitqꝫ ad eū ben'hadad ⁊ ait: ſic faciāt mihi dij ⁊ ſic addāt ſi ſuffecerit puluis ſomeron pugillis totiꝰ populi q ſeqtur me. Ia-ctātia potētiæ ex multitudine pugnatoꝝ eſt/ex eo ꝙ eſt tāta multitudo militū cū eo ut ſi qlibet pugillū terræ accipet exhauriret̄ totus puluis ſamariæ: hoc eſt to-ta terra ex qua cōſtructi ſunt aggeres in munimen muroꝝ ſamariæ. Rñdit aūt rex iſrael ⁊ ait: dicite ei. Sup̄fluit ei: ſubintelligit̄ tn̄. ne gloꝛiet̄ accinctꝰ eque vt diſcinctꝰ. Hebraice hr̄. ſicut ſolutoꝛ. Sed ſenſus in idē redit: ꝓuer-biū.n.obiecit rex iſrael. Sonat aūt ꝓuerbiū/ne gloriet̄ accinctus ad pręliū ſeu ui-ctoriā ſicut gloriat̄ ſoluēs ſeu apiēs: hoc ē q iā uicit & apit theſauros ſoluitqꝫ ſac-culos coꝝ q uicti ſunt. multa.n.itercedere poſſunt inter os & offam. Et hoc directe aduerſus iactantiā regis ſyriæ fuit: ꝓp quod excitatus magis rex ſyriæ mandauit oppugnari ciuitatē. Et fuit cū audiret verbū hoc/bibebat ipſe ⁊ re-ges ī tabernaculis: ⁊ dixit ſeruis ſuis/circūdate ciuitatē. Hebraice hr̄. ponite. nec aliud adiūgitur. Et immediate ſequitur executio. ⁊ poſuerunt ſup̄ ciuitatē. Interpres expoſuit ponere uerbo circūdandi.

Digitized by Google

ET ecce ꝓpheta vnꝰ acceſſit ad ach'ab regē iſrael ⁊ ait, ſic dixit dn̄s. Sine nomine quidē introducit̃ hic ꝓpheta, uerax tn̄ & ſummi dei ꝓpheta manifeſtat̃ ex ſubiūctis: nā iehouah nomine ꝓphetauit. certe vidiſti. Hebraice habet̃. num vidiſti totā multitudinē magnā hāc? Penſandā multitudinē magnā hoſtiū ꝓponit/ut magnitudo beneficij libret̃. ecce ego tradoeā i manū tuā hodie/ vt ſcias. Hebraice habet̃. ⁊ ſcies. tam mirabili expimento. ꝙ ego ſum dn̄s. Et ait ach'ab/ ꝑ quē? Parui refert ꝙ hebraice hr̄. i quo? tradet mihi dominus hodie hāc multitudinē. ⁊ ait, ſic dixit dominꝰ/ ꝑ pediſſequos. Hebraice habet̃. i pueris principū ꝓuinciaꝝ. Pueri nō ætate dicunt̃/ſed officio miniſtrādi in re militari. principes. n. ꝓuinciaꝝ ꝓprios habebāt iuuenes aſſiſtentes eis in armis. ⁊ ait/ qs incipiet prcliū? ⁊ dixit/ tu. Iunge ſubiunctā executionē: & ppende ꝙ nō quæſiuit ach ab a propheta qs inter nos iſraelitas incipiet præliū/ſed qs incipiet an rex ſyriæ an ego. Quæſiuit. n. an expectandū eēt ꝙ hoſtes inciperēt præliari/an ipſi iſraelitæ deberent aggredi hoſtes. & ppea ꝓpheta reſpōdit tu/incohoabis præliū: hoc eſt tu cum gēte tua pueris ꝓuinciaꝝ præcedentibus aggredieris hoſtes.

Recenſuit ergo pueros principū ꝓuinciaꝝ/ ⁊ fuerunt ducenti ⁊ trigintaduo: ⁊ poſt eos recenſuit totū populū oīum filioꝝ iſrael/ ſeptem millia. Et egreſſi ſunt in meridie: benhadad aūt bibebat ebriꝰ in tabernaculo. Legendum eſt. in tabernaculis/ipſe ⁊ trigintaduo reges. referunt̃. n. tabernacula multa ipſius & alioꝝ regum ab æſtu meridiani ſolis ꝓtegentia reges. cum eo. Superfluunt iſtæ duæ dictiones. q in auxiliū eius venerant. Egreſſi ſunt aūt pueri principū prouinciaꝝ in prima fronte: miſitq; benhadad, q nunciauerūt. Legendū ē. ⁊ nunciauerūt ei dicendo/ viri egreſſi ſunt de ſomeron. Et ait: ſi pro pace egreſſi ſunt capite eos viuos/ ⁊ ſi ad preliū egreſſi ſunt viuos capite eos. Prius nūciauerūt regi egreſſum viroꝝ de ſamaria: deinde miſit rex ad exercitū circa ciuitatē exiſtentē/ mādando ꝙ ſiue pro pace ſiue pro bello uenerint nō interficiāt eos ſed appræhendāt uiuos. uere. n. potatū uinū magnā ꝯfidentiā regi ſyriæ dabat/ ut pro nihilo hēret hoſtes & i poteſtate ſua arbitraret̃ eſſe capere illos uiuos. Egreſſi ſunt ergo pueri principū ꝓuinciaꝝ de ciuitate: ⁊ exercitꝰ q ſequebat̃ eos. Et ꝑcuſſit vnuſq̄ſq;. ꝓculdubio puer pncipū ꝓuīciaꝝ. viꝝ ꝯtra ſe veniētē. ut iplerec̃ uerbū ꝓphetæ. ꝑcuſſit āt tanto facilius quāto ad capiendū eos uiuos ueniebāt ſyri. fugerūtq; ſyri/ ⁊ pſecutꝰ ē eos iſrael. Ecce uictoria. ⁊ euaſit ben'hadad rex ſyrie i equo cū eqtibꝰ ſuis. Hebraice hr̄. ⁊ eqtes. ut itelligamus pedites ꝑcuſſos fuiſſe et uerſos in fugā: & iō eqtes fugiſſe. Egreſſꝰ ē aūt rex iſrael/ ⁊ ꝑcuſſit equos ⁊ currꝰ: ⁊ ꝑcuſſit ſyros plaga magna nimis. Supfluit dictio nimis.

ACceſſit autem propheta ad regem iſrael. idem/ ut par eſt credere. ⁊ dixit ei: vade confortare/ ⁊ ſcito ⁊ vide quod facias, ſequenti enim anno rex ſyrie aſcendet. Parui refert ꝙ hebraice habetur. in reuerſione anni rex aram aſcendens contra te. tempus enim ido-

neum ad bellum ſequentis anni ſignificatur. ¶ Serui autē regis ſyrie dixerunt ei: dij montium ſunt dij eorum/ideo ſuperauerūt nos: verūtamen pugnem⁹ cōtra eos in campeſtri/ & videbis ꝙ ſuperabimus eos. Vide cæcitatem exiſtimantium limitatā uirtutem ad montes eſſe diuinam potentiam. Et rem hanc fac: amoue reges vnūquenqꝫ de loco ſuo/ & pone duces pro eis. Tu autem numerabis tibi exercitum ſecundum exercitum qui tibi cecidit/ & equos ſecundum equos priſtinos & currus ſecundum currus quos ante habuiſti: & pugnabimus contra eos in campeſtribus/ & videbis ꝙ ſuperabimus eos: audiuitqꝫ vocem eorū/ & fecit ſic.

¶ Et fuit in reuerſione āni/ recēſuit benhadad ſyros: & aſcendit in aphec vt pugnaret contra iſrael. Porro filij iſrael recēſiti ſunt/ & acceptis cibarijs profecti ſunt in occurſum eorum: & caſtrametati ſunt filij iſrael contra eos quaſi duo parui greges caprarum/ ſyri autē repleuerunt terram. ¶ Et acceſſit vir dei. Illemet creditur propheta qui præterito anno prædixerat: & nominat̄ deus elohim. & dixit ad regem iſrael, ſic dixit dominus: quia dixerunt ſyri de⁹ montium eſt dominus & non eſt deus vallium. Hebraice habetur. elohe montium iehouah & non elohe vallium, dabo totam multitudinē hāc magnam in manum tuā. Manifeſte blaſphemauerant ipſum fontem eſſendi ſummum deum: & nō ex merito iſraelitarum ſed ad confutandā blaſphemiam ſyrorū/diuina iuſtitia manifeſtatur exercenda aduerſus ſyros. & ſcietis ꝙ ego ſum dominus. experimento etiam hoc uos iſraelitæ ſcietis ꝙ ego ſum iehouah. Ita ꝙ fructus duplex prædicitur: & confutationis ſyrorum/& notitiæ iſraelitarum. Dirigebāt itaqꝫ ſeptem dieb⁹ ex aduerſo hi atqꝫ illi acies. Legendum eſſet. Et caſtrametati ſunt iſti e regione illorum ſeptem dies. modus. n. caſtrametandi & tempus deſcribuntur. ſeptimo autem die cōmiſſum eſt preliū/ꝑcuſſerūtqꝫ filij iſrael de ſyris centū millia peditū i die vna. Fugerūt aūt q remāſerūt in aphec ad ciuitatē/ & cecidit mur⁹ ſuꝑ vigintiſeptē millia viroꝝ q remanſerant. Mirabilis deus in tāta plaga. benhadad aūt fugiēs igreſſus ē ciuitatē i cubiculū i cubiculo. hoc eſt in penetralia domus.

Dixeruntqꝫ ei ſerui ei⁹: ecce obſecro audiuim⁹ ꝙ reges dom⁹ iſrael clemētes ſint. Hebraice hr̄. reges grē ipſi. Cōfidūt i grā ſolita regū iſrael. ponam⁹ itaqꝫ. Lꝫ lr̄a ſonet iuitationē regis ad ſimul eundū, ſubiūcta tn̄ teſtāt̄ ꝙ ſerui de ſeipſis tm̄ loquūt̄. & ſic ſonat hebraica litera. ponem⁹ nūc ſaccos i lūbis nr̄is & funes i capitib⁹ nr̄is & egredienur ad regē iſrael, forſitan viuificabit aīaꝫ tuā. Petituri ueniā ac uitā, ſigna aſſumūt pœnitētiū induētes ſaccos & apponētes funes i capitibus: loco quoꝝ hodie ponūt cīgulū ī collo petentes ueniā. Accinxerūtqꝫ ſaccis lūbos ſuos & poſuerūt funes i capitib⁹ ſuis: venerūtqꝫ ad regē iſrael & dixerūt/ ſeru⁹ tu⁹ benhadad dixit viuat queſo aīa mea: & dixit, ſi adhuc viuit/ fr̄ me⁹ eſt.

Qđ acceperũt viri pro omine: ⁊ feſtinantes rapuerũt verbum ex ore eiꝰ, ⁊ dixerũt/frater tuꝰ ben hadad viuit. Supfluit uiuit. Dixerat rex iſrael ſi uiuit frater meus ipſe. reſpondent ſtatim/affirmãdo quod ſub conditione rex dixerat: vꝫ ꝙ benhadad eſt frater tuus. ex illa enim conditionali ſtatim intulerunt hanc concluſionem/quia ſciebant ipſum uiuere. ⁊ dixit eis/ ite ⁊ adducite eum: egreſſuſqꝫ eſt ad eũ benhadad. Hinc apparet ꝙ ſine benhadad ſerui eius iuerunt ſupplices ad regem iſrael. ⁊ aſcendere fecit euꝫ in currũ ſuũ. Non habetur in hebræo ſuũ: quãuis ueriſimile ſit ꝙ honorauerit eũ tanq̃ fratrem in ꝓprio curru. Dixitqꝫ ad eũ: ciuitates quas tulit pr̃ meꝰ a patre tuo reddam. Cõditiones ſcribunť fœderis oblatæ a rege ſyriæ. ⁊ plateas fac tibi in damaſco ſicut fecit pr̃ meꝰ in ſomeron. An plateæ iſtæ fora ſignificent uenaliũ rerꝫ exẽpta/an tribunalia dicẽdi ius in plateis ſeu exigendi uectigalia, nõ eſt certũ. ⁊ ego federatꝰ recedaꝫ a te. Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ ego i federe mittã te. Et ſunt uerba regis iſrael reſpõſiua ad regẽ ſyriæ. ſubaudiendũ eſt in litera/& reſpõdit rex iſrael & ego in fœdere quod offers mittã te in terrã tuã. pepigitqꝫ cũ eo fedus/⁊ dimiſit eum.

ET vir vnus de filijs prophetarum dixit ad ſocium ſuum in ſermone domini. hoc eſt mãdando ei ex parte dei: hũc enim ſenſum ſubiuncta inobediẽtia teſtatur. percute me queſo: at ille noluit eũ ꝑcutere. Dixitqꝫ ei, qa noluiſti audire. Hebraice habetur. quia non audiuiſti vocem domini. ut enim alias diximus ualde amicum fuit interpreti uerbum nolo: millies enim illud addidit. ecce recedes a me/⁊ percutiet te leo. cumqꝫ paululuꝫ receſſiſſet ab eo. Interpres addidit paululum: forte quia hebraice habetur. ⁊ iuit a latere eius: ſed per hoc non ſcribitur an paululum aut multum iuerit. ⁊ inuenit eũ leo ⁊ percuſſit eum. ¶ Inuenitqꝫ virum alium/⁊ dixit percute me queſo: ⁊ percuſſit eum ⁊ vulnerauit. Intellige diuino præcæpto paruiſſe hunc percutientem ſic ꝙ ſanguis emanauerit. excuſantur enim hæc quia deo iubente fiebant. Et ut ſubiuncta innuunt percuſſio fuit in capite/ut propheta proprij capitis uulnere repræſentaret regi iſrael uulnus ipſius regis in anima. aſſumpſit enim perſonam regis quatenus deliquerat rex parcendo regi ſyriæ: & propterea uoluit etiam uulnere ſui capitis teſtificari uulnus tum ſupremæ partis animi regis iſrael/tum uulnus populi in rege illius capite. deliquerat enim rex iſrael contra diuinum honorem/parcendo blaſphemo ſentienti ꝙ iehouah eſſet elohe montium & non uallium.

¶ Abijt ergo propheta/⁊ occurrit regi i via: ⁊ mutauit aſperſione pulueris os ⁊ oculos ſuos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ mutauit ſe cum linteo ſuper oculos ſuos. Dictio interpretata linteo/an uere eſſet linteum noli contendere: plaga tamen ſuadet ut intelligamus linteum ad operiendũ plagã. ſolent. n. uulnerati in capite inuoluere caput linteo: quod iſte traxit uſqꝫ ad oculos ne agnoſcereť ꝓpheta/ſed credereť a rege unus de populo petẽs iuſtitiã/& ſic rex daret ſententiã ꝯtra ſeipſum regẽ neſciens. ¶ Cũqꝫ rex tranſiſſet. Legendũ eſt. Et fuit rege trãſeũte/ipſe clamauit ad regẽ. nã trãſeunte

rege clamauit. ꝛ dixit, ſeruus tuꝰ egreſſus eſt ad prœliandũ cominꝰ: Iuxta hebræum habetur. in prope bellum. hoc eſt in locum propinquum loco belli. cunq; fugiſſet vir vnus. Hebraice habetur. ꝛ ecce vir receſſit. Quadrat autem ut de receſſu fugæ a caſtris intelligatur. adduxit eũ quidam ad me. Hebraice habetur. ꝛ venit ad me vir. Alter uir appræhendens fugitiuum deſcribit̃. & ut ſubiũcta teſtant̃/uir authoritatis fingit̃: alioquin non appoſuiſſet ſubiunctã pœnam. Dixi fingitur: quia nõ res geſta ſed parabola eſt iſta/ aſſumpta a propheta ad manifeſtandum regi iſrael ipſius regis peccatum & pœnam. ꝛ dixit: cuſtodi virum iſtum, ſi deficiendo deficiet/erit anima tua pro anima eius aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc illucq; me verterem / ſubito non comparuit. Hebraice habetur. Et fuit ſeruꝰ tuus faciens hic ꝛ hic/ ꝛ ipſe non ipſe. Occupationem uariam ſibi accidiſſe qua non aduertit quãdo datus ſibi in cuſtodiam non eſt amplius uiſus narrat. huiuſmodi enim diſparitionem ſignificat dicendo & ipſe non ipſe. ꝛ ait rex iſrael ad eum/ hoc eſt iudiciũ tuum quod ipſe definiſti. ꝛ At ille ſtatim abſterſit puluerẽ de facie ſua. Hebraice habet̃. Et feſtinauit ꝛ amouit linteũ de ſuper oculos ſuos. ut agnoſceretur a rege poſt datam ſententiam ꝙ eſſet propheta. ꝛ agnouit eum rex iſrael ꝙ de prophetis eſſet. Et ait ad eum/ ſic dixit dominus: quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua: Hebraice habetur. deſtructum meum (ſeu uirum retis mei) de manu. Si prima lectio placet, rex ſyriæ appellatur a deo deſtructus meus / qa uere ipſe deſtruxerat illius exercitum. ſi uero ſecunda amplectitur lectio, uere quoq; rex ſyriæ uir retis diuini dicitur quia tanq̃ comprǽhenſus intra rete fuit ab ipſo deo. erit anima tua pro anima ipſius. Diuina iniuria in facto fœdere cum rege ſyriæ hinc apparet. ꝛ populus tuus pro populo eius. Punitur ergo etiam populus pro peccato regis. Et abijt rex iſrael in domũ ſuam auidireconténens. Parui refert ꝙ hebraice habet̃ potius triſtitia q̃ contẽptus. ꝛ furibundus: ꝛ venit in ſomeron.

CAPVT XXI.

ET fuit poſt verba hec / vinea erat naboth iʒrehelite qui erat in iʒrehel: iuxta palatium ach'ab regis ſomeron. Locutus eſt autẽ ach'ab ad naboth dicendo: da mihi vineam tuam ꝛ erit mihi in ortum olerum / quia vicina eſt prope domum meam: daboq; tibi pro ea vineam meliorem illa, aut ſi bonum in oculis tuis/dabo tibi argentum precij eius. Cui reſpondit naboth: propitius ſit mihi dominus. Hebraice habetur. abſit mihi a iehouah vt dem hereditatẽ patrũ meorꝫ tibi. Horrentis eſt alienare antiquam hæreditatem auorum.

¶ Venit ergo ach'ab i domum ſuam indignans ꝛ frendens. Ex-

Digitized by Google

dē dictiones ſunt quæ in calce præcedentis capituli ſcriptæ ſunt: puta. triſtis ⁊ furibundus. paſſiones enim animi ſe ſequentes ſignificantur. ſup̄ verbum quod locutus fuerat ad eum naboth iįzrebelita / dicendo nō dabo tibi hereditatem patrum meorum: decubuitqꝫ ſup̄ lectū ſuuꝫ/ ⁊ auertit faciem ſuam ⁊ non comedit panem. Ingreſſa eſt auteꝫ ad eum i'zebel vxor eius: ⁊ dixit ei/ quid eſt hoc vnde ſpiritꝰ tuus triſtis eſt ⁊ tu non comedis panem? Qui reſpōdit ei: locutꝰ ſum naboth iįzrebelite ⁊ dixi ei, da mihi vineam tuā pro pecunia/ aut ſi tibi placet dabo tibi vineam pro ea: ⁊ dixit/ non dabo tibi vineam meam. Dixitqꝫ ad eum i'zebel vxor eius/ grandis authoritatis es ⁊ bene regis regnum iſrael. Extendit interpres: nam hebraice habetur. tu nunc facies regnum ſuper iſrael. nec aliud ſcribitur. Et ironia eſt: ſonans ſi non tanti es ut habeas uineam unius ciuis multo minus ſeruabis tibi regnum ſuper uniuerſum iſrael: ſonans ꝙ iſte non eſt modus ſeruandi regnum ſuper iſrael: ſonans ꝙ iuſtitia non debet ipſum impedire a uoto habendi uineam ſicut nec a ſeruando regnum / ſed per fas & nefas agendum eſt quemadmodum pro regno. ſurge comede panem ⁊ alacri animo eſto/ ego dabo tibi vineam naboth iįzrebelite.

Scripſit itaqꝫ literas nomine ach'ab/ ⁊ ſignauit eas anulo eius. ut ex nomine ſimul & anulo regis intelligamus conſentiente rege miſſas eſſe has literas. ⁊ miſit literas ad ſeniores ⁊ optimates qui erant in ciuitate eius / ⁊ habitabant cum naboth. Et ſcripſit in literis dicendo: predicate ieiunium. Quamuis hebraica dictio anceps ſit ad ieiuniū uel congregationem, ſubiuncta tamen teſtantur rectius legi congregationem. Ita ꝙ legendum eſt. vocate congregationem/ ⁊ ſedere facite naboth in capite populi. quadrat. n. huic ſeſſiōi uocatio ꝯgregationis. Et ſubmittite duos viros filios beli'iahal contra eum, ⁊ teſtificentur contra eum dicendo benedixit naboth deum ⁊ regem. Legendum eſt. benedixiſti elohim ⁊ regem. In ſecunda perſona exequendum mandatur, ut intelligerēt ꝙ teſtes in faciem ipſius naboth auderent dicere blaſphemaſti deum & regem. ⁊ educite eum ⁊ lapidate eum ⁊ moriatur.

Feceruntqꝫ viri ciuitatis eius (ſeniores ⁊ optimates qui habitabant in ciuitate eiꝰ) ſicut miſerat ad eos i'zebel: ſicut ſcriptū erat in literis quas miſerat ad eos. Predicauerunt ieiunium. Legendū eſt ut ſupra. Vocauerunt congregationem. repetuntur enim ſcripta in literis. ⁊ ſedere fecerūt naboth iter primos popl'i. Legendū ē. i capite populi. Et inſinuat' hinc ꝙ naboth ciuis erat nō infimus/ ſed iter præcipuos ciuitatis illius. Veneruntqꝫ duo viri filij diaboli. Hebraice habet'. filij beli'iahal. hoc eſt abſqꝫ iugo legis & morum. ⁊ ſederunt contra eum: ⁊ teſtificati ſunt contra eum viri beli'iahal coram populo dicendo / benedixit naboth elohim ⁊ regē. hoc eſt blaſphemauit. ex oppoſito. n. ſignificat ſcriptura (horrens etiam nominare) blaſphemiam dei. eduxerūtqꝫ eum

Digitized by Google

extra ciuitatem/ ⁊ lapidauerunt eum lapidibus ⁊ mortu⁹ eſt. Miſerūtq; ad i'zebel dicendo: lapidat⁹ eſt naboth ⁊ mortu⁹ eſt.

¶ Cū autem audiſſet i'zebel lapidatum eſſe naboth ⁊ mortuum, dixit ad ach'ab: ſurge poſſide vineam naboth ijzrehelite. Aduerte lector tam hic q̄ ſæpe inferius haberi hebraice hæredita: quod ſonat hæreditario iure poſſidendam uineam. Et ad huiuſmodi ius ſpectant ſubiuncta uerba. qui renuit dare eam tibi pro pecunia. ſonant enim q; ob mortem naboth rex tanq̄ hæres acciperet uineam. Nec apparet facilior intelligentia talis iuris q̄ per uiam confiſcationis. ita q; ex crimine læſæ maieſtatis confiſcatæ erāt res naboth: ac per hoc rex tanq̄ hæres ſuccederet. & eo magis quo inferius (hoc eſt libro. 4. ca. 9.) cōmemoratur non ſolum ſanguis naboth ſed ēt ſanguis filiorum eius/ q hic tacetur. non enim viuit naboth ſed mortuus eſt. Cumq; audiſſet ach'ab mortuum eſſe naboth/ ſurrexit vt deſcēderet ad vineam naboth ijzrehelite ad poſſidendum eam.

FActus eſt autem ſermo domini ad eli'iahu thisbitem dicendo. Surge deſcende in occurſum ach'ab regis iſrael qui eſt i ſomeron: ecce ad vineā naboth deſcēdit vt poſſideat eā. Hebraice habetur. ecce in vinea naboth ad quam deſcendit ad hereditandum eam. Occurrit quæſtio quomodo ucrificantur hæc: vz q; rex eſſet in ſamaria & eſſet in uinea naboth: cum uinea eſſet non in ſamaria ſed in izrehel, ut in principio huius capituli dictum eſt. Solutio eſt q; in hebraico contextu ſcribitur ſine uerbo aliquo de rege. qui in ſomeron: ecce in vinea naboth ad quam deſcendit &c. Et ſignificatur celeritas executionis cum aggrauatione. eſt enim ſenſus/ uade in occurſum ach'ab regis iſrael/ qui reſidens in ſamaria audita morte naboth ecce ſine mora eſt in uinea ad quam deſcendit. ita q; ſamaria ſcribitur ut locus reſidentiæ regis: uinea aūt ut locus in quo inueniendus erat.

¶ Sed adhuc reſtat quæſtio altera: quomodo mandatur eliæ ut deſcendat in occurſum ach'ab ſi inueniendus erat in uinea? Solutio eſt q; quia ach'ab prius uenit ad uineam q̄ ad palatium regium in ciuitate izrehel, ideo & uerificatur occurſus & uerificatur inuentio ipſius in uinea. Et loqueris ad eum dicēdo: ſic dixit dominus/ occidiſti inſuper ⁊ poſſediſti. Hebraice habet̃ dictio ſignificans crimen homicidij: acſi liceret dicere homicidiſti. & ſcribit̃. num homicidiſti ⁊ etiam hereditaſti? Manifeſtat propheta utrunq; peccatum ponderatum eſſe a deo. ⁊ poſt hec addes. Senſum expoſuit interpres/ ut pœnam poſt culpam manifeſtaret. ſic dixit dominus/ in loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem naboth. Superfluit hoc. De uerificatione autem horum uerborum, in ſequenti capitulo ubi narrabit̃ mors ach'ab/ erit quæſtio. lingent canes ſanguinem tuū. Hebraice adiungit̃. ēt tuū. Aſſeueratio eſt ad ſignificandum uere tuum in indiuiduo.

Et ait ach'ab ad eli'iahu/ num inueniſti me inimicū tibi? Iuxta hebræum habetur. num inueniſti me inimicus meus? Et eſt ſenſus/ num tu tanq̄ meus inimicus inueniſti me q tā mala cōminaris mihi? num affectu inimici

Digitized by Google

liæ aggreſſus es me cum his malis? ⁊ dixit/inueni. Affirmat elias. & rationem
ſubdit non ex parte ipſius eliæ ſed ex pte ipſius regis. eo ꝙ venūdatꝰ ſis ad
faciendum malum in oculis domini. Ecce ratio inimicitiæ quia uenun-
datus es (hoc eſt tanq̄ uenundatus/tanq̄ ſeruus addictus es) ad faciendum ma-
lum in oculis ſummi dei. non eſt ergo inimicitia ex parte mei/ſed ex parte iniqui-
tatis tuæ. Hæc dicit dominus. Interpres hæc addidit ad ſignificādum ſub-
iuncta uerba dicta eſſe in perſona dei. Ecce ego inducā ſuper te malum.
Inchoata prius ſed propter interrogationem ach'ab interrupta dei uerba proſe-
quitur elias. ⁊ demetā poſteriora tua. Iuxta hebræum habetur. ⁊ deſtru-
am poſt te. hoc eſt poſteros tuos. ⁊ ſuccidam de ach'ab mingentē ad
parietem/ ⁊ clauſum ⁊ vltimum in iſrael. Iuxta hebræum habetur. ⁊
retentum ⁊ relictum ī iſrael. Quemadmodum in prophetia punitionis ie-
roboham primi regis iſrael/poſt pœnam domus ieroboham adiuncta eſt punitio
populi in iſtiſmet uerbis in capitulo. 14. ita & hic poſt pœnā domus ach'ab præ-
nunciatur punitio populi/quem ad nouam idolatriam ach'ab traxit. Et ſignifi-
catur ad literam futura deſtructio populi totius inchoando ab ijs qui frequēti re-
tinentur collegio/uſq; ad infimos qui habentur pro derelictis. Et dabo do-
mum tuam ſicut domum iarobham filij nebat/⁊ ſicut domum ba
haſe filij achi'e. Bahaſæ peccata ſcripta ſunt ca. 15. punitio uero ca. 16. pro-
pter irritationem qua me irritaſti ⁊ peccare feciſti iſraelem. ¶ Et
etiam de i'zebel. regina quæ fuerat principalis cauſa tot malorum. locutus
eſt dominus dicendo: canes comedent i'zebel in agro. Hebraice ha
betur. in valle ijzrebel. Non ſignificatur locus agreſtis/ſed locus imus.
Mortuum de ach'ab in ciuitate/comedēt canes: ⁊ mortuum in
agro/comedent volucres celi. Verūtamen non fuit ſicut ach'ab/
qui venundatus eſt. Legendum eſt. qui ſe vendidit ad faciendū ma
lum in oculis domini: quia incitauit eum i'zebel vxor eius. hoc eſt
ad inſtar uendentis ſeipſum addixit ſe ſeruituti ad faciendum malum/ ut ſeruitus
hæc non coacta ſed uoluntaria intelligatur: & occaſio reijcitur in uxorem. Et
abominabilis effectꝰ eſt valde eundo poſt idola: iuxta omnia que
fecerant emorei quos expulit dn̄s a facie filioꝝ iſrael.

¶ Itaq; cū audiſſet ach'ab ſermones iſtos, ſcidit veſtimēta ſua/
⁊ operuit cilicio. Iuxta hebræum habetur. ſacco carnem ſuam ⁊ ieiu-
nauit. Pœnitentia exterior deſcribitur. ⁊ dormiuit in ſacco/ ⁊ ambula-
uit demiſſo capite. Hebraica dictio anceps eſt ad tria: uidelicet ad demiſſus/
uel ad diſcalciatus uel ſenſim. elige quod uis. ¶ Factus eſt autē ſermo do-
mini ad eli'iahu thisbithem dicendo. Num vidiſti ꝙ humiliatꝰ
eſt ach'ab coram me? Hebraice habetur. a facie mea? hoc eſt a timore mei.
Et hinc inſinuatur ꝙ non uſq; ad amorem dei peruenit hæc humiliatio: ſed in ti-
moris terminis ſtetit. Vnde & repetitur. quia fuit humiliatus a facie mea
nō inducam malum in diebus eius: in diebus filij eius inducam
malum ſuper domum eius. Vide dei bonitatem/non abſq; præmio relin-

Digitized by Google

quentē humilitatē ach'ab q̄quis ex timore. Sed ipſuȝ præmiū tpale atteſtat̃ quod diximus: vcȝ ſtetiſſe humilitatem eius infra terminos timoris.

CAPVT .XXII.

TRanſierunt igitur tres anni abſq; bello inter ſyriam ⁊ iſrael. In anno autem tertio deſcēdit iehoſaphat rex iehude ad regem iſrael. Dixitq; rex iſrael ad ſeruos ſuos: ignoratis. Hebraice habetur. num noſtis. quaſi dicat noſtis. q noſtra ſit ramoth ghilhad/ ⁊ negligimus tollere eam de manu regis ſyrie? Et ait ad iehoſaphat/ venieſne mecum ad bellum in ramoth ghilhad? dixitq; iehoſaphat ad regem iſrael, ſicut ego ſum ita ⁊ tu/ popul9 meus ⁊ populus tuus vnum ſunt/ ⁊ eqtes mei equites tui. Interpres addidit: hebraice enim eodem modo dicuntur omnia. ſicut ego ſicut tu/ ſicut populus meus ſicut populus tu9/ ſicut eq mei ſicut eq tui. modus enim loquendi hebraicus eſt ad ſignificandum indifferentiam.

Dixitq; iehoſaphat ad regem iſrael: quere obſecro hodie verbuȝ domini. Congregauitq; rex iſrael prophetas/ quadringētos circiter viros. Hebraice habetur. ſicut quadringentos viros. Et quia interrogandus ſermo iehouah propoſitus fuerat a ioſaphat, conſequens eſt ut intelligamus prophetas iſtos tanq̄ prophetas ſummi dei uocatos. erant enim ut diximus profitentes ſe diuinis laudibus uacare: & ideo prophetæ appellabantur. ⁊ ait ad eos/ ire ne debeo in ramoth ghilhad ad bellū an quieſcere? q reſponderunt/ aſcende ⁊ dabit dn̄s in manū regis. Nomen eſt loco tetragrammaton. Quod ideo annotauerim ut perſpiciat̃ q ſummi dei prophetas ſe eſſe profitebantur iſti.

Dixit aūt iehoſaphat: an non eſt hic propheta domini quiſpiam? Hebraice habetur. adhuc/ ⁊ inquiremus ab eo? Non petit an ſit aliqs propheta ſummi dei: ſed an ſit aliquis alius ſummi dei propheta. Et dicendo adhuc/ affirmat illos quadringentos eſſe prophetas ſummi dei. aliquid enim minoris fidei ſe præſtare multitudini illorū inſinuat/ petendo an aliqs alius adhuc ſit propheta domini. ſciebat enim (ut creditur) relictum fuiſſe micheam: & propterea interrogauit an aliquis remanſerit. Et ait rex iſrael ad iehoſaphat: adhuc eſt vir vn9 per quem poſſum9 interrogare dominū (ſed ego odi eū. hoc eſt abominor eum. quia non prophetat mihi bonū ſed malum) micha iehu filius ijmle: dixitq; iehoſaphat/ ne dicat rex ita. Vocauit ergo rex iſrael eunuchum vnum: ⁊ dixit/ feſtina adducere micha iehu filiuȝ ijmle. Rex autem iſrael ⁊ iehoſaphat rex iehude ſedebant vnuſquiſq; ſuper ſolium ſuū veſtiti cultu regio. Iuxta hebræum habetur. veſtiti veſtibus in area introitus porte ſomeron. Recte interpretem antiquum expoſuiſſe puto. ⁊ omnes prophete

prophetabant in conſpectu eorum. Fecitq; ſibi zid'ci'ia filius chenabane cornua ferrea: ⁊ ait, ſic dixit dominus / his ventilabis. Iuxta hebræum habetur. cum iſtis cornupetes ſyros vſq; ad conſumptionem eorum. Propheta iſte ſenſibilibus ſignis ſuam prophetiam protulit ut firmius crederetur quod dicebat. cornibus enim ferreis uim efficacem ad domandum ſyros ſignificauit affuturam regi iſrael. Omneſq; prophete / prophetabant ſic dicendo: aſcende in ramoth ghilhad ⁊ vade proſpere. Hebraice habetur. ⁊ profice. profectum ſiquidem in prælio promittunt omnes prophetæ. & ſimiliter intellige inferius cum uade proſpere repetitur. ⁊ tradet dominus in manũ regis.

¶ Nuncius autem qui ierat ad vocandum micha'iehu locutus eſt ad eum dicendo: ecce queſo ſermones prophetarum ore vno bonum regi predicunt / ſit queſo ſermo tuus ſicut ſermo vnius ex eis ⁊ loquere bonum. Cui micha'iehu ait: viuit dominus ꝙ quicquid dixerit mihi dominus illud loquar. Venit itaq; ad regem: ⁊ ait illi rex / micha'iehu num ire debemus in ramoth ghilhad ad bellũ an qeſcere? dixitq; ad eum / aſcende ⁊ vade proſpere ⁊ tradet dominus in manum regis. Dixit autem rex ad eum: iterum atq; iterum. Hebraice habetur. vſq; quot vices. Et ſunt uerba non regis ſed authoris libri: legendum eſt enim. Et dixit ad eum rex: vſq; quot vices ego adiuro te. hoc eſt non ſemel ſed multoties repetendo adiurationem ſubiunctam. Vt non loquaris mihi niſi quod verum eſt in nomine domini? Et ait / vidi totum iſrael diſperſum in montibus quaſi oues non habentes paſtorem. Oritur quæſtio qua ratione micheas prius dixit aſcende & dabit dominus in manũ regis ciuitatẽ / ſtatim autem dixit oppoſitum. Et eo magis augetur quæſtio tum quia ipſe iurauerat nuncio ſe dicturum quod deus loquetur ſibi: certum eſt enim deum non mentiri. tum quia ipſe non dicit uideo ſed uidi omnẽ iſrael &c. ſi enim uiderat ruinam regis & populi, quomõ dixit abſq; mendacio / aſcende & proficies & tradet dominus &c. ¶ Solutio eſt ꝙ micheas priora uerba dixit nomine proprio anteq̃ haberet uiſionem hanc. quod ex eo habetur ꝙ ipſe iurauit nuncio ſe dicturum non quod locutus eſt ſed quod loquetur ſibi deus. Futuram ergo expectabat reuelationẽ diuinam: & interrogatus primum a rege carens diuina reuelatione / uidens omnes prophetas alios prophetare bonum conformauit ſermonem ſuum ſermoni aliorum: ſtatim autem adiuratus a rege ut loqueretur in nomine domini duntaxat / diuinam habuit uiſionem quæ uerbis ſubiunctis narratur. Et præteritum uidi / ad tempus locutionis refertur. iam enim uiderat quando narrauit uiſionem: cito enim deus internam operatur uiſionem. ⁊ ait dominus / non habent iſti dominum. Significatur per hoc mors regis futura in illo prælio. Vbi nota ꝙ ſimul micheas uidit iſraelem diſperſum tanq̃ oues ſine paſtore / & audiuit ſignificatam rem ex ore dei. reuertatur vnuſquiſq; in domum ſuam in pace. Et per hoc ſignificat ꝙ pcuſſo rege rediturus erat populus ad ꝓpria.

¶ Dixitq; rex iſrael ad iehoſaphat: nonne dixi tibi ꝙ non ꝓphetaret mihi bonum ſed malum? Ille vero addens ait: propterea: quia tam uehementer adiuraſti me. audi ſermonem domini, vidi dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum. Aduerte ꝙ uiſio iſta fuit imaginaria. formatæ ſiquidem ſunt ſpecies in imaginatione micheæ/ repræſentantes deum in humana ſpecie tanꝙ̄ principem ſedentem ſuper ſolium cum aſſiſtētia uniuerſi exercitus cœleſtis/tanꝙ̄ celebrantem concilium & inquirentem modum puniendi ach'ab in prælio contra ſyros. & ideo ſedere & ſtare interrogare & reſpondere & reliqua eiuſmodi fuerunt oblata in imaginatione micheæ uigilantis quemadmodū dormiētes uidemus ſomniādo ſedentes loquētes rñdētes &c. Quia aūt diuina fuit hæc apparitio/plena ſunt omnia myſterijs: nam ſeſſio dei principatum eius/ ſtare uero aliorum ſeruitutem eorūdē ſignificat. ⁊ oēm exercitū celi. hoc eſt cunctas ſpirituales ſubſtantias ſeruientes deo ad gubernationem horum inferiorum/tanꝙ̄ exercitum ordinatum ad pugnam contra homines rebelles diuinis præceptis. cœleſtes enim omnes dicuntur/quia ſuperiores ſunt ſecundum naturam hominibus & reliquis habitantibus tam in terra ꝙ̄ in aquis. ſtantem iuxta eum a dextris ⁊ a ſiniſtris eius. Spirituales ſubſtātiæ bonæ a dextris/ malæ uero a ſiniſtris ſtabant ſubditæ ad ſeruiendum.

¶ Dixitq; dominus/quis decipiet ach'ab. Iſta inquiſitio præter merita ach'ab ut deciperetur & ſic periret/duo ſignificat. alterꝫ ꝙ decipere alienum eſt a deo: & propterea tanꝙ̄ id quod non habetur inter diuina/inquiritur. Alterum ꝙ ipſum decipere eſt exacte cognitum & ordinatum a deo. deus enim proprie nihil inquirit: ſed humano more deſcribitur interrogans & inquirens quis decipiet/ad inſtruendum nos hæc duo. Vt aſcendat ⁊ cadat in ramoth ghilhad? Ecce ordo decæptionis ad puniendum ach'ab morte in prælio. ⁊ dixit vnus verba huiuſcemodi/⁊ alius ſimiliter. Hebraice habetur. ⁊ dixit iſte in ſic/⁊ iſte dicens in ſic. Varij modi decipiendi ach'ab propoſiti a ſtantibus narrantur. Qui ideo tacentur in ſpecie/ quia illis uti diuina noluit prouidentia. ideo tamen in genere referuntur, ut inſtruamur omnes modos omneſq; uias decipiendi cognitas exacte eſſe a deo/& in promptu eſſe ad exequendam diuinam prouidentiam. ¶ Egreſſus eſt autem ſpirit⁹ ⁊ ſtetit coram domino. Ex cœtu ſtantium a ſiniſtris/egreſſus narratur iſte ſpiritus: & prodyt in medium ante faciem ſedentis dei in ſolio/& obtulit ſe ad decipiendum. Nominatur iſte ab officio/quia ſpiritus officium exercendo decæpturus erat. Egreſſus autem eius ſignificat affectum eius ex intimis prodeūtem ad huiuſmodi decæptionis modum ſubiunctum. Stare autē eius in medio offerendo ſe ꝓmptiſſimum/deſiderium mali ſpiritus ad huiuſmodi decæptionem ſimul cū impotentia hoc faciendi ſine permiſſione diuina ac affectu ut permittat deus ſignificat. inſtruimur enīꝫ hinc ꝙ dæmones ꝙ̄uis ualde cupiant decipere nos, non niſi permiſſi ſpecialiter poſſunt facere quod cupiunt. ⁊ ait/ ego decipiam illum. hoc eſt ego efficaciter exequar decæptionem. dixitq; dominus ad eum/in quo? quo medio uteris ad efficaciter illum decipiendum? Et introducitur deus (ut dictum eſt)

(ut dictum eſt) inquirens modum decipiendi/non quia neſciret: ſed ut inſtrue-remur & alienas eſſe a diuinis machinatiões diabolicas/& ſubdi eas in ſpecie ſingillatim diuinæ prouidentiæ. Et ait/egrediar. Vere dicit egrediar, quoniam extra rectitudinem operatio eius futura erat. ⁊ ero ſpiritus mendax. Hebraice habetur. falſus. Vere fuit ſpiritus falſus in ore prophetarũ, qui nõ mentiebantur ſed falſum dicebant putantes ſe uerum dicere. Et fuit officium ſpiritus eſſe ſpiritum falſum in ore prophetarum: hoc eſt mouere atq; impellere prophetas ab intimis ad uaticinandum falſum. poteſt enim permiſſa ſpiritualis ſubſtantia mouere phantaſmata/ & conſequenter gignere apparitionem alicuius falſi tanq̃ ueri: necnon ſimiliter excitare affectum ad illud dicendum &c. in ore omnium prophetarum eius. non prophetarum abſolute ſed eorum qui placẽt ei. ⁊ dixit/decipies ⁊ et preualebis. Manifeſtat deus efficaciã huius medij. Vbi aduerte officium eſſe diaboli decipere & præualere: & hoc officium diabolicum uſq; adeo uerſari in curijs/ut diogenes diffinierit curiam eſſe locum ad decipiendum & præualendum. egredere ⁊ fac ita. Verba hæc relata ad malum culpæ (actionem uidelicet iniquam dæmonis) permiſſiua ſunt: relata autem ad punitionem ipſius ach'ab/præcæptiua ſunt. & præter hæc ſignificant relaxationẽ uinculorũ (hoc eſt ablationẽ impedimẽti) poteſtatis dæmonis quantũ ad hæc facienda: habet enim dæmon poteſtatem ligatam ob peccatum ſuũ. Et nũc ecce dedit dominus ſpiritum mendacij. Legendum eſt. ſpiritum falſum/in ore omnium prophetarum tuorum iſtorum. Dedit deus modo prædicto: uidelicet efficiendo relatiue ad pœnam/permittendo autem relatiuæ ad culpam. ⁊ locutus eſt dominus ſuper te malum.

Acceſſit aũt ſid'ci'iahu filius chenahane/⁊ percuſſit micha'iehu in maxilla: ⁊ dixit/mene ergo dimiſit ſpirit⁹ domini ⁊ locutus eſt tibi? Hebraice habetur. qua iſte tranſiuit ſpiritus iehouah a mecum ad loquendum tibi? Manifeſta indignatio contra micheam q̃ ſedechias deſertus fuerit a ſpũ ſummi dei/mouit eũ ad facta & uerba hæc. Et ait micha'iehu/viſurus es. Hebraice habetur. ecce tu videns in die illo quo intrabis cubiculum in cubiculo vt abſcondaris. cito experientia teſte uidebis cum quæres latibula. occiſo enim ach'ab rege/ſedechias iſte uidens ſe falſum uatem fuiſſe quæſiuit latibula.

Dixitq; rex iſrael: tollite micheam/⁊ maneat apud amon. Hebraice habetur. tolle micha'iehu/⁊ fac redire eum ad amon principem ciuitatis. Hinc apparet q̃ micheas prius fuerat detentus ſub cuſtodia amon: alioqn nõ dixiſſet rex miniſtro tolle micheã & fac redire eũ ad amon. ⁊ ad ioas filiũ hamelech. Iuxta hebraeũ hr̃. filiũ regis. Crediderim ego anti quũ interpretẽ rectius itellexiſſe melech eẽ nomẽ ꝓpriũ u.ri / & nõ eẽ nomẽ appellatiuũ ſignificãs regẽ hoc i loco. Et dices/ſic dixit rex: ponite hũc i domo carceris/⁊ ſuſtẽtate eũ pane tribulatiõis ⁊ aq̃ anguſtie donec reuertar i pace. Dixitq; micha'iehu/ſi reuertẽdo reuerſ⁹ fueris i

pace non eſt dominꝰ locutus in me: ⁊ ait/audite. hoc eſt ſitis teſtes uer
bi quod dixi. populi omnes. Et aduerte nouicie ꝙ iſte micheas alter eſt ab
illo qui inter duodecim ſupputatur ꝓphetas. nam iſte prior fuit/ucꝫ tempore io-
ſaphat regis iudæ: ille autem tempore poſteriorum regum/ ut liber eius teſtaẗ in
principio.

AScendit itaqꝫ rex iſrael ⁊ iehoſaphat rex iehude in ramoth
gbilhad. Dixitqꝫ rex iſrael ad iehoſaphat / ſume arma ⁊ in-
gredere in prelium. Iuxta hebræum habetur. mutari ⁊ venire in pre-
lium. Sic iacet in hebræo. & immediate ſubditur. ⁊ tu indue veſtes tuas:
⁊ mutauit ſe rex iſrael/⁊ venit in prelium. Cõtextus itaqꝫ aperit illa uer
ba infinitiui modi abſolute dicta (uidelicet mutari & uenire in prælium) de ſe-
ipſo rege iſrael dixiſſe eum ad ioſaphat. Et ſubintelligitur decet me. nam cauſa
honorandi ioſaphat ſimulauit rex iſrael ſe non cum apparatu regio ingreſſurum
prælium/ut totus honor exhiberetur ioſaphat. Secundum tamen rei ueritatem
mutauit ſe timore ſyrorum/uel ſciens mandatum regis ſyriæ aduerſus regẽ iſra
ël in ſpecie quod in litera ſubiungitur: uel ſolicitatus ex audita prophetia per os
micheæ de ipſius regis occubitu in illo prælio. cogitauit enim ſibi minus immi-
nere periculum ſi non agnitus protegeretur uehiculo currus. Prima tamen ratio
uideẗ reddi in litera/eo ipſo ꝙ immediate ſubiũgitur mandatũ regis ſyriæ.

¶ Rex autem ſyrie preceperat principibus curruuꝫ ſuoꝝ trigin-
taduobus dicendo: non pugnabitis cum paruo ⁊ cũ magno/ ſed
cum rege iſrael ſolum. Et fuit cum vidiſſent principes curruum
iehoſaphat/ſuſpicati ſunt ꝙ ipſe eſſet rex iſrael. Iuxta hebræum habe
tur. dixerunt certe rex iſrael ipſe. Vox iſta(ut in exercitu fieri ſolet)fuit uox
publica / & excitatiua omnium ad pugnandum contra illum reputatum regem
iſrael iuxta regis ſyriæ mandatum. ⁊ declinauerunt ꝯtra eũ ad pugnan-
dum: ⁊ exclamauit iehoſaphat. ad manifeſtandum ſe non eſſe regẽ iſrael:
audierat enim ſyros dicentes hic eſt rex iſrael pugnemus contra eum. Cumqꝫ
intellexiſſent principes curruum ꝙ non eſſet rex iſrael ipſe/auerſi
ſunt ab eo.

Vir autem qdam tetendit arcũ/in incertum ſagittam dirigens.
Hebraice habetur. Et vir iaculatus eſt arcu in puritate ſua. hoc eſt
abſqꝫ intentione percutiendi regem iſrael: ab huiuſmodi enim intentione purus di
citur hic iaculator. ⁊ percuſſit regẽ iſrael inter pulmonẽ ⁊ ſtomachũ.
Iuxta hebræum habetur. inter coniuncturas ⁊ inter loricam. Et coniun-
cturæ corporis cum cruribus inſinuari uidentur / loca confinij inter loricam &
crura. dixitqꝫ aurige ſuo / verte manum tuam ⁊ educ me de ca-
ſtris quia grauiter vulneratus ſum. Iuxta hebræum habetur. quia
egrotaui. Noluit indicare ꝙ uulneratus eſſet ſed ſimulauit ægritudinem ſi-
bi ſuperueniſſe/ne exterreretur exercitus audiens regem uulneratum. Et eo ma-
gis occultare ſuum uulnus ſperabat quo in curru erat ignoto: utpote ſine appa-
ratu regio.

Digitized by Google

¶ Commiſſum eſt ergo. Iuxta hebræum habetur. Et aſcendit prelium in die illa. Poſt deſcripta particularia circa iehoſaphat & ach'ab/ deſcribitur magnitudo prælij nomine aſcenſus: ne putaretur ſtatim ceſſaſſe aut leue prælium. ⁊ rex iſrael ſtabat in curru ſuo contra ſyros. Superfluit ſuo. Suppletur quod non fuerat adhuc explicite dictum: uidelicet regem iſrael ſtetiſſe in curru quamuis incognitum. ⁊ mortuus eſt veſpere. ut adimpleretur uerbum micheæ prophetæ. ⁊ effluebat ſanguis plage ad ſinum currus. Et preco perſonuit in vniuerſo exercitu anteq̄; ſol occumberet. Hebraice habetur. Et tranſiuit preco in caſtris/ ſicut occumbente ſole dicendo: vnuſquiſq; ad ciuitatē ſuam ⁊ vnuſquiſq; ad terram ſuam. ut etiam impleretur uiſio micheæ de reditu populi ad propria. Mortuus eſt autem rex/ ⁊ perlatus eſt in ſomeron: ⁊ ſepelierunt regem in ſomeron. Et lotus eſt currus in piſcina ſomeron ⁊ linxerunt canes ſanguinem eius/ ⁊ habenas lauerūt. Hebraice habetur. ⁊ arma lauerunt: iuxta verbum domini quod locutus fuerat. Ordo literæ eſt. currus quidem lotus in piſcina ſamariæ eſt/ arma uero quibus erat indutus lauerunt & linxerunt canes ſanguinem eius iuxta uerbum domini. ex eo enim ꝙ iuxta uerbum domini factum dicitur, intelligimus ꝙ licet currus fuerit lotus in piſcina ſamariæ/ arma tamen fuerunt lota in izrehel ubi occiſus fuerat naboth: ſic enim dixerat deus per eliam/ in loco in quo linxerūt canes ſanguinem naboth lingent quoq; ſanguinem tuum.

¶ Reliquum autem verborum ach'ab ⁊ omnia que fecit ⁊ domꝰ eburnea quam edificauit. hoc eſt domus cruſtis eboris tecta in ſuperficie parietum intrinſecus. Sumptuoſa ac cariſſima fuit fabrica hæc: ego tamen intelligo nomine domus aulam. omneſq; ciuitates quas extruxit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iſrael? Dormiuit ergo ach'ab cū patribus ſuis: ⁊ regnauit achaz'iahu filius eius pro eo.

IEhoſaphat vero filius aſe regnare cepit ſuper iehudam/ anno quarto ach'ab regis iſrael. Et iehoſaphat filius trigintaquinq; annorum erat cum regnare cepit/ ⁊ vigintiquinq; annis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eius ha'zuba filia ſilchi. Ambulauitq; in omni via aſe patris ſui ⁊ non declinauit ab ea: faciendo quod rectum eſt in oculis domini. Veruntamen excelſa non abſtulerunt: adhuc populus immolabat ⁊ thurificabat in excelſis. Intellige huiuſmodi ſacrificia offerri ſummo deo/ nec interceſſiſſe peccatum niſi ratione loci. aſſuetus enim populus non potuit diſtrahi etiā ædificato templo ab hac delectatione ſacrificandi in locis excælſis: ibi enim conuiuia faciebant inter arbores & refrigerium auræ æſtiuo tempore. Pacemq; fecit iehoſaphat cum rege iſrael. Reliquum autem verborum iehoſaphat ⁊ fortitudo eius quā fecit ⁊ qua pugnauit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regū iehude? Et reliqas effe-

minatorum qui remanſerant in diebus aſe patris eius abſtulit e terra. Iam diximus ꝙ meritorū ſignificantur non penitus extirpati tempore patris. Nec erat tunc rex conſtitutus in edom. Iuxta hebræum habetur. Et rex non in edom, prefectus rex. hoc eſt idumæa non habebat regem ſed præfectus uices regis agebat / officio authoritateq; regia fungebat̃ q̄uis titulum regis non haberet. Et ſcribitur hoc ad ſignificādum ꝙ idumæa adhuc erat ſub rege iudæ tempore ioſaphat. Iehoſaphat fecit naues tharſis ad eundum in ophir pro auro/ ⁊ non iuit: quia confracte ſunt naues in hez'iongaber. Tunc dixit achaz'iahu filius ach'ab ad iehoſaphat/ Vadant ſerui mei cum ſeruis tuis ĩ nauibꝰ: ⁊ noluit iehoſaphat. ſecunda uice. nam prima uice conſenſit ut ſimul irent & fractæ ſunt naues: ut paralipomenon teſtatur. repræhenſus enim fuit ꝙ iunctus eſſet impio regi iſrael. Dormiuitq; iehoſaphat cum patribus ſuis/ ⁊ ſepultus eſt cũ eis in ciuitate dauid patris ſui: ⁊ regnauit iehoram filius eius pro eo.

¶Achaz'iahu filius ach'ab regnare cepit ſuper iſrael in ſomeron / anno decimoſeptimo iehoſaphat regis iehude: ⁊ regnauit ſuper iſrael duobus annis. Fecitq; malum in oculis domini: ⁊ ambulauit in via patris ſui ⁊ in via matris ſue. izebel. ⁊ in via iarobham filij nebat qui peccare fecit iſraelem. Seruiuitq; bahali ⁊ adorauit eum: ⁊ irritauit dominum deum iſrael/ iuxta omnia que fecerat pater eius. Et ſic finitur tertius liber regum: romæ die undecimo nouembris. M. D. XXXI.

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XYSTI/IN ſecundum librum regum commentarij.

PReuaricatus eſt autem moab in iſrael poſtq̃ꝫ mortuus eſt ach'ab. Defectio moabitarum a rege iſrael narratur. erat enim tributarium regnum moab regi iſrael/ut infra narratur. Ceciditqꝫ achaz'iahu per cancellum in cenaculum ſuuꝫ quod habebat in someron/⁊ egrotauit: miſitqꝫ nuncios ⁊ dixit ad eos/ite conſulite babal'zebub deum hec'ron an viuã de infirmitate hac. Angelus autem domini locut⁹ eſt ad eli'iahu thisbitem: ſurge aſcende in occurſuꝫ nunciorum regis someron ⁊ loquere ad eos/an non eſt deus in iſrael ꝙ itis ad cõſulendum babal'zebub deum hec'ron? Quãobrem ſic dixit dominus/de lecto ſuper quem aſcendiſti non deſcendes ſed moriendo morieris: ⁊ abijt eli'ia. dictis his uerbis diſparuit. niſi enim admirabilis fuiſſet abſceſſus eius/non fuiſſet illius abſceſſus narratus tanq̃ ratio reuerſionis nunciorũ immediate ſubiunctæ: ſed ex hoc ꝙ mirabiliter abijt/cogitauerunt nuncij regis ꝙ angelus dei fuiſſet qui eos allocutus erat & ideo reuerſi ſunt. ¶ Reuerſiqꝫ ſunt nuncij ad eum. abſq; proſecutione itineris ad acharon. ⁊ dixit ad eos/quare reuerſi eſtis? Dixeruntqꝫ ad eum/vir aſcendit ĩ occurſum noſtrum. Minus dicitur & plus ſignificatur: nam ſignificatur modus quo occurrit & diſparuit elias ſic ꝙ exiſtimauerunt nuncij angelum in ſpecie uiri fuiſſe. ⁊ dixit ad nos: ite reuertimini ad regem qui miſit vos ⁊ loquimini ad eum/ſic dixit dominus an nõ eſt deus in iſrael ꝙ mittis ad conſulendum babal'zebub deum hec'ron? idcirco de lecto ſuper quem aſcendiſti non deſcendes ſed moriendo morieris. Dixitqꝫ ad eos: cuius figure eſt ⁊ habitus vir qui occurrit vobis. Hebraice habetur. que diſpoſitio viri qui aſcendit in occurſum veſtrum/⁊ locutus eſt ad vos verba hec? Niſi rex quoq; dubitaſſet de illo qui occurrerat/non quæſiſſet de forma eius. Dixeruntqꝫ ad eum/vir piloſus. Non dicitur ueſte piloſa ſed uir piloſus, quia caro eliæ piloſa deſcribitur. multos enim uidemus uiros adeo refertos pilis ut merito uiri piloſi uocentur. ⁊ zona pellicea accinctus lumbos ſuos: ⁊ dixit/eli'ia thisbites eſt. nouerat enim eum: utpote quem apud patrem ſuum ſæpe uiderat.

¶ Miſitqꝫ ad eum principem quinquagenarium/⁊ quinquaginta viros qui erant ſub eo: ⁊ aſcendit ad eũ/⁊ ecce ſedebat in ver-

rice montis:⁊ ait ei/ vir dei. Nomen eſt elohim. & idem intellige in ſequentibus dum pluries repetitur uir dei. rex precepit vt deſcendas. Legendum eſt. rex dixit deſcende. Honeſtius locutus eſt: uerũtamen præcæptum detulit deſcendendi. Reſpondenſqꝫ eliiahu dixit quinquagenario/ ſi vir dei ſum deſcẽdat ignis de celo ⁊ deuoret te ⁊ qnquaginta tuos: deſcenditqꝫ ignis de celo ⁊ deuorauit eum ⁊ quinquaginta eius. Mirabilis profecto iuſtitia dei/ non ſolum defendens eliam ſed puniens uenientes ad capiendum eum ſi uocatus non ueniret ad regem. Ex uerbis autem dictis (ſi uir elohim ego deſcendet ignis e cœlis) manifeſtat non niſi iuſtitiam diuino iudicio ſe uelle. uir enim ſummi iudicis par eſt ut non impetatur a miniſtris unius regis. Et ex proprijs uerbis eorum/ dãnationem mereri eos ſimul manifeſtat. ipſi. n. dixerant ad eum uir elohim/ propriam præſumptionem ſuis uerbis accuſantes: & propterea elias ex proprijs illoruꝫ uerbis ipſos dãnat ad pœnam quam merebantur. Rurſumqꝫ. Hebraice habetur. Et reuerſus eſt. proculdubio rex. Niſi audita combuſtione eorum quos miſerat deſeruiſſet propoſitum capiendi eliam/ non ſcriberetur de rege & reuerſus eſt ad animũ capiendi eliam: nullus. n. reuertitur illuc unde non receſſit. ⁊ miſit ad eum principem quinquagenarium alium ⁊ quinquaginta eius: qui locutus eſt ei/ vir dei hic dixit rex feſtina deſcende. Præcæptum quoqꝫ iſte executurus detulit: & ideo ſimiliter punitus eſt. Reſponditqꝫ eliia ⁊ dixit ad eos/ ſi vir dei ſum deſcendat ignis de celo ⁊ deuoret te ⁊ quinquaginta tuos: ⁊ deſcendit ignis dei de celo/ ⁊ deuorauit eum ⁊ quinquaginta eius.

Iterum miſit. Iuxta hebræum habetur. Et reuerſus eſt ⁊ miſit principem quinquagenarium tertium ⁊ quinquaginta eius. Inſinuatur enim ꝙ audita combuſtione etiam iſtorum iterum deſtitit a propoſito uexandi eliam: ſed poſtea reuerſus eſt ad idem propoſitum/ & miſit tertium principem ad capiendum eum ſi uenire renueret. aſcenditqꝫ ⁊ venit princeps quinquagenarius tertius/ ⁊ genuflexus eſt ſuꝑ genua ſua cõtra eliiahu. Iſte tertius prudens fuit: & timens diuinum iudicium & nolens perdere gratiam regis humiliauit ſeipſum: nec detulit præcæptum regiuꝫ præcipiendo eliæ/ ſed cogens eos ad ueniendum ad eum. ⁊ precatus eſt eũ ⁊ ait/ vir dei noli deſpicere animam meam. Hebraice habetur. preciosa queſo ſit anima mea ⁊ anima ſeruorum tuorum horum quinquaginta in oculis tuis. Quod in precio habetur/ non facile deſtruitur ſed charꝫ habetur ac ſeruatur. uitam itaqꝫ ſuam & ſuorum ſeruari petit/ & non comburi ſicut primos & ſecundos. Ecce deſcendit ignis de celo/ ⁊ deuorauit duos principes quinquagenarios primos ⁊ quinquaginta eorum: ſed nunc obſecro vt miſerearis anime mee. Iuxta hebræum habetur. ⁊ nũc precioſa ſit anima mea in oculis tuis. repetitur enim ſupplicatio ex magnitudine timoris.

LOcutus eſt autem angelus domini ad eli'iahu, deſcende cū eo/ne timeas. Deficit. a facie ei⁹. Vide actiones eliæ angelica directione gubernari per ſingula: hoc eſt tam exteriores motus quam interiores. dicitur enim ei & quod deſcendat cum eo/& quod non timeat ab eo. ſurrexitq́ꝫ & deſcendit cū eo ad regem. Et locutus eſt ei: ſic dixit dominus, quia miſiſti nuncios ad conſulendum bahal'zebub deum hec'ron quaſi non eſſet. Hebraice repetuntur ſupradicta uerba. an non deus in iſrael ad requirendum in verbo eius? ideo de lecto ſuper quē aſcendiſti nō deſcendes/ſed moriendo morieris. elias enim imperterritus dicit regi coram quæ dixerat nuncijs eius.

Mortuuſq́ꝫ eſt iuxta ſermonem domini quem locut⁹ eſt eli'iahu/ & regnauit iehoram frater eius pro eo. Interpres addidit frater eius pro maiori claritate. anno ſecūdo iehoram filij iehoſaphat regis iehude. Quæſtio de ueritate huius ſupputationis/in principio tertij capituli tractāda eſt ubi oppoſitum uidetur ſcribi. non enim habebat filium. Rō redditur quare frater eius ioram ſucceſſerit in regno. Reliquum autem verbor̄ achaz'iahu que fecit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iſrael?

CAPVT .II.

ET fuit cum leuare vellet dominus eli'iahu in turbine ī celū: abijt eli'iahu & eliſah de ghilghal. Dixitq́ꝫ eli'iahu ad eliſah/ſede hic. Iuxta hebræum habetur. ſede obſecro (ſeu nunc) hic. & ſimiliter adiunge in ſequentibus huius capituli repetitis uerbis ſimilibus. quia dominus miſit me vſq́ꝫ in beth'el: cui ait eliſah/viuit dominus & viuit anima tua ſi derelinquā te. Ex tanta reſiſtentia apparet eliam non præcipiendo ſed obſecrando dixiſſe ſede hic: & propterea legendum eſſe ſede obſecro hic. Ratio autem huiuſmodi reſiſtentiæ erat quia nouerat eum tollendum a ſe/ut inferius ipſe fatetur. & deſcenderunt in beth'el. ¶ Egreſſiq́ꝫ ſunt filij prophetarum qui erant in beth'el ad eliſah. Iidem appellantur & prophetæ & filij prophetarum: nam ſuperius appellati ſunt prophetæ/ & modo appellātur filij prophetarum. & hebraico more filij appellātur non ſolum naturaliter geniti/ſed etiam inſtructi a prophetis imitatoreſq́ꝫ eorum ad uacandum diuinis laudibus. Et hinc quoq́ꝫ apparet quod in diuerſis locis regni iſrael permittebantur a rege profeſſores diuini cultus. & dixerunt ei/an noſti quod hodie dominus tollet dominum tuum. Duo hinc habentur. alterum quod iſti filij prophetarum habebant uere donum prophetiæ/præcognoſcendo raptum eliæ. alterum quod uno eodēq́ꝫ die peractum fuit uniuerſum hoc iter eliæ & eliſæi hic deſcriptum: alioquin non eſſet uerum hodie dominus tollet dominū tuum. a te: Hebraice habetur. a ſupra caput tuum. Non ſolum prædicunt raptum eliæ & rapientem deū & tēpus/ſed etiā modum:

Digitized by Google

ꝙ vcꝫ uerſus cœlos rapietur/dicendo a ſupra caput tuum, ad differẽtiam raptu ad partem collateralem quãcunq;. qui reſpõdit/ꝛ ego noui. Hinc inſinuatur etiã eliſæum dono prophetiæ præditum fuiſſe. ſilete. ne me impediatis ab attentione erga raptum eliæ domini mei. ſolicitus enim erat ne ex improuiſo elias tolleretur. Et ſimiliter intellige & corrige ſubiuncta in iericho.

¶ Dixit autem ei eli'iabu/eliſah ſede queſo hic quia domin⁹ miſit me in iericho: ꝛ ait/viuit dominus ꝛ viuit anima tua ſi derelinquam te: ꝛ venerunt in iericho. Acceſſeruntq; filij prophetarum qui erant in iericho ad eliſah ꝛ dixerunt ei/an noſti ꝙ hodie dñs tollet dominum tuum a te? ꝛ ait, ꝛ ego noui/ſilete.

¶ Dixit autem ei eli'iabu/ſede queſo hic quia dominus miſit me ad iarden: ꝛ ait / viuit dominus ꝛ viuit anima tua ſi derelinquaꝫ te: ꝛ abierunt ambo. ¶ Et quinquaginta viri de filijs prophetarum ſecuti ſunt eos. Hebraice habetur. iuerunt ꝛ ſteteruut e regione a longe. ut uiderent ſi poſſent exitum rei. ꝛ illi ambo ſteterunt iuxta iarden. Tulitq; eli'iabu pallium ſuum ꝛ inuoluit illud. quaſi idoneum ad percutiendum. ꝛ percuſſit aquas/ꝛ diuiſe ſunt huc ꝛ huc. Quemadmodum illo eodem pallio iacto ſuper eliſæum traxerat eum/ita diuiſit aquas utente deo pallio illo ut inſtrumento ſenſibili ad huiuſmodi miracula: ut cognoſceremus eliæ meritis miracula hæc fieri. ꝛ trãſierunt ambo ꝑ ſiccũ.

¶ Cunq; tranſiſſent, eli'iabu dixit ad eliſah/poſtula quod vis vt faciam tibi anteq̃ꝫ tollar a te: ꝛ dixit eliſah/obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Iuxta hebræum habetur. ꝛ erit obſecro os duorum in ſpiritu tuo mihi. Scito prudens lector ꝙ hac appellatiõe (uidelicet os duorum) ſcriptura alias nominat portionem duplicem quæ primogenito debebatur. ita ꝙ pars primogeniti appellabatur os duorum/quia loco duorũ ſuccedebat. Et eodem modo eliſæus petit os duorum: hoc eſt ſuccedere eliæ non in agris aut alijs corporeis bonis/ſed in ſpiritu eliæ tanq̃ꝫ primogenitum in duplici portione. ita ꝙ plus petit q̃ꝫ duplicem ſpiritum, prophetiæ uidelicet & miraculorum: quoniam petit ſuccedere in ſpiritu eliæ iure primogeniti/quod eſt præferri cæteris filijs eliæ ſpiritualibus: & eſt ſuccedere non ſolum in ſpiritu miraculorum & prophetiæ qui erat in elia/ſed etiam excellenter habere huiuſmodi ſpiritum ſicut primogenitus excellenter ſuccedit in bonis paternis. Et ait/rem difficilem poſtulaſti. Iuxta hebræum habetur. duraſti poſtulando. hoc eſt duram petitionem feciſti. quemadmodum enim uerba dura appellantur quæ non cedunt uotis eius ad quem dicuntur, ita petitio dura dicitur quæ non cedit intentioni eius qui obtulerat pete quod uis. intendebat enim elias dare eliſæo quod petebat intra limites eorum quæ cõmuniter poſtulantur. & propterea eliſæo petente donum tam arduum excedens cõmunes petitiones/dixit duram eſſe petitionem eius: utpote obſiſtentem intentioni ipſius eliæ. ſi videbis me tolli a te erit tibi ſic/ſi autem non videbis non erit. Quia conditionalis fuit gratia reuelata eliæ/ideo conditionaliter reſpondit: nec exceſſit limites diuinæ re-

Digitized by Google

uelationis ſibi factæ. Quare aũt deus ſub hac ꝯditione ꝓmiſerit, ratio fuit ut accenderetur magis eliſæi mens & præpararetur ad tantum donum / & ipſius eliæ preces creſcerent pro eliſæo : dum uterq; incertus redditur de gratia hac cum ſpe tamen.

¶ Cunq; pergerent pergendo ⁊ loquendo/ecce currus igneus ⁊ equi ignei. proculdubio trahentes currum. Nec intelligas uerũ ignem ſed ſpeciem ignis, quemadmodum ignis qui apparuit moſi in rubo/& qui apparuit ſuper apoſtolos in die pentecoſtes. Et congruit ſpecies ignis igneo animo eliæ erga deum. congruit ad uehendum eliam in cœlum : leuis enim eſt ignis & naturaliter aſcendens. congruit & officio ad quod exercendum reſeruatur elias: uidelicet ad præueniendum glorioſum meſiæ aduentum/iuxta malachiæ uaticinium. Curru autem uehendus & uectus mõſtratus eſt/ut illæſus ſuauiterq; trãſferendus agnoſceretur: ſimulq; dignitas eius apud deum patefieret nobis. ⁊ diuiſerũt inter vtrunq;. Vide imperterritos ambos/ut non niſi ab equis diuidentibus eos ſeparati fuerint. ⁊ aſcendit eli`iahu in turbine in celum. Species ignis in curru & equis qualiter mota fuerit uerſus cœlum/deſcribit dicẽdo per turbinem ſiue in turbine. aſcendit ſiquidem elias currum igneum/& per modum turbinis : hoc eſt tanq̃ inuolutus in illa ignis ſpecie quaſi in turbine aſcendente aſcendit ad cœlos: hoc eſt ad ſuperiorem partem aeris. Eliſah autẽ videbat. Ecce adimpleta conditio ſi uideris quãdo tollar. præparatus eſt eniꝫ eliſæus/ & eliæ meritis ac precibus obtenta eſt gratia hæc ut eliſæus uideret ipſum tolli. ⁊ clamabat pater mi pater mi. Aptiſſime qui ſuccedere ut primogenitus petierat & expectabat/clamauit pater mi pater mi: præter hoc ꝙ etiam affectus filialis manifeſtatur eliſæi cum paterno ſimul officio eliæ. currus iſrael ⁊ auriga eius. Iuxta hebræum habetur. currus iſraelis ⁊ equites eius. Alludens ad apparitionem currus & equorum/laudat eliam ꝙ eminenter habuerit officium curruum & officium equitum in iſrael: hoc eſt ꝙ eminenter fuerit robur iſraelis quo ad diuina/quemadmodum militare robur regni eſt in curribus & equitibus. geſta enim eliæ præclariſſima & aduerſus ach`ab & aduerſus prophetas idolorum & aduerſus ochoziã regẽ/hoc teſtantur. ⁊ non vidit eũ ampliꝰ. Monſtratus eſt elias aſcendens ad ſuprema aeris eliſæo/ſed nõ eſt illi demonſtratũ ubi quieuerit: & propterea dicitur & non uidit eum amplius. Creditur autem tranſlatus in locum qui dicitur paradiſus terreſtris: nam ipſum uiuere & uenturum eſſe/teſtatur malachias propheta in calce ſui libri. apprehenditq; veſtimenta ſua / ⁊ ſcidit ea in duas partes. Orbatus patre/more lugentium ſcidit ueſtimenta ſua/uera ſciſſione: nam hebraice habetur. ⁊ ſcidit ea in duas ſciſſiones.

Et leuauit pallium eli`iahu quod ceciderat ei. Nõ caſu ſed diuinæ largitatis dono pallium eliæ non relictum in terra ſed demiſſum a ſuperis cecidiſſe deſcribitur/ut etiam ſenſibili ueſte eliſæus merita eliæ præ ſe ferret. reuerſuſq; eſt ⁊ ſtetit ſuper ripam iarden. ¶ Tulitq; pallium eli`iahu quod ceciderat ei ⁊ percuſſit aquas: ⁊ dixit/vbi eſt deus elie etiam nũc? Hebraice habetur. vbi iehouah elohe eli`iahu etiam ipſe: percuſſitq;

aquas ⁊ diuiſe ſunt huc ⁊ illuc/⁊ tranſiuit eliſah. Quia non fuerant aquæ iordanis diuiſæ a pallio eliæ/ad merita eliæ inuocanda apud deum confugit: & ſic altera percuſſione diuiſæ ſunt aquæ. Diſpoſuit autem deus ut eliſæus non ſic ſecurus attentaret operari miracula / tanq̃ cõfidens in ueſte ſenſibili eliæ & in promiſſione ei facta ab elia: ſed diſceret humiliter (hoc eſt cum ſpeciali inuocatione dei præmiſſa) attentare miracula: quod prima uice non fecerat/ſed ſecure percuſſit. Quod autem dicitur etiam ipſe/ad diſtinguenduz rationes inuocandi deum pertinet. eſt enim ordo litere/ubi iehouah ſummus deus fons eſſendi ẽt ipſe elohe eliæ. inuocat.n. & ipſum ſummũ deũ ſecundũ ſeipſuz/& ſecundũ ꝙ erat deus diſponens ea quæ ſunt eliæ. Inexpertus autem modum operandi miracula/admirando ſimul & ſupplicando dicit ubi iehouah? non ſecundum ſe ſed ſecundum effectum iſtum diuiſionis aquarum.

¶ Viderunt autem eum filij prophetarum qui erant in iericho e regione: ⁊ dixerunt/requieuit ſpiritus eliiahu ſuper eliſah. non unus atq; idem ſpiritus migrando de elia in eliſæum/ſed cõmunicatus eliæ ſpiritus: hoc eſt donum ſpirituale ad faciendum miracula. Veneruntq; in occurſum eius/⁊ adorauerunt eum in terram. honoris ſignum tanq̃ nouo patri loco eliæ exhibuerunt. Dixeruntq; ei: ecce queſo ſunt cum ſeruis tuis quinquaginta viri filij fortitudinis, eant queſo ⁊ querãt dominum tuum/ne forte tulerit eũ ſpiritus domini ⁊ proiecerit eum in vnum montium aut in vnam vallium. Iunge hæc cum uerbis habdiæ ſcriptis ſuperius in li.3.ca.18.& percipies cõtigiſſe ſæpe eliæ tolli a ſpiritu dei ex aſpectu aliorum: alioquin nec illi nec iſti dixiſſent hæc. Iunge quoq; hunc timorem cum paulo ſuperius uerbis filiorum prophetarum iericho habitis ad eliſæum/uidelicet noſti ꝙ hodie dominus tuus tolletur a ſupra caput tuum? & perpẽdes reuelatũ illis fuiſſe eliæ raptũ futuꝝ/ſed nõ fuiſſe illis reuelatũ an raptus iſte fuerit ad ſegregandum penitus eliam a conſortio mortalium hominũ an ad tempus aliquod more ſolito. ſi enim hoc ſciuiſſent quod eliſæus ſciebat/nequaq̃ obtuliſſent inquiſitionem per loca diuerſa. ⁊ dixit/nolite mittere. Iuxta hebræum habetur. non mittite. ſciebat enim eliſæus ꝙ penitus ſeparatus erat elias a noſtro conſortio. Et coegerunt eum donec acqeſceret ⁊ diceret mittite. Sententia recte redditur: quamuis acquieſcere hebraice nõ habeatur ſed tardare: ſignificatur enim ꝙ uſq; quo tardauit eliſæus ad dicendum mittite / coegerunt eum. Et per hoc inſinuatur ꝙ nõ cito acquieuit eliſæus uotis eorum/ſed tandem quaſi uexatus dixit mittite: nõ hæſitãdo ſed ſatisfaciendo illis. miſerũtq; quinquaginta viros / ⁊ queſierunt tribus diebus ⁊ non inuenerunt eum. Etiam hoc teſtimonio uoluit deus cognoſci hunc eliæ raptum non fuiſſe ſimilem alijs. ¶ Reuerſiq; ſunt ad eum/⁊ ipſe habitabat in iericho: ⁊ dixit eis/nonne dixi vobis nolite mittere? Hebraice habetur. non ibitis? Ad manifeſtandum ſe non conſenſiſſe ſed permiſiſſe ut irent/repetit ſua uerba: confirmans per hæc ſe noſſe ꝙ elias eſt tranſlatus penitus.

Digitized by Google

Dixerunt autem viri ciuitatis ad eliſab: ecce obſecro habitatio ciuitatis optima eſt. Hebraice habetur. bona/ ſicut dñs meꝰ videt. Habitationem in iericho laudant. ſed aque peſſime ſunt ⁊ terra ſterilis. Hebraice habetur. ⁊ aque male ⁊ terram orbantes. Situs ciuitatis ad habitandum laudatus eſt/ aquæ uero niuæ in territorio iericho malæ dicuntur: & earum malicia explicatur per hoc ꝙ orbant terram / proculdubio uegetabilibus. Non enim ali atq; ad perfectum prouehi poterant ibi arbores propter maliciam aquarum: & propterea dicuntur orbantes terram filijs ipſius terræ. homines autem aqua pluuiali utebantur ad uictum. Et dixit/ tollite mihi phialam nouam ⁊ ponite in ea ſal: ⁊ attulerunt ei. Quemadmodum ex ſimplici dei præcæpto fuit ut uteretur ſale pro inſtrumento ad ſanandas iſtas aquas, ita ex eadem uoluntate diuina fuit ꝙ ſal poneretur in uaſe nouo: neutrum enim aliquid conferebat naturali uirtute ad ſanandas aquas. Congruentiæ tamē ratio reddi poteſt ex eo ꝙ ſal conſeruatiuus a putrefactione/ aquas cōſeruatiuas deinceps fore uegetabilium ſignificabat: uaſis autem nouitas nouitatem futuram aquarum præ ſe ferebat. Egreſſuſq; eſt ad exitum aquarum/ ⁊ miſit in illum ſal: ⁊ dixit/ ſic dixit dominus, ſanaui aquas has/ nō erit inde amplius mors ⁊ ſterilitas. Hebraice habetur. ⁊ orbatio. Sed tam hic ꝙ ſuperius ſignificatur non quæcunq; orbatio ſed filiorum. ut ꝑ hæc duo (mortem uidelicet & orbationem) nō intelligamus duos effectus ſed unum atq; eundē: qui relatus ad ipſa uegetabilia quæ mortificabātur ex malicia aquarum/ appellatur mors: relatus uero ad terram quæ priuabatur filijs / appellatur orbatio. Hic enim ſenſus quadrat ſupradictis: ſcilicet aquæ malæ & terram orbantes. ſolus enim hic effectus narratus eſt a uiris ciuitatis iericho. Sanate ergo ſunt aque vſq; ad diem hāc: iuxta verbum eliſab quod locutus eſt. Ne intelligeret ad paruū tēpus ſed perfectū fuiſſe opus miraculi ſcribit, uſq; in diem hanc: hoc eſt ſimpliciter & abſolute.

¶ Aſcendit autem inde i beth'el: cūq; aſcenderet per viam, pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate/ ⁊ illuſerūt ei dicētes aſcēde calue aſcende calue. Qui cum reſpexiſſet vidit eos. Hebraice habetur. Et vertit poſt ſe ⁊ vidit eos. Hinc apparet ꝙ poſt tergum eliſæi aſcendentis in montē pueri clamabāt. ⁊ maledixit eis i noīe dñi. Recole ꝙ ciuitas beth'el electa fuerat a ierobohā patre idolatriæ & in ea poſitus uitulus aureus: ut in tertio libro ſcriptum eſt. & propterea eliſæus ad puniendum patres in filijs/ diuina authoritate maledixit pueris paruis irridentibus eum aſcendentem ad filios prophetarum. diuina ſiquidem authoritas ſignificatur dicendo in nomine domini: ut nulla ira ſed ſpiritu ſancto motum eliſæum intelligamus ad maledicendū pueris. egreſſiq; ſunt duo vrſi de ſaltu/ ⁊ lacerauerūt ex eis quadragintaduos pueros. Innuitur ꝙ non omnes lacerati ſunt ab urſis dicendo ex eis. diuinæ enim iuſtitiæ executio facta eſt prout deus uoluit in quos uoluit.

Abijt autem inde in montem charmel: ⁊ inde reuerſus eſt in ſomeron.

Digitized by Google

IEboram vero filius ach'ab regnauit ſuper iſrael in ſo-
meron anno decimooctauo iehoſaphat regis iehude.
Quæſtio ſtatim occurrit quomodo ſtant hæc duo ſimul:uidelicet ꝙ
ioram filius ach'ab incœperit regnare decimooctauo anno ioſaphat
ut hic dicitur / & incœperit regnare anno ſecundo ioram filij ioſaphat ut in
calce primi capituli ſcriptum eſt. Occurrit & altera quæſtio quomodo ioram
filius ach'ab incœperit regnare anno decimooctauo ioſaphat/& cum hoc ſucceſ
ſerit ochoziæ fratri ſuo:qui duobus annis regnauerat & incœperat regnare anno
decimoſeptimo ioſaphat/ut in calce tertij libri ſcriptum eſt. Solutio primæ quæ-
ſtionis eſt ꝙ utrunqꝫ eſt uerum: quia anno decimoſeptimo ioſaphat/ corregnauit
ſuper regnum iudæ ioram filius ipſius ioſaphat de ipſius uoluntate:& propterea
anni iſti & ſupputantur inter annos regni ioſaphat & inter annos ioram filij eius/
& decimuſoctauus annus ioſaphat appellatur etiam annus ſecundus ioram filij
eius. Creditur autem ꝙ ioſaphat pergens ad prælium cum ach'ab contra ſyros
(ut in tertio libro narratum eſt) ſurrogauerit ſibi ioram filium in regem:ut ſi for
te moreretur non oriretur diſſenſio circa ſucceſſorem in regno. ¶ Solutio autem
ſecundæ ex ſupradictis facile patet : uidelicet ꝙ duo anni regni ochoziæ fuerunt
imperfecti/& partē decimiſeptimi partem uero decimioctaui anni ioſaphat com
præhenderūt: & in calce eiuſdem decimioctaui regnauit ioram filius ach'ab fra-
ter ochoziæ. regnauitqꝫ duodecim annis. Fecitqꝫ malum in oculis
domini/ſed nō ſicut pater ⁊ mater eius. Erat ergo filius izebel. tulitqꝫ
ſtatuam bahal quam fecerat pater eius. Veruntamen peccatis
iarobham filij nebat ꝗ peccare fecit iſraelē. idolatriæ uitulorum aureo-
rum. adheſit:non receſſit ab eis.

PEro meſah rex moab hēbat pecora : ⁊ reddebat regi iſrael
centum millia agnorum ⁊ centum millia arietum cum velle-
ribus ſuis. Iuxta hebræum habetur. centum millia arietum ⁊ centum
millia veruecum. primum enim ſupputatur numerus arietum & deinde par
numerus caſtratorum eiuſdem ſpeciei. cum lana. hoc eſt non tonſos. Cumqꝫ
mortuus fuiſſet ach'ab, preuaricatꝰ eſt fedus quod habebat cum
rege iſrael. Hebraice habetur. ⁊ defecit rex moab a rege iſrael. repetitur
enim quod in principio huius libri dictum eſt.

¶ Egreſſus eſt igitur iehorā ī die illa de ſomeron:⁊ recēſuit vni-
uerſuꝫ iſraelē. Omiſſaꝫ a fratre ſuo ochozia recupationē tributi debiti a moa-
bitis iſte iorā aggreſſus eſt. Et abijt ⁊ miſit ad iehoſaphat regē iehude
dicendo/rex moab defecit a me veni mecum. Hebraice habetur. num
venies mecum contra moab ad bellum? Non mandat ſed poſtulat. ⁊
dixit/aſcendam, qui meus eſt tuus eſt / populus meus populus
tuus/⁊ equi mei eꝗ tui. Hebraice hr. ſicut ego ſicut tu/ſicut populus
meus ſicut populus tuus/ſicut equi mei ſicut equi tui. Modus lo-
quendi hebraicus eſt ad ſignificādā indifferentiā. Dixitqꝫ/ꝑ quā viā aſcēde
mꝰ? Ioſaphat quærit qua uia incedendū eſt. ⁊ dixit/ꝑ viā deſerti edom.

¶ Et abijt

Digitized by Google

¶Et abijt rex iſrael ⁊ rex iehude ⁊ rex edom. Non proprie rex erat iſte tertius ſed præfectus tanq̃ rex /ut ſuperius dictum eſt: erat. n. rex officio quãuis non titulo. Et quoniam erat ſub rege iudæ, ideo adueniente rege iudæ cõuenit & ipſe. ⁊ circũierunt per viam ſeptem diebus: ⁊ non fuit aqua exercitui ⁊ iumentis que ſequebantur eos. Qua incuria uel occaſione incurrerint hanc penuriã aquæ/latet nos. Dixitq; rex iſrael: heu heu heu. Hebraice hr̃ ſemel dũtaxat. heu. ſeu ue. ꝯgregauit dñs tres reges iſtos vt traderet eos in manũ moab.

¶Et ait iehoſaphat / eſtne hic propheta dñi vt cõſulamus dñm per eũ: rñditq; vn⁹ de ſeruis regis iſrael/ hic eſt eliſah fili⁹ ſaphat q fundebat aquã ſuper man⁹ eli iahu. Ab hoc officio deſcribitur eliſæus domeſticus miniſter eliæ: ut hinc crederetur ꝙ nõ niſi uir ſanctus eſſe poſſet tam domeſticus eliæ. Et ait iehoſaphat/ eſt apud eũ ſermo dñi: Interrogatiue legendũ ẽ an haberet donũ ꝓphetiæ: reſpõſio. n. data nõ manifeſtauerat hoc. deſcenderũtq; ad eũ rex iſrael ⁊ iehoſaphat ⁊ rex edom. Hinc apparet reſponſum fuiſſe ioſaphat regi ꝙ eliſæus habebat donũ ꝓphetiæ: deſcenſus. n. triũ regũ ad eũ/ teſtatur hoc.

¶Dixit aũt eliſah ad regẽ iſrael/ qd mihi ⁊ tibi eſt: vade ad ꝓphetas pr̃is tui ⁊ ad ꝓphetas mr̃is tue: ⁊ ait illi rex iſrael / q̃re ꝯgregauit. Mãca eſt litera: legendũ ẽ. nequaq̃;. ſubaudi ibo ad ꝓphetas pr̃is mei & matris meæ. Deinde imediate ſubiũgit. qa vocauit iehouah tres reges iſtos vt traderet eos ĩ manũ moab. Rõnem reddit quare nõ ad ꝓphetas bahal ſed ad ipſum ꝓphetam ſummi dei confugit / quia timet ſummũ deũ induxiſſe eos in locum in quo uaſtarentur a moabitis. Dixitq; eliſah: viuit domin⁹ exercituũ in cuius ꝯſpectu ſto. Hebraice habetur. in cuius ſteti facie. Didicerat a magiſtro & patre ſuo elia hũc iurãdi modũ: quo & uiuũ fontem eſſendi exercitibus cœlorum & terræ eſſe/ & ſe cultorem eius intima contemplatione profitetur. ꝙ niſi faciem iehoſaphat regis iehude erubeſcerẽ. Hebraice habet̃. eleuarẽ. hoc ẽ honorare. ſi reſpicerẽ te ⁊ ſi viderẽ te. Vere ſpiritui eliæ ſucceſſit tã magnanimus eliſæus. Et nũc tollite mihi pſaltem. Hebraice habetur. pulſatorem. proculdubio inſtrumenti muſici. & ſimiliter cum ſubiungitur. cũq; caneret pſaltes. legendum eſt. ⁊ fuit cũ pulſaret pulſator. Ad diſponendum ſeipſum in mentis eleuationem uſus eſt eliſæus ſono muſico. nouerat enim huiuſmodi ſonum excitare in ſe collectionem animi internam: & conſequenter mentis eleuationem in deum. facta eſt ſuper eum manus domini. Ne putares uirture ſoni muſici adiutum eliſæum ex proprijs prophetaſſe/ ſed intelligeres diuinum ſuperueniſſe donum eliſæo iam diſpoſito intus, narratur ꝙ fuit ſuper eum manus (hoc eſt operatio interna) ſummi dei. Et ait: ſic dixit dominus/ fac torrentem hunc foſſas foſſas. hoc eſt multitudinem foſſarum ad recipiendum multitudinem aquarum. Quia ſic dixit dñs: non videbitis ventũ neq; pluuiã / ⁊ torrens ipſe replebitur aquis. Prædicit non ſolum affuturam multitudinem aquæ.

replétem alueum quantuncunq; cauaretur ſed etiam modum: ve; ſine uēto & ſi-
ne pluuia. ⁊ bibetis vos ⁊ familie veſtre. Hebraice habet. ⁊ pecora ve
ſtra. quæ ſecum duxerant pro alendo exercitu. ⁊ iumenta veſtra. Et leue
erit hoc in oculis domini: tradetq; moab in manum veſtrā. Et
percutietis omnē ciuitatē munitā ⁊ oēm ciuitatē electā/ ⁊ oēm ar
borem bonā deijcietis. Mirum eſt ꝙ eliſæus ſuccidēda ligna fructifera dixe-
rit: cum in lege moſis deute. 20. prohibeatur excidere ligna fructifera hoſtium. Ve-
runtamen quia eliſæus non propria ſed diuina authoritate hæc dixit/ admiratio
ceſſare debet. deus enim non alligauit ſuam iuſtitiam legi quam per moſem pro-
mulgauit/ſed eſt dominus legis: atq; ad puniendum moabitas uoluit etiā fructi-
feras arbores ſuccidi. cunctoſq; fontes aquaꝝ obturabitis/ ⁊ omnem
agrum bonum operietis lapidibus.

¶ Factum eſt igitur mane quando ſacrificium offerri ſolet. Hebrai
ce habetur. quando aſcendit munus. hoc eſt hora qua ſacrificium matuti-
num offertur deo: ut intelligamus non ſolum horam ſcribi/ſed etiam uirtutem ſa
crificij matutini quod offerebatur in templo cooperatam eſſe ad hoc miraculum.
niſi. n. diuina gratia ēt ob illud ſacrificiū beneficiū hoc cōtuliſſet, nequaq̄ ſcriptu-
ra tp̄s beneficij deſcripſiſſet ab illo ſacrificio. Et atteſtat̄ hoc uerbis eliſæi: ut quē-
admodū ipſe ꝑꝑ ioſaphat regē iudæ admiſit reges & orauit, ita deus ꝑꝑ iuge ſa-
crificiū matutinū quod ioſaphat rex iudæ faciebat offerri ī tēplo / bn̄ficiū aquaꝝ
cōtulerit. ⁊ ecce aque veniebāt de via edom: ⁊ repleta eſt terra aq̄s.
Oēs aūt moabite audierunt ꝙ aſcēdiſſent reges ad pugnandū
ꝯtra eos: ⁊ ꝯgregauerūt oēs q̄ accincti erant baltheo deſup. Iux-
ta hebræū h̄r. ⁊ ꝯgregati ſunt ab omni accīcto cingulo ⁊ ſupra. ætas
ſiq̄dē certa (puta ſedecim annoꝝ uel circa) in qua incipiebant uti cingulis / de-
ſcribit̄ dicendo ab omni accincto cingulo & ſupra: hoc ē ab omni tātæ ætatis &
ſupra. inſinuat̄. n. ꝑ hoc ꝙ ꝯuenerūt oēs moabitæ ad defendendū ſe cōtra hoſtes
regis. ⁊ ſteterūt ī terminis. defenſuri. n. in ꝓprijs ſiſtebāt terminis impoten-
tes ad aggrediendū hoſtes. Primoq; mane ſurrexerūt/orto iam ſole ex
aduerſo aquaꝝ. Parui refert ꝙ hebraice h̄r. ⁊ ſol illuminauit ſuꝑ aq̄s.
narrat̄. n. hoc ad deſcribendū cām apparentis coloris aquaꝝ. Viderūtq; moa
bite e regiōe aquas rubras q̄ſi ſanguinē. Turbidæ aquæ uident̄ fuiſſe:
ut ꝑcuſſæ radijs ſolaribus apparerēt ijs q̄ e regiōe erāt a lōge/coloris rubri. Di-
xerūtq;: ſanguis eſt, digladiando digladiati ſunt reges/ ⁊ ꝑcuſſit
vnuſq;q; ꝓximū ſuū: nūc igitur ad prædā moab. Perrexerūtq; ī
caſtra iſrael. ad prædā ut dixerāt. ſurrexerūtq; iſraelite ⁊ percuſſerūt
moabitas/ ⁊ fugerūt a facie coꝝ: venerūt igitur q̄ vicerāt ⁊ ꝑcuſ-
ſerunt moab. Hebraice habetur. ⁊ percuſſerunt eum ⁊ percutiendo
moab. Et ciuitates deſtruxerunt, ⁊ in omnem agrum bonum
proiecerunt vnuſquiſq; lapidem ſuum ⁊ repleuerunt eum/ ⁊ om
nem fontem aquarum obturauerunt / ⁊ omnem arborem bo-
nam deiecerunt. narratur enim proſecutio uictoriæ narrando ꝙ percuſ-

Digitized by Google

ſerunt eum/ſcilicet moab: & quid conſequenter percutiendo moab fecerint. ita Vt muri tantum fictiles remanerent. Iuxta hebræum hr̄. Vſq; quo fecerunt remanere lapides eius in muro forti. Ad deſtructionem ciuitatum hæc refertur exceptio: ut intelligamus ciuitates deſtructas non tamen omnes ſed uſq; ad ciuitatem muri fortis excluſiue/quoniam fecerunt remanere in muro forti lapides eius. ciuitas enim in qua erat rex remanſit in muro ſuo forti. ⁊ circũdata eſt ciuitas a fundibularijs. Iuxta hebræum habetur. ⁊ circumdederunt lapides magnos ⁊ rotũdos. Ad deſtruẽdum murum fortem magnos rotundoſq; lapides artificio militari iaciebant. rotundos quidem ut habiles eſſent ad motum: magnos autem ut ualerent percutere. impetuoſo ſiquidem iactu ad murum percutiendum/cum magno impetu tormenti lignei (ut creditur) iaciebant circuncirca. ⁊ magna ex parte percuſſa. Iuxta hebræum habetur. ⁊ percuſſerunt eam. ciuitatem fortem.

¶ Quod cum vidiſſet rex moab/ preualuiſſe ſcilicet hoſtes. Hebraice habetur. Et vidit rex mob ꝙ preualuit ſibi prelium. iactantium lapides pluſq̃ credebat. ⁊ tulit ſecum ſeptingentos viros educentes gladium ad irrumpendum in regem edom: ⁊ non potuerunt. Diſtinctas enim partes exercitus reges iſti circundantes ciuitatem habebant: & ꝓpterea ſpecialiter nominatur rex edom. Tulitq; filium ſuum primogenitum qui regnaturus erat pro eo/ ⁊ obtulit eum holocauſtũ ſuper murum. In maxima neceſſitate conſtitutus rex/maximum deo ſuo obtulit holocauſtum. ſuper murum autem tum ut murus ſeruaretur/tum ut hoſtes uidentes auerterentur uirtute tanti holocauſti. ⁊ facta eſt indignatio. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fuit ira magna in iſrael: ⁊ receſſerunt ab eo/ ⁊ reuerſi ſunt in terrã. Ex eo ꝙ nõ aliter narrat̃ aduerſus quos fuit hæc ira/ ſed dicit̃ dũtaxat in iſrael, ſignificat̃ ira iſraelitaꝝ inter ſe. Et q̃a cã iræ narrat̃ holocauſtũ primogeniti regis/& effectus iræ narrat̃ receſſus ab oppugnatione regis moab, intelligimus iſraelitas idolatras uiſo illo holocauſto magnipendiſſe coopãte diabolo illud & deſpaſſe de uictoria aduerſus regẽ munitũ præſidio tãti holocauſti/& ꝓpterea cõmotos ad irã cõtra iſraelitas uolentes ꝑſiſtere in bello: & tandẽ magnitudo iræ uicit/& effecit receſſum a bello. Intelligo tñ receſſum hũc renouato fœdere cũ rege moab de tributo dãdo regi iſrael/ut finẽ ſuſcæpti belli receſſus nõ abſtulerit.

CAPVT .IIII.

Mulier aũt vna de vxorib⁹ ꝓphetaꝝ. Legendũ ẽ. de vxorib⁹ filioꝝ prophetaꝝ. hoc eſt diſcipuloꝝ ꝓphetaꝝ. genus.n. diſcipuloꝝ hm̃oĩ uacabãt diuinis laudibus/ habẽtes tñ uxores &c. clamauit ad eliſah dicẽdo: ſeru⁹ tu⁹ vir me⁹ mortu⁹ ẽ/ ⁊ tu noſti ꝙ ſeru⁹ tu⁹ fuit timens dñm: ⁊ creditor venit ad tollendũ duos filios meos ſibi in ſeruos. Licitũ erat tunc hoĩes liberos in ſeruitutẽ redigere ob debita/ſi aliter nõ haberent unde ſoluerent.

¶Dixitq; ad eam eliſah/quid vis vt faciam tibi? Superfluunt duæ
dictiones: legendũ eſt. qd faciã tibi? Et deinde ſubditur: dic mihi. Quod con
uenientius adiungiť cũ ſequenti clauſula. qd habes in domo tua? ut primũ
ex proprijs dixerit quid faciã tibi ego paup non habens unde tibi ſubueniã? dein
de tactus a ſpiritu ſancto dixerit indica mihi qd habes in domo tua? ⁊ ait/non
hẽt ancilla tua qcq̃; in domo niſi parũ olei quo vngar. Iuxta hebræũ
habeť. niſi vas olei. nullaq; fit mentio unctionis. ¶Cui ait: vade pete ti
bi vaſa foris ab oib⁹ vicinis/vaſa vacua nõ pauca. ¶Et igredie
ris ⁊ claudes oſtiũ ſup te ⁊ ſup filios tuos. Ne demerita alicuius impe
dirent executionẽ miraculi, ſolã religioſam matrẽ cũ filijs recte inſtructis mãdat
adeſſe miraculo/clauſo oſtio. ⁊ fundes ſup oia vaſa hec: ⁊ cũ plena fue
rint tolles. Hebraice hť. ⁊ plenũ facies mouere. Inſtruit ipſam ut funden
do oleũ nõ deſiſtat uidẽs primũ aut ſecundũ aut quodcũq; uas impletũ/ſed faciat
illud impletũ amoueri & impleri aliud. Iuitq; ab eo/⁊ clauſit oſtiũ ſup ſe
⁊ ſup filios ſuos. Vide ſanctæ mulieris fidem: & ppea aſſecutã effectũ pmiſſi
miraculi. illi afferebãt vaſa ad eã/⁊ ipſa infundebat. ¶Cunq; plena
eſſent vaſa dixit ad filiũ ſuũ/affer mihi adhuc vas: ⁊ dixit ad eã/
nõ eſt vltra vas: ſtetitq; oleũ. ¶Venit aũt illa/⁊ idicauit viro dei.
Nomẽ ẽ elohim. Nõ audet mulier incõſulto uiro dei uti oleo diuinitus multipli
cato: ut undiq; huius mulieris ſanctitas mõſtretur. qui ait: vade vende ole
um ⁊ redde creditori tuo/⁊ tu ⁊ filij tui viues de reliquo.

FActa eſt autem quedam dies/⁊ tranſiuit eliſah ad ſunem: eratq;
ibi mulier magna. opibus. que coegit eum ad comedendũ pa
nem: cunq; frequenter inde tranſiret. Superfluit frequenter. diuerte
bat ad eam ad comedendum panem. ¶Dixitq; viro ſuo: animad
uerto q̃ vir dei ſanctus eſt iſte qui tranſit per nos frequenter.
Iuxta hebræum habetur. ecce nũc noui q̃ vir elohim ſanct⁹ ipſe tran
ſiens per nos iugiter. Dicendo ecce nunc noui/manifeſtat uſq; ad tempus il
lud ſolicite uacaſſe ad cognoſcendum an eliſæus eſſet uir ſanctus: & ex frequenti
diuerſione ad comedendum ibidem/nouiſſe ſanctitatem eius. ſobrietatem enim
uidere pluries potuit: famam q̃ eſſet uir elohim ſciebat: modeſtiam eiuſdem to
ties uiderat: nec eſt a ratione alienum q̃ aliquod miraculum eius audierat. &
propterea ex exterioribus ſignis humano more dixit/ecce nunc noui q̃ uir elo
him eliſæus ſanctus ipſe. Faciamus queſo cenaculum paruum. Parui
refert q̃ hebraice habetur. cenaculum muri paruum. muratam ergo au
lam faciendam proponit: ſubiuncta innuunt q̃ non noua aula eſt ex integro ædi
ficata/ſed in ſupiori parte domus ædificatus eſt murus diſtinguẽs aulã paruam
pro eliſæo a reliqua parte amplitudinis illius ↄtignationis. nã inferius ſubiũgiť q̃
mulier hæc aſcendit i aulã eliſæi ad ponendũ ſup illius lectulũ filiũ defunctũ. ideo
enim meminit hic muri qa ſolo interſtitio muri fieri poterat aula. ponamuſq;
ei ibi lectum ⁊ menſam ⁊ ſellam ⁊ candelabrum: ⁊ cum veniet ad
nos/manebit ibi.

Digitized by Google

¶ Fuit igitur dies ⁊ venit illuc: diuertitq; in cenaculũ/ ⁊ requieuit
ibi. alijs.n. uicibus diuerterat ad comedẽdũ/ mõ aũt ẽt ad dormiẽdũ. Dixitq;
ad ghechazi puerũ ſuũ/ voca ſunamithẽ iſtã: ⁊ vocauit eã/ ⁊ ſtetit
ante eũ. Et dixit ad puerũ ſuũ. Vide modeſtiã eliſæi/ ꝙ nec ꝑ ſeipſum allo-
q̃ mulierẽ. dic queſo ad eã/ ecce ſedule in oĩb⁹ miniſtraſti nobis. Iux-
ta hebræũ habet̃. ecce ſolicitaſti nobis omnia ſolicitudine iſta. Hebrai-
ca dictio ſolicitudinẽ cũ timore ſignificare potius uidet̃: ad inſinuandũ reueren-
tiã qua mulier hæc ꝓſequebat̃ eliſæũ exhibẽdo ei & miniſtro eius omnia opportu-
na. quid vis. Sup̃fluit uis: legendũ eſt. qd faciã tibi? Gratũ ſe exhibere nitit̃,
interrogãdo ſi qd facturus eſt pro ea. an ẽ loquendũ ꝓ te ad regẽ vel ad
principem militie? Hinc apparet ꝙ iã eliſæus fecerat miraculũ aquaꝝ in bel-
lo contra moabitas: & propterea gratiã regis ac principis militiæ habebat. que
reſpondit/ in medio populi mei habito. non ſum uaga nõ exoſa ſed que-
ſco non ſolũ inter cõſanguineos ſed ẽt cũ uniuerſo populo meo: ac ꝑ hoc nõ egeo
interceſſore ad regẽ aut principẽ militiæ. Et ait/ qd ergo vult vt faciam
ei? Receſſerat mulier a cõſpectu eliſæi: & colloquẽdo cũ miniſtro ſuo dixit eliſæus
iuxta hebræũ. ⁊ qd faciendũ ei? Solicitudo grati animi ipſius eliſæi ꝑ hoc de-
ſcribit̃. ⁊ dixit ghechazi/ ne queras: filiũ.n. nõ hẽt. Hebraice habet̃. ſed
filius non ipſi ⁊ vir eius ſenex. Nõ audet ghezi miniſter eliſæi petere fili-
um mulieri: ſed percontanti eliſæo quid faciendum a ſe eſt mulieri/ aperit indigen-
tiam mulieris: uidelicet ꝙ caret filio / & (quod amplius eſt) habet maritum ſe-
nem. Et ait/ voca eam. Hinc apparet quod diximus: mulierem uidelicet re-
ceſſiſſe. vocauitq; eam/ ⁊ ſtetit in porta. Hinc inſinuatur ꝙ etiam prima
uice non ingreſſa eſt aulam eliſæi/ ſed manſit in porta. commendatur enim mu-
lieris modeſtia ac reuerẽtia. Et dixit ad eam. Interpres addidit ad eam: ſub-
iuncta tamen teſtantur ꝙ non ut prius per miniſtrum ſed per ſeipſum allocutus
eſt eam. in tempore iſto in hac eadem hora/ ſi vita comes fuerit ha
bebis in vtero filium. Iuxta hebræum habetur. parationi iſti ſicut tem
pus vite/ tu amplectens filium. Tempus uitæ ſignificat annum ſolarem/
eo ꝙ uiuificatiuus eſt motus ſolis: ut ubiq; experimur. Ita ꝙ paratio iſta ſicut
tempus uitæ/ demonſtrat idem tempus futurum in anni circulo: totum enim hoc
circumlocutio eſt eiuſdem temporis in illius anni reuolutione. Parationis autem
nomen commune ualde eſt apud hebræos diuerſis materijs. dicit itaq; in para-
tione iſta: & declarando de quali paratione loquitur, ſubdit ſicut tempus uitæ/
ſubaudi efficiet parationem iſtam. tempus enim uitæ (hoc eſt ſolaris circulus)
efficit ſingulis annis diſpoſitionem unam & eandem ſecundum menſuram tem-
poris. Hunc autem eſſe literalem ſenſum / teſtatur repetitio horum uerborum
paulo inferius. Et dicendo tu amplectens filium / plus promittit q̃ conceptio-
nem & generationem filij. nam promittendo amplexum filij / promittit etiam
uitã matris in partu. at illa rñdit/ noli queſo dñe mi vir dei/ noli men
tiri ancille tue. Hebraice hẽ. non dñe mi vir elohim/ non mentieris
ancille tue. Reuerenter ſupplicat ut non imprecando concupitũ bonũ/ hoc di-

cat eliſæus (quoniam imprecationes non ſunt certæ ſed ſæpe uanæ) ſed ut dicat efficacia ueritatis diuini uerbi. hoc enim eſt rogare ut nō mentiatur. Non eſt enĩ ſenſus/non mentieris hoc eſt non dices mendacium: iam enim dixerat/nec ſuſpicabatur eliſæum ex intentione mentiri. ſed eſt ſenſus/non mentieris quo ad effectum futurum quem dicis: quod eſt dictu/non ſit imprecatio ſed prophetia uerbũ tuum. Et cõcepit mulier ⁊ peperit filium in tempore ⁊ in hora eadem qua dixerat eliſeus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ peperit filium parationi iſti ſicut tempus vite quam dixit ei eliſah. Pondera prudēs lector hanc repetitionem eorundem uerborum/ſignificantium tempus prophetatum ab eliſæo: ut perpendas circumlocutionem eſſe temporis redeuntis ex circulo ſolari. clare enim repetitur totum hoc pro tempore natiuitatis filij.

¶ Creuit autem puer: ⁊ cum eſſet quedã dies/egreſſus eſt ad patrem ſuum ⁊ ad meſſores. Superfluit &: ſignificatur enim ꝙ iuit ad patrẽ ſuum exiſtentem cum meſſoribus. Et dixit patri ſuo/caput meum doleo. Hebraice repetitur. caput meum. nec explicatur uerbum aliquod dolendi, ſed ſubintelligitur. ⁊ dixit puero/tolle ⁊ duc eum ad matrem ſuam. Tulitqȝ eum/⁊ adduxit eum ad matrem ſuam: seditqȝ ſuper genua eius vſqȝ ad meridiem ⁊ mortuus eſt. Aſcendit autem ⁊ collocauit eum ſuper lectum viri dei. Semel pro ſemper intellige nomẽ elohim cum eliſæus dicitur uir dei. ⁊ clauſit oſtium ſuper eum. ne ab aliquo uideretur puer mortuus/ſperans illius reſuſcitationem ab eliſæo. ⁊ egreſſa eſt. Vocauitqȝ virum ſuum ⁊ ait: mitte mecũ obſecro vnũ de pueris ⁊ aſinam/⁊ curram vſqȝ ad virum dei ⁊ reuertar. Et dixit/cur vadis ad eum? hodie non ſunt calende neqȝ ſabbatum. Hinc apparet ꝙ diebus ſacris conueniebant ad prophetas ad audiendum uerbum dei. que reſpondit vadam. Hebraice habetur. pax. hoc eſt bona cauſa me mouet. quæſierat enim uir eius cauſam: & ideo ipſa reſpondit bonã eſſe cauſam. pax enim hebraico uſu omne bonum ſignificat. Strauitqȝ aſinã ⁊ dixit puero: mina ⁊ vade/ne mihi moram facias equitando niſi dixero tibi.

Profecta eſt igitur/⁊ venit ad virum dei in montem charmel: cunqȝ vidiſſet eam vir dei e contra, ait ad ghechazi puerum ſuũ/ecce ſunamithis illa. Nunc curre queſo in occurſum eius/⁊ dic ei: rectene agitur circa te ⁊ circa virum tuum ⁊ circa filium tuum? que reſpondit/recte. Hebraice habetur. num pax tibi/num pax viro tuo/num pax puero? ⁊ dixit pax. Hebraico more loquuntur. Nec mentita eſt mulier reſpondendo pax: quoniam uincendo ſeipſam hoc dixit. ſancta.n. mulier maternum ſuperando affectum/interpretata eſt filij mortem in bonũ a diuina fuiſſe prouidentia: & propterea ſecundum culmen rationis loquens uerum dixit/tacens quod erat materni affectus. Et venit ad virum dei in montem ⁊ apprehendit pedes eius: acceſſitqȝ ghechazi vt amoueret eam: ⁊ dixit vir dei/dimitte illam quia anima eius in amaritu-

Digitized by Google

dine eſt ⁊ dominus celauit a me ⁊ non indicauit mihi. Hinc clare habetur ꝙ donum prophetiæ neqꝫ ſemper eſt in ꝓphetis neqꝫ adeſt eis ad libitum. Et dixit/an petiui filium a domino meo? Verum dicit: quia ipſa nō petierat ſed ghezi propoſuerat. nonne dixi/ne illudas me? Orbatam eſſe tam cito filio cenſet perinde acſi non habuiſſet filium: & propterea falſum ſibi prædictum fuiſſe deflet / cum prædictum fuit ei habebis filium &c. Et ille ait ad ghechazi: accinge lumbos tuos/⁊ tolle baculum meum in manu tua ⁊ vade: ſi inueneris quēpiā non ſalutes eum/⁊ ſi ſalutauerit te quiſpiā nō reſpondeas ei. Propter duo fit huiuſmodi mandatum. alterū eſt ad tollendum moras inter ſalutandum ſolitas obrepere: alterum eſt ad indicendum ſilentium miniſtro/ut deuote abſqꝫ diſtractione mentis properaret ad executionem tanti miraculi. ⁊ pones baculum meum ſuper faciem pueri. Senſibili enim ſigno uti conſueuerant ad faciendum miraculum: & ꝓpterea baculum ſuum apponendum ſuper faciem pueri mandat eliſæus/ſperans operaturū deum per hoc medium uitam pueri. Porro mater pueri ait/viuit dominus ⁊ viuit anima tua ſi dimittam te. Quamuis mater clauem cubiculi eliſæi dederit miniſtro eunti cum baculo eliſæi (clauſerat enim oſtium) non tamen credidit ſufficere ad reſuſcitationem pueri miniſtrum, ſed ipſum exegit eliſæum. ſurrexit ergo ⁊ ſecutus eſt eam. tum uictus precibus/tum minus confidens de efficacia miſſi miniſtri cum ſuo baculo. Ghechazi autem præceſſerat eos ⁊ poſuerat baculum ſuper faciem pueri/⁊ non erat vox neqꝫ ſenſus. Non eſt mirum hoc: quia nec matris nec ipſius eliſæi plena fiducia ſuffragata eſt. reuerſuſqꝫ eſt in occurſum eius ⁊ nūciauit ei dicendo/non ſurrexit puer.

Ingreſſuſqꝫ eſt eliſæus in domum: ⁊ ecce puer mortuus iacebat ſuper lectum eius. Ingreſſuſqꝫ eſt ⁊ clauſit oſtium ſuper ſe ⁊ puerum. ne impediretur oraturus deum pro tanto miraculo. Vnde & ſtatim ſubditur. ⁊ orauit ad dominum. ut intelligamus non ex poteſtate miraculum facere ſed ſupplicando. Et aſcendit ⁊ incubuit ſuper puerum. Modus orandi deſcribitur imitando patrem ſuum eliam reſuſcitātem filium uiduæ. ſimili ſiquidem modo proſtrauit ſe eliſæus orando ſuper puerū tanqꝫ ſuper materiam miraculi. poſuitqꝫ os ſuum ſuper os eius ⁊ oculos ſuos ſuper oculos eius ⁊ manus ſuas ſuper manus eius / ⁊ incuruauit ſe ſuper eum. Quamuis non ſit explicite ſcriptum ſimilem modum ſeruatū ab elia fuiſſe, explicatio tamen iſtec ſcripta hic inſinuat ſimilem modum ſeruatum fuiſſe ab elia/& ſignificatum implicite ſcribendo ꝙ menſus eſt ſe ſuper puerum. Pertinet autem ad manifeſtandum mentem tam eliæ ꝙ̄ eliſæi modus iſte: manifeſtat enim ꝙ ualde magnipendebat uterqꝫ opus miraculi huius. in alijs enim miraculis apponebatur manus: in hoc autem tā arduo totū corpus expanditur ſingula membra ſingulis commenſurando/ut arduum ualde opus inſinuetur. Et nihilominus quemadmodum ſale uſus fuerat ad ſanandum aquas iericho, ita hac cōmenſuratione corporis utitur ad reſuſcitandum puerum ut inſtrumento ſenſibili diuinitus

Digitized by Google

ſibi inſpirato. ⁊ calefacta eſt caro pueri. Ne ſis ita rudis ut intelligas ex calore carnis eliſæi calefactam carnem pueri: quoniam aperte ſcriptum eſt ꝙ puer mortuus iacebat in lecto. ſed primus effectus uitæ in puero reſuſcitato deſcribitur caro pueri calefacta/ proculdubio ab interna uita. patratum eſt ſiquidem miraculum hoc non ſimul perfectum quo ad omnes effectus uitæ/ſed paulatim: & primus apparens uitæ effectus fuit calor carnis. Lege in euangelio mar.ca.8.cæcum paulatim illuminatum a domino:& non miraberis miraculi opus quandoq; non ſimul integre fieri ſed paulatim. Reuerſuſqꝫ eſt ⁊ deambulauit ī domo ſemel huc ⁊ illuc. Reuerſus ex lectulo ad pauimentum aulæ bis deambulauit: ſemel huc & ſemel illuc/ut ſcribitur hebraice. Diuerſus orandi modus deſcribitur. primum enim orauit proſtratus ſup corpus pueri mortui / deinde orauit deambulando: ut ipſa diuerſitas modi corporalis ſitus/inſinuaret diuerſitatem mentis eliſæi. quemadmodum enim diuerſitas ſitus renouatio eſt corporis, ita profectus mentis eius per hoc aperitur & tanq̃ renouata mens prophetæ ſignificatur: ſicut uere uiſa reſuſcitatione pueri in carne calida/iam certus de obtento miraculo longe maiori fiducia cum magna animi bilaritate orabat pro perfectione miraculi. Scribitur autem cum terminis bis deambulaſſe/ne longum tempus intercæptum putares. ⁊ aſcendit ⁊ incubuit ſuper eum. Iterum proprio corpore utitur ut inſtrumento diuinæ operationis/iterum ſe humiliat proſternendo ſe ſuper puerum in oratione ut prius. ⁊ oſcitauit puer ſepties. Hebraice habetur. ⁊ ſternutauit puer vſqꝫ ad ſeptem vices/ ⁊ aperuit puer oculos ſuos. Ecce progreſſus in effectibus uitæ. Et ille vocauit ghechazi ⁊ dixit/ voca ſunamithem hanc: que vocata venit ad eum: qui ait/ tolle filium tuum. Que venit ⁊ corruit ad pedes eius/ ⁊ adorauit ſuper terram. Maximum honoris ſignum ſolitum tamen exhiberi etiam hominibus exhibuit mulier eliſæo. Vbi & cerne diſparitatem ꝙ mœrore affecta ob mortem filij tenuit pedes eliſæi: læta autem ob reſuſcitatum filium nō tangit pedes eliſæi, ſed iuxta pedes ſuper terram ſe proſternit/ ſolitam ſeruans modeſtiam (qua non audebat tangere eliſæum) quam maternus dolor obliuioni tradiderat. tulitqꝫ filium ſuum ⁊ egreſſa eſt. Nihil moræ traxit in aula eliſæi/ſed ſuſcæpto filio egreſſa ſtatim eſt: ad exemplum mulierū conuerſantiū cū uiris ſpritualibus.

ET eliſah reuerſus eſt in ghilghal. non ꝙ inde immediate ueniſſet/ ſed quia alias ibi fuerat. fames autem erat in terra/ ⁊ filij prophetarum habitabant coram eo: dixitqꝫ vni de pueris ſuis. Hebraice hr̄. puero ſuo. Non ſcribitur multos habuiſſe miniſtros. pone ollam grandem/ ⁊ coque pulmentum filijs prophetarū. Et egreſſus eſt vnꝰ in agrum vt colligeret olera: iuenitqꝫ vitem agreſtem/ ⁊ collegit ex ea colocynthidas agreſtes. Tanq̃ ſylueſtres cucurbitæ & amaræ ualde dicuntur. ⁊ impleuit pallium ſuum: ⁊ reuerſus concidit in ollam pulmenti/ non enim cognouerunt. Infuderunt ergo viris vt comederent: cumqꝫ guſtaſſent de pulmento, clamauerūt ⁊ dixerūt/ mors in olla vir dei. Magna amaritudo quaſi præ ſe ferens mortē clamat:

Digitized by Google

& ad uirum dei (qui ollam præparari fecerat) recurſus habetur. ⁊ nõ potuerunt comedere. Et dixit/afferte farinam. Tali ſigno ſenſibili inſpiratus a deo uſus eſt ad hoc miraculum. cumqꝫ attuliſſent/proiecit ĩ ollam: ⁊ ait/infunde populo ⁊ comedãt: ⁊ non fuit amplius quicqꝫ amaritudinis in olla. Hebraice habetur. ⁊ non fuit res mala in olla. Miraculũ uere fuit/ut cucurbitæ illæ redditæ fuerint habiles ad eſum ex ſolius farinæ appoſitione.

¶ Vir autem quidam venit de bahal'ſaliſa/deferens viro dei panes primitiarum ⁊ viginti panes hordeaceos. Hebraice habet̃ abſqꝫ coniunctione. panes primitiarum panes viginti hordeaceos. exponendo ſiquidem panes primitiarum ſubiũgitur appoſitiue panes uiginti hordeaceos. Appellantur autem panes primitiarum/ panes ex primis frugibus facti. ⁊ frumentum nouum. Hebraice habetur. ⁊ toſtum. hoc eſt grana tritici ex præcocibus ſpicis toſta. in pera ſua. Hebraice habetur. in veſte ſua. ut hinc modica quantitas intelligatur. ⁊ dixit/da populo ⁊ comedant. ſciebat. n. futurum miraculum. ¶ Reſponditqꝫ miniſter eius/quid dabo hoc coram centum viris? ⁊ dixit/da populo ⁊ comedant: ſic enim dixit dominus/comedẽt ⁊ ſupererit. Poſuit itaqꝫ corã eis: qui comederunt/ ⁊ ſuperfuit iuxta verbum domini. Nullũ ſenſibile inſtrumentum appoſuit eliſæus ad multiplicandum hos panes niſi diuinũ uerbũ/ut cognoſcamus diuinam uirtutem operari miracula prout uult.

CAPVT .V.

NAhaman autem princeps militie regis ſyrie erat vir magnus coram domino ſuo ⁊ honorat⁹. Hebraice habetur. ⁊ eleuatus facie. non ſolum magnus apud regem ſuum ſed etiam excellens ſecundum ſeipſum narratur. Et utriuſqꝫ ratio ſubditur ſalus ſyriæ ab hoſtibus per eum a deo data. per illum enim dederat dominus ſalutem ſyrie: eratqꝫ vir fortis ⁊ diues. Hebraice nõ habetur diues/ſed. ⁊ vir fuit potens fortitudine leproſus. Fortitudo tam animi ꝙ corporis deſcribitur ſimul cum lepra. Porro de ſyria egreſſi fuerant latrunculi. Hebraice habetur. aſſociati. Non male interpres antiquus intellexit latrunculos/pro quanto proculdubio ſignificãtur aſſociati uiri ad prædandum: hoc eſt excurſiones faciendas in terras hoſtium. ⁊ captiuam duxerãt de terra iſrael puellam paruam: que erat ĩ obſequio vxoris nabaman. Dixitqꝫ ad dominam ſuam: vtinam dominus meus eſſet coram propheta qui eſt in ſomeron/profecto. Parui refert ꝙ hebraice habetur. tunc curaret eum a lepra ſua. ſonant enim uerba puellæ ꝙ ſtatim curaretur a propheta. ¶ Ingreſſus eſt itaqꝫ nabaman ad dominum ſuum/⁊ nũciauit ei dicendo: ſic ⁊ ſic locuta eſt puella que eſt de terra iſrael. Dixitqꝫ rex ſyrie/vade ⁊ mittã. Hebraice habet̃. va-

de veni ⁊ mittam literas ad regem iſrael. hoc eſt diſpone te ad iter & redi ad me & mittam literas. ⁊ pꝛofectus eſt/⁊ tulit ſecum decem talenta argenti ⁊ ſex millia aureoꝛum/⁊ decem mutatoꝛia veſtimenta. Et detulit literas ad regem iſrael in hec verba: cū acceperis epiſtolam hāc/ſcito ꝙ miſi ad te nahaman ſeruum meum vt cures eum a lepꝛa ſua. Executio ſcribitur ſimul cum præparatis & rebus & literis. Cunq; legiſſet rex iſrael literas/ſcidit veſtimenta ſua. ob uerba ſonantia blaſphemiam: utpote petendo ab homine id quod ſolus deus præſtare poteſt. ⁊ ait/an ego ſum deus. Nomen eſt elohim: ſed de uero deo ſe loqui maniſeſtat ſubiungendo opera propria ſummo deo. Vt occidere poſſim ⁊ viuificare. quod hebraice habetur. ad moꝛtificandum ⁊ viuificandum. ſolius enim ſummi dei eſt ad libitum mortificare & uiuificare/qui ſolus ē dominus uitæ & mortis. ꝙ iſte mittit ad me ad curandum virum a lepꝛa ſua? ideo ſcitote queſo ⁊ videte ꝙ occaſionem querat contra me.

¶ Et fuit cū audiſſet eliſah vir dei ꝙ ſcidiſſet rex iſrael veſtimenta ſua, miſit ad regem dicendo: cur ſcidiſti veſtimēta tua? veniat queſo ad me/⁊ ſciat pꝛophetam eſſe in iſrael. Rex iſrael ad uerba attendit: eliſæus autē attendit ad ſenſum uerboꝝ/& ideo dixit quare ſcidiſti ueſtimenta tua tanq̄ non eſſet propheta in iſrael a quo poſſit miraculū huius ſanitatis haberi? non enim rex ſyriæ petebat ut rex iſrael per ſeipſum ſanitatē redderet nahaman/ſed per ꝓphetam quem puella dixerat. Venit ergo nahaman cum equis ſuis ⁊ curru ſuo: ⁊ ſtetit ad poꝛtam domus eliſah. Miſitq; ad eum eliſah nuncium dicendo. Cerne in quanta deus prophetam ſuum authoritate ſeruat/ut inſpirauerit eum ad non egrediendum ſed ad mittendū nuncium uenienti ad ſe principi. Vade ⁊ lauare ſepties in iarden/⁊ reuertetur caro tua tibi ⁊ mūdabitur. Numero conſecrato in lege moſis utendum inſpirauit deus/in teſtimonium ueritatis legis a deo datæ moſi. Iratuſq; eſt nahaman ⁊ abiuit/⁊ dixit: putabam ꝙ egrediendo egrederetur ad me/⁊ ſtans inuocaret nomen domini dei ſui/⁊ tangeret manu ſua locū lepꝛe ⁊ curaret me. Nōne meliores ſūt amana ⁊ parpar fluuij damaſci omnibꝰ aquis iſraelis? nōne lauaboꝛ in eis ⁊ mundaboꝛ? vertitq; ſe ⁊ abiuit in ira. Ipſemet teſtificatur ꝙ non ex qualitate aquarum iordanis mundari poterat. Acceſſerunt autem ſerui eius/⁊ locuti ſunt ad eum atq; dixerunt: pater. Hebraice habetur. pater mi. Honorabile nomē patris apud priſcos fuiſſe hinc patet. ſi rem grandem ꝓpheta dixiſſet tibi/certe facere debueras. Parui refert ꝙ hebraice habet. nonne feciſſes. ſententia enim in idem redit. quanto magis cum dixit tibi lauare ⁊ mundaberis? Deſcendit igitur ⁊ lauit ſe in iarden ſeptem vicibus iuxta ſermonem viri dei: ⁊ reuerſa eſt caro eiꝰ ſicut caro pueri parui/⁊ mundatus eſt.

¶ Reuerſuſq; eſt ad virum dei cum toto comitatu ſuo: ⁊ venit ⁊ ſtetit coꝛam eo ⁊ dixit/vere ſcio ꝙ non ſit deus alius in tota ter-

Digitized by Google

ra niſi tantum in iſrael. Hebraice habet. ecce nunc noui ꝙ nõ elohim in tota terra niſi in iſrael. Curatus eſt non ſolum in corpore ſed etiã in animo: agnouit & profeſſus eſt non ſolum deum iſraelis eſſe uerum deum/ ſed etiam eſſe ſolum deum & omnes deos gentium non eſſe deos. nũc igitur tolle queſo benedictionem a ſeruo tuo. Munera appellat benedictionẽ / eo ꝙ nõ ut merces ſed loco gratiarumactionis prodibant ab animo eius. At ille reſpondit/ viuit dominus ante quem ſto quia non accipiam. Hebraice habetur. in cuius ſteti facie ſi accipiam. Iuxta morem eliæ iurat manifeſtando ſe oraſſe ꝓ ipſo nahaman: hoc.n.ſonant uerba in cuius ſteti facie. Iurauitq; ſe non accæpturum munus etiam pro gratiarumactione, ut arctius afficeretur nahaman cultui ſummi dei/ uidendo omni ex parte liberaliſſimam gratiam in propheta ſummi dei. vimq; faciebat vt tolleret/ ⁊ renuit. Dixitq; nahaman/ vt vis. Supfluit ut uis. ſed obſecro cõcede mihi ſeruo tuo vt tollam onus duorum burdonum de terra. Hebraice habetur. ⁊ non dabitur queſo ſeruo tuo onus paris mulorum terra? Interrogatiue legendum eſt: ſcribitur enim ſupplex petitio ut onerentur duo muli terre. Et modus petendi negatæ ſuſcæptioni munerum congruit: perinde acſi dixiſſet, negas ſuſcipere mea nunquid etiam negabis dare tuum/ modicum uidelicet terræ. poterat ſiquidem nahaman abſq; eliſæi dono onerare mulos proprios terra ad uehendum illam: ſed uoluit prophetæ dono affici terram uehendam/ ut prophetica benedictione benedicta eſſet illa terra uehenda. Et dicẽdo dabitur/ innuit ꝙ de terra domus in qua erat eliſæus petebat onus duorum mulorum: nõ enim niſi datam poterat illam accipere. Ita ꝙ benedictionem propheticam cupiebat utrinq;: ex dono uſ; & ex terra data/ utpote re ipſius prophetæ. non enim faciet vltra ſeruus tuus holocauſtum ⁊ ſacrificiũ dijs alijs niſi domino. Hinc inſinuatur ꝙ pro altari ꝯſtruẽdo ſummo deo terrã hãc petebat: alioqn non ſubiunxiſſet quia non faciet ultra ſeruus tuus holocauſtum & ſacrificium elohim alijs niſi iehouah. uere enim conuerſus erat non ſolum ad credendum ſed etiam ad ſacrificandum ſummo deo duntaxat. ¶ Hoc autẽ ſolũ eſt de quo deprecceris dominum pro ſeruo tuo. Hebraice habetur. In re iſta ignoſcet iehouah ſeruo tuo. Non petit ut roget deum pro ſe: ſed proponit ſe in omnibus quæ diuini ſunt cultus recte habiturum/ & in una duntaxat actione petit tolerari ut non imputetur ſibi ad peccatum contra deum. quando ingredietur dominus meus domum rimmon vt adoret ibi/ ⁊ ipſe innixus erit ſuper manum meam ⁊ adorabo ĩ domo rimmon. Aduerte prudens lector ꝙ hebraica dictio ꝗuis communiter interpretata ſit adorare, proprie tamen non ſignificat adorationem/ ſed exhibitionem ſigni honoris in ipſius honorantis perſonæ curuatione/ ſiue curuatio huiuſmodi fieret genuflexione ſiue proſtratione ſiue capitis & humerorum inclinatione. ita ꝙ non ſignificatur actus interior/ ſed actus dũtaxat exterior honoris. Eſt itaq; ſenſus ꝙ curuante ſe rege in templo rimmon deo ſuo rimmon/ ego quoq; me curuabo quia rex innititur ſuper me. Et hæc eſt actio quam ignoſci ſibi a deo petit. adorãte eo in eodem lo-

co/ignoſcat mihi dominus ſeruo tuo pro re hac. Iuxta hebræum ha-
betur. adorante me in domo rimmon/ignoſcet iehouah ſeruo tuo
in re iſta. Magni affectus teſtis eſt repetitio iſta.

¶ Dixitq; ei/ vade in pace. Quæſtiones duæ hinc oriuntur. altera an uer-
ba iſta eliſæi annuant uoto nahaman/affirmando q deus ignoſcet. altera eſt an
incuruatio huiuſmodi fuerit licita. ¶ Solutio primæ quæſtionis eſt q uerba eli-
ſæi cum ſint ualde communia/ſtant cum permiſſione illius curuationis: & pro-
pterea ex ui ſermonis non affirmant deum ignoſciturum ſeu non imputaturũ ad
peccatum. ¶ Solutio autem ſecundæ quæſtionis eſt q aliud eſt loqui de genufle-
xione imitatiua genuflexionis regiæ / & aliud eſt loqui de genuflexione obſequij.
nam genuflexio imitatiua eſt eiuſdem ſpeciei cum genuflexione quam imitatur:
& propterea eſſet genuflexio idolatra quemadmodum genuflexio regis. Sed de
huiuſmodi genuflexione nõ eſſe ſermonem / teſtantur uerba ipſius nahaman pro-
ponentis conſcientiæ ſuæ ſcrupulum conſiſtere in loco & tempore talis obſequij:
quia uidelicet in templo rimmon tempore quo rex adorabat rimmon/ ipſum na-
haman genuflectẽte rege oportebat genuflectere eo q rex innitebatur ſuper eum.
& quemadmodum rege ſtãte oportebat ipſum ſtare/ita rege genuflectente opor-
tebat ipſum genuflectere. De huiuſmodi itaq; genuflexione obſequij eſt quæſtio:
& dicimus q ſecundum ſe erat licita: eo q obſequebatur genuflexioni regis ab-
ſolute/& non relatiue ad idolatriam. genuflexio enim ipſa regis actio quædam eſt
ſecundum ſe non mala ſed iniquitatem idolatriæ habet annexam ex idolatra men-
te regis: miniſter autem obſequens genuflexioni & non relationi ad idolum/ non
eſt particeps criminis. quemadmodum nobiles comitantes regẽ euntem ad con-
cubinam/non ſunt participes peccati: eo q non comitantur eum quatenus uadit
ad peccãdum ſed quatenus uadit illuc abſolute: ipſum enim ire ſecundum ſe nul-
lum eſt peccatum. ¶ Quamuis autem huiuſmodi genuflexio obſequij ſecundum
ſe non ſit mala, ſpeciem tamen mali præ ſe fert ratione loci & temporis/niſi per-
ſona cognita ſit exempta ab idolatria. nam ſi pſona obſequens ibi tũc ſimilis alijs
habetur, genuflexio eius quantuncunq; ex propria intentione non ſit mala/occa-
ſionẽ tamen præſentibus dat exiſtimandi q ipſe facit ſicut alij genuflectentes ido-
lo. ſi uero pſona nota eſſet aliena ab idolatria, ceſſaret ſpecies mali: & conſequen-
ter ratio ſcandali ſeu exiſtimationis q ipſe genuflecteret idolo. Et quia nahaman
& uerbo & facto (ædificando ſummo deo altare illiq; ſacrificando / & profiten-
do ipſum ſolum eſſe elohim) publicabat ſe alienũ eſſe ab idolatria, ideo obſequi-
um quod præſtabat regi in templo rimmon adorãti / nec in ſe erat malum nec ha-
bebat ſpeciem mali. & propterea eliſæus non dixit ei hoc eſſe peccatum/nec affir-
mauit ignoſcendum a deo: ſed dixit uade in pace. ipſe autem nahaman more bo-
narum mentium timebat culpam: & propterea petijt ſibi ignoſci non imputan-
do ad culpam. abijtq; ab eo electo tempore. Iuxta hebræum habetur.
prandio terre. hoc eſt abijt per tantum terræ ſpatium quantum itur uſq; ad
prandium/uel quantum itur durãte prãdio. narratur. n. q nõ longe aberat quan-
do ghezi miniſter eliſæi uenit ad eum. hic. n. locus deſcribit' prius: & deinde nar-
ratur aduentus

ratur aduentus

ratur aduentus ghezi ad eum inchoando a cogitatione ipſius ghezi.

Dixit autem ghechazi puer viri dei: ecce pepercit dominus meus nahaman ſyro huic non accipiẽdo de manu eius que attulit / viuit dominus ſi non curram poſt eum ꝛ accipiam ab eo aliquid. Et ſecutus eſt ghechazi poſt nahaman: viditq́ʒ eum nahaman currentem poſt ſe/ꝛ deſilijt de curru in occurſum eius. ex reuerentia eliſæi. ꝛ ait/rectene ſunt oĩa? Et ille ait recte. Hebraice habetur. num pax? Et dixit/pax. Modus eſt loquendi hebræoꝝ/& ut hinc habetur ſyroꝝ. dñs meus miſit me dicẽdo: ecce mõ venerũt ad me duo pueri de mõte eph'raim ex filijs ꝓphetaꝝ/da queſo eis talentũ argẽti ꝛ veſtes mutatorias duplices. Hebraice hr̃. duas. Vide quot finxerit auaritia iſtius miniſtri. Dixitq́ʒ nahaman/melius eſt vt accipias duo talẽta. Hebraice habetur. velis tolle duo talenta. Vtrunq; uerbũ eſt impatiui modi. precatur.n. ut non unũ ſed duo & uelit & tollat talenta argenti. ꝛ coegit eũ. Simulantẽ ghezi nolle duo talẽta ſed unũ / nahaman coegit ad accipiendũ duo ex magnitudine deuotiõis ſuæ ad ꝓphetã dei. ligauitq́ʒ duo talenta argẽti in duob⁹ ſacculis ꝛ duo mutatoria veſtimẽta/ꝛ impoſuit duob⁹ pueris ſuis. hoc eſt ipſius nahaman. ꝛ portauerũt ante eũ. Cũq́ʒ veniſſet iã veſpi. Iuxta hebræũ hr̃. Et venit ad locũ celſuʒ/ꝛ tulit de manu coꝝ ꝛ depoſuit ĩ domo. Neſcio q̃s locus excælſus q ẽt numen quoddã dr̃, narrat terminus ad quẽ uenit ghezi & ĩ quo poſuit res delatas a famulis nahaman. non enim in domum eliſæi intulit illas ſed in domũ quãdam illius loci excælſi. Crediderim ego finxiſſe ghezi ꝙ in loco illo hoſpitabantur filij prophetarum/& propterea illuc uehendas eſſe res illas. & forte ſecundum ueritatem locus excælſus erat in quo etiam habitabant filij prophetarum q erãt in ſamaria. dimiſitq́ʒ viros ꝛ abierunt.

Ipſe autem ingreſſus eſt / ꝛ ſtetit ante dominum ſuum. Hinc apparet ꝙ non in domo eliſæi recondidit res. dixitq́ʒ ei eliſah/ vnde venis ghechazi? Ab itinere incipit diſcutere ut conuincat eum. qui reſpondit / non iuit ſeruus tuus quoq̃ʒ. At ille ait ad eum: nonne cor meum in preſenti erat quando reuerſus eſt homo de curru ſuo. Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. nonne cor meum iuit quãdo vertit ſe vir de curru ſuo in occurſum tui? Affirmat propheta internam ſui partem iuiſſe: hoc eſt inſtar euntis ſpritualiter attigiſſe mentis oculis geſta inter nahaman & ghezi. & hoc manifeſtat narrando actum quem fecerat nahaman occurrendo ghezi: ex hoc enim conuicit eum. nunc igitur accepiſti argentum ꝛ accepiſti veſtes vt emas oliueta ꝛ vineas ꝛ oues ꝛ boues ꝛ ſeruos ꝛ ancillas. Iuxta hebræum habetur. an tempus ad accipiendum argentum ꝛ ad accipiendum veſtes. Conuicto ghezi ex narrato tam occurſu q̃ʒ modo occurrendi / arguit eum ꝙ accæperit argentum & ueſtes: arguit autem a tempore / dicendo num tempus ad tollendum &c. Et manifeſtat per hoc ꝙ tempore quo ipſe eliſæus nolebat accipi

Digitized by Google

oblata / nec ipſe ghezi accipere potĕrat. Et dicit hoc ad differentiam aliorum temporum quibus eliſæus annuebat ut tollerentur oblata. Vt emas oliueta. Interpres pro claritate addidit ut emas: nam hebraice immediate ſequitur. ⁊ oliuas ⁊ vineas ⁊ oues ⁊ boues/⁊ ſeruos ⁊ ancillas. poſtq̃ enim arguit eum de accæptione/arguit etiam de intentione: ꝙ nõ pro filijs prophetarum accæperit, ſed pro oliuetis/uineis &c. Et lepra nabaman adherebit tibi ⁊ ſemini tuo in ſempiternum. Poſt repræhenſionem adiungitur punitio terribilis: & tanto maior quanto diuina authoritate extenſa ad ſemen eius in ſempiternum ſeu in ſæculum eſt. egreſſuſqꝫ eſt a facie eius leproſus ſicut nix. Vide diuinam iuſtitiam/ ſtatim ſefficientem quod propheta dixit.

CAPVT .VI.

DIxerunt autem filij prophetarum ad eliſah: ecce queſo locus in quo habitamus coram te/anguſt⁹ eſt nobis: Eamus. Hebraice habetur. Ibim⁹ queſo vſqꝫ ad iarden. de ſeipſis enim loquuntur/petendo ut ire eis liceat. ⁊ tollant ſinguli de ſylua materias ſingulas. Hebraice habetur. ⁊ tollemus inde qlibet trabẽ vnã. Sentẽtia clara eſt. ⁊ faciemus nobis ibi locũ ad habitandum. Deficit. ibi. Proponunt ſe ædificaturos ibi (hoc eſt iuxta iordanem) locum capacem ad habitandum ibi. ⁊ dixit/ite. Et ait vnus/veni ergo ⁊ tu cum ſeruis tuis. Hebraice habetur. Velis obſecro ⁊ veni cum ſeruis tuis. Supplex loquitur bonus diſcipulus. ⁊ dixit/ego veniam. Et abijt cum eis: veneruntqꝫ ad iarden/⁊ ſciderunt ligna. Accidit autem cum vnus materiam ſuccidiſſet. Hebraice habetur. Et fuit vn⁹ cadere faciẽs trabẽ/⁊ ferrũ ſecuris cecidit ĩ aquam. Superfluit ſecuris: non fit mentio formæ inſtrumenti ferrei. exclamauitqꝫ ille ⁊ dixit/heu heu heu. Hebraice ſemel tantum habetur. heu (ſeu ue) domine mi. Dolentis eſt. ⁊ ipſum mutuo acceperam. ¶ Dixit autẽ vir dei/vbi cecidit? at ille monſtrauit ei locum: precidit ergo lignum ⁊ proiecit illuc/⁊ natauit ferrum. Ecce manifeſtum miraculum / propter quod narrata eſt hæc hiſtoria. Et ait/tolle: extenditqꝫ manum ſuam/⁊ tulit illud.

REx autem ſyrie pugnabat contra iſrael: conſiliũqꝫ inijt cuꝫ ſeruis ſuis dicendo/ in loco illo ⁊ illo ponamus inſidias. Iuxta hebræum habetur. ad locum occultum mutum manſio mea. Inſidiæ ſignificantur nomine manſionis. concludebat ſiquidem in ſecreto conſilio rex mittendos aliquos milites ad certum locum tum occultum hoſtibus tum mutum: hoc eſt tum occulte tum cum ſilentio/ut ex improuiſo caperet hoſtes. ¶ Miſit itaqꝫ vir dei ad regem iſrael dicendo: caue ne tranſeas ad locum illum / quia ibi ſyri in inſidijs ſunt. Hebraice habetur. quia illuc aramei deſcendentes. Non dicit ſyros ibi eſſe / ſed il-

Digitized by Google

huc deſcendere. Miſit itaqꝫ rex iſrael ad locum quem dixerat ei vir dei ꝛ preoccupauit eum. Iuxta hebræum habetur. ꝛ ſolicitabunt eum. Miſſi a rege ſolicite inſtantes ad uidendum ſi ſyri ueniunt ad locum ſignificatum ab eliſæo narrantur. & futurum tempus refertur ad miſſionem regis. ꝛ obſeruauit ſe ibi. Legendum eſſet. ꝛ cuſtodietur ibi non ſemel ꝛ non bis. Effectus deſcribitur: ꝙ uidelicet rex tam in ſe ꝗ̃ in ſuis ex huiuſmodi reuelatione eliſæi cuſtoditus eſt ab inſidijs in illis locis non ſemel aut bis/ſed ſæpe. & futurum cuſtodietur/refertur ad reuelationem eliſæi.

¶ Et conturbatum eſt cor regis ſyrie ꝓpter hanc rē: vocauitqꝫ ſeruos ſuos ꝛ ait eis/quare nō indicatis mihi quis proditor mei ſit apud regem iſrael? Sententia recte redditur: quāuis hebraice uerba breuiora ſint. Dixitqꝫ vnus ſeruorum eius: nō domine mi rex, ſed eliſab ꝓpheta q eſt in iſrael/indicat regi iſrael verba que locutꝰ fueris in ꝯclaui tuo. Hebraice habet. i aula cubilis tui. hoc eſt in ſecretiſſimo loco tuo. Dixitqꝫ, ite ꝛ videte vbi ſit/ꝛ mittā ꝛ capiā eū: nūciatūqꝫ eſt ei dicendo/ecce eſt in dothaim. Hebraice habet. i dothan. Nomen eſt ciuitatis/ut ſubiuncta teſtant. Miſit ergo illuc equos ꝛ currus ꝛ robur exercitus: venerūtqꝫ nocte/ꝛ circūdederunt ciuitatem.

¶ Surrexit autem diluculo miniſter viri dei/egreſſuſqꝫ eſt ꝛ vidit exercitum in circūitu ciuitatis. Iuxta hebræum habetur. ꝛ egreſſus eſt/ꝛ ecce exercitus circundans ciuitatem ꝛ equi ꝛ currus. Non dicitur ꝙ egreſſus uiderit exercitum: ſed tacetur modus quo nouit exercitum adeſſe. Incertum eſt enim an exierit e ciuitate exiſtente in loco eminenti & uiderit inferius exercitum circundantem/an exierit ab aula ad locum ſub diuo & apparuerit exercitus circundans ciuitatem. Dixitqꝫ ei puer eius/heu heu heu domine mi. Hebraice habetur ſemel tantum heu/ut ſuperius. quid faciemus? Hebraice habetur. quomodo faciemꝰ? obſeſſi ut euadamus. Et dixit/noli timere. Et hic quoqꝫ interpræs addidit noli: hebraice enim habet. nō timebis: quia plures qui nobiſcum ꝗ̃ qui cum eis. Ex quibus eliſæi uerbis apparet ꝙ ipſe eliſæus uidit multitudinem cuſtodientium ipſum quā miniſter eius non uidebat. Cumqꝫ oraſſet. Legendum eſt. Et orauit eliſab ꝛ dixit. ad conſolandum miniſtrum ſuū. domine aperi queſo oculos eius. nō corporis ſed interni ſenſus. ꝛ videat. multitudinē quā ego uideo/ ſi uiſio hæc fuit imaginaria: uel aperi oculos/hoc eſt ad inſtar aperientis oculos cōcede ut iſte uideat corporeis oculis multitudinem quam ego uideo. Et hic ſenſus quadrat cōtextui: nam eliſæus multitudinem apparentem ſibi petit uideri etiam a puero ſuo/ ita ꝙ unū & idē uiſibile uideatᷣ ab utroqꝫ. quod nō ſaluaretᷣ in uiſiōe imaginaria ſed in uiſiōe corporali: quoniā uiſibile oculis corporeis unum & idem eſt apud diuerſos uidentes: imaginabile autem cum intus in imaginatione ſit / diuerſum eſt apud diuerſos. ꝛ aperuit dominus oculos pueri/ ꝛ vidit ꝛ ecce mons plenus equorum ꝛ curruum igneorum in circumitu eliſab. Ex eo ꝙ fit mentio montis/ & deſcribuntur in circumitu eliſæi equi & currus, in-

ſignatur q̄ mons ille in quo erat eliſæus apparuit plenus eq̄uis & curribus igneis: non q̄ eſſent uere ignei ſed in ſimilitudinem ignis / quemadmodum currus & equi apparentes in raptu eliæ. & erant nõ res ignis currus aut equorum ſed ſimilitudines eorum / quemadmodum ſimilitudines rerum apparentes in ſpeculis: & propterea erant uiſibiles corporeis oculis/non ab omnibus ſed ab ijs quibus apparebant. Prouidit autem deus hanc apparitionem ad ſecuritatem eliſæi & miniſtri eius / ſignificando per hanc angelicam cuſtodiam longe potentiorem hoſtibus circundantibus ciuitatem. Hoſtes vero deſcenderunt ad eum. Hebraice habetur. Et deſcenderunt ad eum. proculdubio exercitum ſyrorum eliſæus & puer eius iam ſecuri. Orauitqꝫ eliſab ad dominum ⁊ ait/percute queſo gentem hanc cecitate. non quo ad actum uidendi/ſed quo ad actum iudicandi: ut uidelicet uidendo non diſcernerent quo irent & q̄s eos duceret. ⁊ percuſſit eos ne viderẽt. Legendum eſt. cecitate iuxta verbum eliſab. hoc eſt non cæcitate abſolute ſed cæcitate petita ab eliſæo. Et ſcito q̄ prius orauit eliſæus pro huiuſmodi cæcitate & obtinuit gratiam/& poſtea deſcendit ad eos: q̄uis ſcribatur prius deſcenſus q̄ ratio deſcendendi. Dixit autem ad eos eliſab: non eſt hec via nec eſt hec ciuitas: Sciens eos iam huiuſmodi cæcitate percuſſos/dicit non eſt hæc uia. deſcenderat enim ad eos circundantes ciuitatem: & ꝓpterea exiſtẽtes adhuc in uia. Nec mentitus eſt: quia uere nõ erat illa uia qua eundum illis erat ad inueniendum eliſæum notum eis: & ſimiliter non erat illa ciuitas in qua inueniendus erat eliſæus quem quærebant. Secundum. n. ſenſum hunc eliſæum locutum fuiſſe/ teſtantur ſubiuncta ipſius uerba. ſequimini me ⁊ oſtendam vobis virum quẽ queritis. Hebraice habetur. venite poſt me ⁊ ducam vos ad virũ quem queritis. Et in hoc amicum ſe præbuit eis/manifeſtans ſe ſcire quem quærunt. Nec decæpit eos: quoniam uere duxit eos ad uirum quæſitum/ſeipſum vꝫ cognoſcendum in ſamaria. ⁊ duxit eos in ſomeron. Cũqꝫ igreſſi fuiſſent ſomeron, dixit eliſab/dñe aperi oculos iſtoꝝ. ſimiliter non quo ad uidendũ (uenerant enim aptis oculis) ſed quo ad diſcernendũ ubi ſunt &c. ⁊ videant: aperuitqꝫ dominus oculos eorum/⁊ viderũt ſe eſſe in medio ſomeron.

¶ Dixitqꝫ rex iſrael ad eliſab cum vidiſſet eos/an percutiam eos pater mi? Hebraice repetitur percutiam/ad ſignificandum percuſſionem omniũ. Reuerẽtiaqꝫ regis erga eliſæũ cõmendat̃ ex eo q̄ appellabat eliſæũ p̄rem ſuũ, & merito/q̄a curã regis hẽbat tanq̄ p̄r: ut ſupraſcripta teſtãt̃. Et ait: nõ percuties/neqꝫ. n. cepiſti eos gladio tuo aut arcu tuo vt ꝑcutias. Hebraice h̃r. an quos tuliſti i gladio tuo ⁊ i arcu tuo tu ꝑcutiẽs? quaſi dicat nõ eſſes ꝑcutiẽs captos a te/ꝑcutere tibi liceret ſi in arcu & gladio tuo iſtos cæpiſſes. pone panem ⁊ aquam. hoc eſt cibum & potum. coram eis/⁊ comedant ⁊ bibant ⁊ vadant ad dominum ſuum. Apparauitqꝫ eis apparatum magnum ⁊ comederunt ⁊ biberunt/⁊ dimiſit eos ⁊ abierunt ad dominum ſuum: ⁊ vltra non venerunt latrones

ſyrie. Hebraice habetur. ſocietates aram in terram iſrael. ut etiam ſuperius dictum eſt. non. n. proprie latrones ſed cœtus hoſtium tanq̃ ad excurſiões faciendas ſignificantur. Et hinc apparet fructus officij eliſæi ſubſecutus etiam apud hoſtes.

Et fuit poſt hec/ꝯgregauit ben'hadad rex ſyrie totũ exercitũ ſuũ: aſcenditq; ⁊ obſedit ſomeron. Hinc habet̃ ꝙ geſta prænarrata fuerunt tp̃e benhadad regis ſyriæ & iorã regis iſrael. nam elias uſq; ad mortem ochoziæ regis cui ſucceſſit iorã/fuit inter homines & eliſæus erat miniſter illius.
Factaq; eſt fames magna in ſomeron/⁊ ecce obſidebãt eã: donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis/ ⁊ quarta pars cab ſtercoꝛis columbarum quinq; argenteis. Nomen menſuræ eſt cab. ſtercus autem columbarum non pro cibo ſed pro igne emebatur ob penuriam lignorum.

Cunq; rex iſrael trãſiret per murũ, mulier exclamauit ad eum dicendo/ſalua me domine mi rex. Qui ait/non te ſaluet dominꝰ. Irati uerba ſunt imprecatiua mali/eo ꝙ petebatur ab eo quod dare non poterat. putabat enim peti ſubſidium: & conſcius penuriæ & impotentiæ ſuæ excanduit dicens/non te ſaluet iehouah. Et quaſi iuſtificans irã ſuam/ ſubiungit penuriam ac impotentiam ſuam. Vnde te ſaluabo/an de arca vel de toꝛculari? Dixitq; ei rex/quid tibi eſt? que reſpondit: mulier hec dixit mihi/ da filium tuum ⁊ comedamꝰ eum hodie ⁊ filium meum comedemus cras. Coximuſq; filium meũ ⁊ comedimus eũ: dixi autẽ ei die altera/da filium tuum ⁊ comedamus eum,⁊ abſcondit filium ſuum. Quod cum audiſſet rex/ſcidit veſtimenta ſua. execrando facinus tam dirum. ⁊ ipſe tranſibat ſuper murum: viditq; populꝰ cilicium quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus. Ecce fructus eliſæi in rege: affligebat ſiquidem ſe rex cilicio inſtructus ab eliſæo. Nec refert ꝙ hebraice ſcribitur. ſaccum. in idem enim redit ſententia: quoniam ad carnem ſacco utebatur pro afflictione pœnitentiali in tanta eorum penuria & obſidione rex ipſe ad placãdum deum. Et ait rex: hec faciat mihi deus ⁊ hec addat. Nomen eſt elohim. & eſt modus iurandi per imprecationem mali ſibiipſi. ſi ſteterit caput eliſab filij ſaphat ſuper eum hodie. Hinc innuitur ꝙ eliſæo ſuadente rex ſufferebat obſidionem expectando dei gratiam: ob hoc enim reiecit cauſam in eliſæum/& furibundus iurat ſe ablaturum caput eliſæi.

Eliſab autem ſedebat in domo ſua/⁊ ſenes ſedebant cum eo. Qui qualeſue fuerint ſenes iſti/certum non eſt: ſed ipſe confeſſus atteſtatur uiros graues deumq; timentes fuiſſe. pꝛemiſitq; rex virum. ad præcidendum caput eliſæi/tantus fuit furor in rege. ⁊ anteq; veniret nuncius ad eum/dixit ad ſenes. Eliſæus diuinitus illuſtratus manens in domo uidit quæ aduerſus ipſum mandauit rex/& manifeſtauit ſenibus. nunquid ſcitis. Hebraice hr̃. num vidiſtis. Et hinc quoq; innuit̃ ꝙ uiri ſpũales erãt ſenes iſtis alioqn nõ dixiſſet ad eos eliſæus num uidiſtis. ꝙ miſerit filiꝰ homicide huc.

Legendũ eſſet. ꝙ miſit filius homicide iſte. Ioram regem demonſtrat nominando eum filium homicidæ: quia erat filius ach'ab qui homicidium commiſerat occidendo naboth/ut elias in faciem illi dixerat. Apte quoqꝫ nominat ipſum filium homicidæ/quia in hac actione imitatus eſt patrē homicidã. Vt præcidatur caput meum. Hinc apparet ꝙ nuncius ille ad præcidendum caput eliſæi miſſus erat. Videte ergo cum venerit nuncius/claudite oſtium ⁊ non ſinatis introire eum: ecce enim ſonitus pedum domini eiꝰ poſt eum eſt. Vt intrepide obſiſterent nuncio regis/prædicit eis ꝙ rex ſequitur nuncium ſuum pœnitens ꝙ miſerit eum. ideo enim rex ſequebatur nuncium quia pœnituerat eum præcæpiſſe ut præcideretur caput eliſæi. redyt enim ad ſeipſum/& perſonaliter uenit ad querelam proponendam coram eliſæo. ¶ Adhuc illo loquente cum eis/apparuit nuncius qui deſcendebat ad eum: ⁊ ait. non nuncius ſed rex. ecce tantum malum a domino eſt/q̄d amplius expectabo a domino? Hebraice habetur. ecce iſtud malũ a cum iehouah/quid ſperabo ad iehouah amplius? Malum iſtud demonſtrat tantam penuriam ut matres comedant filios: & reycit malum hoc in eſſe cũ ſummo deo tanq̃ in cauſam/eo ꝙ eliſæi conſilio rex ſuſtinebat obſidionem expectando dei opem. & propterea ſubiungit tanq̃ deſperans/quid amplius ſperabo ad iehouah? Hinc enim manifeſte patet ꝙ hactenus ſperauerat in ſummo deo: & uidens tantum malum, tanq̃ nihil boni ſuperſit perdita uita hominum/dicit quid amplius ſperabo ad iehouah? hoc eſt ſummum deum.

CAPVT .VII.

Dixit autem eliſah/audite verbum domini: ſic dixit dominus/in tempore hoc cras modius ſimile in ſtatere vno erit ⁊ duo modij hordei in ſtatere vno in porta ſomeron. Nec nomen modij nec nomen ſtateris ponderandum eſt: quoniam hebraice menſura quædam & quoddam pondus ſignificãtur. Et ſimilæ nomine florem farinæ intellige: hoc eſt farinam optimam. Rñditqꝫ dux ſuper cuius manum rex innitebatur/viro dei: ⁊ ait/ſi dominus fecerit etiam cataractas in celo an erit quod loqueris? qui ait/ecce videbis oculis tuis ⁊ inde non comedes. Cataractarum nomine intellige feneſtras. incredulus enim dux obycit prophetæ ꝙ ſi etiã deus faceret feneſtras in cœlo & plueret farinam ac hordeum/nõ uerificaretur uerbũ eliſæi. propter quod merito audiuit tunc futuram ipſius pœnam/quam poſtea paſſus eſt.

Quattuor autem viri erant leproſi iuxta introitum portæ: qui dixerunt ad ſeinuicem/q̄d hic eſſe volumꝰ donec moriamur? Si ingreſſi fuerimus ciuitatem/fames eſt in ea ⁊ moriemur ibi: ⁊ ſi manſerimꝰ hic/moriemur. Venite ergo ⁊ trãſfugiamꝰ ad caſtra ſyrorum: ſi pepercerint nobis viuemus/⁊ ſi occidere voluerint moriemur. Surrexerũt igitur veſpere vt venirẽt ad ca-

ſtra ſyrorum: cunqꝫ veniſſent vſqꝫ ad principium caſtrorum ſy-
rorum/neminem ibi repperèrunt. Dominus autem audire fece-
rat caſtra ſyrorum ſonitum curruum ⁊ equorum/ſonitum exerci-
tus magni. Non imaginarius ſed ſenſibilis ſonus magni exercitus ſenſu audi-
tus percæptus eſt: non falſus quo ad ſonum qui auditu ſentiebatur / q̃uis quan-
tum ad ſenſatum p accidens exercitum curruum & equorũ &c. fuerint decæpti:
quia merebantur & decipi & terreri ut fugerent a meritis eliſæi quem nouerant &
experti fuerant protectorem iſraelis. Dixeruntqꝫ ad ſemuicem/ ecce mer-
cede conduxit aduerſum nos rex iſrael reges gethçorũ. Legendum
eſt. chittheorum ⁊ reges egyptiorum ad veniendum contra nos.
finitimos enim reges putauerunt conductos. Surrexerũt ergo ⁊ fugerũt
in tenebris. Legendum eſt. in crepuſculo. Intelligendo tamen crepuſculum
non diei ſed noctis. in principio enim noctis fugerunt / ut ſubiuncta teſtantur.
⁊ reliquerunt tẽtoria ſua ⁊ equos ⁊ aſinos ſuos / caſtra ſecũdum
ꝙ erant: fugeruntqꝫ/animas tantũ ſuas ſaluare cupientes.

¶ Igitur cũ veniſſent leproſi iſti ad principium caſtrorũ/ingreſ-
ſi ſunt tentorium vnum/⁊ comederunt ⁊ biberunt: tulerũtqꝫ in-
de argentum ⁊ aurum ⁊ veſtes/⁊ abierunt ⁊ abſconderunt: ⁊ re-
uerſi ſunt ⁊ venerunt ad tentorium aliud/tuleruntqꝫ inde ⁊ abie-
runt ⁊ abſconderunt. Dixeruntqꝫ ad ſemuicẽ: nõ recte facimus/
hec enim dies boni nuncij eſt ⁊ nos tacemus: ſi expectabimꝰ vſqꝫ
ad lucem matutinam/ſceleris nos arguemur: nunc igitur veni-
te ⁊ eamus ⁊ nunciemus in domo regis. Cunqꝫ veniſſent ⁊ cla-
maſſent ad portam ciuitatis/narrauerunt eis dicendo: iuimꝰ ad
caſtra ſyrorum ⁊ nullum hominem ibidem repperimꝰ/niſi equos
⁊ aſinos ligatos ⁊ fixa tẽtoria. Clamauerũtqꝫ portarij: ⁊ nũcia-
uerunt in palatio regis intrinſecus. Qui ſurrexit nocte ⁊ ait ad
ſeruos ſuos/indicabo nunc vobis qd fecerint nobis ſyri: ſciũt ꝙ
fame laboramꝰ, ⁊ idcirco egreſſi ſunt de caſtris vt latitẽt ĩ agris
dicendo/cum egreſſi fuerint de ciuitate capiemus eos viuos ⁊ ci-
uitatem ingrediemur.

¶ Reſpondit autẽ vnus ſeruorum eius ⁊ dixit: tollantur queſo
quinqꝫ equi qui remanſerunt in ciuitate (quia ipſi tantum reman-
ſerant in tota multitudine iſrael/alij enim conſumpti erant) ⁊ mit-
tamus ⁊ videamus. Adduxerunt ergo duos equos. Hebraice ha-
betur. Et tulerunt duos currus equorum. Ad differentiam curruũ qui
non trahebantur equis/dicitur currus equorum. miſitqꝫ rex in caſtra. He-
braice habetur. poſt caſtra ſyrorum dicendo/ite ⁊ videte. hoc eſt miſit
ad uidendum loca quæ erant poſt caſtra ſyrorum ſi laterẽt ibi ſyri. Et iuerũt
poſt eos vſqꝫ ad iarden: ⁊ ecce omnis via plena erat veſtibus ⁊
vaſis que proiecerant ſyri cũ turbarentur. Legendũ eſſet. feſtinan-
tibus eis. proculdubio fugiendo. reuerſiqꝫ ſunt nuncij ⁊ indicauerunt

regi. Egreſſuſqȝ eſt populus ⁊ diripuit caſtra ſyrorū: ⁊ fuit modius ſimile in ſtatere vno ⁊ duo modij hordei in ſtatere vno/iuxta verbum domini. Intellige menſuram & pondus ut diximus. & menſuram quidem alij uocant ſatum: pondus autem ſiclum ſeu ſeclum.

¶ Porro rex ducem illum ſuper cuius manum innitebatur cōſtituit ſuper portam/conculcauitqȝ eum populus ī porta ⁊ mortuꝰ eſt: ſicut locutus fuerat vir dei quando deſcendit rex ad eum. Et fuit ſecundum ꝙ locutus eſt vir dei ad regem dicendo: duo modij hordei in ſtatere vno/⁊ modius ſimile in ſtatere vno erit hoc eodem tempore cras in porta ſomeron. Et reſpondit dux ad virum dei ⁊ ait: etiam ſi dominus fecerit cataractas ī celo / an erit quod loqueris? ⁊ dixit/ecce tu videbis oculis tuis ⁊ inde nō comedes. Euenitqȝ ei ſic: ⁊ ꝯculcauit eū populus in porta ⁊ mortuꝰ eſt.

CAPVT .VIII.

Eliſah autem locutus eſt ad mulierem cuiꝰ filiū viuere fecerat dicendo: ſurge ⁊ vade tu ⁊ domus tua / ⁊ peregrinare vbicunqȝ reppereris. Rependit propheta gratiam mulieri iam uiduæ: ſi enim maritus uixiſſet/nō illam ſed uirum monuiſſet. Vocauit enim dominus famē ⁊ veniet. Hebraice habetur. ⁊ etiam venit ſuper terram ſeptem annis. Verba ſunt authoris/narrantis adimpletum fuiſſe uerbum eliſæi & explicantis tempus famis: uidelicet ſeptem annos. ¶ Que ſurrexit ⁊ fecit iuxta verbum viri dei: ⁊ abijt cum domo ſua/⁊ peregrinata eſt in terra peliſthim diebus multis. Legendum eſt. in terra peliſthim ſeptem annis. iuxta numerum annorum penuriæ. Et ex eo ꝙ ipſa cum domo ſua deſcribitur iuiſſe/inſinuatur ꝙ ipſa erat caput domus: ac per hoc ut diximus uidua. In fine autem ſeptem annorum reuerſa eſt mulier de terra peliſthim: ⁊ egreſſa eſt vt interpellaret regem pro domo ſua ⁊ pro agris ſuis. occupatis uel a fiſco uel ab alijs. Rex autem loquebatur cum ghechazi puero viri dei dicēdo: narra queſo mihi omnia magnalia que fecit eliſah. Niſi nahaman leproſus magnus apud regem ſyriæ obſtaret/dicerem hoc colloquiū fuiſſe anteꝗ̄ ghezi eſſet leproſus: ſed ab exemplo nahaman incertus reddor tum de tempore tum de rege/quis ſcilicet fuerit rex iſte. Immo an hoc fuerit poſt mortem eliſæi: quod uerius uidetur ex eo ꝙ ſi eliſæus uixiſſet, non oportuiſſet mulierem hanc uenire ad clamandum coram rege/ut hebraica ſonat litera. eliſæus enim alias ei obtulerat intercedere apud regē pro ea: ut ſuperius ſcriptū eſt ca. 4. Cumqȝ ille narraret regi quomodo mortuum ſuſcitaſſet, ecce mulier cuius viuificauerat filium clamās ad regē pro domo ſua ⁊ pro agris ſuis: dixitqȝ ghechazi/ domine mi rex hec eſt mulier ⁊ hic eſt filiꝰ eius quem ſuſcitauit eliſah. Et interrogauit rex mulierem/que narra-

nit ei vera eſſe. Superfluit uera eſſe. narrauit enim mulier rem geſtam/ & non dixit ſic eſt. Deditqꝫ ei rex eunuchum vnũ dicendo/reſtitue ei omnia que habebat ⁊ omnes fructus agrorum a die qua reliquit terram vſqꝫ ad preſens. Hinc coniectura fit ꝙ fiſco applicata fuerant bona iſtius mulieris tanto tempore abſentis: utpote habita pro derelictis. Et hoc fecit rex intuitu eliſæi: ita ꝙ & mortuus eliſæus profuit huic mulieri.

ET venit eliſah damaſcum. ad exequendum iniuncta ſibi ab elia de regno hazael ſuper ſyriam. ⁊ ben'hadad rex ſyrie egrotabat: nunciatũqꝫ eſt ei dicendo/venit vir dei vſqꝫ huc. Et ait rex ad chazael: tolle tecum munera ⁊ vade in occurſum viri dei/ ⁊ conſule dominum per eum dicendo an viuam de infirmitate hac? Iuit igitur chazael in occurſum eius/habens ſecum munera ⁊ omnia bona damaſci. hoc eſt ex omni genere bonorum qbus floret damaſcus. onera quadraginta camelorum: venitqꝫ ⁊ ſtetit corã eo ⁊ ait/filiꝰ tuꝰ ben'hadad rex ſyrie miſit me ad te dicendo. Vide cum quanta reuerentia ethnici principes adeunt prophetam. ſi ſanari potero de infirmitate mea hac? Hebraice habet. an viuam a malo iſto? Libra petionem. Dixitqꝫ ei eliſah/vade dic ei ſanaberis. Hebraice habetur. vade dic ei viuendo viues. Scito prudẽs lector dictionem hebraicam interpretatam ei/ apud ipſos hebræos ſonare uel ei uel non/prout diuerſimode ſcribitur: & utroqꝫ modo ab eis legi hanc literam. ſed conſiderato cõtextu ſubiũctaqꝫ relatiõe hazaelis ad ſuum regem, probanda eſt lectio affirmatiua/uade dic ei uiuendo uiues. Et uerum dixit reſpondendo ad interrogata: ſubauditur enim ex infirmitate iſta. nam petierat an uicturus eſſet ex ægritudine iſta: & eliſæus reſpondit uade dic ei uiuendo uiues/proculdubio quantum eſt ex parte ægritudinis. Et hoc nõ fuit falſum/quia non eſt mortuus ex ægritudine illa. porro oſtẽdit mihi dominꝰ: Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ fecit videre me iehouah ꝙ moriendo morietur. Duo dixit. alterum reſpõdendo ad quæſitum de uita ex ægritudine: alterum non interrogatus adiungit de regis uita abſolute/dicendo ꝙ morte morietur. Non dicit ꝙ morietur ex hac ægritudine/ſed abſolute ꝙ morte morietur. Et hoc quoqꝫ fuit uerum: quia mortuus eſt ꝙcitius occiſus ab ipſo hazael. Et reuelauit deus etiam hoc eliſæo, ne ꝓpheta eius appareret falſus/occiſo rege tũc tũc in lecto ægritudinis ſuæ. Nec manifeſtauit eliſæus hazaeli ꝙ ipſe eſſet occiſurus regem: ſed dixit ei ut diceret regi ꝙ nõ morietur ex hac ægritudine/& ꝙ ipſe hazael ſciret ꝙ tamen aliter rex morietur. Stetitqꝫ cũ eo ⁊ ꝯturbatꝰ eſt vſqꝫ ad ſuffuſionẽ vultus. Iuxta hebræum habetur. Et fecit ſtare faciẽ ſuam/ ⁊ poſuit donec tardauit. hoc eſt fixit eliſæus faciem ſuam / & ſic fixam tenuit diu firmam: ut meditantes facere ſolent. huiuſmodi enim tam fixio ꝙ mora deſcribitur. fleuitqꝫ vir dei. Fletus ipſe ſubſecutus teſtatur quid quaſi raptus contemplatus fuerit eliſæus: uidelicet futura mala populi iſrael. Et forte illa immobilitas faciei cum tanta mora fuit diuinitus tunc facta ad reuelandum tũc eliſæo huiuſmodi futura mala in ſpecie. Et mora longior fuit: quia eliſæus tentauit

ſupplicando deo ſi poſſet reuocari hæc ſententia aduerſus etiã innocentes iſraeli-tas, ſed uidens firmatam eſſe diuinam ſententiam prorupit in fletum compaſſio-nis. Cui chazael ait/quare dominus meus flet? ꝛ ait/quia noui ꝙ facturus ſis filijs iſrael malum: munitiones eoꝝ ſuccendes igne ꝛ iuuenes eorum interficies gladio ꝛ paruulos eorum allides/ ꝛ prægnantes eorum diuides. Dixitq́ʒ chazael/quid eſt enim ſeruꝰ tuus canis ut faciat rem hanc magnam? Modus loquendi illius tem-poris eſt/ad ſignificandum ſe infimum relatiue ad tam magnum opus. ꝛ ait eli-ſah/oſtendit mihi dominus te regẽ ſyriæ fore. Ecce executio pro qua uenerat/quæ præcæpta fuerat eliæ. nam ex iniunctione eliæ eliſæus ſic ungit ha-zaelem in regem ſyriæ/prædicta prius punitione iſraelis idolatræ per eum iuxta reuelationem factam eliæ in monte horeb. ¶ Receſſitq́ʒ ab eliſah/ꝛ ue-nit ad dominum ſuũ: qui ait ei/quid tibi dixit eliſah? at ille rñdit/ dixit mihi recipies ſanitatem. Hebraice habetur. uiuendo uiues. hinc enim apparet probanda lectio ſupradicta uerborum eliſæi. Cumq́ʒ ueniſſet dies altera/tulit ſtragulum ꝛ infudit aquam. Iuxta hebræum habet. Et fuit in craſtino/ꝛ tulit puluinar ꝛ infudit illud in aqua/ꝛ ex-pandit ſuper faciem eius ꝛ mortuus eſt. Manifeſte deſcribitur ſuffoca-tio regis ab hazaele facta. Et modus ſuffocandi ualde congruit tum ne ueſtigium aliquod uiolentæ mortis appareret: tum ne clamare rex poſſet/aqua cum pului-nari ſuperiecto tollente uocem. ꝛ regnauit chazael pro eo. Ecce rõ ſuffocan-di regem. & ſic uerificata ſunt dicta eliſæi.

ANno autem qñto ioram filij ach'ab regis iſrael regnauit ie-horam filiꝰ iehoſaphat regis iehude. Quæſtiões duæ hinc oriun-tur. altera ex eo ꝙ in calce primi capituli ſcriptum ẽ de iſto ioram filio ach'ab ꝙ regnauit anno ſecundo ioram filij ioſaphat: quomodo ergo modo ioram filius io-ſaphat regnauit anno qñto ioram filij ach'ab? Altera eſt ex eo ꝙ in principio ca-pituli tertij ſcriptum eſt ioram filiũ ach'ab regnaſſe decimooctauo ãno ioſaphat. hinc enim ſequitur ꝙ ioram filius ioſaphat non quinto ſed ſeptimo ãno ioram fi-lij ach'ab regnauerit: nam ioſaphat regnauit annis uigintiquinq́ꝫ/ ut in capitulo ultimo tertij libri ſcriptum eſt. ¶ Solutio utriuſq́ꝫ quæſtionis conſiſtit in diſtin-ctione modi regnãdi. uterq́ꝫ ſiquidem ioram regnauit duobus modis: primũ cor-regnando/ deinde ſuccedẽdo. Ioram enim filius ioſaphat corregnauit patri a de-cimoſeptimo anno paterni regni uſq́ꝫ ad uigeſimũquintum: deinde regnauit ſuc-cedens patri. ſimiliter ioram filius ach'ab primum corregnauit ochoziæ fratri de-cũbenti ob caſum ꝑ cancellos a decimooctauo anno ioſaphat uſq́ꝫ ad uigeſimum: deinde regnauit ſuccedens fratri. ¶ Ex his. n. patet in primis ſolutio primæ quæ-ſtionis: uidelicet ꝙ in primo capitulo fuit ſermo de regno per modũ corregnan-di: & uere dictũ eſt ꝙ iorã filius ach'ab per modum corregnandi fratri regnauit anno ſecũdo corregni ioram filij ioſaphat. in hoc uero capitulo ſermo eſt de re-gno ſucceſſionis/ & ſupputatio fit ecõtra: uidelicet ꝙ ãno quinto ab initio quo ſucceſſit ioram in regno iſrael/ſucceſſit ioram in regno iudæ. erat enim ãnus ille

quintus/annus uigeſimuſquintus regni ioſaphat, quo mortuus eſt. ¶ Patet quoq; ſolutio ſecũdæ quæſtionis: quoniam in capitulo tertio eſt ſermo de regno ioram filij ach'ab per modum corregnandi/ hic autem eſt ſermo de regno per modum ſuccedendi: & propterea quinq; tantum anni ſupputantur uſq; ad mortem ioſaphat. Filius trigintaduorum annorum erat cum regnare cepit: & octo annis regnauit in ieruſalaim. Ambulauitq; in via regum iſrael/ſicut fecerat domus ach'ab. hoc ẽ in idolatria cultus bahal quam introduxerat domus ach'ab. filia.n.ach'ab.nomine hathal'ia.fuit ei ĩ vxorem: fecitq; malum in oculis domini. Vxor regis iudæ cauſa dicitur iniquitatum regis iudæ.uxor enim idolatra facile traxit uirum ad idolatriam. Noluit autem dominus diſperdere iehudam propter dauid ſeruum ſuum: ſicut dixerat ei q; daret ei lucernam/filijs eius omnib⁹ diebus. Inſerit hæc author ad inſinuandum q; quamuis peccata regis & cõſequenter populi mererentur deſtructionem/deus tamen propter dauidem non deſtruxit eos.

In diebus eius defecit edom a iehuda. Quãuis deus abſtinuerit a deſtructione/puniuit tamẽ priuatione idumææ quã poſſederant reges iudæ a tempore dauidis. & conſtituit ſibi regem. Hinc apparet quod ſupius diximus/ non fuiſſe uerum regem eum qui in capitulo tertio nominatus eſt rex edom: ut ibi declarauimus. tempore enim ioram incœpit idumæa iterum habere regem ſicut habebat ante tempora dauidis. Tranſiuitq; iorã in ſehir/& omnes currus cum eo. Eandem intellige regionem nomine ſehir & nomine idumææ. ſurrexitq; nocte/& percuſſit idumeos qui eum circundederãt & principes curruum. Prudentia ioram deſcribitur/qua induſtria cum eſſet cũ exercitu ſuo obſeſſus ab idumæis ſe liberauerit: uidelicet aggrediẽdo hoſtes nocte tãq; ex improuiſo. populus autem.idumæus. fugit in tẽtoria ſua. Et defecit edom a iehuda vſq; ad diem hanc. Victoria ioram in campo non ſuffecit ad ſubyciendum iterum idumæam/ſed libera a regibus iudæ mãſit. tũc defecit & libna. ciuitas (ut aiunt) propinqua idumææ. in tempore illo. ¶ Reliquum autem verborum iorã & omnia que fecit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regũ iehude? Et dormiuit ioram cũ patribus ſuis/& ſepult⁹ eſt cũ eis ĩ ciuitate dauid: regnauitq; achaz'iahu filius eius proeo.

Anno duodecimo ioram filij ach'ab regis iſrael: regnauit achaz'iahu filius iehoram regis iehude. Filius vigintiduorum annorum erat achaz'iahu cum regnare cepit. Quæſtio de ætate huius ochoziæ cum incœpit regnare/tractanda eſt in.2.parali.ca. 22. ubi dicitur oppoſitum. & anno vno regnauit ĩ ieruſalaim: & nomẽ matris eius hathal'iahu filia homri regis iſrael. Quæſtio orit̃ ex eo q; in hoc eodem capitulo iſta dicta eſt filia ach'ab. Solutio eſt q; fuit filia naturalis homri patris ach'ab: ac per hoc ſoror ipſius ach'ab. ſuperius autem nominata eſt filia ach'ab quia tanq; filia ab ipſo ach'ab alita fuit: & præcipue quia quatenus cauſa idola-

triæ mariti ſui / erat filia ach'ab. traxerat enim maritum ad cultum bahal quem ach'ab introduxerat. Et ambulauit in via domus ach'ab/ & fecit malum in oculis domini ſicut domus ach'ab: gener enim domus ach'ab fuit. Non dixit gener enim ach'ab: ſed dicendo gener domus ach'ab/ manifeſtat uxorem ochoziæ fuiſſe de domo ach'ab. ad hoc enim ſubiuncta hæc uerba ſunt ut intelligeremus q mater eius procurauit q filius haberet uxorem e domo ipſius matris/ut plenius dominaretur ipſa mater.

¶ Abiit quoque cum ioram filio ach'ab ad bellum contra chazael regem ſyrie in ramoth ghilbad. Superfluit prepoſitio cum. quis ſecundum hiſtoriam uerum etiam ſit ochoziam iuiſſe cum ioram: ut paralipomenon teſtatur. & vulnerauerunt ſyri ioram. Qui reuerſus eſt. relicto exercitu in ramoth ghilbad. vt curaretur in iizrehel a vulneribus quibus vulnerauerunt eum ſyri in rama dum pugnaret contra chazael regem ſyrie: porro achaziahu filius iehoram rex iehude deſcendit ad videndum ioram filium ach'ab in iizrehel. diuino iudicio deducente eum ut occideretur propter idolatriam cum ipſo ioram rege iſrael & uniuerſa domo ach'ab: ſiquidem & ipſe ex domo ach'ab natus erat ex parte matris. quia ipſe egrotabat.

CAPVT .IX.

Eliſah autem propheta vocauit vnum de filiis prophetarum/ & ait ei: accinge lumbos tuos & tolle lenticulam olei hanc in manu tua/ & vade in ramoth ghilbad. Ne ponderes lenticulæ nomen: quoniam hebraice uaſculum ſolitum ad geſtandum oleum abſque figura tam lentis quam alia quacunque ſignificatur. Cumque veneris illuc/ videbis iehu filium iehoſaphat filii nimſi. Mittit eliſæus ad exequendum aliud iniunctum ſibi ab elia: unctionē uidelicet iehu in regem iſrael. ingreſſuſque ſuſcitabis eum. Iuxta hebræum habetur. facies ſurgere eum de medio fratrum ſuorum. prædicit enim q inueniet eum ſedentem inter amicos (quos fratres uocat) & mandat ut faciat eum ſurgere. & introduces ad cubiculum in cubiculo. Conſulit ſuo nuncio eliſæus mandando ut non publice ſed in loco ſecreto ungat in regem iehu: ne uidelicet aliquid nocumenti inferretur illi/utpote contra domum regiam agenti. Tolleſque lenticulam olei & fundes ſuper caput eius: & dices / ſic dixit dominus/ vnxi te in regem ſuper iſrael. Ex tribus unctionibus mandatis a deo eliæ/ hæc ſola legitur impleta in forma unctionis: nam neque eliſæus ipſe neque hazael unctus unquam legitur. aperieſque oſtium & fugies & non expectabis. Supradicta ratione hæc mandantur.

¶ Abiit ergo adoleſcens puer prophete. Hebraice habetur. Et iuit puer/ puer prophete in ramoth ghilbad. Nomen pueri apud hebræos ualde extenditur: nam & milites pueri uocantur. Iuuenis itaque erat iſte diſcipulus

propheta/non

prophetarum/non quicunq; ſed miniſter prophetæ eliſæi. cuius nomen neſcitur: q̃uis hebræi dicant hunc fuiſſe ionam prophetam. Ingreſſuſq; eſt/⁊ ecce principes exercitus ſedebant, ⁊ ait/verbum mihi ad te o princeps: dixitq; iehu/ad quem ex omnibus nobis? ⁊ dixit/ad te o princeps. Et ſurrexit ⁊ ingreſſus eſt in domum/⁊ fudit oleum ſuper caput eius: dixitq; ei, ſic dixit dominus deus iſrael/vnxi te in regem ſuper populum domini/ſuper iſrael. Et percuties domum ach'ab domini tui: ⁊ vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum prophetarum ⁊ ſanguinem omnium ſeruorum domini de manu i'zebel. Non addidit puer hæc de percuſſione domus ach ab ex ſeipſo, ſed eliſæus mandauerat ei ut hæc ſubiungeret: & propterea uoluit in loco ſecreto hæc dici contra ioram regem iſrael. Et in hoc aperitur finis quare deus elegerit ipſum iehu in regem: uidelicet ad exterminandum domum ach'ab. Et hinc abſq; peccato iehu interfecit uniuerſam domum ach'ab: diuina enim authoritate fultus erat. Profuit quoq; hæc reuelatio ad hoc ut credibilis fieret hæc prophetia. ſciebant enim ſcelera domus ach'ab & crudelitatem eorum aduerſus ſeruos dei: conſentaneumq; rationi erat ut deus ultionem mandaret. Peribitq; tota domus ach'ab: ⁊ excidam de ach'ab mingentem ad parietem/⁊ clauſum ⁊ nouiſſimum in iſrael. Iuxta hebræum habetur. ⁊ retentum ⁊ derelictum in iſrael. ut enim pluries iam expoſitum eſt/extenditur prophetia diuinæ ultionis etiam ad populum iſrael inchoando ab ijs qui ſunt in frequentia hominum uſq; ad eos qui pro derelictis habentur. Nec hanc ultionem dicit efficiendam a iehu ſed ipſe deus prædicit ſe facturum. Et dabo domum ach'ab ſicut domum iarobham filij nebat: ⁊ ſicut domum bahaſe filij achi'ie. utræq; enim iſtæ familiæ regiæ (uidelicet ieroboham & bahaſæ) diuino iudicio extinctæ fuerant gladio: quibus addita eſt tertia domus ach'ab. i'zebel quoq;. relictam ach'ab quæ fuerat cauſa omnium malorum. comedent canes in agro ijzrehel/⁊ nõ erit ſepeliens: aperuitq; oſtium ⁊ fugit.

IEhu autem egreſſus eſt ad ſeruos domini ſui. principes exercitus a quorum conſeſſu receſſerat. qui dixerunt ei/recte ne ſunt omnia? Hebraice habetur. num pax? pace enim bona ſignificant. cur venit inſanus iſte ad te? Verificatur ſcriptum in ſapientia/nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam. nam inſanum appellant diſcipulum prophetarum/eo q; profiterentur prophetarum filij futuræ uitæ ſtudium uacando diuinis laudibus. qui ait eis/noſtis virum. Quia ille diſcipulus prophetarum miniſter erat eliſæi optime noti in regis curia, ideo dicit noſtis hominem: utpote qui uidiſtis eum cũ eliſæo. ⁊ quid locutus ſit. hoc eſt & conſequenter noſtis quid dixerit/puta congruentia ſibi. Et dixerunt/falſum eſt. non primum ſed ſecundum. unde & ſubiungunt. indica queſo nobis. quid dixerit. qui ait eis: hec ⁊ hec locutus eſt mihi. Intellige uniuerſam ſu-

præſcriptam prophetiam compræhendi ab authore ſub aduerbijs ſic & ſic: quæ
interpres uertit in pronomina non ſemel aut ſæpe ſed infinities. ⁊ ait, ſic dixit
dominus/ vnxi te in regem ſuper iſrael. Feſtinauerũt itaq; ⁊ tu-
lerunt vnuſquiſq; pallium ſuum/ ⁊ poſuerunt ſub pedibus eius
in ſimilitudinem tribunalis. Iuxta hebræum habetur. ſub eo i oſſe gra
duum. Per oſſa graduum/ſuſtentãtia gradus ſignificãtur tecta ueſtibus ad or-
natum in honorem noui regis ſedentis in ſummitate illorum graduum: ut ꝑ hoc
intelligeremus uniuerſos gradus opertos ueſtibus. ⁊ clanxerunt tuba/atq;
dixerunt regnabit. Legendum eſt. regnauit iehu. acclamatur enim iam
inſtitutus rex.

¶ Coniurauit ergo iehu filius iehoſaphat filij nimſi ꝯtra ioram.
Ne putarẽtur ludicra geſta hæc/inſcribitur coniuratio iehu cũ principibus exer-
citus contra ioram regem iſrael: deus.n. operabatur in animis eorum. Nec con-
iuratio iſta fuit coniuratio mala: quoniam iehu iã diuina authoritate inſtitutus
erat rex cum mandato aduerſus domum ach'ab/cuius filius erat ioram rex iſra-
el. porro ioram obſederat ramoth ghalabad ipſe ⁊ omnis iſrael/
contra hazael regem ſyrie.. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ioram fuit cu-
ſtos in ramoth ghilbad ipſe ⁊ omnis iſrael / a facie chazaelis re-
gis ſyrie. Iunge prudẽs lector iſti literæ tum ſupraſcripta de aduentu pueri in
ramoth & ingreſſu in internum cubiculum & de gradibus/tum ſubiuncta paulo
inferius uerba iehu (uidelicet ꝙ non egrediatur aliquis ex ciuitate) & perpendes
præſupponi in hac hiſtoria ciuitatem ramoth fuiſſe tunc ipſius regis iſrael: & ꝓ-
pterea ſcribi ꝙ ioram rex iſrael fuit cuſtos in ramoth ghalahad a facie hazaelis at-
tentantis capere ciuitatem ipſam. bellum enim defenſiuum ipſius ciuitatis ſigni-
ficatur dicendo & fuit cuſtos in ramoth a facie regis ſyriæ: niſi enim ciuitas fuiſſet
tunc regis iſrael/nequaq̃ cauiſſet iehu ne aliquis egrederetur e ciuitate ad annun-
ciandum ioram regi iſrael. Quando autem ioram recuperauerit ciuitatẽ ramoth/
non eſt ſcriptum: rationi tamen conſentaneum eſt ut occiſo ben'hadad rege ſy-
riæ, uacãte hazaele ad occupandum regnum/ioram recuperauerit ciuitatẽ ra-
moth. Et reuerſus fuerat iehorã rex vt curaret i ijzrehel a vul-
nerib⁹ qb⁹ vulnerauerãt eũ ſyri cũ pugnaret ꝯtra chazael regẽ
ſyrie. Quãuis nõ ꝑdiderit ciuitatẽ ramoth/uulneratus tñ fuit ibidẽ i bello de-
fenſiuo: & relicto exercitu ibidẽ ad cuſtodiã ciuitatis/reuerſus ẽ in izrehel ut cu-
raret a uulneribus. ⁊ dixit iehu / ſi eſt volũtas veſtra nemo egrediat
ꝓfug⁹ de ciuitate. Parui refert ꝙ hebraice hr̃. nõ egredietur euaſor e ci
uitate vt vadat ad annunciandũ in ijzrehel. Sciebat.n. non poſſe eſſe
qn aliqs amicus regis iorã annunciaret ei ſi liberũ haberet egreſſum e ciuitate: &
propterea tanq̃ euadens ex coniuratione eorum timetur aliquis egrediens e ci-
uitate. Et hinc (ut dictum eſt) patet ꝙ ciuitas erat ipſius regis iſrael. Et aſcen-
dit. Hebraice habetur. Et equitauit iehu. ut celerius iret. ⁊ profect⁹ eſt
in ijzrehel: ioram.n. decũbebat ibi/ ⁊ achaz'iahu rex iehude deſcen
derat ad viſitandum ioram.

Digitized by Google

¶ Speculatoꝛ autẽ ſtabat ſuper turrim in ijzrebel. tẽpus.n.belli inter iorã & hazaelem exigebat ſpeculatorẽ. ⁊ vidit globũ iebu venientis/ ⁊ ait ego globũ video: dixitqꝫ ioꝛam/ tolle currũ. Iuxta hebræũ habet. tolle equitem. nulla fit mentio currus. ⁊ mitte i occurſum eoꝝ/ ⁊ dicat rectene ſunt omnia? Iuxta.hebræum hr̃. num pax? More ſolito loquuntur. ¶ Abijt igitur q aſcenderat currũ. Hebraice hr̃. eqtatoꝛ eq. uelocior curru. in occurſum eius: ⁊ ait/ ſic dixit rex pacatane ſunt oĩa? Lege ut ſupra. num pax? timebat.n.ne eſſet globus hoſtiũ. dixitqꝫ iebu/ qd tibi ⁊ paci? gyra poſt me. Non reſpondet regi ſed nuncio/ non tua interſit pax aut belllum ſed ſequere me. nunciauitqꝫ ſpeculatoꝛ dicendo/ venit nunciꝰ vſqꝫ ad eos ⁊ nõ reuertitur. Et miſit currũ equoꝝ ſecundũ. Hebraice habet. eqtatoꝛẽ eq ſecundũ. Et ſimiliter corrige ſubiuncta. venitqꝫ ad eos ⁊ ait/ ſic dixit rex num pax? dixitqꝫ iebu/ quid tibi ⁊ paci? gyra poſt me. Nũciauitqꝫ ſpeculatoꝛ dicẽdo/ venit vſqꝫ ad eos ⁊ non reuertitur: eſt aũt inceſſus. Rectius legeret. ducatꝰ. nam de toto globo loqt/ nec diſcernebat inceſſum unius ſed totius globi: & ppea ducatũ globi furioſum uidens diuinauit ꝙ eſſet ducatus iebu/ ſoliti ducere globũ ſuũ furioſe. Legendũ eſt ergo. ⁊ ducatꝰ ſicut ducatꝰ iebu filij nimſi/ qa furioſe ducet. hoc eſt qa furioſe pſeuerat ducendo.

¶ Dixitqꝫ iehorã iũge currũ/ ⁊ iũxit currũ eiꝰ: ⁊ egreſſus eſt iehoram rex iſrael ⁊ achaz'iabu rex iebude vnuſquiſqꝫ in curru ſuo, ⁊ egreſſi ſunt in occurſum iebu/ ⁊ inuenerunt eum in agro naboth ijzrebelite. Vide diuinæ prouidentiæ factũ mirabile. ¶ Cumqꝫ vidiſſet ieboꝛam iebu/ dixit pax eſt iebu? Hebraice clarius hr̃. num pax iebu? Vere excæcatus rex apparet/ adhuc quærendo num pax? ⁊ dixit/ que pax? adbuc. Legendũ eſt. que pax donec foꝛnicationes i'zebel matris tue. impoſſibile eſt ꝙ ſit pax in iſrael q̃diu durat multitudo ſcelerum matris tuæ. Et uerum dixit iuxta dicta prophetarum eliæ & eliſæi. Fornicatiões autem multiplicatam idolatriam appellat: eo ꝙ in ſacris literis idolatria appellatur fornicatio animæ cum ijs qui non ſunt dij/ ad inſtar mulieris fornicantis contra ius matrimonij: ſic enim animæ fornicantur contra ius dei. ⁊ veneficia eius multa vigent. Legendum eſt. ⁊ maleficia eius multa. Et uere maleficia i'zebel accuſantur poſt illius idolatrias: quia mala multa & magna fecit ſeruis dei & innocentibus ex ſua idolatria & mala uoluntate & ſortilegijs/ a quibus maleficia nominantur. Vertit autem ieboꝛam manum ſuam ⁊ fugit: dixitqꝫ ad achaz'iabu/ inſidie ochoſia. Hebraice habetur. dolus achaz'iabu. Dolũ iudicat: & uere niſi diuina affuiſſet authoritas. Poꝛro iebu impleuit manum ſuam arcu: ⁊ percuſſit ieboꝛam inter ſcapulas. Hebraice habetur. inter bꝛachia eius. in loco magis propinquo cordi. ⁊ egreſſa ẽ ſagitta p coꝛ eiꝰ: ſtatimqꝫ coꝛruit. Hebraice hr̃. ⁊ genuflexit ĩ curru ſuo. hoc ẽ ſup genua cecidit in ipſo curru. ¶ Dixitqꝫ iebu ad badacher ducẽ. Legendũ ẽ. ad bidcar ducẽ ſuũ. Ducis noĩe ĩtellige quẽcũqꝫ p̃cipaliũ

erat.n.iſte unus ex principibus exercitus qui cũ eo ꝯiurauerat. tolle ꝓijce eũ. Legendũ eſt. fac pꝛoijcere eum. proculdubio per miniſtros. in partem agri naboth ijzrebelite: memini enim quando ego ⁊ tu ſedentes in curru ſequebamur ach'ab patrem huius. Iuxta hebræum habetur. equitantes pares poſt ach'ab patrem eius. ſed interpreti ualde amicus fuit currus. ꝙ dominus onus hoc leuauerit ſuper eum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ iehouah eleuauit ſuper eum eleuationem iſtam. Quia exaltatio diuinæ iuſtitiæ eſt punitio iniquorum, ideo de uindicta hac dicitur ꝙ eleuauit dominus eleuationem iſtam quando prophetata fuit per eliã. Si nõ pꝛo ſanguine naboth ⁊ pꝛo ſanguine filioꝛum eius quem vidi heri dicit dominus. Legendum eſt. Si non ſanguines naboth ⁊ ſanguines filioꝛum eius vidi veſpere dixit iehouah/⁊ reddam tibi ĩ agro iſto dixit iehouah. Verba fuerunt eliæ ad ach'ab poſtq̃ occiderat naboth. Cõmemorat̃ autem hic occiſio filioꝝ naboth/tacita in libro tertio. Nec eſt quærenda ratio legis: quoniã tyrãnice occiſi ſunt ut fiſcus ſuccederet in agro naboth. Quod autem dicitur ad ach'ab reddam tibi in agro iſto naboth / non fuit adimpletum in perſona ach'ab ſed filij eius ioram regis: quia pœnitente ipſo ach'ab tranſtulit deus uindictam prophetatam in filium: ut in calce capituli uigeſimiſecundi tertij libri ſcriptũ eſt. nunc igitur tolle fac ꝓijcere eũ in agrũ iuxta verbum domini. tranſlatum in filium ach'ab.

¶Achaz'ia autem rex iehude videns hoc / fugit per viam dom⁹ hoꝛti: perſecutuſq; eſt eum iehu ⁊ ait/etiam hunc percutite in curru ſuo. Superfluit ſuo. Quia non poterat compræhendere eũ / mandauit ut ſagittis impeterent fugientem. erat enim etiam ochozias de domo ach'ab ex parte matris: & ꝓpea merito ꝑcuti iubet̃ a iehu deſtinato ad exterminiũ domus ach'ab. ⁊ ꝑcuſſerunt eũ. Iſtæ tres dictiones nõ habent̃ in hebræo: ſed immediate ſeq̃t̃. in aſcenſu gur que ẽ iuxta ijbleham. Locus deſcribit̃ uſq; ad quem ꝑſecutus eſt iehu ochoziã: an aũt fuerit tũc ꝑcuſſus/ſcriptũ nõ eſt. ⁊ fugit ĩ megiddo. euaſit ergo tũc. Megiddo aũt regia ciuitas olim fuerat: ut legitur ioſuæ 12. ⁊ moꝛtu⁹ eſt ibi. Tacent̃ hic tria præcedẽtia mortẽ ochoziæ: vз ꝙ latuit in ſamaria/& ꝙ adductus ẽ ad iehu/& ꝙ iehu interfecit eũ. hæc.n. tria ſcribunt̃ in 2.li.parali.ca.22. tacito loco mortis: q qm̃ hic explicat̃/manifeſtat ꝙ ochozias ex ſamaria adductus eſt ad iehu in megiddo: & tũc occiſus ab eo/ mortuus eſt ibi; & non prima uice quãdo ipſe fugerat in megiddo. Et retulerũt eũ ſerui eius in ieruſalaim: ⁊ ſepelierunt eum ĩ ſepulchꝛo ſuo cum patrib⁹ ſuis in ciuitate dauid. Et anno vndecimo ioꝛam filij ach'ab regnauit achaz'ia ſuper iehudam. Quæſtio ſtatim oritur: ex eo ꝙ in præcedenti capitulo dictum eſt ꝙ anno duodecimo iſtius ioram filij ach'ab regnauit ochozias ſuper iudam: quomodo ergo nunc dicitur ꝙ anno undecimo eiuſdem regnauit? Solutio eſt ꝙ utrunq; eſt uerum diuerſimode. nam anno undecimo regnauit corregnando patri grauiſſima ægritudine laboranti/ut ſcribitur in paralipomenon: anno uero duodecimo regnauit ſuccedens patri defuncto.

Digitized by Google

VEnitqȝ iehu in ijzrehel: porro i'zebel introitu ei⁹ audito depin xit oculos ſuos ſtibio. Hebraica litera ſonat ꝙ poſuit neſcio qd fuci in oculis ſuis: & ꝑpea non fiat uis in uerbis. claꝝ eſt. n. ꝙ ad ornatũ appoſuit/qcqd poſuit: ut ornatus capitis ſubiũctus teſtaꝰ. ⁊ ornauit caput ſuũ. Et reſpe xit ꝑ feneſtrã ingredientẽ iehu ꝑ portã. Palatium regiũ in platea iuxta portã ciuitatis (utpote nobiliſſimo loco) erat: & ideo izebel e feneſtra uidit iehu ingredientẽ ciuitatẽ. Vidit aũt ſic ornata/non libidinis ſed maieſtatis gratia: ut ſubiuncta uerba teſtanꝰ. ⁊ ait/nũqd pax põt cẽ zimri. Parui refert ꝙ hebraice habeꝰ. num pax zimri occidens dñm ſuũ? In tertio libro ca. 16. narratũ eſt ꝙ zimri occidit elã regẽ iſrael dominũ ſuũ uniuerſamq; domũ bahaſæ: & ꝙ ſeptẽ diebus regnauit/ſuccẽditq; ſeipſuꝫ capta ciuitate ab homri patre ach'ab. Opprobrãdo itaq; aſſimilat izebel zimri iehu: utpote imitatorẽ eius/in hoc ꝙ occidit regẽ dominũ ſuũ. & cõminaꝰ futuꝝ ei bellum ſtatim ad ipſius ruinã queadmodũ euenit zimri/dicendo num pax: intendit. n. negatiuã. Vnde de cõmoto ſtatim iehu ſubiungiꝰ. Leuauitqȝ faciẽ ſuã ad feneſtrã/⁊ ait que eſt iſta? Hebraice habeꝰ. qs mecũ qs? Nõ interrogauit quænã eſſet (qm̃ agnoſcebat eam) ſed excitauit miniſtros ipſius izebel cum ipſa exiſtentes/ ſciſcitando qs eorum conſentiret ipſi iehu. Vnde & ſubditur. ⁊ inclinauerũt ſe ad eum duo vel tres eunuchi. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ reſpexerũt ad eum duo tres eunuchi. Sic iacet in hebræo: hoc eſt & reſpexerũt ad eum tanq; offerentes ſeipſos ad obſequium illius primum duo/deinde ſuperuenit tertius ad feneſtram domus regiæ. Et dixit precipitate eam/⁊ precipitauerũt eã: aſperſuſqȝ eſt ſanguine paries ⁊ equorum vngule. Hebraice habeꝰ. ⁊ equi. aſperſi ſunt ſanguine. Deinde ſequitur. ⁊ calcauerunt eam. Poteſt tamen legi. ⁊ calcauit eam. utroq; tamẽ modo ſignificaꝰ ꝙ multitudo equorum calcauit eam. & forte ipſemet iehu equo ſuo calcauit eam primus.

¶ Cumqȝ introgreſſus eſſet vt comederet atqȝ biberet/ait. Legendum eſt. Et venit ⁊ comedit ⁊ bibit: ⁊ dixit. poſt prandium enim dixit ſubiuncta. ite ⁊ videte. Hebraice habetur. ordinate nũc maledictam iſtam ⁊ ſepelite eam. Diſponi de ſepultura & ſepeliri mãdat. quia filia regis. ſidoniorum. eſt. Non detulit regiæ domui ach'ab/ſed regi ſidonioꝝ. Jueruntqȝ vt ſepelirent eam: ⁊ non inuenerũt ex ea niſi caluariã ⁊ pedes ⁊ palmas manuũ. Reuerſiqȝ ſunt ⁊ nũciauerũt ei: ⁊ ait iehu, ſermo dñi ẽ quẽ locut⁹ ẽ ĩ manu ſerui ſui eli'iahu thisbite dicẽdo/ĩ agro ijzrehel comedẽt canes carnes i'zebel. Et erit cadauer i'zebel ſicut ſterc⁹ ſup faciẽ terre ĩ agro ijzrehel: ita vt pretereũtes dicãt heccine eſt illa i'zebel? Iuxta hebræũ hꝛ̃. quod nõ dicent iſta i'zebel. Ex eo ꝙ cadauer i'zebel derelictum ut fimus agri eſt/& canes comederũt fere totum illius corpus, conſequens fuit ut non demonſtraretur amplius i'zebel. & propterea uerificata eſt prophetia ꝙ non erunt dicentes iſta i'zebel: quia nec cadauer eius demonſtrabile erit.

Digitized by Google

ERant autem ach'ab ſeptuaginta filij in ſomeron: ſcri-
pſitqꝫ iehu literas/ꝛ miſit in ſomeron ad optimates ci
uitatis ꝛ ad maiores natu. Iuxta hebraeũ habetur. ad prin-
cipes ijzrehel ſenes/ꝛ ad nutricios ach'ab dicendo:
Quia ſamaria erat ciuitas regia, ideo magnates izrehel erãt in ſamaria tanq̃ op-
timates regni. nutricij aũt ach'ab appellant illi qui nutriebãt filios ach'ab. Sta
tim cũ accepitis lr̃as has/q̃ hẽtis filios dñi vr̃i ꝛ curr⁹ ꝛ equos ꝛ
citates firmas ꝛ arma: eligite optimũ ꝛ rectiſſimũ filioꝝ dñi vr̃i/
ꝛ ponite eũ ſuper ſoliũ pr̃is ſui/ ꝛ pugnate pro domo dñi veſtri.
Optionẽ eis dat pacis uel belli. Timueruntqꝫ vehementer. Hebraice ha-
betur. valde valde. ut intelligamus magnitudinem timoris. ꝛ. dixerunt: ec
ce duo reges non ſteterunt coram eo/ ꝛ quomodo ſtabimus nos?
Miſeruntqꝫ prepoſiti domus ꝛ prepoſiti ciuitatis ꝛ ſenes ꝛ nu-
tricij ad iehu dicendo: ſerui tui ſum⁹ ꝛ omnia que dixeris nobis
faciemus, non conſtituemus nobis regem/ q̃cq̃d bonũ eſt ĩ ocu-
lis tuis fac.

Scripſit autem eis literas ſecundas dicendo: ſi mei eſtis ꝛ vo
ci mee obeditis/ tollite capita viroꝝ filioꝝ domini veſtri ꝛ ve-
nite ad me hac eadem hora cras. Iuxta hebraeum habetur. ſicut tem-
pus craſtini diei ĩ ijzrehel. nihilqꝫ dicitur de hora. Phraſis autem hebraicæ
eſt/hoc modo ſignificare tẽpus. porro filij regis ſeptuaginta viri apud
optimates ciuitatis nutriebantur. Legendum eſſet. grandeſcebant.
inſinuatur. n. hinc ꝙ pueri erant. Cumqꝫ veniſſent litere ad eos, tulerũt
filios regis ꝛ iugulauerunt ſeptuaginta viros: ꝛ poſuerunt capi-
ta eorum in cophinis/ꝛ miſerũt ad eum in ijzrehel. Venit autem
nuncius ꝛ indicauit ei dicendo/ attulerunt capita filiorum regis:
ꝛ dixit/ ponite ea in duobus aceruis iuxta introitum porte vſqꝫ
mane. Cumqꝫ diluxiſſet egreſſus eſt/ ꝛ ſtans dixit ad totũ po-
pulum: iuſti eſtis. Hebraice habetur. iuſti vos. hoc eſt uos habemini iuſti
nemini nocentes: ac per hoc uos inuoco iudices & teſtes ſubiunctorum. ſi ego.
Legendum eſt. ecce ego coniuraui contra dominum meum ꝛ interfe-
ci eũ/ ꝛ q̃s percuſſit omnes hos? Proponit e regione geſtorum a ſe/oc-
ciſionem filiorum regis a proprijs amicis regis: ut populus conferendo hæc ge-
ſta/capax reddatur ꝙ diuina eſt authoritate factum totum contra domũ ach'ab.
& propterea ſubiungit intentam concluſionem. Videte ergo nunc ꝙ non
cecidit de ſermonibus domini. Iuxta hebraeum habetur. Scitoie nũc
ꝙ non cadet ex ſermone iehouah in terram quem locutus eſt dñs
contra domũ ach'ab. hoc eſt ꝙ nihil ſermonis domini cecidit a ueritate. ad
diſſimilitudinem enim geſtarum rerum quarum aliquid cadens in terram perit/
loquitur. ꝛ dñs fecit quod locutus eſt in manu ſerui ſui eli'iahu.
Percuſſitqꝫ iehu omnes q̃ remãſerant de domo ach'ab in ijzre-
hel/ꝛ omnes optimates ei⁹ ꝛ notos ei⁹ ꝛ ſacerdotes eius: donec

Digitized by Google

non remanſit ei ſuperſtes. Declarata diuina ſententia contra domũ ach'ab/ proceſſit ad ulteriorem cladem.

¶ Et ſurrexit ⁊ iuit in ſomeron: venitqꝫ ad cameram paſtorum. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ad domũ officine paſtoꝝ in via. Cõmuni uocabulo officinæ utimur quia caremus proprio correſpondente hebraicæ dictioni. Et iehu inuenit fratres achaz'iahu regis iehude. Fratres appellantur filij fratrum & amici ex iuda: ut paralipomenon manifeſtat. ⁊ dixit/ q eſtis? q reſponderunt/ fratres achaz'iahu ſumꝰ ⁊ deſcendimus ad ſalutandũ filios regis ⁊ filios regine. Neſciebant iſti occiſos eſſe filios regis. Et dixit/ comprehendite eos viuos: comprehenderũtqꝫ eos viuos/ ⁊ iugulauerunt eos in ciſterna iuxta cameram. Parui refert ꝙ hebraice habetur. in puteo domꝰ officine quadragintaduos viros/ ⁊ non reliqt ex eis quẽq̃ꝫ. iugulati enim narrantur ubi ſunt inuenti tanq̃ fautores domus ach'ab.

Cumqꝫ abiiſſet inde/ inuenit iehonadab filiũ rechab in occurſum ſibi. Hic eſt pater rechabitarum non bibentium uinum/ quoꝝ apud ieremiam laus eſt. ⁊ benedixit ei. benedictiõe laudis pro uindicta aduerſus domum ach'ab tam profanam. ⁊ ait ad eũ/ an eſt cor tuũ rectum ſicut cor meũ cũ corde tuo? ⁊ ait iehonadab/ eſt: ſi eſt inqt da manũ tuã/ q dedit ei manũ ſuã: at ille leuauit eũ ad ſe in currũ. Et dixit/ veni mecũ ⁊ vide zelũ meũ pro dño: ⁊ eqtare fecit eũ in curru ſuo. Venitqꝫ in ſomeron/ ⁊ percuſſit oẽs q remanſerãt de ach'ab i ſomeron donec deleret eũ: iuxta verbum domini quod locutus fuerat ad eli'iahu.

¶ Congregauitqꝫ iehu totũ populũ ⁊ dixit ad eos: ach'ab coluit bahal paꝝ/ ego aũt colam eũ valde. Fuiſſe mendacium officioſum effectus teſtatus eſt, non caſu ſed intentus & prædictus ad ionadab/ dicendo ei ueni & uide zelum meum pro domino. ¶ At ſi quæris an mendacium hoc rõne ſcandali fuerit ꝑniciosũ. rñdeo ꝙ mendaciũ hoc ex ſuo genere erat ꝑniciosũ/ utpote ꝓfeſſio ꝙ ipſe iehu eſſet cultor bahal: ſed ex intentione loquentis una eadẽq; rõne excuſatur a pernicie ſui generis & ſcandali/ quia uidelicet breuiſſimo tempore uiſuri erant uniuerſi animum loquentis. hæc eniꝫ ſufficere uidet̃ ad excuſandum mortale peccatum mendacij officioſi coram deo uidente cor loquentis a pernicie coram hominibus/ qualis erat hæc: quia in uerbis conſiſtit nociuis apud homines neſcientes ſanctum finem loquentis. exiſtimauit enim iehu mendacium illud celerrime profuturum diuinæ gloriæ/ interim nec ſibi nec alteri nociturum: moram enim modici temporis pro nihilo reputauit. Nunc igitur omnes prophetas bahal/ omnes ſeruos eiꝰ ⁊ omnes ſacerdotes eius vocate ad me: nullus deſit/ ſacrificium enim grande eſt mihi bahali, qcũqꝫ defuerit non viuet: porro iehu faciebat hoc inſidioſe. Legendũ eſſet. cum fallacia. de qua dictum eſt/ & cuius finis ſubiungitur. Vt diſperderet cultores bahal. ¶ Dixitqꝫ iehu/ ſanctificate diẽ ſolẽnem ba-

hal. Hebraicé habetur. parate frequentiam babali. hoc eſt parate pro
frequentia cultorum bahal animalia pro uictima & quæcunqꝫ paranda erant. Et
hæc uerba & ſimilia ꝗuis ſonent imperium actionum idolatrarum, intelligenda
tamen ſunt ſecundum intentionem loquentis non ad inducendum ad idolatriæ
actus ſed ad dirigendum illorum idolatriam in uindictam intẽtam: quemadmo-
dum uerba eliæ ad populum & cultores bahal/ꝙ ſacrificarẽt bahal &c. ut in ter-
tio libro ſcriptum eſt. Vocauitqꝫ. Hebraice habetur. ⁊ parauerunt. Execu-
tio narratur. Miſitqꝫ iehu in totũ iſrael, ⁊ venerũt omnes ſerui ba-
hal/non remanſit quiſqꝫ q nõ venerit: ingreſſiqꝫ ſunt domũ ba-
hal/⁊ repleta eſt domus bahal ab extremo vſqꝫ ad extremũ. Di-
xitqꝫ ei qui erat ſuper veſtes/profer veſtes omnibus ſeruis ba-
hal: ⁊ protulit eis veſtes. Ingreſſus eſt autem iehu ⁊ iehonadab
filius rechab domũ bahal: ⁊ ait cultoribus bahal/perquirite ⁊ vi-
dete nequis ſit hic vobiſcũ de cultoribꝰ dñi ſed ſint cultores ba-
hal ſoli. Ingreſſi ſunt igit̃ vt facerent victimas ⁊ holocauſta: ie-
hu autem poſuerat ſibi foris octoginta viros, ⁊ dixerat quicũqꝫ
euaſerit de hoibꝰ quos ego adduco ad manus veſtras/anima eiꝰ
erit pro anima illius.

¶ Et fuit cũ completũ eſſet holocauſtũ/precepit iehu militibus:
Hebraice habetur. curſoribus ⁊ ducibꝰ. Pedites militares/curſores appellat
tam hic ꝙ inferius. ingredimini ⁊ percutite eos/nullus euadat: ⁊ p-
cuſſerũt eos in ore gladij/⁊ ꝓiecerũt eos milites. pro. curſores ⁊
duces. Priuatio ſepulturæ narratur. proiecerũt enim occiſos inhumatos feris/
auibus & canibus. ⁊ iuerunt in ciuitatem templi bahal. Iuxta hebræum
habetur. ⁊ iuerunt vſqꝫ ad ciuitatis domus bahal. Sacellum bahal in
ciuitate ſamariæ quodcũqꝫ luſtrarunt ad deſtruendum. Et extraxerũt ſtatu-
am domꝰ bahal/⁊ combuſſerũt ⁊ cõminuerunt eã. Ordo præpoſte-
rus/familiaris hebraicæ phraſi. prius enim comminuerunt / & poſtea combuſſe-
runt. Et diruerunt domũ bahal/⁊ fecerunt ex ea latrinas vſqꝫ ad
diẽ hãc. Deleuit itaqꝫ iehu bahalem de iſrael. Verũtamen a pec-
catis iarobham filij nebat qui peccare fecit iſraelem/ non receſſit
iehu: non reliquit vitulos aureos qui erant in beth'el ⁊ qui erant
in dan.

Dixit aũt dominꝰ ad iehu. Quãuis non ſit ſcriptus modus quo deus
allocutus eſt iehu, rationi tamen conſentaneum eſt ut per eliſæum prophe-
tam qui eum unxerat in regem dixerit ſubiuncta. quia ſtudioſe egiſti quod
erat ⁊ placebat. Iuxta hebræum habetur. pro eo quod feciſti bene ad
faciendum rectũ in oculis meis / iuxta omnia que erant in corde
meo feciſti domui ach'ab: filij quarti ſedebũt tibi ſuꝑ ſoliũ iſrael.
Non dicit pro eo quod bene locutus es ſed benefeciſti / nõ laudat deus uerba ſed
facta iehu: quoniam facta fuerunt non ſolum recta ſecundum ſe ſed etiam bene
facta: in uerbis aũt admixtũ fuerat peccatum/ſaltem officioſi mendacij. Por-

Digitized by Google

ro iehu non cuſtodiuit vt ambularet in lege domini dei iſrael ĩ toto corde ſuo: non receſſit a peccatis iarobhã q peccare fecit iſraelem. ¶ In diebus illis cepit domin⁹ tedere ſuper iſrael. Iuxta hebræum habetur. in diebus illis cepit iehouah excidere in iſrael. Manifeſtat author ꝙ toties cõminatam punitionem populi iſrael ex quo idolatria ierohoham incœpit/deus exequi cœpit in diebus iehu excidendo multitudinem non paruam in iſrael. Et manifeſtauit hoc author tum ne putares deũ punire domus regias & cultores bahal/obliuiſci autem populi idolatræ: tum ut intelligeremus prophetiam paulatim executiõi mandari a deo/ut haberet populus occaſionem pœnitendi ab exemplo multitudinis tantæ fratrum ſuorum exciſæ. percuſſitqꝫ eos chazael in omnibus finibus iſrael. Executio narratur prophetiæ tum eliæ tum eliſæi ualde extenſa: ut ſubiuncta loca teſtantur. Et hæc fuit prima punitio populi iſrael propter idolatriam inchoatam a rege ierohoham. A iarden ad ortũ ſolis totam terrã ghilbad/gaditam ⁊ reubenitam ⁊ menaſſitam: ab haroher que eſt ſuper torrentẽ arnon/⁊ ghilbad ⁊ baſan.

¶ Reliquũ aũt verboꝝ iehu ⁊ oĩa que fecit ⁊ fortitudo ei⁹: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verboꝝ dieꝝ regum iſrael? Et dormiuit iehu cum patribus ſuis/⁊ ſepelierunt eũ in ſomeron: regnauitqꝫ ieho'achaz filius ei⁹ pro eo. Dies aũt quibus regnauit iehu ſuper iſrael/vigintiocto anni ſunt: in ſomeron.

CAPVT .XI.

HAthal'ia autem mater achaz'iahu videns mortuum filium ſuũ/ſurrexit ⁊ interfecit omne ſemen regium. Non dicit omne ſemen dauidis. multi enim ex dauide orti erant qui non ſupputabantur cum ſemine regio: utpote per tot generationes excluſi non ſolum a ſucceſſione in regno ſed etiam a cogitatione de regno/redacti in priuatos ciues & forte etiam pauperes: ut facile cõtingit in ſucceſſu temporum. Tulit autem ioſebah filia regis ioram ſoror achaz'iahu/ioas filium achaz'ie ⁊ furata eſt eũ de medio filiorum regis qui interficiebantur. Vide crudelitatẽ nõ humanam ſed ferinam: utpote ſæuientem in propriam ſobolem/in filium filij infantulum. ipſum ⁊ nutricem eius de triclinio. Iuxta hebræum habetur. in aula lectorum. Locus ubi inuenit infantulum & nutricem eius/deſcribitur. ⁊ abſconderũt eum a facie hathal'iahu/⁊ non fuit interfectus. Fuitqꝫ cum ea ĩ domo domini abſconditus ſex annis. Ne ſis ita rudis ut intelligas intra tẽplum ſed in habitaculo quod erat ſupra templum/quod cum templo ſupputabatur. porro hathal'ia regnauit ſuper terram ſeptem annis. Superfluit ſeptem annis.

Digitized by Google

ANno autem ſeptimo. ab occultatione infantuli. miſit iehoiadah pontifex. Supfluit pontifex: q̃uis uerũ ſit q̃ erat pontifex. ⁊ aſſumpſit centuriones ⁊ milites. Legendum eſt. centuriones ducib⁹ ⁊ curſoribus. Inſtitutio centurionum tũ inter equites tum inter pedites narratur: hoc eſt enim primum quod fecit ſtatim poſt initum cũ eis fœdus ſubiunctũ. ⁊ introduxit eos ad ſe in domum domini: pepigitq̃ cum eis fedus ⁊ iurare fecit eos in domo domini/⁊ oſtendit eis filium regis. A iuramento inchoauit ſeruandi ſecretum quod audituri erant ab ipſo pontifice/& hoc in domo domini: ut ex diuino loco iuramentum haberetur firmius. deinde pepigit fœdus intelligentiæ cõmunis inter eos ad conſtituendum & fouendum legitimum regem: & poſtea oſtendit eis regem infantulum: & ſic fecit eos centuriones/ſiqui eorum non erant in officio centurionis. Precepitq̃ eis dicẽdo/ hec eſt res quam facietis: tertia pars veſtrum itroeat ſabbato/⁊ obſeruet excubias domus regis. Iuxta hebræum habetur. tertia ex vobis venientes ſabbati/⁊ cuſtodes cuſtodie domus regis. Præſupponit hæc litera mutatiõem ſolitam fieri ſabbato hominum pro tẽplo dei/quemadmodum fiebat mutatio panis ſingulis ſabbatis in menſa propoſitionis. ita q̃ multitudo quædam ueniebat ad obſequia templi ſabbato: & hæc appellatur in litera uenientes ſabbati. & multitudo alia quæ ſeruierat egrediebatur rediens ad propria: & hæc appellatur in litera ſubiũcta exeuntes ſabbati. Mandat itaq̃ pontifex ut tertia pars centurionum aſſumat uenientes ſabbati ad cuſtodiam domus regiæ. & hinc apparet q̃ ordinauit opus hoc creationis regis fieri in die ſabbati. Tertia autem pars ſit ad portam ſeir. Legendum ẽ. ad portam ſur: nomen proprium eſt portæ ſepti ſpatij circa templum. ⁊ tertia pars ad portam que eſt poſt habitaculum ſcutariorum. Iuxta hebræum habetur. in porta poſt curſores. Et hæc etiã porta eiuſdem ſepti erat poſt habitaculum curſorum: hoc eſt peditum ad cuſtodiam tẽpli. ⁊ cuſtodietis excubias dom⁹ meſſach. Iuxta hebræum habetur. ⁊ cuſtodietis cuſtodiam domus deſtructionẽ. Dixerat primis ut aſſumptis uenientibus ſabbati cuſtodirent domum regis: declarat modo ad quid ordinatur hæc cuſtodia/uidelicet ne domus regia deſtruatur in iſta nouitate, timebat enim ne hathalia deſperata incenderet domum regiam: quemadmodum zimri rex deſperatus ſuccenderat palatium regium regũ iſrael. Due vero partes e vobis omnes egredientes ſabbato. Iuxta hebræum habetur. Et duo loca in vobis/oẽs exeuntes ſabbati. Completa diſpoſitione eorum quæ agenda erant a prima tertia parte centurionum, diſponit quid agendum ſit a duabus alijs tertijs collocatis in locis duobus (uidelicet in porta ſur & in porta poſt curſores) mandando eis ut aſſumant exeuntes ſabbati/quos iam declarauimus: &. cuſtodiãt excubias domus domini circa regem. Legendũ ẽ. regi. Ecce officiũ utroruq̃/uidelicet cuſtodire domum domini: hoc eſt ſepta circa domum domini ad ſecuritatem regis infantis. Et hinc apparet q̃ illæ portæ erãt portæ ſepti circa tẽplum: alioquin non dixiſſet & duo loca in uobis habeant exeũtes ſabbati ad cuſtodiam

Digitized by Google

templi regi. Et vallabitis eum habentes arma in manibus veſtris. Hebraice clarius habetur. Et circundabitis regem in circuitu vnuſquiſq; ⁊ arma eius in manu eius. Quia ambæ iſtæ duæ cuſtodiæ ordinabantur ad ſecuritatem regis/ideo mandat ut circūcirca inuigilēt armati. ſi qs aūt igreſſus fuerit. hoc ē uiolēter ingredi uoluerit. ſeptū tēpli/occidatᷣ: eritiſq; cum rege egrediente ⁊ ingrediente. Extenditur horum officium ad cuſtodiam etiam poſtea.

¶ Et fecerunt centuriones iuxta omnia que preceperat eis iebo'iadab ſacerdos: tulerūtq; vnuſquiſq; viros ſuos venientes ſabbati cum exeuntibus ſabbati/⁊ venerunt ad iebo'iadab ſacerdotem. Qui dedit eis haſtas ⁊ arma. Legēdum eſt. Deditq; ſacerdos centurionib⁹ lāceas ⁊ clypeos que fuerant regis dauid: que erāt in domo domini. erant enim hæc in domo domini pro cuſtodia ipſius. Et ſteterunt ſinguli habentes arma in manu ſua. Legendum eſt. Et ſteterunt curſores vnuſquiſq; ⁊ arma eius in manu eius. Ordinata diſtributio/executioni mandata deſcribitur: uidelicet ꝙ pontifex dedit arma centurionibus/centuriones autem diſtribuerunt etiam curſoribus. a parte dom⁹ dextera vſq; ad partem domus ſiniſtram altari ⁊ domui: ſuper regem in circuitu. Circundederunt extrinſecū quidem locum templi in quo erat altare holocauſtorum cum atrio ſacerdotum/ſed & internū ſeptū circa templum: & propterea deſcribitur ab altaris & ædis dei dextera ad ſiniſtrā/ut nulla ex parte aliqui poſſent irrūpere in regem. Eduxitq; filiū regis / ⁊ poſuit ſuper eum diadema ⁊ teſtimonium. Dictio interpretata teſtimoniū/interpretari quoq; poteſt ornamētum. Et ſi legitur teſtimoniū, phylacteriū in quo erat ſumma legis ſcripta intelligitur. Et per hoc inſinuatur mos coronādi regem: ut uidelicet diademate ornaretur pro dignitate regia/diuinæ autē legis ſtudiū ad ſeruandum eam profiteretur. Si uero legitur ornamentum, expoſitione nō eget: ſed admonitione ꝙ minus quadrat ut ſpecialis mentio fiat ornamenti: quia narrato diademate/cointelliguntur ornamenta omnia regis. feceruntq; eum regem ⁊ vnxerūt eum. ut nihil omitterent. plauſerūtq; manu/⁊ dixerūt viuat rex.

Audiuit autem hathal'ia vocem currentis populi. Hebraice habetur. curſorum populi. hoc eſt peditum popularium. ⁊ ingreſſa eſt ad populum in templum domini. hoc eſt intra ſeptū circa templum. Sed quæſtio tunc oritur quare non interfecta eſt ſecundum mandatum pōtificis/quicunq; ingreſſus fuerit occidatur. Solutio eſt ꝙ hathal'ia non puenit ad ſeptum internum de quo dixerat pontifex qui ingreſſus fuerit occidatur. & propterea ſignificantius dicitur de hathal'ia. ⁊ venit ad populum in domum iebouah. ut intelligeremus ꝙ non peruenit ad ſeptum cuſtoditum a cēturionibus & militibus, ſed ad locum in quo erat populus/intra tamē ſepta templi: & ꝓpterea non fuit interfecta a populo/qui non acceperat huiuſmodi mandatū. Viditq; regem ſtantem ſuper tribunal. Hebraice habetur. Viditq; ⁊ ecce rex

ſtabat ſup colūnaꝫ iuxta morem. Excelſus locus columnis fultus in quo conſueuerat rex manere in templo/ſignificatur. ⁊ cantores. Hebraice habetur. ⁊ principes ⁊ tube regi. hoc eſt in fauorem & gloriam regis. ⁊ totꝰ populus terre gaudēs ⁊ clangēs tubis: ⁊ ſcidit hathal'ia veſtimenta ſua. in ſignum execrationis. ⁊ dixit ꝯiuratio ꝯiuratio. Precepit aūt iehoʼiadah ſacerdos centurionibus qui erant ſuper exercitum ⁊ ait eis: educite eam extra ſeptum templi/ ⁊ qui ſecutꝰ eam fuerit interficiatur gladio: dixerat enim ſacerdos/non occidatur in domo domini. Impoſueruntqꝫ ei manus/ ⁊ venit per viam introitꝰ equoꝝ iuxta palatium. Hebraice explicatur. domus regis. & ſuperfluit iuxta. ⁊ interfecta eſt ibi. ¶ Percuſſitqꝫ iehoʼiadah fedꝰ inter dominum ⁊ inter regem ⁊ inter populum vt eſſet in populū domini: ⁊ inter regem ⁊ inter populum. inter deum ex una & regem ac populum ex altera parte ut eſſet populus colens ſummum deum: & deinde pepigit fœdus inter regem & populum ut eſſet obediens legitimo regi ex domo dauidis. Ingreſſuſqꝫ eſt. Legendum eſt. Et ingreſſi ſunt totus populus terre domum bahal ⁊ diruerunt eam/ altaria eius ⁊ imagines eius confregerūt bene, ⁊ matthan ſacerdotem bahal occiderūt coram altaribus. Executio narratur fœderis inter deum & populum in ope deſtruendi cultum bahal. ⁊ poſuit ſacerdos cuſtodias. Hebraice habetur. ordinationes ſuper domum dn̄i. Non ſat fuit exterminare cultum bahal/ſed oportuit ordinare diuinū cultū in domo ſummi dei ad exequendū fœdus primū. Tulitqꝫ centuriones. Executio narratur ſecundi fœderis: uidelicet inter regem & populum. ⁊ cherethi ⁊ pelethi legiones. Hebraice habetur. ⁊ duces ⁊ curſores. quos intellige ut ſupra. ⁊ totum populū terre: deſcenderequꝫ fecerunt regem de domo domini/ ⁊ venerunt per viā porte ſcutarioꝝ. Legendum eſt. curſorum. eadem enim curſoꝝ porta commemoratur. in palatium. Hebraice ſcribitur. in domum regis. utpote propriam. ⁊ ſedit ſuper thronum regum. tanq̄ accipiens poſſeſſionem regni. Letatuſqꝫ eſt totus populus terre ⁊ ciuitas conqeuit: hathal'iahu autem occiderūt gladio in domo regis. Niſi infra ſepta domus regiæ occiſa fuiſſet hathal'ia non repetitū fuiſſet ꝙ occiſa eſt in domo regis.

CAPVT .XII.

Filius ſeptem annoꝝ erat iehoas cum regnare cepit: Anno ſeptimo iehu regnauit iehoas/ ⁊ quadraginta annis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eius zib'ia de beerſebah. Fecitqꝫ iehoas rectum in oculis domini omnibus diebus ſuis: quibus docuit eum iehoʼiadah ſacerdos. Verūtamē excelſa nō abſtulit: adhuc populꝰ immolabat ⁊ thurificabat in excelſis.

Dixitqꝫ iehoas

Dixitq́ʒ iehoas ad ſacerdotes: oẽʒ pecuniam ſanctoꝝ. Legendũ eſt. ſanctitatum. in genere.n.appellat᷑ pecunia ſanctitatũ pecunia deo oblata. que īferetur ī domũ dñi. ad differẽtiã pecuniæ nõ oblatæ tẽplo dei ſed pro redẽptione ꝑmogenitoꝝ/quæ erat ſacerdotũ. a pretereũtibꝰ que offertur pro precio aīe/ꝛ quã ſpõte ꝛ arbitrio cordis ſui inferunt in templũ dñi. Iuxta hebræũ hr̃. argentũ tranſeũtis viri/argentũ aīaꝝ eſtimationis eiꝰ/oẽ argentũ quod aſcẽdit ſup cor viri ad adducendũ ī domũ iehouah. Iuxta planũ lr̃æ ſenſuʒ triplex genus pecuniæ ꝯmemorat᷑: ucʒ pecunia quæ offert᷑ a uiro tranſeũte ad nomẽ idoneoꝝ ad bellũ / iuxta ꝓmulgatã legẽ exo. 30. & hæc pecunia erat medius ſiclus pro quolibet tã paupe q̃ʒ diuite. Secundũ genus eſt pecunia aīaꝝ. & ſi nihil aliud diceret᷑ q̃ʒ argẽtũ aīaꝝ. anceps ualde eſſet ſenſus an ſignificaret᷑ appoſitiue eadẽ pecunia quæ ſoluebat᷑ in numeratiõe populi(qm̃ illa appellat᷑ ibidẽ redẽptio aīæ) ſed ex eo ꝙ dicitur argentũ aīaꝝ æſtimatiõis eius, inſinuat᷑ ſignificari pecuniã redẽptiõis aīaꝝ quæ uoto oblatæ erãt deo iuxta decretũ legis ſcriptæ leui. 27. erat.n. ꝓꝑe pecunia illa/ pecunia æſtimatiõis aīaꝝ: qm̃ æſtimatio ualde diuerſa erat ſecundũ diuerſas ætates hominũ uoto oblatoꝝ deo. Tertiũ aũt genus expoſitiõe nõ egeti qa manifeſte ſonat pecuniã ſpontaneaꝝ oblationũ. Hæc itaq́ʒ tria genera pecuniæ dũtaxat ꝯmemorant᷑: & de eis mãdat᷑. Accipiant illã. Legendũ eſt. Accipiẽt ſibi ſacerdotes. Ordinat rex ut ſacerdotes ad ſe trahãt triplex hoc genus pecuniæ. iuxta ordinẽ ſuũ. Iuxta hebræũ habet᷑. vnuſq́ſq́ʒ a noto ſuo. Diſponit rex ut ſacerdotes colligãt hmõi pecũias ſic ut unicuiq́ʒ ſacerdoti icũbat onus colligẽdi ab amicis & ꝯuerſantibus cũ eo: ut facilior eſſet collectio. ꝛ iſtaurẽt ſartatecta domꝰ. Iuxta hebræũ hr̃. ꝛ ipſi fortificabunt reqſitionẽ domꝰ. Reqſitionẽ appellat rẽ reqſitã/ſeu potius ptẽ quãlibet idigentẽ reparatiõe. noiat ſiqdẽ eã a reqſitiõe/qa reqrẽda erat & diligẽtia & ope. Et eſt ſermo de domo dei. ſi qd neceſſariũ viderit iſtauratiõe. Iuxta hebræũ habet᷑. omni que īueniet᷑ ibi reqſitiõi. eadẽ.n. dictio repetit᷑: & mãifeſtat ꝙ reqſitionẽ uocat oẽʒ partem quæ in templo indigebat reparatione. Cauſa autem huius idigentiæ/ in 2. parali. ca. 24. narratur hathal'ia regina.

¶ Igitur vſq́ʒ ad vigeſimũtertiũ annũ regis iehoas. Ne intelligas negligentiã ſacerdotũ uigintitribus ãnis duraſſe: qm̃ neſcimus quoto ãno ſui regni ioas mãdauerit ſupraſcriptã collectionem pecuniæ & inſtaurationem templi ꝑ ſacerdotes faciendã. certũ eſt.n. ꝙ poſt multos ãnos ſui regni mandauit hoc: qa regnare cœpit puer ſeptem annoꝝ. Quãto igit᷑ tp̃e durauerit negligentia ſacerdotũ remanente incerto, narratur ꝙ uſq́ʒ ad uigeſimumtertium annũ regni ioas neglexerunt. non inſtauraueſũt ſacerdotes ſartatecta templi. Hebraice habetur. non fortificauerunt ſacerdotes requiſitionem domus. qđ itellige ut ſup̃. Vocauitq́ʒ rex iehoas ieho'iadah põtificẽ ꝛ ſacerdotes: ꝛ dixit eis/q̃re nõ iſtauraſtis ſartatecta tẽpli: Legendũ eſt ut ſupra. q̃re vos nõ fortificaſtis reqſitionẽ domus: eadẽ.n. uerba repetuntur. nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem ve

Digitized by Google

ſtrum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ nūc non tolletis argentum a notis veſtris. Reuocat rex ordinatiōem olim a ſe factam. ſed ad iſtaurationem templi reddite eam. Legendum eſt. quia pro requiſitiōe domus dabitis illud. Hinc coniectura fit ꝙ ſacerdotes forte uſurpabant in uſus ꝓprios pecuniam illam: alioquin non dixiſſet rex ꝙ pro inſtauratione domus darent illam. Prohibitiq; ſunt ſacerdotes vltra accipere pecuniam a populo/⁊ inſtaurare ſartatecta domus. Iuxta hebræum habet̃. Et voluerunt ſacerdotes: non tollere argentum a populo/⁊ non fortificare requiſitionem domus. Concordes narrātur regi ſacerdotes/exonerando ſeipſos ab utraq; cura: colligendi ueʒ pecuniā & reparādi templū.

¶ Et tulit iehoiadah pōtifex gazophylaciū vnū/⁊ fecit foramen ī oſtio eius: poſuitq; ipſum iuxta altare ad dexterā īgredientiū domū dn̄i. Aliud inuentū mediū ad colligendū pecuniā narrat̃ laus claꝝ. Mittebātq; ī eo ſacerdotes q̄ cuſtodiebāt oſtia oēm pecuniā que deferebat̃ ad templū dn̄i. Iuxta hebræū hr̃. ⁊ dabūt ibi ſacerdotes cuſtodes vaſis oē argentū allatū ī domū dn̄i. Hinc apparet ꝙ theca illa pforata in ſuꝑiori pte nō erat ad hoc poſita ut populus ꝑ foramen illud iaceret pecuniā ītra thecā (clare.n. hic dr̃ ꝙ ſacerdotes oēm pecuniā allatā in domū dei ponebāt ibi) ſed populus offerebat debitā uel ſpontaneā pecuniā ſupradictā in aliqbus uaſis quæ ſacerdotes publice euacuabant ſup foramē illius thecæ/quæ gazophylaciū in uulgata æditiōe dr̃. Hr̃ quoq; hinc deputatos fuiſſe quoſdā ſacerdotes ad cuſtodiā uaſis ī quo offerebat populus pecuniā. Nec oportet unicū tm̄ uas intelligere: qm̄ ſæpe ſingulari numero apud hebræos multitudo ſignificat̃.

Cūq; videbāt nimiā pecuniā eſſe ī gazophylacio. Legendū eſt. multā pecuniā eē ī theca/aſcēdebat ſcriba regis ⁊ pōtifex. Parui refert ꝙ hebraice hr̃. ⁊ ſacerdos magnus. ut intelligamus claues thecæ apud regē & pontificē ſeruari. effundebātq; ⁊ numerabāt. Hebraice hr̃. ⁊ ligauerūt ⁊ numerauerunt. ordine præpoſtero. pecuniam inuentam in domo domini.

¶ Et dabant eam iuxta numerum atq; menſuram. Hebraice habetur. Et dabunt pecuniam paratam. & nihil explicatur de numero aut menſura. in manu eorum qui preerant cementarijs domus domini. Iuxta hebræum habetur. per manum factorum operis/ordinatoꝝ in domo iehouah. Per ordinatos in tēplo effectores opis (hoc eſt præfectos opi reparandi tēpli) dabat̃ pecunia. ⁊ extrahebāt eā pro fabris lignoꝝ ⁊ pro cemētarijs/ijs q̄ opabātur in domo dn̄i. Legendū eſt. ⁊ pro edificatoribus/faciētibus domū iehouah. Quod aūt imediate ſeq̄t̃ in uulgata æditiōe. Et ſartatecta faciebāt. legendū ē. Et pro paratoribus. ſignificantur in genere præparatores materiæ. ⁊ pro ceſoribus lapidum/⁊ ad emendum ligna ⁊ lapides dolationis, ita vt impleretur inſtauratio domus dn̄i in oībus que indigebāt expēſa ad muniendam domū. Iuxta hebræum habetur. ad fortificandum requiſitionem do-

mus iehouah: ⁊ ad omne quod egredietur ſuper domum ad fortificandum. Duo dicuntur. alterum ꝙ hæc omnia impẽdebãtur ad reparationem templi: alterum ꝙ non ſolum prædicta ſed etiam ꝗcqd neceſſarium erat ad fortificandum templum emebatur dicta pecunia. Tertium autem ſubiungitur.

Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia. Superfluit ex eadem pecunia. Hoc ſupererat explicandum: uidelicet ꝙ illa pecunia non expendebatur ad aliud ꝙ̃ ad fortificandum templum. hydrie templi domini. Iuxta hebræum ſcribuntur neſcio quæ uaſa argentea: ſed de proprys nominibus inſtrumentorum aut uaſorum non ſum ſolicitus/propter incertitudinem & quia ſubiungitur uniuerſaliter non eſſe facta ex hac pecunia uaſa quæcunq; aurea aut argẽtea. fuſcinule/malluuia/tube/omne vas aureum ⁊ vas argenteum: de pecunia illata in domum domini. Facientibus. n. opus dabant eam: ⁊ inſtaurabant ex ea domum domini. Hinc ſoluit̃ quæſtio conſurgens ex ſcriptis. 2. parali. ca. 24. quamdiu enim indiguit templum reparatione/pecunia illa ad reparationem templi duntaxat impẽſa ſignificatur: nihilq; hic ſcribitur quid factum fuerit de pecunia ſuperflua poſt completã reparationem templi/quod in paralipomenis explicatur.

¶ Et nõ fiebat ratio hominibus per quorum manus dabant pecunias ad dandum facientibus opus: ſed in fide tractabãt eam. Iuxta hebræum habetur. quia cum fide ipſi facientes. Ratio reddit̃ quare non exigebatur ſupputatio a præfectis operis/eo ꝙ tantæ probitatis erant ut eorũ fidelitas ſatisfaceret. Pecunia pro delicto ⁊ pecunia pro peccatis non inferebatur in domum domini: quia ſacerdotum erat. Superfluit quia: pura narratio eſt/non redditio cauſæ.

Tunc aſcendit chazael rex ſyrie/⁊ pugnauit contra ghath ⁊ cepit eam: poſuitq; chazael faciem ſuã ad aſcendendũ cõtra ieruſalaim. Dicendo tũc/ſignificat cõpleta reparatiõe tẽpli ueniſſe hazaelem: ad differentiã alterius belli ẽt ſyroꝝ ꝯtra ioas quod poſtea factũ ẽ/cuius fit mentio in paralipomenis. Quãobrẽ tulit iehoas rex iehude oĩa ſctificata que ꝯſecrauerãt. Legendũ ẽ. que ſctificauerũt iehoſaphat ⁊ iehorã ⁊ achaz'iahu pr̃es eiꝰ reges iehude. Sed memento ꝙ ſanctificationis noĩe nõ ſignificat̃ aliqua ꝯſecratio ſed ſola oblatio ſeu dicatio deo. vñ & ãtiquus ĩterpres bene explicat ſubiũgendo. ⁊ que ipſe obtulerat. hebraice. n. ſcribit̃. ⁊ ſctificationes ſuas. ſanctificatũ. n. appellãt oblatũ deo. ⁊ totũ auꝝ qđ ĩuentũ ẽ ĩ theſauris domꝰ dñi ⁊ domꝰ regis: miſitq; chazaeli regi ſyrie/⁊ aſcẽdit a ieruſalaim. Ab hoc exẽplo pecũiæ & iocalia eccleſiaꝝ pro redimẽda uexatiõe populi ab ĩfidelibus uexati ſeu uexãdi bello/licite impendũt̃: ſimul tñ cũ toto theſauro regio/ut hic narrat̃ factũ. iniquũ ſiqdẽ eẽt inchoare ab expoliatione eccleſiarum: ſed ubi publicus theſaurus non ſufficit/ eccleſiarũ opes ſubuenire debent.

¶ Reliquũ verboꝝ ioas ⁊ oĩa que fecit: nõne ipſa ſcripta ſunt in libro verboꝝ dieꝝ regũ iehude? Surrexerũt aũt ſerui eiꝰ ⁊ ꝯiura-

Digitized by Google

nerūt iter ſe:ꝑcuſſerūtqȝ ioas i domo millo i deſcenſu ſille. Et io
zachar fili⁹ ſimbath ⁊ iehozabad fili⁹ ſomer ſerui ei⁹ ꝑcuſſerunt eū
⁊ mortu⁹ ē: ſepelierūtqȝ eū cū pr̄ib⁹ ſuis i ciuitate dauid/⁊ regna-
uit amaz'ia filius eius pro eo.

CAPVT .XIII.

Anno vigeſimotertio ioas filij achaz'iabu regis iehu-
de:regnauit ieho'achaz filius iehu ſuper iſrael in ſome
ron decem ⁊ ſeptem annis. Fecitqȝ malum in oculis
domini:⁊ ſecutus eſt peccata iarobbam filij nebat qui
peccare fecit iſraelem/non declinauit ab eis. Iratuſqȝ
eſt furor domini ꝯtra iſrael:⁊ tradidit eos in manum chazael re-
gis ſyrie ⁊ in manum ben'hadad filij chazael omnibus diebus.
hoc eſt in ſeruitutē redegit iſraelitas ſub dominio regis ſyriæ.

¶ Deprecatus eſt autem ieho'achaz faciem domini: ⁊ exaudiuit
eum dominus/Vidit.n.anguſtias iſrael q̄a attriuerat eos rex ſy-
rie. Legendū eſſet. quia vidit oppreſſionem iſraelis q̄a oppreſſit eos
rex ſyrie. Vere benignus deus etiam in peccatores. rege enim ſupplicante deo/
miſertus eſt populi oppreſſi a tyrānide ſyrorum:ꝗ̄uis uideret ꝙ non ꝓpterea re-
ceſſuri eſſent ab idolatria uitulorum aureorum/ut clare ſubiungitur. Et dedit
dominus iſraeli ſaluatorem. Quis fuerit iſte ſaluator / neſcitur. alienum
tamen a ratione non eſt ut fuerit eliſæus/optime notus hazaeli regi ſyriæ. ⁊ libe
ratus eſt de manu regis ſyrie. Iuxta hebræum habetur. ⁊ exierunt de
ſub manu aram. hoc ē ſyriæ. Ecce primus effectus iſtius ſaluatoris/ſatis qua-
drans eliſæo: ut intelligamus ipſius interceſſiōe reges ſyriæ cohibuiſſe ſuos ne am
plius opprimerent illos paucos iſraelitas qui erant reſidui. hoc enim cōſonat ſe-
cundo effectui: uidelicet ꝙ ſecuri habitauerunt iſraelitæ in tabernaculis ſuis ſicut
prius ſoliti erant. ¶ Significanter autem dicitur de manu aram (hoc eſt de op-
preſſione ſyrorum) & non dicit̄ ꝙ exierunt de manu regis ſyriæ: nam de regibus
præmiſſum eſt ꝙ tradidit eos deus in manū hazaelis & ben'hadad regum cūctis
diebus ioachaz. Ab oppreſſione igitur eorum ſaluati dicuntur ut ſecure poſſent
habitare in tentorijs agrorum ſuorum: & ꝓpterea ualde quadrat ut eliſæus fue-
rit iſte ſaluator. habitaueruntqȝ filij iſrael in tentorijs ſuis ſicut he-
ri ⁊ nudiuſtertius. Veruntamen non receſſerunt a peccatis do-
mus iarobbam qui peccare fecit iſraelem/ſed in ipſis ambulaue-
runt: ⁊ etiam lucus ſtetit in ſomeron. Non ſola idolatria uitulorum
aureorum introducta a ieroboham perſeuerauit: ſed etiam lucus in ſamaria ad ſu
perſtitiones & forte obſcæna uel etiam ad ſacrificia permāſit. ¶ Et non ſunt
relicti ieho'achaz de populo niſi quinquaginta equites ⁊ decem
currus ⁊ decem millia peditum. Vide immenſam cladem/ex tam modi-
co numero relictoꝝ. diſperdiderat enim eos rex ſyrie/⁊ poſuerat eos
veluti puluerem in tritura. Qualitas relictorum inſinuatur ex hac ſimili-

Digitized by Google

tudine: ut intelligamus relictos eos qui pro nihilo habebant̃/ſimiles pulueri eũ dẽti ex tritura. Reliquũ aũt verboꝝ iehoachaz ⁊ oĩa que fecit ⁊ fortitudo eiꝰ: nõne ipſa ſcripta ſunt ĩ libro verboꝝ dieꝝ regũ iſrael? Dormiuitqꝫ iehoachaz cũ pr̃ibꝰ ſuis/⁊ ſepelierũt eũ in ſomeron: ⁊ regnauit ioas filius eius pro eo.

Anno trigeſimoſeptimo ioas regis iehude: regnauit ioas filius iehoachaz ſuꝑ iſrael in ſomeron ſedecim annis. Intellige hoc initium regni per modum corregnandi patri ſuo. nam ioachaz pater regnauit annis decem & ſeptem: hoc eſt a uigeſimotertio ãno ioas regis iudæ uſqꝫ ad trigeſimũnonum ſeu quadrageſimum/ut in principio huius capituli ſcribit̃. uiuebat igitur ioachaz pater hoc trigeſimoſeptimo ãno ioas regis iudæ/quo corregnauit ei filius eius ioas. Et fecit malum in oculis domini: non declinauit ab omnibus peccatis iarobham filij nebat qui peccare fecit iſraelem/ſed in eis ambulauit. Reliquum autem verborũ ioas ⁊ omnia que fecit/⁊ fortitudo eius qua pugnauit cuꝫ amazia rege iehude: nõne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iſrael? Dormiuitqꝫ ioas cum patribus ſuis/⁊ iarobham ſedit ſuper ſolium eius: ſepultuſqꝫ ẽ ioas in ſomeron cum regibus iſrael.

¶ Eliſah autem egrotauit infirmitate qua ⁊ mortuus eſt: deſcenditqꝫ ad eum ioas rex iſrael. Ecce uſqꝫ ad quod tempus peruenit eliſæus iam ſenex: utpote qui poſt raptum eliæ uixit annis fere ſexaginta. ⁊ fleuit coram eo ⁊ dixit/pater mi pater mi currus iſrael ⁊ auriga eius. Legendum eſt. ⁊ equites eius. Quia eliſæus pluries ſaluauerat iſraelem, ideo deplorat eum rex equipollentem & curribus & equitibus(hoc eſt uniuerſo exercitui) iſraelis. ſaluauerat enim primum eos contra moabitas & pluries contra ſyros: ut ſupraſcripta teſtantur. Et ait ei eliſah/affer arcũ ⁊ ſagittas: attulitqꝫ arcum ⁊ ſagittas. Et dixit ad regem iſrael/pone manum tuam ſuper arcum: poſuitqꝫ manum ſuam. Omnes illæ actiones ſenſibiles mandatæ & factæ/non humana ratione ſunt diſpoſitæ ſed diuina inſpiratione ordinante per hæc ſenſibilia manifeſtari futura opera dei in ſalutem populi: ut uel ex his ſenſibilibus & perciperent & retinerent idolatræ/ſummi dei ꝓuidentiam & gubernationem certam. ⁊ poſuit eliſah manus ſuas ſuper manus regis. ut etiam ex hoc intelligeretur meritum prophetæ eſſe illud quod operabatur. Et ait/aperi feneſtram orientalem. quia illa reſpiciebat ſyriam. ⁊ aperuit: dixitqꝫ eliſah iace ſagittam/⁊ iecit: ⁊ ait eliſah/ſagitta ſalutis domini. Legendum eſt. ſagitta ſalutis dñi ⁊ ſagitta ſalutis ꝯtra ſyriã. Dupliciter ſalus ſignificat̃. ꝑmũ ad manifeſtandũ qđ ſignificauerit ſuppoſita manus eliſæi: ucꝫ ut ſalus futura ex bello referatur ad ſũmũ deũ ita ꝙ agnoſcat̃ ab illo. deinde manifeſtat̃ qđ ſignificet iactus illius ſagittæ ꝑ illã feneſtrã: ucꝫ ſalutarẽ ſagittã ꝯtra ſyriã. Et dixit hæc ut ẽt mortuus ꝓdeſſet regi & populo. ꝑcutieſqꝫ ſyriã ĩ aphec vſqꝫ ad ꝯſumptionẽ.

Nomen ciuitatis eſt aphec cuius ſuperius mentio facta eſt. Et ait tolle ſagittas/⁊ tulit: dixitqꝫ ad regem iſrael/percute iaculo terram. Superfluit iaculo. ⁊ percuſſit tribus vicibus ⁊ ſtetit. Iratuſqꝫ eſt ↄtra eũ vir dei ⁊ ait: ſi ꝑcuſſiſſes qnqes aut ſexies ſiue ſepties. Supfluit ſiue ſepties. tunc percuſſiſſes ſyriam vſqꝫ ad conſumptionem/ nũc autem tribus vicibus percuties ſyriam. Nota contextum: quoniam ex eliſæi uerbis habetur reuelatum ei fuiſſe ut faceret regem percutere terram: & ſi quinqꝫ aut ſex uicibus rex percuteret terram/percuſſurus eſſet ſyriam uſqꝫ ad deſtructionem: ſin autem/tot uicibus eſſet percuſſurus ſyriam quot uicibus percuteret terram. Nec quæras rationem quare deus ſic incerte reuelauit eliſæo: qm̃ ſpiritus ſanctus diuidit dona ſua ꝓut uult. Et eſt ſermo de numero ꝑcuſſionum terræ continuato motu: & propterea cum rex deſtitiſſet percutere terram/iratus eſt eliſæus ægre ferens minorem uictoriam futuram.

¶ Mortuuſqꝫ eſt eliſah/⁊ ſepelierunt cum: latrunculi autem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſocietates. ad excurſiones faciendas. venerunt ĩ terram ſequenti anno. Quidam autem ſepelientes hominem viderunt latrunculos. Legendum eſt. Et fuit ipſis ſepeliẽtibus virum/⁊ ecce viderunt exercitum. proculdubio illarum ſocietatum. ⁊ proiecerunt cadauer. Hebraice habetur. ⁊ proiecerũt virum in ſepulchrum eliſah. nunq̃ꝫ.n. nominatur hic uir mortuus/ſed uir ſepeliendus. quod cũ tetigiſſet oſſa eliſei/reuixit homo ⁊ ſtetit ſuper pedes ſuos. Iuxta hebræũ habetur. ⁊ iuit ⁊ tetigit vir oſſa eliſah/⁊ vixit ⁊ ſurrexit ſup pedes ſuos. ita iacet in hebræo. Quæ ideo annotauerim ut perpendatur non eſſe certum ꝙ uir ille fuiſſet uere mortuus: ſcriptura enim nõ narrat ipſum fuiſſe mortuum. & potuit contingere ut paſſionem aliquam ſubiſſet uiuus, ita ꝙ apparebat mortuus/priuatus externo ſenſu & motu: & propterea ſepeliendus erat/& tanq̃ꝫ mortuus proiectus eſt in ſepulchrum eliſæi: & eliſæi meritis uixit actualibus operibus uitæ/ſenſus & motus ſtatim, qui ſi fuiſſet in proprio ſepulchro ſepultus fuiſſet penitus extinctus.

¶ Chazael autem rex ſyrie oppreſſit iſrael cunctis diebus iehoachaz. Non contrariatur ſententia hæc paulo ſuperius dictis/ ꝙ deprecatus eſt ioachaz faciem domini & dedit eis ſaluatorem: quoniam ad diuerſa referuntur. ſaluator ſiquidem ille refertur ad quietem ab oppreſſione reliquiarum populi: perſeuerantia autem oppreſſionis omnibus diebus ioachaz/refertur ad occupatas ciuitates: ꝙ uidelicet eas ſemper tenuit rex ſyriæ regnante ioachaz in iſrael. Et miſertus eſt dominus eorum ⁊ reuertit ſe ad eos/propter pactum ſuum cũ abraham iſhac ⁊ iahacob: ⁊ noluit diſꝑdere eos/nec proiecit eos a facie ſua vſqꝫ in preſens tempus. Ioas tempus ſignificatur per tempus præſens quo merebatur eyci a facie dei/ad differentiã temporis hoſeæ regis quo eiectus eſt. dilatio ſiqdẽ pœnæ ſignificatur pp abraham/ſi forte populus ad pœnitentiam reuocaretur. ¶ Mortuꝰ eſt autem chazael rex ſyrie: ⁊ regnauit ben hadad filius eiꝰ pro eo. Reuerſuſqꝫ eſt

iehoas filius ieho'achaz/ ⁊ tulit ciuitates de manu ben'hadad filij chazael quas tulerat de manu ieho'achaz patris eius iure prelij. Hebraice habetur. in bello. factum enim narratur/ non ius prælij. tribus vicibus percuſſit eum ioas. iuxta eliſæi uaticinium. ⁊ reddidit ciuitates iſraelis.

CAPVT .XIIII.

IN anno ſecundo ioas filij ioachaz regis iſrael: regnauit amaz'iahu filiꝰ ioas regis iehude. Si ſupputaueris quadraginta annos regni ioas regis iudæ/ ac ꝑ hoc amaziam filiũ eius regnaſſe quattuor annos a trigeſimoſeptimo anno tegni patris ſui, perpendes quod ſupra diximus: uidelicet ꝙ ioas rex iſrael biẽnio corregnauit patri/ & ꝙ ſecũdo ãno regni ſui poſtq̃ ſucceſſit patri tegnauit ut hic ſcribit̃ amazias filius ioas tegis iudæ. Filius vigintiquinq; annorum erat cum regnare cepit/ ⁊ nouem annis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eiꝰ iehohaddan de ieruſalaim. Fecitq; rectum in oculis domini. Intellige hoc in principio regni ſui. & propterea ſubditur. Verũtamen non vt dauid pr̃ eius: iuxta oĩa que fecit ioas pater eius fecit. Rectitudo amaziæ nõ aſſimilatur tectitudini dauidis ptimi patris regum iudæ: ſed aſſimilatur rectitudini proprij patris ipſius/ qui fecit tectum quodam tempore & poſtea fuit malus. Et uere ſic fuiſſe/ clare patet ex ſcriptis in ſecundo parali. ca. 25. Niſi tantum ꝙ excelſa non abſtulit. Iuxta hebræum habetur. Tantum excelſa non abſtulerunt: adhuc populus immolabat ⁊ thurificabat in excelſis. hoc eſt etiam tempore quo amazias fecit rectũ coram domino non abſtulerunt excelſa: hoc eſt permittebatur ſacrificare uero deo extra altare domini in locis excælſis. Et hoc propter ꝓnitatem populi ad ſacrificandum in locis illis/ q̃uis prohibitum hoc eſſet in lege.

Cũq; obtinuiſſet regnũ. Legendũ ẽ. Et fuit cũ roboratũ fuiſſet regnũ ĩ manu eiꝰ. Sentẽtia ẽ clara. ꝑcuſſit ſeruos ſuos q ꝑcuſſerãt regẽ patrẽ eiꝰ. Filios aũt ꝑcuſſoꝝ nõ occidit: ſicut ſcriptũ ẽ in libro legis moſis. deute. 24. Vbi precepit dominus dicendo/ non morientur patres pro filijs ⁊ filij non morientur pro patribus ſed vnuſquiſq; pro peccato ſuo morietur. Et hinc habes ꝙ etiam in crimine læſæ maieſtatis non occidebantur filij innocentes. Ipſe percuſſit edom in valle ſalis decem millia: ⁊ apprehendit petram in prelio. Vt ſcripta in paralipomenon teſtantur/ petra hæc appræhenſa eſt ad uſum præcipitationis. erat enim rupes quædam ex qua præcipitauit alia decem millia uirorum quos cæperat uiuos. Vocauitq; nomen eius iezechel. Legendum eſſet. ioctheel vſq; ad diem hanc. Sonat autem ioctheel obedientiã dei: ut noſſent omnes ꝙ ex diuino mandato uicerat & punierat idumæos.

TUnc miſit amaz'ia nuncios ad iehoas filium ieho'achaz filij iehu regem iſrael dicendo. Tempus poſt uictoriam contra idumæos

demõſtratur. & idem fuit tempus quo amazias auerſus eſt a deo ad idolatriam. ut parali. teſtat̃. veni ⁊ videamus nos facie. Inuitatio his honeſtis uerbis ſignificatur ad prælium. Remiſitq; ieboas rex iſrael ad amaz'iabu regem iebude dicendo: carduus q̃ eſt ĩ lebanon miſit ad cedrum que eſt in lebanon dicendo / da filiam tuam filio meo in vxorem. Parabola eſt manifeſta: nec ſignificatio eius eſt occulta. aſſimilat enim amaziam carduo / libani tamen propter culmen regium: ſeipſum uero aſſimilat cedro libani / ut nullam proportionem inter eos eſſe manifeſtet. tranſierunt q; beſtie agri que ſunt in lebanon / ⁊ conculcauerunt carduum. Periculum imminens amaziæ per hoc ꝓponit: q͂ quemadmodum carduus expoſitus eſt calcandus a beſtijs trãſeuntibus per libanum / ita ipſe exponitur calcandus facile ab illis qui ſunt cum ipſo ioas cedro libani. Percutiendo percuſſiſti edom / ⁊ eleuauit te coꝛ tuum: gloꝛiare ⁊ ſede in domo tua / cur pꝛouocas in malum vt cadas tu ⁊ iebuda tecũ.

¶ Et non aquieuit amaz'iabu. ſano pacis conſilio / ſed ad bellum inferendũ ꝓgrediebat̃. aſcenditq; ieboas rex iſrael / ⁊ viderũt ſe facie ipſe ⁊ amaz'iabu rex iebude ĩ betbſemes oppido iebude. Et percuſſus eſt iebuda coꝛam iſrael: ⁊ fugerunt vnuſquiſq; in tentoꝛia ſua. Amaz'iabu vero regem iebude filium ieboas filij acbaz'iabu cepit ieboas rex iſrael in betbſemes: ⁊ adduxit eum in ieruſalem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ venerunt ieruſalaim. uictores. ⁊ interrupit ioas rex iſrael. murũ ieruſalaim a poꝛta epb'raim vſq; ad poꝛtam anguli quadringentis cubitis. Tulitq; omne auꝝ ⁊ argentũ ⁊ omnia vaſa que inuenta ſunt in domo domini ⁊ in theſauris domꝰ regis / ⁊ filios obſides. Iuxta hebræum habetur. ⁊ filios fideiuſſoꝝ. inſinuatur enim ꝑ hoc q͂ multi in ieruſalem fideiuſſerũt regi iſrael pro pace cum eo / & propterea dederunt filios obſides. ⁊ reuerſus eſt in ſomeron. Reliquũ aũt verboꝝ ieboas que fecit / ⁊ foꝛtitudo eiꝰ qua pugnauit. Legendum eſt. ⁊ qua pugnauit cũ amaz'iabu rege iebude: nõne ipſa ſcripta ſunt in libꝛo verboꝝ dieꝝ regũ iſrael (multa enim fuit fortitudo huius ioas contra ſyros: & illi accumulatur fortitudo contra amaziã. Doꝛmiuitq; ieboas cũ patribꝰ ſuis / ⁊ ſepultꝰ eſt in ſomeron cũ regibꝰ iſrael: ⁊ regnauit iarobbam filiꝰ eiꝰ pro eo.

¶ Vixit aũt amaz'iabu filiꝰ ioas rex iebude poſtq̃ moꝛtuꝰ eſt ieboas filius iebo'acbaz rex iſrael vigintiq̃nq; annis. Corrupta eſt litera: legendum eſt. qndecim annis. ſic enim habetur in hebræo. Et fit mentio numeri annorum quibus ſuperſtes fuit amazias, tum ad inſinuandum q͂ mortuo ioas rege iſrael coniuratio facta eſt contra amaziam & fugit ad ciuitatem lachis in qua uixit multis annis: tum ad inſinuandum tempus quo regnare cœpit hazarias filius amaziæ / uidelicet poſt mortem ioas & fugam patris: quæ infra bieñium uel circa poſt mortem ioas fuit / ut ſubiuncta in ſequenti capitulo innuunt. Reliquum aũt verboꝛum amaz'iabu: nonne ipſa ſcripta ſunt in

libro verboꝝ dieꝝ regum iehude? Factaqꝫ eſt contra eum coniuratio i ieruſalaim/⁊ fugit i lachis: miſerūtqꝫ poſt eū in lachis/⁊ interfecerūt eū ibi. in fine duodecim annorum a fuga. Et aſportauerūt eū in eqs: ſepultuſqꝫ ē i ieruſalaim cū patribꝰ ſuis in ciuitate dauid. Tulit aūt totus populꝰ iehude hazariam/annos natum ſedecim: ⁊ conſtituerūt eū regem pro patre eiꝰ amaziahu. Vt ſubiuncta innuunt/uiuente adhuc amazia factus eſt a populo rex filius eius hazarias: qui alio nomine uocatur ozias. Ipſe edificauit elath/⁊ reſtituit eam iehude: poſtqꝫ dormiuit rex cū patribꝰ ſuis. Niſi hazarias fuiſſet etiā rex uiuente patre/nequaq̄ ſcriberet ꝙ reſtituit elath iudæ poſtq̄ mortuus eſt pater: ad differentiam ſiquidem temporis quo regnauit uiuente patre/dicitur poſtq̄ iacuit rex.

Anno qntodecimo amaziahu filij ioas regis iehude: regnauit iarobham filiꝰ ioas ſuper iſrael in ſomeron quadraginta ⁊ vno annis. Supputa hinc initium regni ieroboham ex quo regnauit ſuccedens patri. Et fecit malū in oculis domini: non declinauit ab omnibꝰ peccatis iarobham filij nebat/q peccare fecit iſraelem. Ipſe reſtituit terminū iſrael/ab introitu chamath vſqꝫ ad mare ſolitudinis: iuxta ſermonem domini dei iſrael/quem locutꝰ eſt in manu ſerui ſui ione filij amitthai prophete. Aiunt hunc eſſe ionā qui inter duodecim cōnumeratur prophetas. q erat de ghath. Si hoc uerum eſt, non fuit iſte filius mulieris ſunamithis reſuſcitatus ab eliſæo/nec filius uiduæ ſarepthanæ reſuſcitatus ab elia: ſicut nec ſunem nec ſareptha ē ciuitas ghath. que ē i ophir. Hebraice habetur. chepher. Ad differentiam ghath ciuitatis peliſthinoꝝ (quæ dicebat̃ abſolute ghath) adiungit̃ appoſitiue chepher/dicēdo de ghath chepher. Vidit enim dominus afflictionem iſrael. Rationem reddit author (uel forte ipſe ionas) uictoriarum ieroboham. amaram nimis. Hebraice habet̃. mutabilem valde. hoc eſt quæ facile in uarias mutatiōes agebat̃ ab hoſtibus. ⁊ ꝙ conſumpti eſſent vſqꝫ ad clauſos carceris ⁊ extremos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non retentꝰ ⁊ non relictꝰ/⁊ nō auxilians iſraeli. Et nō locutꝰ eſt dominus ad delendū nomen iſrael de ſub celo: ⁊ ſaluauit eos in manu iarobham filij ioas. Reuoca ad memoriam repetitas prophetias a tempore ierobohā primi regis idolatræ cōminantes ꝙ in iſrael nec retentus nec relictus erit: & perpende narrari nunc adimpletas fuiſſe prophetias/ dicendo ꝙ non retentus neqꝫ derelictus. Et eſt hyperbolica locutio/ſignificans defeciſſe omnes tam retentos in frequentia ciuium q̄ habitos pro derelictis. pauciſſimi enim remanſerant in iſrael/ut numerus eorum in præcedenti ſcriptus capitulo teſtatur: & propterea tanq̄ executa cōminatione narratur diuina gratia ut non penitus deleretur nomen regni iſrael.

¶ Reliquum autem verborum iarobham ⁊ omnia que fecit ⁊ fortitudo eiꝰ qua pugnauit/⁊ qua reſtituit damaſcum ⁊ chamath iehude in iſrael. Non dicitur reſtituit iudæ/ſed reſtituit iudæ in iſrael: quia

non regno iudæ(cuius olim/tempore ſcilicet priſcorum regum fuerant)ſed regno iſrael tanꝙ̄ ſuccedenti loco iudæ reſtituit. nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iſrael? Dormiuitq; iarobbā cum patribus ſuis/cum regibus iſrael: ⁊ regnauit zechar'ia filius ei⁹ pro eo.

CAPVT .XV.

IN anno vigeſimoſeptimo iarobbā regis iſrael:regnauit hazar'ia filius amaz'ie regis iehude. Aduerte prudens lector ꝙ ſi hoc intelligatur ſecundum ſupputationem ānorum ſcriptam/manifeſte ſequitur uacaſſe regnum iudæ ānis duodecim.nam ut in præcedenti ſcriptum eſt capitulo/iſte ierobobam cœpit regnare āno qntodecimo amaziæ regis iudæ: qui regnauit ānis uiginti nouē/ut in principio præcedentis capituli ſcribitur.ab ultimo ergo āno amaziæ uſq; ad uigeſimumſeptimum annum ieroboham fluxerunt anni duodecim: ac per hoc iuxta iſtam literam duodecim annis uacauit regnum iudæ.Quod non eſſe ueꝝ/ſcripta in præcedenti capitulo de iſto hazaria inſinuant: ſonantia ꝙ incœpit regnare etiam uiuente patre:nullum ergo fuit tēpus uacationis regni iudæ. ¶ Qua ueritate ſuppoſita reſtat per hanc ſcripturam intelligendum ſignificari ꝙ iſte ieroboham corregnauit patri ſuo ioas annis duodecim: & iſtum uigeſimumſeptimum annum ſupputari non ab initio quo regnauit ieroboham ſuccedens patri / ſed ab initio quo regnauit corregnando patri. Conſonat autem ſcriptis in præcedenti capitulo ꝙ ieroboham corregnauerit patri: eo ꝙ ei attribuitur ſalus iſraelis deſtructi uſq; ad retentos & derelictos/quæ tamen deſtructio fuerat tempore aui eius ioachaz.hoc enim eſt ſignum ꝙ ipſe ieroboham tempore patris ſui ioas ſaluauerit populum/& corregnauerit poſt quartum ipſius ioas annum. Eſt itaq; ſenſus literæ ꝙ anno uigeſimoſeptimo a tempore quo corregnauit patri ieroboham rex iſrael/regnauit hoc eſt regnare incœpit tanꝙ̄ ſuccedens patri hazarias. & dicimus tanꝙ̄ ſuccedens patri/ad differentiam annorum quibus etiam ipſe hazarias regnauit uiuente patre. Filius ſedecim annorum erat cum regnare incepit.uiuente patre.Ita ꝙ in his duabus lineis diuerſimode ſumitur regnare hazariæ. nam ætas ſedecim annorum refert̄ ad initium regni eius uiuente patre: uigeſimuſſeptimus autem annus ieroboham refertur ad initium regni eius mortuo patre. ⁊ quinquagintaduobus annis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eius/iechol'iahu de ieruſalaim.

¶ Fecitq; rectū in oculis domini: iuxta omnia que fecit amaz'iahu pater eius.Aſſimilatur rectitudo hazariæ rectitudini amaziæ patris quo ad hoc ꝙ uterq; fuit bonus in principio regni ſui ſed poſtea uterq; peccauit. Veruntamen excelſa non abſtulerunt: adhuc populus immolabat ⁊ thurificabat in excelſis. Percuſſit autem dominus regē/⁊ fuit leproſus vſq; ad diem mortis ſue.De hac percuſſione & lepra ſcribitur

Digitized by Google

diffuſe in.2.parali.ca.26. ⁊ habitabat in domo libera ſeorſum. Supfuit
ſeorſum.& appellatur domus libera a frequentia hominum & occupatiõe nego-
ciorum regni. iothham vero filius regis gubernabat palatium/ iudi-
cans populum terre. Reliquum autem verborum hazar'ie ⁊ oĩa
que fecit: nõne ipſa ſcripta ſunt in libro verboꝝ dierum regũ ie-
hude? Et dormiuit hazar'ia cum patribus ſuis/ ⁊ ſepelierũt eum
cum patribus ſuis in ciuitate dauid: regnauitqꝫ iothham filius eiꝰ
pro eo.

ANno trigeſimooctauo hazar'iahu regis iehude: regnauit
zechar'iahu filius iarobham ſuper iſrael in ſomeron ſex men-
ſibus. Aduerte prudens lector ꝙ ſi ſpectetur ad annos ſcriptos, inuenitur ua-
caſſe regnum iſrael annis uigintiquattuor. nam a uigeſimoſeptimo anno iero-
boham inchoando annos hazariæ/ ſequitur manifeſte ieroboham mortuum
fuiſſe quartodecimo anno hazariæ (regnauit enim ieroboham uno & quadra-
ginta annis) & ſic a quartodecimo anno hazariæ uſqꝫ ad trigeſimumoctauum
annum eiuſdem uacaſſe regnum iſrael uigintiquattuor annis. quod eſſe fal-
ſum/teſtantur tot uſurpatores regni iſrael in hoc capitulo ſubiuncti poſt mor-
tem ieroboham. Ad euitandum igitur hoc/intelligimus per hanc literam ſignifi-
cari ꝙ hazarias decimooctauo anno amaziæ patris ſui cœperit regnare. ſic enim
trigeſimuſoctauus annus regni eius inuenitur quadrageſimuſprimus ãnus regni
ieroboham: utpote qui cœpit regnare anno quintodecimo eiuſdem amaziæ re-
gis iudæ. Ita ꝙ iſte zecharias filius ieroboham ſtatim ſucceſſit patri defuncto/&
ſex duntaxat menſibus regnauit. Et fecit malum ĩ oculis domini/ſicut
fecerant patres eius: non declinauit a peccatis iarobham filij ne-
bat/qui peccare fecit iſraelem.

¶ Coniurauit autem cõtra eum ſallum filius iabes /percuſſitqꝫ
eum palam. Iuxta hebræum habetur. coram populo ⁊ occidit eum: re-
gnauitqꝫ pro eo. Sententia eſt clara: & ſic terminata eſt progenies regum ex
domo iehu. Reliqua autem verborum zechar'iahu /ecce ipſa ſcri-
pta ſunt in libro verborum dierum regũ iſrael. Hoc eſt verbum
domini quod locutus fuerat ad iehu dicendo/filij quarti ſedebũt
tibi ſuper ſolium iſrael: ⁊ fuit ſic.

SAllum autem filiꝰ iabes regnauit trigeſimonono ãno huzi'ie
regis iehude: regnauitqꝫ vno menſe in ſomeron. Et aſcendit
menachem filius ghadi de thirza ⁊ venit in ſomeron/ ⁊ percuſſit
ſallum filium iabes in ſomeron: interfecitqꝫ eũ ⁊ regnauit pro eo.
Reliquum autem verborum ſallum ⁊ coniuratio eius qua con-
iurauit: ecce ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum
iſrael. Tunc percuſſit menachem thiphſach ⁊ omnes qui erant
in ea: Nomen ciuitatis eſt thiphſach. ⁊ terminos eius de therſa. Legendũ
eſt. a thirza/quia nõ apuerat percuſſit. Et nomen eſt ciuitatis alterius ex
qua oriundus erat iſte rex. deſcribitur enim ꝙ percuſſit terminos illius uicinæ ci

Digitized by Google

uitatis quæ noluerat illi aperire portas ad recipiendum eum in regem usq; ad terminos eius conterminos thirzæ. ⁊ omnes prægnantes eius ſcidit.

Anno trigeſimonono hazar'ie regis iehude: regnauit menachem filius ghadi ſuper iſrael decem annis in ſomeron. Fecitq; malum in oculis domini: non receſſit a peccatis iarobham filij nebat/qui peccare fecit iſraelem omnibus dieb9 ſuis. ⁊ Veniebat phul rex aſſyriorum in therſa. Legendũ eſſet. Venit pul rex aſſur ſuper terram. & non dicitur ꝙ uenit in therſa. An autem uenerit inuocatus a nouo rege iſrael ut fauore eius firmaretur in regno / an uenerit oppreſſurus regnum iſrael & placatus argento ac ſubmiſſione regis iſrael non aliter oppreſſerit, nõ eſt uſq;quaq; perſpicuum. Stylus tamen hebraicus inſinuat ꝙ uenit uocatus a rege iſrael. familiaris ſiquidem eſt hebraico ſtylo præpoſterus ordo: & propterea ſignificatur prius factum quod poſtea narratur/uc;. ⁊ dabat. Legendum eſt. ⁊ dedit menachem pul mille talenta argenti: ut eſſent manus eius cum eo ad firmandum regnum in manu eius. & ſic rex aſſyriorum uenit in terram iſrael in fauorẽ noui regis. Indixitq; menachem argentum ſuper iſrael / cunctis potentibus ⁊ diuitibus. Superfluit & diuitibus. ita ꝙ hebraice nihil aliud habetur niſi. ſuper iſrael/ſup cunctos potentes fortitudinis. Et niſi appoſitiue legat/indixit argentũ & ſuper populum & ſuper principes exercitus qui ſoliti erant lucrari. Nõ deſunt tamen qui dictionem interpretatam fortitudinis interpretantur ſubſtantiam/intelligendo per potentes ſubſtãtiæ homines diuites. ad dandum regi aſſur quinquaginta ſiclos argenti per ſingulos. Hebraice habetur. per uirum unum. proculdubio prædictorum potentum: hoc eſt ut unuſquiſq; eorum ſolueret quinquaginta ſiclos argenti. reuerſuſq; eſt rex aſſur/ ⁊ nõ ſtetit ibi in therza. Legendum eſt. in terra. ſubaudi iſrael. Reliquum autem verborum menachem ⁊ omnia que fecit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regũ iſrael? Dormiuitq; menachem cum patribus ſuis: ⁊ regnauit pecach'ia filius eius pro eo.

Anno qnquageſimo hazar'ie regis iehude: regnauit pecach'ia filius menachem ſuper iſrael in ſomeron duobus annis: Fecitq; malũ in oculis dñi: non declinauit a peccatis iarobham filij nebat qui peccare fecit iſraelem. Cõiurauit autem ↄtra eum phacee filius remal'iahu dux eius. Pertranſeo corrupta uocabula nominum propriorum: hic enim appellatur pecach/ſed iam conſueuimus ipſum appellare phacee. ⁊ percuſſit eum in ſomeron in turre domus regie. Appellatam turrim aiunt ſonare palatium: in proprio enim palatio occiſus narrat. iuxta argob ⁊ iuxta ariph. Hebraice habetur. cum arghob ⁊ cũ ar'ie. Nomina propria uirorum exiſtentium cum rege & percuſſorum cum eo ſunt. ⁊ cum eo quinquaginta viros. Legendum eſt. ⁊ cum eo quinquaginta viri de filijs ghiliaditaz. prius enim deſcripſit ſocios regis & poſtea ſocios interfectoris. Hæc tamen non ut omnino aſſerta accipe: poſſunt enim hæc aliter

& legi & intelligi quo ad ꝯpcuſſores & ꝯpcuſſés. interfecitq; eũ ⁊ regnauit pro eo. Reliquum aũt verboꝝ pecach'ie ⁊ oĩa que fecit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iſrael?

Anno quinquageſimo ſecundo hazar'ie regis iehude: regnauit pecach fili⁹ remal'iahu ſuper iſrael in ſomeron viginti annis. Fecitq; malũ ĩ oculis dñi: nõ declinauit a pctis iarobhã filij nebat/q peccare fecit iſraelẽ. In dieb⁹ pecach regis iſrael/ venit thig'lath'pil'eſer rex aſſur ⁊ cepit hi'on ⁊ abel'bethmahacham ⁊ ianoach ⁊ cedes ⁊ chazor ⁊ ghilhad ⁊ ghalilam/ totam terram naphthali: ⁊ tranſtulit eos in aſſur. Iſta fuit prima captiuitas iſraelis in aſſyrios/quã oportet ãnotare ꝓ intelligẽtia ſcripturaꝝ: ex hac.n. captiuitate nũꝗ̃ redierũt. Cõiurauit aũt ⁊ tetẽdit ĩſidias. Iuxta hebræũ habet. Et ꝯiurauit ꝯiuratiõe. gaudet.n. hebraica lingua hoc loquẽdi mõ. hoſcah fili⁹ cle ꝯtra pecach filiũ remal'iahu/ ⁊ pcuſſit eũ ⁊ iterfecit eũ/ ⁊ regnauit pro eo: ãno vigeſimo iotham filij huzi'ie. Qui hactenus uocatus eſt hazarias/mõ uocat̃ huzias. Vigeſimũ aũt annũ ãnotabis pp ſubiuncta: uꝫ ꝙ iſte iotham regnauit anno ſecundo phacee & ſedecim ãnis regnauit. Hinc.n. quæſtio orit̃: qa ſecundũ hæc ſubiuncta/iotham nõ puenit ad ultimũ annũ phacee/ſed ad decimumſeptimum illius annũ duntaxat: quõ ergo uerificat̃ ꝙ uigeſimo anno ipſius iotham regnauerit hoſeas interfector & ſucceſſor phacee. ¶ Et aduerte ꝙ eſt hic duplex difficultas. altera uerificãdi annũ uigeſimũ iotham/cũ inferius ſcribãt̃ tm̃ ſedecim. altera uerificãdi ꝙ iotham ſupſtes fuerit phacee. Solutio primæ difficultatis facilis eſt / diſtinguendo de annis quibus regnauit poſt mortem patris (iſti enim dicuntur ſedecim) & de annis quibus regnauit ſupputato tempore quo regnauit cũ patre leproſo. ſed altera difficultas ex hoc nõ ſoluitur: quoniam a ſecundo ãno phacee quo mortuus eſt huzias pater iotham ſupputando annos ſedecim/non peruenitur ad uigeſimum annum regni phacee: ac per hoc non uerificatur ꝙ iotham uiuus fuerit poſt mortem phacee incipiente regnare hoſea. Reſtat ergo intelligendum per hæc omnia ſcripta ſimul iuncta ꝙ hoſeas cœperit regnare uiuente phacee/ita ꝙ etiam uiuente phacee regnum eius ſupputat̃: & dicitur ꝙ regnauit uigeſimo anno iotham ab initio quo corregnauit patri. & quia neſcimus quot annis corregnauerit patri/incertum remanet tempus quo hoſeas incœpit regnare regnante quoq; phacee: neſcimus quoq; quotus annus illorum ſedecim iotham fuerit iſte uigeſimus. & cum iſtis omnibus falſum ſupponitur/uidelicet ꝙ iotham ſuperſtes fuerit phacee: contrarium enim uerum fuiſſe patet in ſequenti capitulo. Vigeſimus itaq; iſte annus iotham nihil habet certi niſi ꝙ erat uigeſimus a lepra huziæ: ex tunc enim iotham inchoauit regium officiũ. Reliquũ aũt verboꝝ pecach ⁊ oĩa que fecit: cccc ipſa ſcripta ſunt ĩ libro verborum dierum regum iſrael.

Anno ſecũdo pecach filij remal'iahu regis iſrael: regnauit iotham fili⁹ huzi'iahu regis iehude. Fili⁹ vigintiqnq; annoꝝ erat cũ regnare cepit/ ⁊ ſedecim ãnis regnauit in ieruſalaim: ⁊ no

men mr̄is eiꝰ ieruſa filia ʒadoc. Fecitqꝫ rectum in oculis domini: iuxta oīa que fecit huʒiahu pr̄ eiꝰ fecit. Intellige nō quo ad bonum & malū/ſed dūtaxat quo ad bonū. Verūtamen excelſa nō abſtulerūt/adhuc populꝰ imolabat ⁊ thurificabat i excelſis. Ab itegritate pfectæ rectitudinis tēporis iotham excipit̄ ꝙ excelſa nō abſtulerūt/i qbus tamē uero deo ſacrificabat̄. ipſe edificauit portā domꝰ dn̄i ſublimiſſimā. Hebraice hr̄. excelſam. Inſignis porta ſignificat̄. Reliquū aūt verboꝝ iotham ⁊ oīa que fecit: nōne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iehude?

In diebꝰ illis cepit dn̄s mittere i iehudā reʒin regē ſyrie: ⁊ pecach filiū remaliahu. An demōſtrent̄ dies iotham an dies filij eius/nō ē uſqꝫquaqꝫ clarū: qa tn̄ lr̄a ſonat tp̄s iotham/pōderandū eſt uerbū cœpit mittere, ut intelligamus ꝙ nō miſit ſed cœpit mittere. Ita ꝙ initiū ueniēdi ad bellū aduerſus iudā fuerit tp̄e iotham/executio aūt tp̄e filij: ut in ſequenti ſubiūgit̄ capitulo. diſpoſuerūt enim hi duo reges rezin & phacee pugnare ꝯtra iudā uiuēte iotham/ uenerūt aūt ipſo mortuo tp̄e achaz filij eius. ¶ Et nota ꝙ quēadmodū ſupius in ca. 10. ſcriptū eſt ꝙ cœpit dn̄s excidere iſrael/ita mō dr̄ ꝙ cœpit dominus punire iudā: utrunqꝫ enim regnū pollutū erat multa idolatria. Et initia punitionis utriuſqꝫ ſcripta ſunt ad manifeſtandū nobis ꝙ deus pedetentim ꝓceſſit puniendo uſqꝫ ad eiectionem utriuſqꝫ ex terra ꝓmiſſionis. Dormiuitqꝫ iotham cū pr̄ibꝰ ſuis/ſepultuſqꝫ ē cū eis in ciuitate dauid pr̄is ſui: ⁊ regnauit achaʒ filiꝰ eius pro eo.

CAPVT .XVI.

In āno decimoſeptimo pecach filij remaliahu: regnauit achaʒ filiꝰ iotham regis iehude. Et hic & ex ſubiūcto bello phacee ꝯtra achaz clare patet ꝙ iotham pr̄ achaz mortuus ē uiuēte & regnāte phacee rege iſrael: ac ꝑ hoc ut diximus hoſeā corregnaſſe ipſi phacee. Filiꝰ viginti ānoꝝ erat achaʒ cū regnare cepit/⁊ ſedecim ānis regnauit i ieruſalaim: ⁊ nō fecit rectū i oculis dn̄i dei ſui ſicut dauid pr̄ eiꝰ. Sed ambulauit i vijs regū iſrael. hoc eſt idolatriā ſectādo. iſup ⁊ filiū ſuū ꝯſecrauit trāſferēs ꝑ ignē. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ ēt filiū ſuū fecit trāſire i igne. Nō ſignificat̄ occiſio ſed trāſitus filij ꝑ ignē. cærimonia idolatriæ erat. ſecundū idola gentiū que diſſipauit dn̄s. Hebraice habet̄. ſicut abominatiōes gentiū quas expulit dn̄s a facie filioꝝ iſrael. Hinc clare patet ad idolatriæ cultū ſpectaſſe tranſitū filij ꝑ ignē. Immolabat quoqꝫ ⁊ thurificabat i excelſis ⁊ ſup colles: ⁊ ſub oī arbore frondoſa. Ex eo ꝙ nō dicit̄ (quemadmodū ſcriptū eſt de tēpore alioꝝ regū) ꝙ excelſa nō abſtulerūt/ſed dicit̄ ꝙ immolabat in excælſis &c. inſinuatur ꝙ promiſcue quibuſcunqꝫ dijs in locis nominatis ſacrificabat.

Tunc aſcendit reʒin rex ſyrie ⁊ pecach filius remaliahu rex iſrael in ieruſalaim ad bellū. Significanter ſcribit̄ tunc/ad inſinuan-

Digitized by Google

dum hanc eſſe executionē diuinæ miſſionis ſcriptæ in calce capituli præceden‑tis. obſederuntqꝫ achaz/ ⁊ non valuerunt ſuperare eum. quo ad expugnationem ciuitatis ieruſalem. nam præualuerunt quo ad alia multa & magna ualde/quæ hic tacentur ſed ſcribuntur in.2.parali.ca.28. ¶ In tempore illo reſtituit rezin rex ſyrie elath ſyrie/ ⁊ eiecit iehudeos de eloth. Pars uictoriæ regis ſyriæ ſcribitur. ⁊ idumei ⁊ ſyri. Iuxta hebræum habetur. ⁊ aromim venerunt in elath/⁊ habitauerunt ibi vſqꝫ ad diē hāc. Aromim eſt nomen nationis eorum qui uenerunt ad habitandum in elath.

¶ Miſit autem achaz nuncios ad thig'lath'peleſer regē aſſur dicendo: ſeruus tuus ⁊ filius tuus ſum/aſcende ⁊ ſaluum me fac de manu regis ſyrie ⁊ de manu regis iſrael qui ſurrexerūt aduerſum me. Tulitqꝫ achaz argentum ⁊ aurum quod inuentum eſt in domo domini ⁊ in theſauris domus regis: ⁊ miſit regi aſſur munꝰ. Omittuntur hic multa quæ paſſus eſt achaz a rege iſrael & a rege ſyriæ / relata in paralipomenis. ommittitur quoqꝫ diuina miſſio eſaiæ prophetæ ad achaz/ſcripta eſa.ca.7. ¶ Et exaudiuit eum rex aſſur: aſcenditqꝫ rex aſſur in damaſcum ⁊ vaſtauit eam. Iuxta hebræum habetur. ⁊ cepit eam. nihilqꝫ dicitur de deſtructione ciuitatis. ⁊ tranſtulit habitatores eius cirenē. Iuxta hebræum habet. ad cir. Nomē eſt regionis. ⁊ rezin iterfecit.

¶ Perrexitqꝫ rex achaz i occurſum thig'lath'pil'eſer regis aſſur. Tacentur hic geſta a rege aſſyriorum aduerſus regem iſrael: nam ab utroqꝫ liberari petierat achaz. i damaſcum. Hinc patet ꝙ poſt uictoriam regis aſſyrioꝝ iuit achaz obuiam regi aſſyriorum. Viditqꝫ altare quod erat i damaſco/ ⁊ miſit rex achaz ad vri'iam ſacerdotem exemplar altaris ⁊ ſimilitudinē iuxta oē opꝰ eiꝰ. Legendum eſſet. ſimilitudinē altaris ⁊ figuram eiꝰ ad omne opꝰ eiꝰ. exacte enim retraxit ſimilitudinem altaris ſecundum materiam/qualitatem/quantitatem & cælaturas. Extruxitqꝫ vri'ia ſacerdos altare: iuxta oīa que miſerat rex achaz de damaſco/ ſic fecit vri'ia ſacerdos donec venit rex achaz de damaſco.

¶ Cumqꝫ veniſſet rex de damaſco/ vidit altare: ⁊ veneratus eſt illud. Iuxta hebræum habetur. ⁊ appropinquauit rex ſuper altare/ ⁊ aſcendit ſuper illud. Hæc uerba aliud ſignificant ſecundum ſe & aliud ſecundum appropriationem. nam appropriantur ad ſignificandum actiones cultus/uidelicet offerre & immolare ſuper altare in genere: deinde in ſpecie ſubditur. Et immolauit holocauſta ⁊ ſacrificium ſuum. Iuxta hebræum habetur. Et ſuffiuit holocauſtum ſuum ⁊ munus ſuum. Ita tamen ut per ſuffire intelligas inſtar thuris cremare. ⁊ libauit libamen ſuum: ⁊ aſperſit ſanguinem pacificorum que erant ei ſuper altare. Porro altare ereū qđ erat corā dn̄o. quod fecerat ſalomon. trāſtulit de facie templi ⁊ de loco altaris ⁊ de loco tēpli dn̄i. Iuxta hebraū hr̄. fecit appropinqre a cū facie domꝰ ab iter altare ⁊ ab iter domū iehouah. Inſinuant duo. alteꝝ ꝙ altare nouū ad iſtar altaris damaſceni ꝯſtructū fuerat a ſum‑

mo ſacerdote abſq; deſtructione altaris æreí facti a ſalomone : ꝯſtructũ aũt fuerat in loco ante altare æreũ uerſus populũ/ita ꝙ altare ſalomonis remanſerat mediũ inter altare nouũ & domũ dei. Alterꝫ ꝙ ex hoc loco medio iuſſit achaz rex amo- ueri altare ſalomonis/ quod dicitur æreũ : ad inſinuandũ ꝙ hoc altare nouũ non erat æreum ſed lapideum ex lapide ſecto/contra diuinã legem. poſuitq; illud ex latere altaris. Hebraice habetur. ſuper coram altaris . proculdubio noui. ad aquilonem. ut intelligamus ꝙ nec collaterale poſuit illud/ſed in parte inferiore. ¶ Præcepit quoq; rex achaz vri'ie ſacerdoti dicendo: ſuper altare maius. Iuxta hebræum habetur. ſup altare magnum ſuffi holocauſtum matutinum & munus veſpertinũ/ & holocauſtum regis & mun⁹ eius/ & holocauſtum totius populi terre & munus eorum & libamina eorum, & omnem ſanguinem holocauſti & omnem ſanguinem ſacrificij ſuper illud aſperges: altare vero ereum erit ad requiſitiõem meam. Et hinc inſinuatur ꝙ altare nouum erat altare maius altari æreo: mandaturq; ſacerdoti ut utatur altari nouo / & pro derelicto habeat altare æreum. Fecitq; vri'ia ſacerdos iuxta omnia que præ- ceperat rex achaz.

¶ Tulit aũt rex achaz celatas baſes. Hebraice habeť. Et incidit rex achaz clauſuras baſiũ. Vt penitus deſtrueret ordinẽ diuini cultus a lege & pribus ſanciũ/ nõ abſtulit ſed præcidit baſes æreas cõſtructas a ſalomone ibidẽ. & luterẽ q erat deſup. Iuxta hebræũ hť. & abſtulit a ſup eas & ꝯchã. Ordine præpoſtero narrať ablata uniuerſa quæ erãt ſup baſem uſq; ad ꝯchã icluſiue fuiſſe/& abſciſſas clauſuras eaꝝ. & mare depõi fecit de bob⁹ ereis q erãt ſub eo: & poſuit ipſuz ſup pauimẽtũ lapideũ. Muſach quoq; ſabbati qđ edificauerat ĩ tẽplo & ĩgreſſum regis exteri⁹/ ꝯuertit ĩ tẽplũ dñi: pp regẽ aſſyrioꝝ. Iuxta hebræum hť. Et tectũ ſabbati qđ edificauerũt ĩ domo & ĩgreſſum regis foris/fecit circũdare domũ iehouah: a facie regis aſſur. Hæc ultima pticula (ucꝫ a facie regis aſſur) referť ad oĩa antecedẽtia. redditť.n. rõ quare achaz abſtulit altare æreũ & deſtruxit baſes &c. ucꝫ timore regis aſſyrioꝝ/ne ab eo diſcreparet ĩ religiõis cultu. Exoſus eniꝫ erat regi aſſyrioꝝ cultus diuinus ſecũdũ legẽ moſis: pp qđ ẽt ut paralipomena teſtantur/ clauſit achaz ianuas tẽpli facti a ſalomone. inter alia aũt exoſa regi aſſyriorum inſinuatur hoc: uidelicet ꝙ extra templum ante faciem ipſius templi immolabantur ſacrificia ſecundum legem moſis: ethnici enim in templis deorum ſuorum immolabãt. & propterea achaz ſpatium ambiens altare nouũ & locum in quo manebat rex ingreſſus ad ſacrificia & locum tectum pro ſabbatis/quæ loca erãt foris (hoc eſt extra templũ) redegit in templũ iehouah: ut ſacrificia imolarenť intra templũ more ethnicoꝝ/& rex & illi qui ſoliti erãt manere ſub tecto intra templum eſſent. Hic eſt ſenſus literalis huius partis. Tectum autem ſabbati an fuerit pro optimatibus & ſacerdotibus maiori frequentia concurrentibus ſabbato/uel etiam pro populo ad ꝓtegendũ a pluuia ſabbatis quãdo cõcurſus erat populi & deuotarum præcipue perſonarum, incertum eſt.

¶ Reliquum autem verborum achaz que fecit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iehude? Dormiuitq3 achaz cum patribus ſuis/ꝛ ſepultus eſt cũ eis in ciuitate dauid. In ambitu ſion ſepultus hic ſcribitur / qui in paralipomenis negatur ſepultus in ſepulchris regũ: quia quãuis excluſus fuerit a cœmiterio regũ/nõ tamen fuit excluſus ab ambitu mõtis ſion. ꝛ regnauit chizci'iahu fili⁹ ei⁹ pro eo.

CAPVT .XVII.

ANno duodecimo achaz regis iehude: regnauit hoſeah filius ele in ſomeron ſup iſrael nouẽ annis. Quæſtio ſtatim oritur quomodo uerificatur hoc: cum ſuperius in ca. 15. ſcriptum ſit ꝙ iſte hoſeas regnauit anno uigeſimo iotham qui fuit pater achaz. Solutio eſt ꝙ duo initia regni hoſeæ ſcribuntur. alterum quo inchoauit regnare uiuente phacee rege ẽt iſrael: & hoc ſcriptũ eſt ca. 15. alterum quo cœpit regnare ſolus: & hoc ſcribitur hic. Et quoniam a morte phacee uſq; ad duodecimum annum achaz fluxerunt octo anni (ut patet ſupputanti) inſinuatur ex iſtis annis ſcriptis ꝙ regnum iſrael uacauit annis octo / ita ꝙ ſedes regia fuit ſine rege/ita ꝙ interruptum fuit regnum hoſeæ inchoatũ tẽpore phacee. Quare autem/non eſt ſcriptum. cõijcere tamen poſſumus ꝙ rex aſſyriorum audita coniuratione hoſeæ cõtra phacee & ꝙ interfecerit eũ/pſecutus fuerit hoſeã: ac p hoc interruptũ fuerit regnũ hoſeæ & nõ incœpit regnare ſolus ãno quarto ſeu quinto achaz regis iudæ: poſtea aũt mortuo thiglathphalaſar rege aſſyriorꝫ hoſeas aſſumpſerit regnũ ãno duodecimo achaz. Fecitq3 malũ i oculis dñi: veruntamen non ſicut reges iſrael qui fuerunt ante eũ. Minus malum feciſſe hunc regem / ſed quid fuerit illud minus malum non ſcribitur.

¶ Contra eum aſcendit ſalman'eſer rex aſſur. Mortuo itaq; thiglathphalaſar perſecutore hoſeæ, cum hoſeas regnare cœpiſſet/ſalman'eſer rex aſſyriorum aſcendit contra hoſeam. ꝛ factus eſt ei hoſeah ſeruus. Submiſit collũ iugo hoſeas/impar regi aſſyriorum. reddebatq3 ei tributa. Iuxta hebræũ habetur. munus. proculdubio tributarium: deſcribitur. n. per hoc qualitas ſeruitutis. Cunq3 deprehendiſſet rex aſſyriorum hoſee ꝙ rebellare nitens miſiſſet nuncios ad ſoa regẽ egypti/ne preſtaret tributa regi aſſyriorum ſicut ſingulis annis ſolitus erat. Iuxta hebræum habetur. Et inuenit rex aſſur in hoſeah coniurationem qua miſit nuncios ad ſo regem egypti/ꝛ non fecit aſcendere munus regi aſſur annuatim. Non temere ſed inuenta coniuratione/compertis nuncijs ad regem ægypti & experta non redditione tributi motus rex aſſyriorum ſignificatur. coniurationem autem intellige ad rebellionem a rege aſſyriorum. obſedit eum/ꝛ vinctum miſit in carcerem. Iuxta hebræum habetur. ꝛ ſtrinxit eum rex aſſur/ꝛ vinxit eum in domo carceris. Quod ultimo factum eſt/

prius narratur : & poſtea more ſolito narratur modus quo res hæc facta eſt.
Peruagatuſq; eſt oēm terrā. Iuxta hebræū hr̄. Et aſcēdit rex aſſur
in omnem terram . proculdubio regni iſrael . aſcenditq; in ſomeron/ꝛ
obſedit eam tribus annis. Ecce modus quo ſtrinxit regem ac uinxit eum:
longa enim obſidione cæpit tandem ſamariam cum rege. ¶ Anno aūt nono
hoſeah cepit rex aſſur ſomeron/ꝛ tranſtulit iſrael in aſſur. Hæc fuit
ultima captiuitas ac deſolatio iſraelis/a qua nunq̄ redierunt. ꝛ habitare fecit
eos in chalach ꝛ in chabor flumine ghozan/in ciuitatibus medo-
rum. Deficit coniunctio: legendum eſt. ꝛ in ciuitatibus madai. Tria loca
narrantur (uidelicet chalach et chabor iuxta flumen ghozan & ciuitates medo-
rum) deputata pro habitatione iſraelitarum. Et hinc apparet fabellas eſſe quæ di
cuntur de clauſis iſraelitis iſtis: ciuitates enim medoꝝ non ſunt obſtruſæ ſed om-
nibus peruiæ. Quocirca iſraelitæ ex locis illis diſperſi ſponte ſunt per uarias mun
di partes in hodiernum uſq; diem. magnam tamen partem eorum ibidem adhuc
manere rationi conſentaneum eſt: eo ꝙ multi ibidem nati / ex incolis effecti ſunt
ciues.

FActūq; eſt cum peccaſſent filij iſrael domino deo ſuo q edu
xerat eos de terra egypti/de ſub manu parhonis regis egy-
pti. Ratio redditur eiectionis iſraelis ex terra promiſſionis/tū ex peccato aduer-
ſus ſummum deum iudicem & gubernatorem eorum : tum ex ingratitudine ad-
uerſus eundem eductorem eorum de ſeruitute pharaonis: tum ex timore aliorum
deorum: tum ex declinatione in præcæpta ethnicorum ad colēdum eorum deos/
ethnicorum autem propter huiuſmodi abominationes conſumptorum a deo co
ram iſraelitis : tum ex obſeruatione decretorum per reges iſrael de cultu uitulo-
rum &c. Dixi ex timore : quia ubi uulgata æditio habet . coluerunt deos
alienos . hebraice dicitur. ꝛ timuerūt elohim alios . Internus enim actus
timoris prius culpatur/& deinde exterior cultus: ſimulq; narratur ꝙ non ſolum
exteriori cultu ſed etiam animo coluerunt alios deos. timor enim internus actus
eſt. Et ambulauerunt in ſtatutis gētium quas eiecerat dominus
a facie filiorum iſrael: ꝛ regum iſrael/quia ſimiliter fecerunt . He-
braice habetur. que fecerunt . narratur enim ꝙ filij ambulauerunt in præcæ-
ptis nō ſolū ethnicoꝝ ſed etiam quæ fecerūt reges iſrael/ ieroboham & achaz &c.
Et irritauerunt filij iſrael verbis nō rectis dominum deū ſuum:
Iuxta hebræum habetur. Et texerunt filij iſrael verba que non recta /
ſuper iehouah elohe ſuum. Quo colore quo pallio uſi fuerint filij iſrael ad
tegendum uerba ſeu facta ſuper iehouah elohe eorum/neſcit̄: ſcriptura de hoc pec-
cato nihil aliud tradit niſi ꝙ palliatis uerbis uel factis aduerſus deum uſi ſunt . ꝛ
edificauerunt ſibi exceiſa in omnibus ciuitatibus ſuis/a turre cu-
ſtodum. in qua ſoli cuſtodes morantur. vſq; ad ciuitatem munitam .
uniuerſa ſiquidem loca habitata compræhendunt̄ a turre in qua ſolus cuſtos ha-
bitat/uſq; ad ciuitatem munitam in qua frequentia magna eſt hominum. Sta-
tuerūtq; ſibi ſtatuas ꝛ lucos: ſuper omnem collem ſublimē ꝛ ſub

Digitized by Google

omni arbore frondoſa. Et thurificauerũt ibi in omnibus excelſis/ ſicut gentes quas tranſtulerat dominus a facie eorum: ⁊ fecerũt verba peſſima irritantes dominum. Res malæ ſignificantur: carẽt enim ſuperlatiuo hebræi. Et coluerunt idola: de quibus dixerat dominus eis/ non facietis rem hanc. Et conteſtatus eſt dominus in iſrael ⁊ in iehuda. Exaggeratur peccatum iſraelis tum ex diuina inhibitiõe / tum ex deſtinatione prophetarum monentium eos. per manum omnium prophetarum/ omnium videntium dicendo: reuertimini a vijs veſtris malis ⁊ cuſtodite precepta mea ⁊ ſtatuta mea, iuxta omnẽ legem quam precepi patribus veſtris/ ⁊ quam miſi ad vos ĩ manu ſeruorum meorum prophetarum. Et nõ audierunt: indurauerũtqꝫ ceruicem ſuam/ iuxta ceruicem patrum ſuorum qui non crediderunt domino deo ſuo. Quamuis in libro primo inter uidentem & prophetam nulla fiat differentia/ hic tamen differentia inſinuatur. & prophetæ quidem appellantur ab officio illi q̃ profitebantur officium uacandi diuinis laudibus & monendi alios ad diuina tanq̃ nuncij dei: uidentes uero illi qui abſqꝫ huiuſmodi officij profeſſione uiſiones diuinarum habebant reuelationum. & per utroſqꝫ moniti/ in ſua perſeuerauerunt obſtinatione. Et contempſerunt ſtatuta eius ⁊ pactum eius quod pepigit cũ patribus eorum/ ⁊ cõteſtationes eius quibus conteſtatus eſt eis: ambulauerũtqꝫ poſt vanitates ⁊ vane egerunt/ ⁊ poſt gentes que erant per circuitum eorum de quibus preceperat dominus vt non facerent ſicut ille. Dereliqueruntqꝫ omnia precepta domini dei ſui, ⁊ fecerũt ſibi conflatile/ duos vitulos: fecerũtqꝫ lucũ ⁊ adorauerũt vniuerſam militiã celi. Hebraice habetur. vniuerſum exercitũ celorum. ſolẽ uidelicet & lunam & ſtellas. appellantur enim exercitus/ quia moſes in principio geneſis ſic appellauerat. ⁊ ſeruierũt bahali. Et conſecrauerũt ei. Legendum eſt. Et fecerũt tranſire filios ſuos ⁊ filias ſuas per ignem. proculdubio ſuperſtitioſe/ ad conſecrandum (ut creditur) prolem alicui opinato deo: qui forte erat ignis ipſe/ ex quo putabant conſtare ſolem & lunam & ſtellas. ⁊ inſeruierunt diuinationibus ⁊ augurijs. Iuxta hebræum habetur. ⁊ incantationibus. Per hæc tamen duo diuinationes & incantationes/ intellige & id genus reliqua. ⁊ tradiderũt ſe. Iuxta hebræũ hebetur. ⁊ vendiderũt ſe ad faciendum malum in oculis domini irritando eum. hoc eſt ad inſtar uendentium ſe/ redegerunt ſe in ſeruitutem faciendi malum.

¶ Iratuſqꝫ eſt dominus valde contra iſrael/ ⁊ remouit eos a facie ſua: non remanſit niſi tribus iehude ſola. Etiam iehuda non cuſtodiuit precepta domini dei ſui: verũtamen ambubulauit in erroribus iſrael quos operatus fuerat. Iuxta hebræum habetur. ⁊ iuerũt in ſtatutis iſraelis que fecerũt. hoc eſt imitati ſunt regnum iſraelis in decretis non quæ fecit deus ſed quæ fecerunt ipſi reges iſrael. Proiecitqꝫ dominus. Iuxta hebræum habetur. Et abominatus eſt dominus omne

ſemen iſrael. peccatis eorum hoc exigētibus inſtar abominātis tractauit deus eos. ⁊ afflixit eos/ ⁊ tradidit eos ī manum diripientiū: donec proijceret eos a facie ſua. Ex eo iam tēpore. Interpres addidit has quatuor ultimas dictiones: nam hebraice habetur. Quia ſcidit iſrael a domo dauid/ ⁊ regem conſtituerunt iarobham filiū nebat: ſeparauitqȝ iarobham iſraelē a domino/ ⁊ peccare fecit eos peccato magno: Et ambulauerunt filij iſrael in omnibus peccatis iarobham que fecit: non receſſerunt ab eis. Uſqȝquo amouit dominꝰ iſraelem a facie ſua/ ſicut locutus fuerat ī manu omnium ſeruorum ſuoꝝ prophetarum: ⁊ tranſtulit iſraelē a terra ſua ī aſſur uſqȝ ad diem hanc. Aduerte ꝙ quamuis ſciſſio decem tribuum a domo dauidis relata ad dei ordinationem iuſta fuerit propter peccata ſalomonis/ & diuina facta uoluntate ut in tertio libro ſcriptum eſt, relata tamē ad ipſos ſciſſores unitatis populi iſrael culpatur hic/ præcipue propter receſſum a cultu unius ſummi dei/ propter receſſum a lege moſis ſtatuente unum locum diuini cultus cōmunem omnibus iſraelitis. Repetuntur autem hæc ad manifeſtandam diuinam patientiam tanto tempore. ¶ Vbi aduerte prudens lector ꝙ hoc in loco redditur cauſa demeritoria eiectionis iſraelis/ cauſa autem finalis tacetur: & fuit ut iſrael diſperſus in orbem terrarum/ teſtis eſſet mundo uniuerſo de aduentu meſiæ per prophetas promiſſi a deo. Niſi enim iudæi per mundum ſparſi fuiſſent tēpore apoſtolicæ prædicationis conteſtantes ſe expectare meſiam/ creditum fuiſſet tanꝗ figmentum euangelium chriſti. & ſimiliter niſi perſeuerarent iudæi ſparſi in mundo cōteſtantes ſe expectare meſiam teſteſqȝ ſacrorum librorum ueteris teſtamenti/ putaretur chriſtianorum adinuentione euangelizari utrūqȝ meſiæ aduentum & fictos eſſe ſacros ueteris teſtamenti libros: ſed iudæis ipſis inimicis chriſtiani nominis perſeuerantibus inter nos tum expectando meſiam tum profitendo ſolos canonicos libros ueteris teſtamenti quos nos ut canonicos ꝓfitemur/ habemus iuge teſtimonium noſtræ fidei ab hoſtibus.

ADduxit āt rex aſſur uiros de babel ⁊ de chutha ⁊ de hauua ⁊ de chamath ⁊ ſephar uaim/ ⁊ habitare fecit in ciuitatibus ſomeron pro filijs iſrael: hereditaueruntqȝ ſomeron/ ⁊ habitauerunt in ciuitatibus eius. Nomen ſamariæ quamuis ſit nomen urbis unius, quia tamen erat caput regni/ omnes ciuitates regni appellantur ciuitates ſamariæ: hoc eſt regni ſamariæ. Et fuit in initio habitationis eorum ibi/ non timuerunt dominum: immiſitqȝ eis dominꝰ leones qui interficiebant eos. ¶ Nunciatūqȝ eſt regi aſſur dicendo: gentes quas tranſtuliſti ⁊ habitare feciſti in ciuitatibꝰ ſomeron ignorant ritum dei terre, ⁊ miſit ī eos leones/ ⁊ ecce ipſi interficiunt eos eo ꝙ ignorent ritum dei terre. Precepit autē rex aſſur dicendo: ducite illuc unum de ſacerdotibꝰ quos trāſtuliſtis inde/ ⁊ uadat ⁊ habitet ibi ⁊ doceat eos ritum dei terre. Stultitia ethnicorum narratur/ in hoc ꝙ putabant proprios deos diuerſarum terrarum: & deum

qui colebatur ab iſraele/putabant deum terræ illius. Veniıqꝫ vnus de ſacerdotibus qui tranſlati erant de ſomerón/ꝛ habitauit i beth'el: ꝛ docebat eos quomodo colerent dominum. Iuxta hebræum habet. quomodo timebunt iehouah. Modum timendi ſummum deū docti a ſacerdote narrātur. ¶ Et fecit vnaqueqꝫ gens deum ſuū: poſuerūtqꝫ in domo excelſorum que fecerant ſomeronite/ vnaqueqꝫ gens in ciuitatibus ſuis i qbꝰ habitabat. Et viri babel fecerūt ſucchoth benoth/ꝛ viri chuth fecerunt nergal: viri autem chamath fecerunt aſimam. Porro hauuei fecerūt nibchaz ꝛ tharthac: ſepharuaim aūt cōburebant filios ſuos igni ad'ramelech ꝛ hanamelech dijs ſepharuaim. Et nihilominus colebant dominum. Iuxta hebræum habetur. Et fuerūt timentes iehouah. Sacerdos quidem docuit modum timendi ſummum deum, ſed ipſi timuerūt quidem ſummum deum/ ſed non eo modo quo debebant timere: nam ſic timebant ſummum deum ut etiam colerent alios deos. feceruntqꝫ ſibi de nouiſſimis ſacerdotes excelſorum. Poteſt ſignificari uel ut uulgata habet æditio uiles perſonas electas in ſacerdotes, uel ex parte (hoc eſt ex quibuſdam) ſuorum electos fuiſſe ſacerdotes. Et utroqꝫ modo ſignificatur ꝙ non de tribu leuitica fuerunt ſacerdotes. ꝛ ponebant eos in phanis ſublimibus. Iuxta hebræum habetur. ꝛ fuerūt facientes eis in domo excelſorum. Pronomen eis/tam ſummum deum ꝙ̄ deos alios iſtorum demonſtrat: nam facere ſacrum / intelligimus ſignificari. Et cum dominum colerent. Hebraice habetur. timerent. nō amarent. dijs quoqꝫ ſuis ſeruiebant iuxta conſuetudinem gentium de quibus tranſlati fuerant.

¶ Vſqꝫ in hunc diem ipſi faciunt iuxta cōſuetudines primas: ipſi non timent dominum. Non eſt contrarius ſibiypſi author libri/q pluries dixit de iſtis ꝙ timent dominum: quoniam affirmauit timorem ſeruilem & particularem (uidelicet quo ad aliqd / puta offerendum ſacrificia ſummo deo & huiuſmodi) negat autem timorem filialem & uniuerſalem: & propterea manifeſtat negationem ex non obſeruatione legis diuinæ. neqꝫ cuſtodiūt cerimonias eius atqꝫ iudicia. Senſus recte redditur: quamuis hebraice pronomen ſit numeri pluralis. neqꝫ faciunt iuxta ſtatuta ſua ꝛ iuxta iudicia ſua ꝛ iuxta legem ꝛ iuxta mandatum quod preceperat dominꝰ filijs iahacob/cui impoſuit nomen iſrael. Et ſtatuta quidem ad cærimonialia/ iudicia uero ad iudicialia/lex autē ad moralia ſparſa per legem ſcriptā a moſe/ mandatum deniqꝫ ad ea quæ deus ore proprio promulgauit audiente populo & ſcripſit digito proprio refertur: ut teſtatur iſtorum ſubiūcta repetitio. Et percuſſerat dominus cum eis fedus/ꝛ preceperat eis dicendo: non timeatis deos alienos ꝛ non adoretis eos/nec colatis eos nec immoletis eis. Sed dominum qui aſcendere fecit vos de terra egypti in fortitudine magna ꝛ in brachio extento / ipſum timete: illūqꝫ adorate ꝛ ei ſacrificate. Et ſtatuta ꝛ iudicia ꝛ legem ꝛ man-

Digitized by Google

datum quod ſcripſit vobis cuſtodite vt faciatis cunctis diebus: ⁊ nõ timeatis deos alienos. Et fedus quod percuſſi vobiſcum non obliuiſcamini: ⁊ non timeatis deos alienos. Sed dominum deum veſtrum timete: ⁊ ipſe liberabit vos de manu omnium inimicorum veſtrorum. ſunt enim uerba dei de ſeipſo in tertia perſona. Illi vero non audierunt: ſed iuxta conſuetudinem ſuam priſtinam faciunt. Iuxta planum literæ contextum pronomen illi demõſtrat incolas ſamariæ: qui auditis recitatis præcæptis dei quæ dederat filijs iacob nominati iſrael/ noluerunt parere ſed ſecundum priſtinas traditiones & conſuetudines ſuas opati ſunt. ¶ Fuerunt igitur gentes iſte timẽtes dominũ ⁊ idolis ſuis ſeruientes: etiam filij eorum ⁊ filij filioꝝ eoꝝ ſecundũ ꝙ fecerunt patres eorum ipſi faciunt vſqꝫ in preſentem diem. Poſt manifeſtationem ꝙ incolæ ſamariæ non habent filialem & integrum dei timorem/ concluditur ꝙ partim timent ſummum deum & partim deos ſuos.

CAPVT .XVIII.

IN ãno autem tertio hoſeah filij ele regis iſrael: regnauit chizci'ia filius achaz regis iehude. Filius viginti quinqꝫ annorum erat cum regnare cepit/ ⁊ vigintinouem annis regnauit in ieruſalaim. Admirandum ualde naturæ opus narratur: uidelicet ꝙ achaz pater ezechiæ/ undecimo anno ætatis ſuæ genuit ezechiam. nam in principio ſextidecimi capituli narrať achaz uixiſſe triginta & ſex annos: & hic ſcribitur ezechiam filium eius uigeſimumquintum annum egiſſe cum ſucceſſit patri in regno. ⁊ nomen matris eius abi filia zechar'ie. Fecitqꝫ rectum ĩ oculis domini: iuxta omnia que fecerat dauid pater eius. Ipſe remouit excelſa. tam in quibus ſacrificabať ſummo deo ꝗ̃ in quibus ſacrificabatur alijs dijs. ⁊ contriuit ſtatuas. proculdubio idolorum. ⁊ ſuccidit lucum. ſimiliter idolorum. confregitqꝫ ſerpentem eneum. Parui refert ꝙ hebraice ſignificatur contuſio ſerpentis æneí. tundendo enim/ formam ſerpentis abſtulit & in æs nudum redegit. quem fecerat moſes. Lege capitulũ. 21. numeri: & inuenies cauſam & fabricam huius ſerpentis. quia vſqꝫ ad illud tempus. Perſeuerantia deſcribitur huius abuſionis uſqꝫ ad tempus ezechiæ/ ad manifeſtandum magnanimitatem ezechiæ ad exterminandum etiam toleratas ſuperſtitiones tanto tempore. filij iſrael adolebãt ei incenſum. Venerabantur ſerpentem illum thurificantes illi ratione recæpti beneficij/ non adorando illum ut deum ſed honorando ut beneficum ſignum datum a deo. quæ ueneratio ſuperſtitioſa erat/ utpote præter legem diuinam: & ꝑpterea ezechias abſtulit illam tũdendo ſerpentem. vocauitqꝫ eũ noeſthan: Aiunt legendum eſſe. nechuſthan. hoc eſt æneum eorum. Declarauit hoc nomine modicum æris ueneratum fuiſſe ab eis/ ne putarent numinis aliquid in ſerpente illo fuiſſe. Totum itaqꝫ nominauit a materia (& hoc diminutiue) dicendo

ænulus: in contemptum ſiquidem uſus eſt diminutiuo. In domino deo iſrael ſperauit: ⁊ poſt eum non fuit ſicut ipſe in omnibus regibus iehude/ ⁊ qui fuerunt ante eum. Præfertur ezechias tam prioribus ꝙ poſterioribus regibus iudæ in huiuſmodi actionibus. & merito: quia nec dauid abſtulit excælſa aut abſtulit ſerpentem æneum. nec ulli poſteriorū reſeruatæ ſunt actiones iſtæ: ſed ipſe ezechias primus hæc fecit/ exemplum ſe præbens poſterioribus: & propterea merito præfertur etiam ioſiæ poſteriori. Adheſitqꝫ domino/ ⁊ non declinauit ab eo: cuſtodiuitqꝫ præcepta eius que præceperat dominus moſi. Et fuit dominus cuꝫ eo/ ī omnibus ad que proceſſit proſperatus eſt: rebellauitqꝫ contra regem aſſur/ ⁊ non ſeruiuit ei. Quia achaz pater eius dederat ſe regi aſſyriorum(ut in ca. 16. ſcriptum eſt) ideo ezechias dicitur rebellaſſe a rege aſſyriorum/ nolens ſeruire ei quemadmodum ſeruierat ei pater ipſius. Ipſe percuſſit peliſtheos vſqꝫ ad hazzam ⁊ terminos eius: a turre cuſtodū vſqꝫ ad ciuitatē munitam. Omnia loca habitata compræhenduntur: ut etiam ſuperius diximus.

¶ Anno quarto regis chizci'iahu (qui erat annus ſeptimus hoſeah filij ele regis iſrael) aſcendit ſalman'eſer rex aſſur contra ſomeron/ ⁊ obſedit eam. Ceperuntqꝫ eam in fine trium annorum: in āno ſexto chizci'iahu (qui erat nonus ann⁹ hoſeah regis iſrael) capta eſt ſomeron. In præcedēti capitulo narrata eſt captio ſamariæ: hic autem narratur quoto anno obſeſſa eſt & quoto capta. Et tranſtulit rex aſſur iſraelem in aſſur: collocauitqꝫ eos in chalach ⁊ ī chabor fluuijs ghozan. Iuxta hebræum habet. flumine ghozan ⁊ ciuitatib⁹ medorum. repetitio enim eſt ſupraſcriptorum in præcedenti capitulo Eo ꝙ nō audierūt vocē dñi dei ſui/ ⁊ trāſgreſſi ſunt pactū ei⁹: oīa que præcepit moſes ſeru⁹ dñi/ non audierūt neqꝫ fecerunt.

Anno q̄rtodecimo regis chizci'iahu aſcendit ſancherib rex aſſur: qui ſucceſſerat ſalman'eſer. contra omnes ciuitates iehude munitas/ ⁊ cepit eas. Recole ſcriptum eſſe ſuperius in calce capituli quintidecimi ꝙ deus cœpit punire regnum iudæ propter peccata eorum: & perpende proſecutionem pœnæ exerceri a deo per ſancherib non obſtante tanta ezechiæ bonitate. paulatim enim properabat ad eijciendum etiam regnum iudæ ex terra promiſſionis/ eiecto iam regno iſrael. Miſitqꝫ chizci'ia rex iehude ad regem aſſur in lachis dicendo. Lachis eſt nomē ciuitatis quam obſedit rex aſſyriorum/ ut in paralipomenis ſcribitur: & tandem cœpit/ ut hic narratur dicendo ꝙ ad omnes ciuitates iudæ munitas aſcendit & cœpit eas. peccaui. in te/ rebellando a te. Nec falſum dixit/ ꝙuis non peccauerit abſolute. humiliat ergo ſe ezechias/ eligendo minus malum pœnæ. recede a me ⁊ quod impoſueris mihi feram: impoſuitqꝫ rex aſſur chizci'ie regi iehude trecenta talenta argenti ⁊ triginta talenta auri. Deditqꝫ chizci'ia omne argentum quod inuentū eſt ī domo domini/ ⁊ in theſauris domus regis. In tempore illo confregit ezechias valuas templi domini

Digitized by Google

⁊ laminas auri quas ipſe affixerat. Iuxta hebræum habetur. In tempore illo decorticauit chizci'ia valuas templi iehouah ⁊ liminaria que veſtiuit chizci'ia rex iehude: ⁊ dedit ea regi aſſur. Non ſufficientibus pecunijs tam domus dei q̃ domus regiæ/excruſtauit ualuas templi & liminaria laminis aureis quibus ipſemet ezechias eas texerat. Et quoniam ezechias ſanctus proculdubio fuit, ſi obijcitur facto ioas/omni exceptiōe maius eſt exemplum hoc ezechiæ ut pro redemptione uexationis ab infidelibus liceat exhauſtis publicis theſauris ex eccleſiæ iocalibus ſubuenire publicæ libertati chriſtianorum.

Miſit aūt rex aſſur thartan ⁊ rabſaris ⁊ rabſacem de lachis ad regem chizci'iahu. Recæpta pecunia indicta/rex aſſyriorum perfidus miſit contra ieruſalem exercitum. cum manu valida. Iuxta hebræum habetur. in exercitu graui ieruſalaim. Non qualiſcūq; ſed magnus ac fortis exercitus ſignificatur miſſus cum his tribus principibus. aſcenderuntqȝ ⁊ venerunt ieruſalaim, ⁊ ſteterunt iuxta aqueductum piſcine. Hebræi legunt. in canali ciſterne ſuperioris que eſt in via agri fullonis. ſed in idem redit ſententia. Vocaueruntqȝ regē: ⁊ egreſſus eſt ad eos el'iacim filius chilci'iahu prepoſitus domus/⁊ ſebna ſcriba/⁊ ioach filius aſaph a cōmentarijs. Sæpe dictum eſt hebraice ſignificari recordatorem quem uulgata æditio appellat a ꝯmētarijs. Dixitqȝ ad eos rabſaces/ dicite queſo ad chizci'iahu: ſic dixit rex magnus rex aſſur/ que eſt fiducia iſta qua niteris? Hebraice habetur. cui fiſus fuiſti? reſiſtendo mihi. Forſitan iniſti conſilium vt prepares te ad prelium. Iuxta hebræum habetur. Dixiſti tantum verbum labiorum/conſilium ⁊ fortitudo ad prelium. De fiducia loquitur ezechiæ: & arguit ipſum ꝙ confidit in uerbis ꝓprijs quibus exhortatus erat populum/& dixerat uerbum eliſæi plures ſunt nobiſcum q̃ cum eis: ut in paralipomenis refertur. Non eſſe confidendū in huiuſmodi ſermonibus dicit rabſaces/opprobrando ezechiæ. dixiſti tantum uerba labiorum (hoc eſt uerba quæ non habent efficaciā niſi quātum labia pronunciando efficiunt in animis auditorum ad perſuadendum) ſed ad prælium nō ſufficit eloquentia uerborum/conſilio enim & fortitudine opus eſt ad prælium: conſilio directiuo/& fortitudine executiua. nunc cui cōfiſus es ꝙ rebellaſti contra me? An ſperas in baculo arundineo atqȝ ꝯfracto egypto, ſuper quem ſi incubuerit homo/cōminutus ingredietur manum eius? Hebraice habetur. Nunc ecce confiſus es tibi ſuper baculum arundinem fractam iſtam/ſuper egyptū, cui ſi innitatur quiſpiam/ingredietur in manum eius ⁊ perforabit eam: ſic eſt parho rex egypti omnibus ſperantibus in eo. Dixerat opus eſſe cōſilio & fortitudine ad prælium: proſequitur declarando neutrum inueniri apud ezechiam inchoando a conſilio tum cōfidendi in ægypto tum confidendi in deo. Et primū quidem confutat aſſimilando regem ægypti baculo arundineo ſemifracto/cui uir innixus manum refert perforatam. Tres cōditiones huius baculi electi ad ſuſten-

tandũ euntem deſcribunť. prima ex materia arũdinea. ſecũda ex aduentitia im-
becillitate: qa ſemifracta hebraice ſignificať. tertia qa læſiua eſt manus appoſi-
tæ ſup eũ: cãna. n. pforatrix eſt carnis. Et quia nunꝙ̃ legiť ezechiã inuocaſſe opẽ
ab ægypto, ideo interrogatiue legẽda ſunt/ nũc ecce cõfiſus es? uel præſupponen
do ꝙ ezechias habeat in aio hoc conſiliũ inuocandi ægyptios. Quod ſi dixe-
ritis mihi/ i dño deo nro hẽm⁹ fiduciã. Hic apparet ꝙ diſcurrẽdo ac in-
quirendo enumerat ꝯſilia fiduciæ ezechiæ. nõne hic ẽ cui⁹ abſtulit ehizci
iahu excelſa ⁊ altaria, ⁊ dixit iehude ⁊ ieruſalaim/ ante altare hoc
adorabitis i ieruſalaim? Putauit iſte ptinere ad diminutionẽ diuini cultus
(ac p hoc ad iniuriã sũmi dei) ablationẽ excælſoꝝ & altariũ in qbus extra altare
domus dñi ſacrificabať sũmo deo. & ppea arguit nõ eſſe ꝯfidẽdũ i ſummo deo/
qa ezechias iniuriatus ẽ illi. Nec dicit hoc credẽs in deũ/ ſed arguens ad hominẽ.
Nũc igr̃ trãſite ad dñz meũ regẽ aſſyrioꝝ: ⁊ dabo vobis duo mil
lia equoꝝ/ ⁊ videte an hr̃e valeatis aſcẽſores eoꝝ. Iuxta hebræũ hr̃.
Et nũc fideiube obſecro dño meo regi aſſur: ⁊ dabo tibi duo mil-
lia equoꝝ/ ſi poteris daŕ tibi eqtatores eoꝝ. Ad ezechiã dirigiť ſermo.
poſtꝙ̃. n. ꝯfutauit ꝯſiliũ/ ꝯfutare itendit fortitudinẽ. Et pmo fortitudinẽ iudæoꝝ
ppriã / ex eo ꝙ rex ezechias nõ hẽt tm̃ exercitus ut poſſit præliari aduerſus unũ
paruũ ducẽ regis aſſur. quod ꝓbat p hoc ꝙ fideiuſſione data accipiat duo millia
equoꝝ/ nec hẽbit eqtatores eoꝝ. Et qũo poteſtis reſiſtere ante vnũ ſa-
trapam de ſeruis dñi mei minimis? Hebraice ſcribiť. Et qũo facies
vertere faciem ducis vnius ſeruorum paruorum domini mei?
Sententia eſt clara. an fiduciam habetis in egypto? Iuxta hebræum ha-
betur. ⁊ confiſus es ſuper egyptum propter currus ⁊ equites.
Quemadmodum confutauit conſilium fidendi ægypto ex parte regis ægypti/
ſic confutat modo fortitudinem ægypti conſiſtentem in curribus & equitibus.
Nunc an abſqꝫ domino aſcendi contra locum iſtum vt demo-
liar eum? Nomine tetragrammaton utitur iſte ethnicus / arguendo (ut præ-
diximus) ad hominem. ita ꝙ apud præferentes diuinam opem fortitudini cur-
ruum & equitum/ utitur hac ratione ꝙ ſummi dei ſermone aſcendit ad deſtruen-
dum terram iudæ. Et dicit hoc ad excludendum ſubſidium a curribus & equi-
tibus ægypti. dominus dixit mihi/ aſcende cõtra terram hanc ⁊ de-
molire eã. Nomẽ repetit tetragrãmaton. An penitus finxerit rabſaces hæc an
ex relatis uerbis eſaiæ ꝓphetæ hæc dixerit/ incertũ ẽ. certũ ẽ aũt ꝙ eſaias ꝓpheta
(ut ſcribitur in eius octauo capitulo) prædixit regem aſſur inſtar inundantis
aquæ tranſiturum regnum iudæ uſqꝫ ad collum. quod adimpletum eſſe per ſan-
cherib patet / ex eo ꝙ cæpit omnes ciuitates iudæ ſolo capite non ſubmerſo: hoc
eſt ſola ieruſalem ſalua. ſed iſte ethnicus ampliauit ſenſum prophetiæ.
¶ Dixit aũt el'iacim fili⁹ chilci'iahu ⁊ ſebna ⁊ ioach ad rabſacem:
loquere queſo ad ſeruos tuos ſyriace (qa nos intelligim⁹) ⁊ ne lo
quaris nobiſcũ iehudaice i aurib⁹ populi q eſt ſup muꝝ. Dixitqꝫ
eis rabſaces: num ad dñz tuũ ⁊ ad te miſit me dñs me⁹ vt loque-

Digitized by Google

rex ſermones hos/⁊ nõ potiꝰ ad viros ſedentes ſup muꝝ vt comedãt ſtercoꝛa ſua ⁊ bibãt vꝛinã ſuã vobiſcũ? Stetit itaqꝫ rabſaces/⁊ clamauit voce magna iehudaice:⁊ ait / audite verba regis magni regis aſſur. Sic dixit rex/nõ vos ſeducat chizci'iabu: qa nõ poterit libare vos de manu eiꝰ. Neqꝫ fiduciã tribuat vobis chizci'iabu ſup dñm dicendo: liberãdo libabit nos dñs/⁊ nõ tradetur ciuitas hec i manũ regis aſſur. Nõ põt occultare ĩfidelitatem ſuã/uolens penitus extinguere in populo fiduciã in ſummo deo. Nõ audiatis chizci'iabu:ſic.n.dixit rex aſſur,facite mecũ quod vobis ẽ vtile. Hebraice habet.facite mecũ bñdictionẽ.recipiendo me in dominũ pacifice.⁊ egredimini ad me/⁊ comedite vnuſqſqꝫ de vite ſua ⁊ vnuſqſqꝫ de ficu ſua/⁊ bibite vnuſqſqꝫ aquã putei ſui. Donec veniã ⁊ tollã vos ad terrã ſicut terrã vrãꝫ/terrã frumenti ⁊ vini/terram panis ⁊ vineaꝝ/ terram oliue olei ⁊ mellis,⁊ viuetis ⁊ nõ moriemini:⁊ nõ audiatis chizci'iabu,qa decipiet vos dicendo/dñs liberabit nos. An liberãdo liberauerũt dij gentiũ vnuſqſqꝫ terrã ſuam/de manu regis aſſur? Vbi eſt deꝰ chamath ⁊ arpad? vbi ẽ deꝰ ſephar'uaim/henah ⁊ hiu'uecan liberauerũt ſomeron de manu mea? Qui ſunt i oibꝰ dijs terraꝝ q libauerint terrã ſuã de manu mea/ ꝙ libabit dñs ieruſalaim de manu mea? Manifeſte apit uanã eſſe fiduciã i ſummo deo ex impotentia alioꝝ deoꝝ: ut hinc manifeſte intelligamus ꝙ argumenta ſuperiora de deſtructis altaribus & de mãdato ſummi dei ad ipſum directo/protulit ad hominem.

¶ Tacuitqꝫ populꝰ/⁊ non rñdit ei verbũ:qa pꝛeceptũ regis erat dicẽdo/nõ rñdeatis ei. Veneruntqꝫ el'iacim filiꝰ chilci'iabu pꝛepoſitꝰ domꝰ ⁊ ſebna ſcriba ⁊ ioach filiꝰ aſaph a ꝯmẽtarijs ad chizci'iabu ſciſſis veſtibꝰ:⁊ nũciauerũt ei verba rabſãcis.

CAPVT .XIX.

QVe cũ audiſſet rex chizci'iabu/ ſcidit veſtimenta ſua. in execrationem blaſphemiæ auditæ.⁊ optꝰ eſt ſacco.ueſte lugentium ac pœnitentiũ.igreſſuſqꝫ ẽ domũ dñi. ꝓculdubio ad ſupplicãdũ deo in habitu humili. Et miſit el'iacim pꝛepoſitũ domꝰ ⁊ ſebnam ſcribã ⁊ ſenioꝛes ſacerdotũ. Nõ ſat fuit p ſeipſuꝫ ſupplicare ſed p ſolẽnes nũcios adhibet itercеſſorẽ eſaiã ꝓphetã. optos ſaccis.ut ẽt humili habitu prouocarent ꝓphetã ad ꝯmiſerationem / & uidentem populum ad pœnitentiã. ad ieſah'iahu pꝛophetam filium amoꝫ. Qui dixerunt ad eum: ſic dixit chizci'iabu/dies tribulatiõis ⁊ icrepatiõis ⁊ blaſphemie dies iſte.relatiue ad nos/dies iſte eſt ãguſtiæ: relatiue aũt ad deũ reſpectu noſtri eſt increpatiõis /relatiue uero inter ethnicos & deũ eſt blaſphemiæ ſeu irritationis. venerunt enim filij vſqꝫ ad partum/⁊ vires non habet partu-

riens. Anguſtiam quam dixerat/manifeſtat ſimilem anguſtiæ parturientis imbecillis ad pariendum. quam eſſe anguſtiam maximam/teſtatur ſæpe mors conſequens. Et intendit per hoc ezechias aduenisſe iam tempus impatiens dilationis diuinæ opis, cum iam præliatur non ſolum aduerſus homines obſeſſos & imbecilles ſed aduerſus ſummum deum/tam manifeſte paruipendendo eum. Forte audiet. quamuis nos non mereamur/blaſphemiæ tamen rabſacis merentur ultionem. Dominus deus tuus. Non audet dicere deus noſter/propter multitudinem peccatorum: ſed humiliter dicit prophetæ ſancto deus tuus. omnia verba rabſacis/quem miſit rex aſſur dominus eius vt exprobraret deum viuentem. Hebraice habetur. elohim viuum. ad differentiam elohim ethnicorum q non uiuunt: utpote aurei/lapidei &c. ⁊ argueret verbis que audiuit dñs de⁹ tu⁹: ⁊ fac orõnẽ pro reſiduo qd iuenit.

¶ Venerunt ergo ſerui regis chizci'iahu ad ieſah'iahu. Dixitq; eis ieſah'iahu/ſic dicetis domino veſtro: ſic dixit dominus/nolite timere. Hebraice habetur. non timebis. ad ezechiã dirigitur ſermo. a facie ſermonum quos audiſti quibus blaſphemauerunt pueri regis aſſur me. Ecce ego immittam ei ſpiritum. Internum ſpiritum reuelat deus ſe daturum regi aſſyriorum: hoc eſt internũ impulſũ ad redeundum. hoc enim modo præcipue deus operatur in hominibus quæ uult. ⁊ audiet nuncium. Iuxta hebræum habetur. ⁊ audiet auditionem. Suauis cõtextus huius prophetiæ inuitat ad intelligendum illam de auditione qua audiuit exercitũ ſuum una nocte interiiſſe/quod inferius dicet: huic enim ſenſui quadrat ſubiuncta reuerſio eius in terram ſuam/ſubiunctaq; occiſio eius. ⁊ reuertetur in terram ſuam: ⁊ cadere faciam eum gladio in terra ſua.

¶ Reuerſus ẽ ergo rabſaces. Primo narrat receſſus blaſphemi/ad iſinuãdum q ppenderat difficultatem iuadẽdi ieruſalẽ: & ad hoc denũciandũ regi ſuo iuerat relicto exercitu. ⁊ iuenit regẽ aſſur expugnãtẽ lobnã. Hebraice hr. oppugnãtẽ libnã. ciuitatẽ i ſorte iudæ. audierat. n. q receſſerat de lachis. ciuitate ẽt iudæ/quã cæpat & iuerat i libnã. ¶ Audiuitq; de thirhaca rege chus dicẽdo/ecce egreſſus ẽ vt pugnet ↄtra te. Narrat hæc auditio ad iſinuandũ cãm occaſiõis retracti exercitus ab obſidiõe ieruſalẽ. audiens. n. regẽ æthiopiæ uenientẽ ↄtra ſe/uniuit exercitũ ſuũ quẽ diuiſerat/partẽ mittẽdo ↄtra ieruſalẽ & pte utendo ad expugnãdas citates iudæ. ⁊ iuit cõtra eũ: Iuxta hebræũ hr. ⁊ reuerſus ẽ, ⁊ miſit nũcios ad chizci'iahu dicẽdo. Nihil dr de itinere eius ↄtra regeȝ æthiopiæ: ſed ſcribit q reuerſus ẽ ad terrendũ ezechiã epl'is/q pmo terruerat eũdeȝ uerbis rabſacis et exercitu. retrahendo ſiqdẽ obſidionem / mittit epiſtolas ne ↄfidat i deo uidendo hãc retractionẽ qa reuertet aduerſus ieruſalẽ. Sic dicetis ad chizci'iahu regẽ iehude: nõ te ſeducat de⁹ tu⁹. Solita ſunt noia/elohe tuus. i quo tu hẽs fiduciã dicẽdo/ nõ tradet ieruſalaim i manũ regis aſſur. Ecce tu audiſti que fecerũt reges aſſur oib⁹ terris vaſtãdo eas: ⁊ tu libaberis? An libauerunt dij gentiũ eos quos deleuerũt pr̃es mei: gozan ⁊ haran, ⁊

rezeph ⁊ filios beden qui erant in thelaſar? Ubi eſt rex chamath
⁊ rex arpad/⁊ rex ciuitatis ſephar`uaim, henah ⁊ hiu`ue?
¶ Tulit autem chizci`iahu literas de manu nuncioꝝ ⁊ legit eas:
aſcenditq; in domum domini/⁊ expandit eas coram domino.
Iunge hæc cum antedictis: & perpendes tum literas tum uerba nunciorum ple-
na huiuſmodi blaſphemijs. Orauitq; chizci`iahu coram domino ⁊ di-
xit: domine deus iſrael ſedens ſuper cherubim/tu es deus ſolus
omnium regnorum terre, tu feciſti celum ⁊ terram. Inclina do-
mine aurem tuam ⁊ audi/aperi domine oculos tuos ⁊ vide. Hu-
mano more deum alloquitur: in quo nõ ſunt huiuſmodi corporalia membra au-
rium & oculorum, ſed eminentius eſt in deo quicquid eſt aurium & qcquid ocu-
lorum & reliquorum ſenſuum. ⁊ audi omnia verba ſancherib que miſit
vt exprobraret nobis deum viuentem. Iuxta hebræũ habetur. ad vi-
tuperandum elohim viuum. directe enim contra ſummum deum inuehe-
batur. Uere domine: vaſtauerũt reges aſſur gentes ⁊ terras om-
nium. Legendũ eſt. ⁊ terram earum. ſic enim habetur hebraice. Et miſe-
runt deos eorum in ignem (quia non erant dij/ſed opera manuũ
hominum lignũ ⁊ lapis) ⁊ perdiderunt eos. Nũc igitur domine
deus noſter ſaluos fac nos obſecro de manu eius: ⁊ ſcient omnia
regna terre q tu es dñs deꝰ ſolꝰ. Hebraice hr̃. elohim ſolꝰ tu. quẽad-
modũ & ſupius ſcribit̃ cũ dr̃ tu es deus ſolus/tu ipſe elohim ſolus tu. ſolus. n. fons
eſſendi eſt elohim (hoc eſt gubernator & iudex) uniuerſoꝝ regnoꝝ.

Miſit aũt ieſah`iahu filiꝰ amoz ad chizci`iahu dicẽdo: ſic dixit
dñs deꝰ iſrael/que deprecatꝰ es me ſup ſancherib regẽ aſſur
audiui. Nõ ẽ dubiũ hũc eẽ eſaiã pphetã cuius præclaꝝ hẽmus librũ. & nõ iter-
rogatus mittit ad regẽ/p hoc manifeſtans deũ reuelaſſe ſibi exauditionẽ oratiõis
ezechiæ. Hoc ẽ verbũ qđ locutꝰ ẽ dñs ſup eũ: ſprꝛeuit te ſubſãnauit
te vgo filia zi`ion/poſt te caput mouit filia ieruſalaim. Ad populũ ieru-
ſalẽ dirigit̃ ſermo ppheticus. illũ. n. appellat uirginẽ filiã ſiõ filiã ieruſalẽ metapho-
rico ſermõe/iſtar puellæ uirginis penitus ĩbellis ſpretũ & irriſum a rege aſſyrioꝝ.
Cui exprobraſti ⁊ quẽ blaſphemaſti. Iuxta hebræum hr̃. Quẽ vitu-
paſti ⁊ iniuriatꝰ es/⁊ ſup quẽ exaltaſti vocẽ? Apoſtrophat ppheta ad
ipſum ſancherib/p quãto aduerſus ſummũ deũ uerba ptulit & p nũcios & p epi-
ſtolã. ⁊ eleuaſti ĩ excelſum oculos tuos. De internis mẽtis oculis ẽ ſermo/
q eleuauerit eos ſupra deũ deſpiciendo diuinã potentiã. ꝯtra ſanctũ iſrael.
Legendũ ẽ. ſup ſanctũ iſraelis. hoc ẽ ſummũ deũ ueneratũ ab iſraele uere ſan-
ctũ/mũdũ ab oĩ impfectiõe. Per manũ nũcioꝝ tuoꝝ exprobraſti dño.
Hebraice hr̃. vitupaſti iehouah. Eũdẽ declarat eẽ fontẽ eſſendi & ſctũ; iſrae-
lis: hoc eſt actũ puꝝ cultũ in iſrael. ⁊ dixiſti/in multitudine curruũ meoꝝ
aſcẽdi excelſa montiũ. Metaphoricus eſt ſermo iſte, ſignificãdo p mõtes ex-
celſos/potẽtatus. ĩ ſummitate libani. Hebraice hr̃. coxas lebanon. hoc ẽ
ſuſtentãtia excelſoꝝ q̃madmodũ coxis initit̃ corpus. ⁊ ſuccidi ſublimes ce-

Digitized by Google

dros eius ⁊ electas abietes eius. Gloriabatur in potentia exercitus inua-
ſiſſe potentatus magnos/& cedros & abietes(hoc eſt magnos principes) ſuccidiſ
ſe: ut in epiſtola eius ſcriptum erat. ⁊ ingreſſus ſum uſq; ad terminos
eius ⁊ ſaltum charmeli eius. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ueni in cubi-
culum finis eius/ſyluam charmeli eius. Non ſolum principes ſuccidiſ-
ſe ſed etiam uniuerſa cubicula penetraſſe quaſi ſyluam delitiarum omnium glo-
riabat᷑. Ego ſuccidi. Hebraice habet᷑. Ego cauaui ⁊ bibi aquas alie-
nas. Inſtar cauantis terram & ſic peruenientis ad aquam ſubterraneã alienam
ab humanis uſibus/gloriat᷑ ſe occultis potitũ fuiſſe theſauris alienis olim ab huma
no uſu: utpote reconditis ab eorum dominis/ſed prolatis ui armorum. ⁊ ſicca-
ui veſtigijs pedum meorum omnes aquas clauſas. Iuxta hebræum
habetur. ⁊ feci deſtrui in planta paſſuũ meorum oẽs riuos fortitu-
dinis. Auxiliares copias ſonant riui fortitudinis: quas deſtruxiſſe ſe gloriat᷑ ꝑ-
uagando/ſicut riui aquarum deſtruuntur ambulando ſuper eos.

¶ Nonne audiſti. Deficit. a longe. Deum loquentem ad ſancherib introdu
cit propheta nunquid non audiſti a longe. Et dicendo a lõge/ inſinuat ſe loqui de
re geſta in loco certo cuius fama extenſa eſt ad partes remotas. de huiuſmodi. n.
rebus dicimus nũquid non audiſti a longe: hoc eſt in diſtanti regione. quid ab
initio fecerim? ex diebus antiquis plaſmaui illud. Iuxta hebræũ ha-
betur. ipſam feci i a diebus antiquitatis ⁊ formaui ipſam. Ita iacet
in hebræo. Res audita a longe a rege aſſur explicat᷑: uc; ꝙ ipſam gentẽ iſraeliticã
ego deus feci in tẽpore a diebus ãtiqtatis. Et dies ãtiqtatis dicũt᷑ dies ab abrahæ
ſegregatione uſq; ad exitũ populi de ægypto. totũ. n. illud tꝑs ſupputat᷑ tꝑs quo
factus eſt iſrael in populũ liberꝝ: & hoc publica fama diuulgatũ erat ad remotiſſi-
mas orbis partes. Alterꝝ quoq; ſimiliter diuulgatũ adiũgit᷑/& formaui ipſam. ego
ſiqdẽ deus gentẽ ipſam formaui lege mea in monte ſinai: hæc enim duo audita
erãt a lõge ab alijs nationibus. Et in hac formatiõe ꝯpræhendit᷑ illud ualde per-
uulgatũ quod ẽt in lege ſcriptũ eſt: uc; ꝙ iſraelitis ſeruantibus legẽ deus aſſiſteret
ꝓſpa efficiendo/recedentibus aũt a deo deus adeſſet puniẽdo. unde & achior co
rã holopherne audita hæc retulit: ut in libro iudith ſcribit᷑. Cõmemorat igr̃ deus
ꝙ ipſe peculiarẽ curã iſraeliticæ gentis habuit: ut hinc intelligat ſancherib ut non
glorietur in fortitudine exercitus ſui/ſed agnoſcat diuinæ diſpenſationis fuiſſe ꝙ
gens iſraelitica poſt tot uictorias tantamq; eminentiam in terra promiſſionis tra
dita ſit in manus regum aſſur. Et propterea ſubiungit. ⁊ nunc adduxi.
Iuxta hebræum habetur. nunc feci venire ipſam/ ⁊ erit ad faciendum
deſolare in aceruos deſertionum ciuitates munitas. Quod tu glo-
riaris feciſſe in fortitudine exercitus tui aduerſus iſraeliticam gentem/ſcito me fe-
ciſſe. ego enim nunc moderno tempore feci uenire ipſam iſraeliticam gentem ad
hoc ꝙ erit ad faciendum meritorie deſolare proprias ciuitates munitas in acer-
uos deſertionum. Et uerificatur deum feciſſe hæc quo ad malum quidem culpæ
relinquẽdo eos proprio arbitrio/quo ad malum uero pœnæ efficiendo. Futurum
autem erit/relatiue ad præteritum feci uenire intelligendum eſt. reſpectu. n. diui-

næ permiſſionis optime ſignificatur futura punitio: prius enim deus ꝑmittit peccatum & poſtea punit. Loco quorum uerborum uulgata æditio habet. erũtq; in ruinam collium pugnantium ciuitates munite. Quod autem ſequitur. Et qui ſedent in eis humiles manu. non lõge ab hebraica eſt ueritate: iuxta quam habetur. Et habitatores earum breuiati manu. continuatur enim ꝙ erit etiam ad hoc ꝙ habitatores ciuitatum decurtabuntur manu: hoc eſt poteſtate/ut experientia teſtabatur. una enim ciuitas non poterat ſuccurrere alteri. contremuerunt ⁊ cõfuſi ſunt. Prima dictio ſonat paſſos fractionem/ſecunda autem paſſos pudorem. Non ſolum minorata eſt potẽtia iſraelitarum ſed etiam ipſi fracti/& uere fracti in illis paruis uiribus remanẽtibus: uereq; pudore affecti/humiliatis eorum mulieribus ab hoſtibus. facti ſunt fenũ agri. utile duntaxat beſtijs. ⁊ virens herba tectorum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ viriditas herbarij/fenum tectorum. Minus utilis eſt uiriditas hærbarij q̃ hærba agri: quoniam hærba agri utilis eſt pecoribus/uiridis & ſicca: uiriditas autem ſolo uiriditatis tempore ſeruit. Peior autem ambabus ẽ hærba tecti/quæ nec etiam brutis animalibus utilis eſt. que areſacta eſt anteq̃ veniret ad maturitatem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ vſta ante ſegetem. Dictio interpretata uſta/circũloquitur percuſſionem a uento urente factam circa frumentorum culmos anteq̃ impleantur ſpicæ. aſſimilantur ſiquidem iſraelitæ his quattuor differentijs hærbarum / ad inſinuandum ꝙ omnes (utpote inutiles rationali uitæ quæ ſecundum deum eſt) puniti ſunt: alij quidem ut hærba agri/hoc eſt addicti uitæ brutali: alij ut uiriditas hærbarij/addicti uanitatibus: alij ut hærba tectorum/in uana cælſitudine: alij qui uidebantur fructum allaturi/urente uento humanæ gratiæ nullum afferentes fructum: quales erãt multi principes uidentes miracula eliæ & eliſæi & alioꝝ ꝓphetaꝝ, & ꝯfitentes ſummi dei ueritatem/factis autem negantes ob humanam gratiam.

¶ Habitationẽ autem tuam ⁊ egreſſum tuum ⁊ introitũ tuum. Declarata propria cura populi iſraelitici, deus conſequenter declarat ꝙ ipſo ſancherib utitur deus ut inſtrumento/manifeſtando ꝙ nouit omnes actiões & quietes eius. ego preſciui. Iuxta hebræum habeẽ. ſciui. Et ẽ ſermo de notitia practica: hoc eſt qua gubernat deus ſingula. declarat enim ꝙ ſua gubernatiõe diſpoſuit ipſius ſancherib tum quietem tum egredi tum ingredi. ⁊ furorem tuum contra me. hunc enim quatenus peccatum/permiſſiue diſpoſuerat: ſed quatenus puniendum/diſpoſuit ut ſubiungit: Inſaniſti in me ⁊ ſuperbia tua. Iuxta hebræum habetur. Pro eo ꝙ iratus tu i me / ⁊ tumultus tuus aſcendit in aures meas. Vere aduerſus deum inſurrexerat & tumultuoſus fuerat epiſtolis & uerbis tabſacis. ponã itaq; circulũ. Parui refert ꝙ hebraice hr. ⁊ ponã hamũ meum in naribus tuis. inſtar bubalorum. ⁊ camum. Legendum eſt. ⁊ frenum meum in labijs tuis. inſtar equorum. declarans per hoc ꝙ nõ minus ſubditus eſt ſancherib ipſi deo q̃ equus freno ſeſſoris & bubalus hamo uertentis ipſum. ⁊ redire faciam te per viam qua veniſti. Ecce effectus qui poſtea ſubſecutus eſt.

Digitized by Google

Tibi autem ezechia hoc erit ſignum. Iuxta hebræum habetur. **Et hoc tibi ſignum.** cætera addidit interpres/ad declarandum ꝙ ꝓnomen tibi demonſtrat ezechiam regem ad quem uniuerſam hanc ꝓphetiam miſit eſaias. Et dicendo ſignum/inſinuat miraculum præcedens futuram libertatem a rege aſſyriorum: ut uidendo hoc ſubiunctum ſignum antecedẽs/credat ſubſequentem libertatem. **comede hoc anno que reppereris/in ſecundo autem anno que ſponte naſcuntur: porro in tertio anno ſeminate ⁊ metite.** Iuxta hebræum habetur. **comedendo anno cadiua/ ⁊ in ãno ſecundo naſcentia ex cadiuis: ⁊ in anno tertio ſeminate ⁊ metite/⁊ plantate vineas ⁊ comedite fructus earum.** Ex eo ꝙ uſqꝫ ad tertiũ annum differtur ſeminare & metere/habetur primo ꝙ biennium fluxit a tẽpore quo rex aſſur miſit epiſtolam ſupradictã ad ezechiam poſt quã eſaias protulit hãc prophetiam uſqꝫ ad libertatem ieruſalem occiſis una nocte centum octogintaquinqꝫ millibus. Habetur ſecundo ꝙ in hoc biennio medio ieroſolimitæ nec erant obſeſſi nec erant liberi/ſed medio modo ſe habentes. nam ſi fuiſſent penitus obſeſſi, non potuiſſent ueſci ex cadiuis primo anno & ex ortis cadiuorum ſecundo anno: obſidio ſiquidem uetuiſſet colligere eos hæc. & ſi fuiſſent penitus liberi, potuiſſent ſeminare & metere / nec dilata fuiſſet ſeminatio & meſſis in tertium annum. medio igitur modo (hoc eſt nec penitus obſeſſi nec penitus liberi) ſignificantur futuri per biennium. Rationi ſiquidem conſentaneum eſt ꝙ rex aſſyriorum in omnibus ciuitatibus iudæ quas cæperat reliquerit præſidia militum/ꝗuis reuocando exercitum ab obſidione ieruſalem ut unitum haberet exercitum aduerſus regem æthiopiæ uenientem cõtra ſe. milites autem in præſidijs relicti ꝗuis non ſufficerent ad obſidionem ieruſalem/ſufficiebant tamen ad terrendum eos & retrahendum a ſeminatione & reliquis actionibus agriculturæ: quoniam facile fuiſſet excurſiõibus ſata omnia deſtruere/& etiam ipſos agricultores inuadere. ¶ Cõſiſtit autem ſignum diuinum a propheta datum, in hoc mirabili diuinæ gratiæ opere/ꝙ abſqꝫ noua ſeminatione colligent frumenta ſufficientia ad eorum uictum: uidelicet comedendo anno illo cadiua: hoc eſt frumenta quæ ex calcatis & concuſſis agris ſatis/ab hoſtibus remanſerunt non metenda ſed caſura per ſeipſa. tam pauci ſiquidem & tam rari culmi frũmentorum perducendi erant ad fructum ut ab hoſtibus pro nihilo haberentur/& a ieroſolimitis non eſſent metendi ſed colligendi: & propterea uniuerſum hoc hebraice etiam appellatur cadiuũ/eo ꝙ non meſſui ſed caſui relinquebãtur grana illa pauca ab hoſtibus, & ſimiliter caſui relicta fuiſſent a ieroſolimitis tẽpore libertatis. Et ad cumulum miraculi adiũgitur ꝙ ſecundo anno ex granis quæ ceciderunt in terram tanꝗ reliquijs primi ãni naſcentur tot frumenta ꝙ ſufficient ad uictum pro ſecũdo ãno. Vere mirabile opus diuinæ gratiæ/& uere ſignum ſufficiens futuræ libertatis datum eſt. **Et quod reliquum fuerit de domo iehude, addet radicem deorſum/⁊ faciet fructum ſurſum.** Proſperitatem reliquiarũ populi iudæ prædicendo/deſcribit ad ſimilitudinem plantarum quæ radicantur ſubter & fructificant in parte ſuperiore: ut utrinqꝫ proſperitas ſignificetur/& quo ad terrena & quo ad di-

uina. De ieruſalaim.n.egredief relique/ꝛ ſaluatū de mōte ſion. Dixerat pſpitatē domus iudæ/adiūgit pſpitatē i ſpecie ciuitatis ieruſalē: quæ ſola remanſerat nō ſubdita regi aſſyrioꝝ. zelus domini exercituū faciet hoc. non merita ueſtra ſed zelus diuinus (zelus inquam diuini nominis blaſphemati ab aſſyrijs) faciet uniuerſum hoc. Quamobrem ſic dixit dominus de rege aſſur: non ingredietur ciuitatem hanc/nec iaciet in eam ſagittam, nec occupabit eam clypeo/nec circūdabit eam munitio. Iuxta hebræum habetur. ꝛ non verſabit ſuper eam aggerem. Non ſolum libertatem promittit ſed etiam non futuram obſidionem ciuitatis ieruſalem. negatio enim obſidionis ſignificatur per non iactum ſagittæ & reliquas negationes ſubiūctas. Per viā qua venit reuertetur/ꝛ ciuitatē hāc nō ingredietur. Hebraice habetur. ꝛ ad ciuitatem iſtam non veniet: dicit dominus. ad literam enim prædicitur perſonam regis non uenturam ad obſidionem. Et uerificatū eſt: quia pſona regis nō fuit inter illos centū & octoginta millia percuſſos. Protegāqꝫ ciuitatem hanc ad ſaluandum eam: propter me ꝛ propter dauid ſeruum meum. non ꝑpter ueſtra merita ſed propter merita dauidis & propter gloriam nominis mei ſaluabo ciuitatē hanc. Et hinc habes quanti pendit deus merita ſanctorum etiam defunctorū in ijs quæ reliquerunt poſt ſe. ciuitas enim ieroſolimitana a dauide primum eſt erecta in ciuitatem tū diuini templi tum regiæ ſedis: & ꝑpterea tanꝗ̄ ſanctū opus dauidis protegendum & ſaluandum a ſe promittit deus.

¶ Factum eſt igitur in nocte illa. Hebraice habetur. Et fuit in nocte illa. Interpres ſemper fere utitur factum eſt pro fuit. Pronomen aūt illa ſeu ipſa/ demonſtrat noctem ſequentem aduentum exercitus ſancherib poſt bienniū a prædicta prophetia. prædixerat enim propheta ꝙ biennio futuri erant ieroſolimitæ nec penitus obſeſſi nec penitus liberi/tertio autem anno penitus liberi abſqꝫ obſidione ita ꝙ reuertetur rex aſſyriorum & occidetur in terra ſua. & in hoc compræhenſum eſt ꝙ iterum uenturus eſſet contra ieruſalem/ſed non obſeſſurus ſed reuerſurus in terram ſuam occidendus. Et propterea author libri huius recitata prophetia/ſtatim ſubiūxit & fuit in nocte ipſa: quæ ucꝫ immediate ſecuta eſt aduentum exercitus regis aſſyriorum ad obſidēdum ieruſalem. venit angelus domini. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ꝛ exiuit angelus iehouah ꝛ percuſſit in caſtris aſſur centum ꝛ octogintaquinqꝫ millia. Vere adimpleta narratur prophetia ꝙ nec iecit ſagittam nec obſedit: utpote qui ſtatim percuſſus eſt a deo. Qualitas autem percuſſionis huius non eſt uſqꝫquaꝗ̄ certa: creditur tamen fuiſſe aduſtio citra reſolutionem corporum in cineres. & quadrat tum ſalubri aeri pro ieroſolimitis/tum ſeruationi ſpoliorum pro eiſdem. cunqꝫ diluculo ſurrexiſſet/vidit omnia corpora mortuorum. Iuxta hebræum habetur. ꝛ ſurrexerūt diluculo/ꝛ ecce omnes ipſi interfecti mortui. Ex eo ꝙ prima nocte occiſus eſt exercitus qui uenerat ad ieruſalem/ iſinuat ꝙ rex aſſyriorum perſonaliter non uenerat ad locum exercitus, ſed more regum ſequebat uenturus poſt ordinatum exercitum ad obſidionem ciuitatis. & de illis

Digitized by Google

qui cum rege erant/narratur ꝙ ſurrexerunt mane diluculo & apparuerũt cadauera omnium interfectorum qui erant in exercitu. Et hinc clare habetur ꝙ non fuerũt i cinerẽ reſoluta corpa. Nec dr̃ regẽ aſſur uidiſſe corpa mortua, ſed ſubiungit. Et mouit ⁊ iuit/⁊ reuerſus ẽ ſancherib rex aſſur. tũc enim audiuit auditionem tantæ plagæ/& ſpiritu reuertendi in terram ſuam actus eſt iuxta eſaiæ uaticiniũ: & ſic libertatem omnimodam adepta eſt ieruſalem. nam & milites qui fuerant in præſidijs/conuenerant ad exercitum: ut plena eſſet libertas ut eſa. 9. patet/dum aſſimilatur hæc uictoria diei madian tempore moſis &c. ⁊ habitauit in nin'ue. Cunqꝫ adoraret i domo niſroch dei ſui/ad'ramelech ⁊ ſar'ezer filij eius percuſſerunt eum gladio. Ecce adimpleta penitus prophetia eſaiæ. fugerũtqꝫ in terrã ararat: ⁊ regnauit eſarchadon filius eius pro eo.

CAPVT .XX.

IN diebus illis egrotauit chizci'iahu. longe tempus ſupraſcriptum ca. 18. (ucꝫ ꝙ ãno quartodecimo regni ezechiæ aſcendit prima uice ſancherib aduerſus ieruſalem & miſit rabſacem & ſucceſſiue epiſtolã) cum infraſcripto tempore/ucꝫ ꝙ poſt hanc ægritudinem uixit ezechias ãnis q̃ndecim: & perpendes manifeſte hãc ægritudinem ezechiæ fuiſſe eodem ãno quartodecimo/quo comedebant cadiua. nam ezechiæ regnum durauit annis uigintinouem: ut in principio eiuſdem decimioctaui capituli dicitur. cum ergo dicitur in diebus illis ægrotauit ezechias / pronomen illis demonſtrat dies medios inter prophetiam eſaiæ accæpta epiſtola ſancherib & reditum ſancherib ad obſidendum ieruſalem. Et ex hac clara ſupputatione habes unde conuincas fabellas multas. Vſqꝫ ad mortem. hoc eſt ægritudine mortali. Venitqꝫ ad eum ieſah'iahu filius amoz propheta ⁊ dixit ei: ſic dixit dñs/ precipe domui tue. hoc eſt præcipiendo diſpone moriturus quæ circa domum tuam ordinanda ſunt. morieris enim tu. Parui refert ꝙ hebraice habetur. quia mortuus tu ⁊ non viues. intelligitur enim ꝙ pro mortuo haberis. Et uerum dixit ſecundum diſpoſitionem cauſarum naturalium præſentium. manifeſtauit enim deus ꝙ ægritudo illa ſecundum naturalem diſpoſitionem quam tunc habebat / ducebat illum ad mortem.

Qui vertit faciem ſuam ad parietem. ut collecto toto ſpiritu deuotius oraret/non impeditus a uiſu aliorum. ⁊ orauit ad dominum dicendo. Hinc apparet ꝙ recte intellexit ſermonem domini per prophetam. intellexit enim non ut prophetiam prædeſtinationis ſed cõminationis: & ꝓpterea ſperando mutationem diuinæ ſententiæ ſupplicauit pro uita propria. Obſecro domine memento queſo quomodo ambulauerim coram te. Parui refert ꝙ hebraice habetur. qui ambulaui coram te in veritate ⁊ in corde perfecto/⁊ quod bonum eſt in oculis tuis feci. Suipſius non abſolute ſed quatenus ambulauit coram deo (intus quidem tum in ueritate quo ad

Digitized by Google

partem intellectiuam tu3 in pfectione cordis quo ad partem affectiuã/extra aũt faciendo bona opa) recordationem proponit deo ſupplex: nõ ut merita ex proprijs uiribus ſed ut merita ex diuina gratia in eo / pponat ad obtinendã prorogationem uitæ.tum quia uere opa eius ex diuina gratia merebantur longe maius q̃ prorogationem uitæ corporalis.tum ut tolleretur occaſio relinquendi uiam dei uidentibus ipſum mori abſq3 liberis cum tanta ſanctitate: firmaſſent enim errorem illum q̧ ſeruientes deo mala patiuntur. tum innixus pmiſſioni legis: in qua ſectantibus deum temporalis proſpitas multiplex promittit. fleuitq3 chizciiahu fletu magno.

¶Et anteq̃3 egrederetur ieſahiahu mediam partẽ atrij. Iuxta hebræum habetur. a ciuitate medij. ſed hebraica phraſis uertenda eſt / & intelligendum a medio ciuitatis. Et eſt ſermo de ciuitate dauidis: hoc eſt de mõte ſion. adhuc.n.recedendo nõ tranſierat medium montis ſion. factꝰ eſt ſermo domini ad eũ dicendo. Reuertere ⁊ dic chizciiahu duci populi mei: Meritum ezechiæ cõmemoratur in hoc q̧ uere exhibuerat ſe populi dei rectorem ac ducem: p hoc manifeſtans deus placuiſſe ſibi rectitudinem ezechiæ. ſic dixit dñs deꝰ dauid patris tui. Ideo cõmemoratur dauid pater ezechiæ/ut intelligamus ezechiã ideo oraſſe & fleuiſſe ne ipſe primus inter reges filios dauid moreretur abſq3 filio ſuccedente ſup ſolium dauid. putabat.n.ex regali illa linea naſciturum promiſſum abrahæ & dauidi meſiam: & ualde triſtabatꝰ q̧ ipſe excluderetur ab hac genealogia qui uere erat filius dauidis/utpote non ſolum genere ſed imitatione. audiui orationem tuam / vidi lachrymam tuam: ⁊ ecce ſanaui te. Iuxta hebræum habetur. ecce ego ſanans te. q̃uis ægritudo ſit ducens te ad mortem/ego tamen qui ſupra naturales diſpoſitiones ſum ſano te. die tertio aſcendes domũ domini. Non ſubito ſanauit deus/ſed in diem tertium diſtulit pfectã ſanitatem diſtribuens dona ſua put uult. Subiuncta tamen inſinuãt rõnem dilatæ ſanitatis fuiſſe ut daretur occaſio petendi ſignum & multiplicandi mirabilia dei ad augmentum gloriæ diuini nominis. ſi.n.ſtatim fuiſſet ſanatus/nõ poſtulaſſet ſignum. Et addam diebꝰ tuis quindecim annos/⁊ de manu regis aſſur liberabo te ⁊ ciuitatem hanc: ⁊ protegam ciuitatem iſtam / propter me ⁊ pter dauid ſeruũ meum. Ex futura liberatione de manu regis aſſyriorum/ etiam comprobatur q̧ pendebat adhuc reditus regis aſſyriorum cõminatus. unde & repetuntꝰ uerba in priore pphetia dicta: uc3 pp me & pp dauid ſeruũ meũ. ¶ Dixitq3 ieſahiahu/afferte maſſam ficuum. Vtitur deus propheta etiam ut medico/inſpirando ut caricas adhibeat loco ægritudinis: ut p hoc ezechias magis incitetur ad petendum ſignum/conſiderando q̧ medicina caricarum nõ erat allatura illi pfectam ſanitatem infra triduum. ⁊ attulerũt ⁊ poſuerũt ſup vlcꝰ eius. Hinc habetur ægritudo innata ſed non locus ægritudinis. ⁊ curatꝰ eſt. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſanatus eſt. non tamen ſtatim ſed die tertio.

Dixerat aũt ezechias ad eſaiam. Iuxta hebræum habetꝰ. Et dixit chizciiahu ad ieſahiahu. Non ſignificatꝰ q̧ ante medicinã carica

rum manifeſtatam ezechias petierit ſignum. quod erit ſignum ꝙ ſanabit me dominus/ ꝛ ꝙ aſcendam die tertio domū domini: Superfluit erit. Promiſerat ſanitatem a deo & perfectam in die tertio: & propterea utriuſq; petit ſignum. Nec peccauit petendo ſignum/tum quia imitabatur abraham: tum quia repræhenſus fuerat pater eius achaz ab eodem eſaia propheta/eo ꝙ noluiſſet petere ſignum: ut ſcribitur eſa.7. Petijt ergo ezechias ſignum nō incredulus/ ſed ad multiplicandum gloriam diuini nominis. ¶ Cui ait ieſab'iabu: hoc tibi ſignum a domino ꝙ faciet dominus rem quam locutus eſt/ vis vt aſcendat vmbra decem lineis aut vt reuertatur totidem gradibus: Iuxta hebræum habetur. iuit vmbra decem gradib⁹/an reuertetur decem gradibus: ſic iacet in hebræo. Affirmat propheta in horologio ſolari iuiſſe umbram iam per decem gradus: & optionem dat an uelit ezechias pro ſigno regreſſum umbræ per decem gradus/uel progreſſum eiuſdem decem gradibus. Mutilo autem ſermone ſcribitur data optio/ſcribendo unicum optandum: teſtatur enim reſponſio ezechiæ ſubiuncta ꝙ duorum optionem propoſuit propheta ezechiæ.

¶ Et ait chizci'iabu: facile eſt vmbram creſcere decem lineis/nec hoc volo vt fiat ſed vt reuertatur retrorſum decem gradibus. Iuxta hebræum habetur. leue vmbram inclinari decem gradibus/ nō ꝙ reuertetur vmbra retrorſum decem gradibus. Hæc reſpōſio clare manifeſtat optionem ezechiæ datam: & non elegiſſe ipſum progreſſum umbræ ꝑ decem gradus dicendo non/ſed regreſſum ꝑ gradus decem ſubdendo ꝙ reuertetur umbra decem gradibus ¶ In quibus quo ad formam horologij/apparet in primis ꝙ horologium hoc ſolare erat: utpote in quo umbra ſolis erat monſtrans horas diei. Deinde ꝙ ꝑ gradus diſtinctæ erant partes recipientes & monſtrantes umbram. Gradus autem intelligo pictos ſeu frabrefactos ſic ut ꝑ modum aſcendentis umbra progrederetur uſq; ad meridiem/& ꝑ modum deſcendentis umbra progrederetur a meridie uſq; ad noctem. hoc enim inſinuat uerbum inclinari/dicente ezechia leue umbram inclinari: hoc manifeſtat nomen graduum. Habetur tertio ꝙ ſinguli gradus nō mōſtrabant ſingulas horas neq; maius temporis ſpatium/ſed minus. quod ex hoc conuincitur ꝙ uiginti gradus umbræ erant in horologio illo/ut uerba eſaiæ ad ezechiam teſtantur: alioquin non fuiſſet data optio progreſſus umbræ decem gradibus uel regreſſus decem gradibus. certum eſt enim & ꝙ umbræ nō fiunt niſi ſole exiſtente ſupra terrā/& ꝙ in ieruſalem nunꝗ dies excedit tempus quindecim horaꝝ: cum in quarto ſita ſit climate / in quo maximus dies dimidiam ſupra quattuordecim horas nō excedit. impoſſibile eſt igitur uiginti gradus umbræ ſolaris reſpondiſſe ſingulis horis partientibus diem naturalem in partes uigintiquattuor æquales: minus ergo ſpatium ꝗ unius horæ reſpondebat umbra unius gradus in illo horologio. ¶ Quo ad miraculum uero habetur in primis ꝙ data optio progreſſus uel regreſſus intelligit̄ ſubito ſeu in momento temporis: hoc eſt ꝙ in momento temporis progrediatur umbra per decem gradus uel in momento temporis regrediatur per decem gradus. Et hunc

eſſe literalem ſenſum / ex eo patet q alioquin nullū pmiſiſſet miraculū in progreſſu umbræ: nam ſecundum naturalem motū ſolis erat illo die umbra per illos decem gradus reliquos progreſſura ſolito tempore. ex hoc igitur q optio duorum miraculorū data eſt / habetur q de momentaneo pgreſſu uel regreſſu umbræ per decem gradus fuit ſermo. Habetur ſecūdo rō quare ezechias dixerit leue umbram inclinari. inter inclinationem ſiqdem umbræ per decem gradus momentaneam & retroceſſionē momentaneā p decē gradus hæc eſt differentia / q inclinatio quo ad rem erat naturalis ſed quo ad modū erat miraculoſa: nam umbrā inclinari a meridie in occidens eſt naturale & fit a natura / ſed tali modo (vz in momento p gradus decem) miraculoſum erat: retroceſſio aūt a meridie in oriens / nec quo ad modū nec quo ad rem poteſt a natura fieri. & ppea in retroceſſione erat miraculū non ſolum in modo faciendi ſed etiam in ſubſtantia facti: in pgreſſu uero erat miraculū non quo ad ſubſtantiam facti ſed quo ad modum faciendi duntaxat. & ppea ezechias dixit leue eſt umbrā inclinari decem gradibus: leue dixit relatiue ad arduum regrediendi opus. Habetur tertio q ex hoc miraculo patrato tempore ezechiæ regreſſo ſole p decem gradus / nō creuit dies ille niſi decem graduum illius horologij ſpatio: quod eſſe minus decem horis manifeſtatū eſt. nam in momento redyt p decem gradus umbra ſolis / & poſtea ſolito tempore p eoſdem gradus aſcendit iterū ad meridiem. Et hinc clariſſime patet uerum ſcriptum fuiſſe in libro ioſuæ / q nec ante nec poſt fuit dies tam lōgus ſicut ille tempore ioſuæ &c.

¶ Clamauit itaq3 ieſah'iahu ꝓpheta ad dn̄3: & reduxit vmbram p lineas quibus iam deſcenderat in horologio achaz / retrorſum decem gradibus. Iuxta hebræum habetur. & reuerſa eſt vmbra in gradibus quos deſcendit / in gradibus achaz / retrorſum decem gradibus. Miraculum deſcribitur q umbra reuerſa eſt deſcendendo in gradibus / appoſitiue in gradibus achaz (hoc eſt horologij ſolaris facti a rege achaz) & rurſus appoſitiue retrorſum gradibus decem. ſingula enim declarantur ſingillatim.

In tēpore illo miſit berodach bal'adan fili⁹ bal'adan rex babel. Pronomen illo monſtrat quidem tempus poſt hoc miraculū ſed nō immediate poſt: tum qm̄ peccatū ezechiæ cōmiſſum in aduentu legatoꝝ regis babylonis fuit ut creditur poſt plenā libertatem ieruſalem a rege aſſyriorum: tū quia clare ſubiungitur ezechiam monſtraſſe legatis iſtis argentum & aurum pprij theſauri. conſtat.n.ex ſupraſcriptis in ca.18. q theſaurus regius euacuatus fuerat ut daretur ſancherib. poſt igitur plenam libertatem ieruſalem & reconditos iterum theſauros tps demonſtratur. ab hoc aūt miraculo uſq ad plenam libertatem fluxit annus unus / quintuſdecimus ſc3 regni ezechiæ. Tam nomen aūt regis q̄ titulus regni mōſtrat hūc regem nō fuiſſe regem aſſyrioꝝ. ſancherib.n. ſucceſſit eſarchadon in regno aſſyriorum: ut in calce præcedentis capituli ſcriptum eſt. literas & munera ad chizci'iahu. honorando eum. audierat enim q egrotaſſet chizci'iahu. Mutila eſt relatio / ſignificās regem babylonis audiſſe q ppter ezechiæ

ezechiæ ægritudinem ſol retroceſſiſſet. propterea enim miſit ad eũ legatos cũ literis & muneribus ut certior redderetᷣ de cauſa retroceſſionis ſolis & mõ quo res geſta ẽ ex ore ipſius ezechiæ regis: ut in paralipomenon ſuppletur ca.32. Et hinc apparet babylonios nõ ſolum admiratos fuiſſe uiſo regreſſu ſolis ſed ſolicitos fuiſſe ad inquirendum cauſam:& cum audiſſent propter ægritudinem regis ezechiæ factum oratione prophetæ hoc fuiſſe/procurarunt a rege ut mitterẽtur legati ad ſciendum hoc. Quocirca dubitandum nõ eſt ſcriptũ a babylonijs fuiſſe hũc mirabilem motum ſolis: ſed perditi ſunt libri non ſolum annaliũ ſed etiã aſtrologorum babyloniorum & aliorum antiquorum. & ꝓpterea nõ ẽ mirum ſi nõ inuenitᷣ hoc ſcriptum in libris aſtrologorum quos habemus.

¶Letatus eſt aũt i aduẽtu eorum ezechias. luxta hebræũ habetᷣ. Et audiuit ſup eos chizcia'hu. Hebræi audire ꝓ exaudire utunť:& ꝓpea ſcribitᷣ hic ꝙ exaudiuit legatos ezechias in eo quod petebant / manifeſtãdo eis tp̃s eãm & modũ rei geſtæ ad hoc ut ſol retrocederet. ⁊ oñdit eis domũ aromatũ. Iuxta hebræũ habetᷣ. ⁊ oñdit eis oẽm domũ reconditi ſui. Hebraico more prius in genere deſcribitur uniuerſum monſtratũ/deinde deſcenditᷣ ad ſpecies. ⁊ aurum. Hebraice abſqꝫ coniunctione ſubiungitur. argentũ ⁊ aurum ⁊ aromata ⁊ oleũ bonũ ⁊ domũ vaſorum ſuorum ⁊ oẽ quod fuit inuentũ in theſauris eius. Hæc in ſpecie enumerantur affirmatiue iuxta hebraicã ueritatẽ:deinde immediate ſubiungitur negatiua. nõ fuit res quã nõ oñdit eis chizcia'hu in domo ſua ⁊ in omni poteſtate ſua. Et per oleum quidem bonum ſignificatur unguentum precioſum quo reges utebantur in regione illa/ubi frequens erat uſus unctionum. An autem per id quod dicitur in omni poteſtate ſua compræhendantur monſtrata etiam ea quæ erant in templo / perſpicuũ non eſt. nam hinc uidetur affirmandum/eo ꝙ ſub poteſtate regis erant res templi: inde aũt uidetur negandũ/eo ꝙ ſupueniens ꝓpheta nihil dicit de rebus tẽpli arguendo regem, quæ tamen cauſa debuiſſet eſſe præcipua ad arguendũ regem.

¶Venit aũt ieſah'iahu propheta ad regẽ chizcia'hu/ ⁊ dixit ei: qd dixerũt homines iſti ⁊ vñ venerũt ad te? Interrogat propheta non ut ſciat ſed ut materiam ipſemet rex proponat propriæ repræhenſionis. dixitqꝫ chizcia'hu, de terra longinqua venerũt/de babel. At ille reſpondit/quid viderunt in domo tua? Nihil dicit de templo: & propterea rationabilius uidetᷣ intelligendum ꝙ ezechias non commiſerit hoc ſacrilegium ut ad arcana templi admiſerit ethnicos. Et hoc confirmatur per reſponſionem ezechiæ utentis pronomine mea, dicẽdo in domo mea/& ſimiliter in theſauris meis. nullaqꝫ fit mentio domus domini aut theſaurorum domus domini. dixitqꝫ chizcia'hu, omnia que ſunt in domo mea viderunt/non fuit res quã nõ oſtenderim eis in theſauris meis. ¶Dixit itaqꝫ ieſah'iahu ad chizcia'hu: audi ſermonem domini. Ecce dies venient. Parui refert ꝙ hebraice legitur. venientes. propinqui enim monſtrantur dies futuri. ⁊ deferetur omne quod eſt in domo tua ⁊ que condiderunt patres tui vſqꝫ ad diem hanc in babel: non remanebit quicqꝫ ait

dominus. Impleta fuit hæc prophetia poſt mortem ioſiæ: ut in ſequentibus ſcribitur. Et de filijs tuis q egredientur de te (quos generabis) tollent. Filij appellantur non immediate ab eo geniti ſed mediate. & hoc fuiſſe adimpletum ſcribitur dani. i. ꝛ erunt eunuchi in palatio regis babel. Appellatione eunuchoꝝ non intelligo caſtratos/ſed eunuchos officio: miniſtros ſcilicet præcipuos regis. Et ex hac pœna apparet ezechiam peccaſſe uanitate cordis oſtendando diuitias ſuas.

¶ Dixitq; chizci'iahu ad ieſah'iahu/bon⁹ eſt ſermo dñi. Pœnitens rex laudat diuinam iuſtitiam nec excuſat ſe. quem locut⁹ eſt. Parui refert q᷑ hebraice habetur. quē locut⁹ es. tu eſaia. ſit tantū pax ꝛ veritas in dieb⁹ meis. Iuxta hebræum hŕ. ꝛ dixit/nōne ſi pax ꝛ veritas erit in dieb⁹ meis? Prius laudauit diuinam iuſtitiam relatiue ad pœnam futuram in theſauris & in filijs: modo adiūgit gratiarumactiones relatiue ad diuinum beneficium collatum perſonæ propriæ in hoc q̄ in diebus eius nō erit hæc punitio. Et eſt ſenſus/nonne gratia mihi fit ſi pax & ueritas erit in diebus meis? Et pax quidem refertur ad cōminatum a propheta bellum inferendum a babylonijs: ueritas autem ad ipſam prophetiam promittentem dilationem. ¶ Reliquū autē verborum chizci'iahu ꝛ omnis fortitudo eius/ꝛ quomodo fecit piſcinam ꝛ aqueductum ꝛ introduxit aquas in ciuitatem: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regū iehude? Multa hic commemorātur quæ ideo ignoramus quia libri in quibus geſta hæc ſcripta ſunt non habentur. Dormiuitq; chizci'iahu cum patribus ſuis: ꝛ regnauit menaſſes filius eius pro eo.

CAPVT .XXI.

Filius duodecim annorum erat menaſſes cum regnare cepit. Hinc inſinuatur q̄ ezechias abſq; liberis erat tempore ægritudinis ſuæ/poſt quā uixit annis q̄ndecim. ꝛ q̄nquagintaq̄nq; ānis regnauit ī ieruſalaim: ꝛ nomē mr̄is ei⁹ chephzi'ba. Fecitq; malum in oculis domini: iuxta idola. Legendum eſſet. ſicut abominationes gentium quas expulit dominus a facie filiorum iſrael. aſſimilantur enim mala opera menaſſis abominationibus expulſaꝝ gentium. Conuerſuſq; eſt. Hebraice habet. Et reuerſus eſt. quatenus rex. rex. n. iudæ receſſerat in perſona ezechiæ ab ijs quæ ſubiunguntur/& reuerſus ad hæc ſignificatur in perſona menaſſis. ꝛ edificauit excelſa que diſſipauerat chizci'iahu pater eius: ꝛ erexit aras bahali ꝛ fecit lucum ſicut fecerat ach'ab rex iſrael/ꝛ adorauit omnem militiam celi ꝛ coluit eas. Extruxitq; aras in domo domini: de qua dixit dominus/in ieruſalaim ponam nomen meum. Et extruxit aras vniuerſe militie celi in duobus atrijs domus domini. Et traduxit filium ſuum per ignem/ꝛ hariolatus eſt. Iuxta hebræum ſignificatur

obſeruatio temporum.ita ꝙ inter ſuperſtitiones menaſſis ſupputatur obſeruatio
temporum. ⁊ obſeruabat auguria.Hebraice incantatio ſignificatur. ⁊ fe-
cit pythonem ⁊ aruſpices.Rectius diceretur . magos . quædam.n.ma-
gicæ artis ſpecies ſignificatur . multiplicauit facere malū in oculis do-
mini irritando eū. Poſuit quoqꝫ idolū luci quem fecerat.Hebrai-
ce habetur.dolatū querc⁹ quod fecit.Lignea ſtatua ſignificatur.in domo
de qua dixerat domin⁹ ad dauid ⁊ ad ſelomonem filiū ei⁹/ in do-
mo hac ⁊ in ieruſalaim quā elegi de cūctis tribub⁹ iſrael ponam
nomen meū in ſempiternū. Et vltra non faciam moueri pedem
iſrael de terra quam dedi patrib⁹ eoꝛū:tantū ſi cuſtodierint vt fa-
ciant omnia que pꝛecepi eis/⁊ iuxta totam legem quam pꝛecepit
eis ſeru⁹ me⁹ moſes.Et non audierūt : ſed ſeducti ſunt a menaſ-
ſe vt facerent malum ſuper gentes. Hebraice habetur. ⁊ errare fecit
eos menaſſes ad faciendū malū pꝛe gentib⁹ quas deleuit domi-
n⁹ a facie filioꝝ iſrael.Sententia eſt clara.

¶Locutuſqꝫ eſt dominus in manu ſeruoꝝ ſuoꝝ pꝛophetaꝝ di-
cendo.Quia fecit menaſſes rex iehude abominationes iſtas/fa-
ciendo male ſuper omnia.Hebraice habetur. pl⁹ omnib⁹ que fecerūt
emoꝛei q fuerūt ante eum.peiora enim dicuntur hæc iniquitatibus gētium
expulſaꝝ.⁊ peccare fecit ēt iehudā ī imūdicijs ſuis.Hebraice hr̃.ī ab-
ominationib⁹ſuis.Pꝛopterea ſic dixit dn̄s de⁹iſrael:ecce ego in-
duco malū ſup ieruſalaim ⁊ iehudā/qḋ qcūqꝫ audierit tiniēt am-
be aures ei⁹. Et extendā ſup ieruſalaim funiculū ſomeron ⁊ pō-
dus dom⁹ ach'ab . Senſus eſt ꝙ ſimilem faciet ieruſalem tum ſamariæ tum
domui ach'ab. hæc enim deleta eſt penitus : illa autem in captiuitatem ducta ad
ciuitates medorum.Parabola autem ſumitur a fabris utētibus filo pōdere plum-
beo ut iuxta menſuram ædificent. ⁊ delebo ieruſalem . Rectius legeretur .
⁊ expurgabo ieruſalaim. ſimilitudo enim ſubiuncta hunc ſenſum aperit .
ſicut deleri ſolent tabule delens vertam ⁊ ducam crebꝛi⁹ ſtylum
ſuper faciem ei⁹. Iuxta hebræum habetur. ſicut expurgabit ſcutellam/
expurgauit ⁊ vertet ſuper faciem ſuam. Ad inſtar expurgantis ſcutel-
las (qui expurgando eas poſtqꝫ expurgauit uertit eas ſuper faciem earū ne quid
humoris in eis remaneat) expurgaturum ſe ieruſalem comminatus eſt per pro-
phetas. Dimittam vero. Iuxta hebræum habetur . Et derelinquā re-
liquias hereditatis mee.Proſecutio eſt mali pœnæ:uidelicet ꝙ non cuſto-
diet iudam & ieruſalem reliquias hæreditatis ſuæ. decem enim tribus iam in ca-
ptiuitatem ductæ fuerant : & propterea regnum iudæ appellatur reliquiæ hæ-
reditatis dei. ⁊ tradam eas in manum inimicoꝛum eoꝛum:eruntqꝫ
in vaſtitatē ⁊ ī rapinā.Iuxta hebræū hr̃. ⁊ erūt ī pꝛedā ⁊ ī direptionē
oib⁹ inimicis ſuis.ut ſubſecutus ꝓbauit euētus. Eo ꝙ fecerūt malū in
oculis meis.Tres cauſæ iūgunt̃ ſuptadictæ pœnæ.ꝑma ē multiplicatio ma-
loꝝ ad irritādū deū ab exitu de ægypto uſqꝫ in præſens:ſecūda ē multitudo effuſi

Digitized by Google

ſanguinis inoxij a menaſſe: tertia ē multitudo peccatoꝝ menaſſis quibus peccare fecit populū idola colendo. ꝛ perſeuerauerunt. Iuxta hebræum hr̄. ꝛ fuerunt irritātes me a die qua egreſſi ſunt patres eorum ex egypto vſqꝫ ad diem hanc. non enim perſeuerantia ſed multiplicatus reditus ſæpe ad irritandum deum ſignificatur. Et etiam ſanguinem innoxium effudit menaſſes multum valde/donec impleret ieruſalaim vſqꝫ ad os: preter peccatum eius quo peccare fecit iehudā/faciendo malum in oculis domini. Reliquum autem verborum menaſſis ꝛ omnia que fecit/ꝛ peccatum eius quo peccauit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iehude? Dormiuitqꝫ menaſſes cum patribus ſuis/ꝛ ſepultus eſt ī horto domus ſue in horto huzze. utpote qui non meruit ſepeliri cum regibus iudæ fidelibus. ꝛ regnauit amon filius eius pro eo.

¶ Filius viginti duorum ānorum erat amon cum regnare cepit/ ꝛ duobus annis regnauit in ieruſalaim: ꝛ nomē matris eius meſullemeth filia charuz de iotba. Fecitqꝫ malum ī oculis domini/ ſicut fecerat menaſſes pater eius. Et ambulauit in omni via per quam ambulauerat pater eius: ſeruiuitqꝫ immundicijs. Hebraice habetur. abominationibus quibus ſeruierat pater eius. idola autem ſignificantur: ut patet ex eo ꝙ ſubiungitur. ꝛ adorauit eas: Et dereliquit dominum deum patrum ſuorū: ꝛ non ambulauit in via domini. Peior ethnicis qui in ſamaria erant(qui colentes idola etiā ſummū deum colebant)deſcribitur. Tetenderuntqꝫ ei inſidias ſerui ſui. Hebraice habetur. Et coniurauerunt ſerui amon ſuper eum: ꝛ interfecerūt regem in domo ſua. Sententia eſt clara. Percuſſit autem populus terre omnes qui coniurauerant contra regem amon: ꝛ regem cōſtituit ſibi populus terre ioſi'iahu filium eius pro eo. Reliquum autem rerum amon quas fecit: nonne ſcriptum eſt in libro verboꝝ dierum regum iehude? Sepelieruntqꝫ eū in ſepulchro ſuo in horto huzze. Et iſte quoqꝫ indignus fuit ſepulchro fidelium regum. ꝛ regnauit ioſi'iahu fili⁹ ei⁹ pro eo.

CAPVT .XXII.

Filius octo annoꝝ erat ioſi'iahu cum regnare cepit/ꝛ triginta ꝛ vno annis regnauit in ieruſalaim: ꝛ nomen matris eius iedida filia hada'ie de boſcath. Fecitqꝫ rectum in oculis domini: ꝛ ambulauit ꝑ omnes vias dauid patris ſui/ ꝛ non declinauit ad dexteram ꝛ ſiniſtram.

Et fuit ī āno decimooctauo regis ioſi'iahu: miſit rex ſaphan filiū azal'iahu filij meſullā ſcribā ad domū dn̄i dicēdo. Aſcēde ad chilci'iahu ſacerdotē magnū/ vt ꝯfleť pecunia. Hebraice hr̄. ꝛ finiet argētū illatū ī domū dn̄i. hoc ē ut uſqꝫ ad finē/ut totū argētū illatū

in domum domini ſupputet. ſummus enim ſacerdos & ſcriba regis hoc officium habebant: ut ſuperius tempore ioas decretum fuit ca. 12. quam collegerunt ianitores templi. Hebraice habet. cuſtodes malluuij a populo. Ibidem dictum fuit ꝙ iſti erant cuſtodes uaſis in quo offerebatur pecunia a populo: & ꝙ euacuabant uas in thecam perforatam deſuper. Deturqꝫ fabris per prepoſitos domus domini. Hebraice habetur. Et dabunt eam ſuper manum factorum operis/ordinatorum in domo iehouah. De ſacerdote ſummo & ſcriba regis dicitur/ & dabunt eam præfectis operis in domo dei faciendi. ⁊ dabunt ipſam factoribus operis quod eſt ī domo domini/ad inſtauranda ſartatecta. Pluries dictum eſt hebraice haberi. ad fortificandum requiſitionem domus. hoc eſt ad fortificandum ea quæ requiſitione egent (non tam oculi ꝗ operis) in domo dei. Tignarijs vcꝫ ⁊ cementarijs ⁊ ijs qui interrupta componunt. Hebraice habetur. Fabris ⁊ edificatoribus/⁊ paratoribus. proculdubio materiæ. Deinde immediate ſubiungitur. ⁊ ad emendum ligna. Quod autem ſubditur. ⁊ lapides de lapidicinis. hebraice habetur. ⁊ lapides dolatos. ad differentiam lapidum qui promiſcue ponuntur in fabrica. ad fortificandum domum. Veruntamen non ſupputetur eis argentum datum ad manum eorum: ſed in poteſtate habeant ⁊ in fide. Iuxta hebræū habet. qa ī fide ipſi faciētes. De præfectis eſt ſermo. & ab exēplo ſeruati ordinis tpe ioas regis & ioiadæ pōtificis ordinauit hoc ioſias.

¶ Dixit autem chilci'iahu ſacerdos magnꝰ ad ſaphan ſcribam/ librum legis inueni in domo domini. tanto enim tempore neglecta fuerant diuina tempore menaſſis ut liber legis tanꝗ res nouiter inuenta ſcribatur. deditqꝫ chilci'iahu librum ſaphan ſcribe/qui ⁊ legit ipſum. Venitqꝫ ſaphan ſcriba ad regem/⁊ renunciauit ei quod preceperat: Hebraice habetur. ⁊ retulit regi verbum. executum. ⁊ dixit/ conflauerunt. Hebraica dictio anceps eſt ad colare uel finire: & quia ſuprapoſita dictio ſignificat finire/ ideo rectius hic legeretur. finierūt ſerui tui argentum inuentum in domo. ſacerdos & ego finiuimus (hoc eſt ad finem uſqꝫ ſupputauimus) pecuniam inuentam in templo. ⁊ dederunt vt diſtribueretur fabris ac prefectis operum templi domini. Iuxta hebræū habetur. ⁊ dederūt ſuꝑ manū effectoꝝ opis/ordinatoꝝ ī domo iehouah. repetunt. n. uerba paulo ſupius ſcripta: & ſignificat eos dediſſe pecuniam præfectis ut rex iuſſerat. Narrauit quoqꝫ ſaphan ſcriba regi dicendo/librū legis dn̄i dedit mihi chilci'ia ſacerdos. Superfluit legis domini. legitqꝫ illum ſaphan coram rege.

¶ Et fuit cū audiſſet rex verba libri legis/ſcidit veſtimēta ſua. in execrationē tātæ trāſgreſſiōis agnitæ ex auditiōe legis/ necnō ī horrorē tot taliūqꝫ pœnaꝝ ꝯminataꝝ in lege. Precepitqꝫ rex chilci'ie ſacerdoti/⁊ achicam filio ſaphan/ ⁊ hacbbor filio micha'ie/⁊ ſaphan ſcribe/⁊ haſa'ie ſeruo regis dicēdo. Ite ꝯſulite dn̄m pro me ⁊ pro populo ⁊

pro toto iehuda ſuper verbis libri huius qui inuent⁹ eſt: magna enim eſt ira dñi que ſuccenſa eſt ↄtra nos/eo ꝙ nõ auſcultauerũt patres noſtri ad verba libri huius vt facerent iuxta omne quod ſcriptum eſt nobis. Juit itaqȝ chilci'iahu ſacerdos ꝛ achicam ꝛ hachbor ꝛ ſaphan ꝛ haſa'ia/ad chuldam prophetiſſam vxorem ſallum filij thic'ue filij charcham cuſtodis veſtium. Deuotus rex ad conſulendum dominum occiſo eſaia a patre ſuo menaſſe/mittit ad mulierem ſolennes ualde nũcios. quamuis. n. ieremias propheta p quinquennium ante incœpiſſet habere uiſiones dei (ãno vcȝ tertiodecimo iſtius ioſiæ regis: ut patet iere. 1.) tempore tamen illo (vcȝ decimooctauo anno eiuſdem ioſiæ quo repertus eſt liber) non erat in authoritate apud regem & principes & populũ ſicut iſta mulier. qualitas enim perſonarum miſſarum a rege ad eam/teſtatur fuiſſe eam tunc in maxima authoritate ſanctitatis & prophetiæ: & propterea rex ad eam miſit. que habitabat in ieruſalaim in ſecunda. Dictio hebraica a ſecunda deriuatur: ſed non ſignificat quodcũqȝ ſecundum ſed per modum repetitionis. ita ꝙ latine rectius redderetur in repetitione ꝙ̃ in ſecunda. Et ſignificatur ad literam ꝙ mulier iſta habitabat in ieruſalem quo ad locum/in repetitione aũt quo ad officium: quia vcȝ repetebat diuina. frequens enim legis & diuinoꝝ repetitio non ſolum medicando ſed priuatim inſtruendo alios/ſignificatur officiũ eius. locutiqȝ ſunt ad eam.

¶ Que rñdit eis: ſic dixit dominus deus iſrael/ dicite viro q miſit vos ad me. Sic dixit dominus: ecce ego adduco malum ſuper locum hunc ꝛ ſuper habitatores eius. Affirmat mulier executurum deũ cõminata in lege reſpondendo nuncijs. omnia verba libri quem legit rex iehude. Quæſtio oritur ex eo ꝙ in ieruſalem non fuerunt executioni mandata omnia maledicta legis. Solutio eſt ꝙ omnia legis maledicta ꝙ̃uis non abſolute/relata tamẽ ad merita & demerita ieruſalem adimpleta ſunt in ea: & cum hoc moderamine intelligenda ſunt uerba huius prophetiæ. Pro eo ꝙ dereliquerunt me ꝛ thurificauerũt dijs alienis/vt irritarẽt me in omnibus opibus manuum ſuarum: ſuccendetur indignatio mea in locum iſtum ꝛ non extinguetur. Prædicit mulier ꝙ inſtar ignis ſuccenſi non extinguendi erit uindicta dei ſuper ieruſalem: ſignificans per hoc definitam eſſe apud deum conſumptionem ieruſalem. ¶ Regi autem iehude q miſit vos vt conſuleretis dominum/ſic diceti

s: hec dicit dominus deus iſrael/pro eo ꝙ audiſti verba voluminis. Iuxta hebraũ habetur. ſic dixit iehouah elohe iſraelis verba que audiſti. Cõcluſio præcedentium/ initium conſtituitur ſubiunctorũ de ipſo rege ioſia in indiuiduo. cõcludit in primis dicendum eſſe regi ꝙ ſic diffinitiue locutus eſt deus de ieruſalem uerba audita/quæ vcȝ ipſa dixerat: deinde immediate ſubiungitur. Pro eo ꝙ mollitum eſt cor tuum ꝛ humiliatus es a facie domini cum audiſti que locutus ſum ſuper locum iſtum ꝛ ſuper habitatores ei⁹. Diriguntur hæc ad perſonam ioſiæ / declarando ꝙ in ueritate coram deo humi-

Digitized by Google

liauerat ſe teneraſcente corde eius audiendo diũina uerba. ꝙ vz fierent ĩ ſtuporem. Hebraice habetur. vt ſint in deſolationem ⁊ in maledictum. Et uere deſolata fuit ieruſalem ſecundum rem: & fuit in maledictum in ſermonibus imprecantium mala/dicendo eueniat ſicut euenit ieruſalem. ⁊ ſcidiſti veſtimenta tua ⁊ fleuiſti coram me: ⁊ etiam ego audiui dicit dominus. Jdcirco colligam te ad patres tuos. Conſidera fructum oratiõis ioſiæ. obſtante. n. tanta mole ſcelerum patrum & populi/non eſt exauditus pro patria ſed pro perſona propria. ⁊ colligeris ad ſepulchra tua in pace. Non obſtat huic promiſſæ ſepulturæ in pace ꝙ occiſus fuerit ioſias in bello / ut ſequenti dicitur capitulo: quia ad literam ſermo eſt de pace oppoſita bello quo deſtruenda erat ieruſalem: nam de huiuſmodi deſtructione loquebatur mulier, manifeſte. Quamuis etiam non dicatur ioſiæ ꝙ morieris in pace, ſed ꝙ ſepelieris in pace in ſepulchris tuis. vt non videant. Hebraice habetur. ⁊ non videbunt oculi tui omnia mala que ĩduco ſuper locum iſtum. Ecce declaratio ſepulturæ eius in pace/ꝙ erit anteq̃ ueniant mala efficienda a deo in ciuitate ieruſalem: hoc enim fuit ad literam adimpletum. Nec paruum fuit beneficium eximi a uiſione tot malorum patriæ ꝓpriæ. cruciatus enim magnus fuiſſet ioſiæ uidere tot mala patriæ & tẽpli dei &c. ⁊ retulerũt regi verbũ.

CAPVT .XXIII.

Miſit autem rex: ⁊ cõgregati ſunt ad eum omnes ſenes iehude ⁊ ieruſalaim. Aſcenditq; rex in domum domini/ ⁊ omnes viri iehude ⁊ omnes habitatores ieruſalaim cum eo ⁊ ſacerdotes ⁊ prophete ⁊ totus populus a paruo vſq; ad magnum. Accenſus rex ad diuina/ cum audiſſet deum iratum cõminantem etiam per mulierem ſanctam executurũ ſe in ieruſalem maledicta legis, ſperando placare iram dei bonis operibus populi/præcæpit congregari uniuerſos in templũ dei: & ibidẽ legi repertũ librũ audientibus omnibus/& fœdus renouari inter deum & populum. legitq; in auribus eorum omnia verba libri federis qui inuent⁹ eſt in domo domini. Dicit libri fœderis/ vt intelligamus nõ fuiſſe lectum totum textum libri moſis ſed illam partem quæ cõtinet fœdus inter deum & populum / quæ ſcripta eſt in fine deuteronomij. Stetitq; rex ſuper gradum. Hebraice habetur. ſuper colũnam. Locus ſignificatur ſuffultus colũnis in quo rex manebat cum erat in templo. ⁊ fedus percuſſit coram populo vt ambularent poſt dominum ⁊ vt cuſtodirent precepta eius ⁊ teſtimonia eius ⁊ ſtatuta eius in toto corde ⁊ in tota anima/ vt ſuſcitarent. Iuxta hebræum habetur. ad firmandum verba federis huius que ſcripta ſunt in libro iſto. Renouatio ſignificatur fœderis ad firmandum ea quæ ſcripta erant in libro dei: firmandum autem opere. acquieuitq; populus. Vide quãti boni cauſa eſt bonus princeps.

Digitized by Google

¶ Precepit autem rex chilci'iahu ſacerdoti magno ⁊ ſacerdotibus ſecundi ordinis. Circūlocutio eſt: nam hebraice habetur. ⁊ ſacerdotibus reſecundationis. ſi ſic liceat loqui: hoc eſt ſacerdotibus iterū atqꝫ iterū ſuccedentibus: per hoc deſcribendo ſacerdotes ſuccedentes ſecundum uices ſuas iuxta ordinem decretum a dauide rege. ⁊ ianitoribus. Hebraice habetur. ⁊ cuſtodibus vaſis. ſeu malluuij. Iſti ſunt qui ſuperius deſcripti ſunt ſuperintendentes oblationi pecuniæ a populo: & ijdem modo ſignificātur cuſtodes uaſorum domini: & propterea in ſpecie nominantur/ tanꝙ ad quos ſpectabat cura uaſorum domus dei. Vt efferri facerent e templo domini omnia vaſa facta bahali ⁊ luco ⁊ toti militie celi: ⁊ combuſſit ea extra ieruſalaim in conualle cid'ron. Non dicitur in torrente ſed in planicie iuxta torrentem cid'ron. ⁊ tulit puluerem eorum in beth'el. ut nec puluis remaneret in terra iudæ: beth'el enim locus erat prophanatus a primo rege iſrael idolatra ierohoham. Et deleuit aruſpices. Hebraice habetur. Et faciet ceſſare ſacerdotes quos dederunt reges iehude ad thurificandum in excelſis in ciuitatibus iehude ⁊ in circūitibus ieruſalaim. Non dicit ꝙ occiderit iſtos/ ſed ꝙ cum effectu fecit eos ceſſare ab officio ſacrificandi in excælſis. ⁊ thurificantes bahali/ ſoli ⁊ lune ⁊ duodecim ſignis. Superfluit duodecim: ſignificantur tamen ſigna zodiaci duodecim. ⁊ toti militie celi. Et efferri fecit lucum e domo domini extra ieruſalaim ad torrentem cid'ron/ ⁊ combuſſit eum ibi ⁊ redegit ī puluerem: ⁊ proiecit puluerem eius ſuper ſepulchra vulgi. Hebraice habetur. ſuper ſepulchrum filiorum populi. Suſpicor ſepulchrum fuiſſe filiorum conſecratorum idolis: ita ꝙ pro ueneratione conſecrationis habebant ſepulchrū commune filij populi ſeparatum a ſepulchris non conſecratorum/ conſecrati autem filij regum propria habebant ſepulchra. Tanꝙ igitur ad prophanū locum proiectus eſt cinis lignorū luci idolorū. Deſtruxit quoqꝫ ediculas effeminatorū. Hebraice habetur. paratorū. & ut ſupra diximus/ meritorij pueri ſignificantur. que erāt in domo domini: in quibus mulieres texebāt domūculas luco.

¶ Fecitqꝫ venire omnes ſacerdotes de ciuitatibus iehude, ⁊ contaminauit excelſa in quibus thurificauerāt ſacerdotes/ a ghebah vſqꝫ ad beer'ſebah. imitatus ezechiam regem. ⁊ deſtruxit excelſa portarum que erant in introitu porte ioſie. Corruptum eſt uocabulum: legendū eſt. iehoſuah principis ciuitatis. Iſte ualde magnus erat in ciuitate ieruſalem/ & ideo princeps dicitur. Et fit eius ſpecialis mētio ad cōmendandam regis magnanimitatem ꝙ nullius perſonæ rationem habuit. que erāt ad ſiniſtram viri in porta ciuitatis. Veruntamen non aſcendebant ſacerdotes excelſorum ad altare domini in ieruſalaim: ſed comedebant azyma in medio fratrum ſuorum. Quia polluti erant ſacerdotio ſacrilego/ ideo priuati ſunt miniſterio altaris ſummi dei, non tamen ſunt priuati participatione azymorum quæ ſolis ſacerdotibus cōceſſa erāt. Et qa eſt ſer-

mo de azymis quæ ſupputabantur inter ſancta ſanctorum l.ui.ca.6 hinc haben-
tur duo. alterum ꝙ iſti ſacerdotes non erant priuati portiōe ſimilæ oblatæ d.o
cuius pars cremata erat inſtar thuris deo. alterum ꝙ licitum quoqꝫ erat iſtis ue-
ſci etiam cum comedentibus hoſtiam pro peccato: quoniam paris erat ſanctita-
tis. Contaminauit quoqꝫ thopheth quod ē in valle filij hinnom.
Hinnom eſt dictio hebraica anceps ad ardorem uel ſonitum: prima tamen deri-
uatio certior eſt ad materiam ignis per quem tranſibant qui ibi conſecrabantur.
vt nemo conſecraret. Hebraice habetur. ad non faciendū trāſire ali-
quem filiū ſuū ⁊ filiam ſuam per ignem ipſi molech. Modus ꝯſecran-
di deſcribitur: vcꝫ facere tranſire filium aut filiam per ignem idolo molech. Ab-
ſtulit quoqꝫ equos quos dederāt reges iehude ſoli ī introitu do-
mꝰ domini iuxta exedram nethan'melech eunuchi/que erat i par'
uarim. Iuxta hebræum hæc clauſula ſic habetur. ab ītroitu domꝰ iehouah
ad aulam nethan'melech eunuchi/que in latitudinibꝰ. Quæſtio an
equi iſti fuerint naturales an artificiales/ſolui uidetur tum ex loco tum ex diuer-
ſitate actionum. ex his enim inſinuatur ꝙ fuerint equi naturales adducti a regi-
bus ad trahendum currum ſolis. nam currus ipſe ſubiungitur combuſtus/equi au-
tem ablati: qui ſi fuiſſent artificiales/fuiſſent & ipſi combuſti. Extenſio quoqꝫ lo-
ci equorum (ucꝫ ab introitu domus domini uſqꝫ ad aulam illius eunuchi in pla-
tea) denotat naturales fuiſſe equos/& ibidem habuiſſe manſionem ad honorem
ſolis. ⁊ currꝰ ſolis combuſſit igni. Altaria quoqꝫ que erant ſuper
tectū cenaculi achaꝫ que fecerant reges iehude. Ignotus eſt nobis lo-
cus iſte & quorſum. ⁊ altaria que fecerat menaſſes ī duobꝰ atrijs do-
mꝰ domini/deſtruxit rex: ⁊ cucurrit inde. Modus quo ioſias tanq̄ cur-
rens iuit ad purgandum loca extra ieruſalem deſcribitur. ⁊ ꝓijcere fecit pul-
uerem eorum in torrentem cid'ron. Excelſa quoqꝫ que erant ſu-
per faciem ieruſalaim ad dexteram partem montis offenſionis.
Iuxta hebræum habetur. montis deſtructionis. ad literam enim ſignifica-
tur mons oliueti: qui cognominatur deſtructionis ratione conſtructæ in eo ido-
latriæ a ſalomone. que edificauerat ſelomo rex iſrael haſthoreth ido-
lo ʒidonioꝝ ⁊ chemos offenſioni moab/⁊ milchom abominatio-
ni filioꝝ hāmon: polluit rex. Eadem in hebraico textu repetiť dictio quam
Interpres in idolum & offenſionem uariauit: & ſignificatur ſemper idolum/quod
abominatio ab hebræis dicitur. Et contriuit ſtatuas ⁊ ſuccidit lucos:
repleuitqꝫ loca eoꝝ oſſibus hominum. ut ꝓphanus haberetur deinceps
locus.

¶ Et etiam altare quod erat in beth'el in excelſo quod fecerat ia-
robham filꝰ nebat q̄ peccare fecit iſraelē/etiā altare illud ⁊ etiam
excelſum deſtruxit: combuſſitqꝫ excelſum contriuit in puluerem
⁊ cōbuſſit lucū. Conuerſuſqꝫ ſe ioſi'iahu ⁊ vidit ſepulchra que erant
ibi in monte, miſitqꝫ ⁊ tulit oſſa de ſepulchris ⁊ combuſſit ſuper
altare. Fecit ioſias quod prædixerat deus tempore ierobobam ut clare ſubiun-

gitur per uirum elohim miſſum ex iuda: ut ſuperius in.3.li.ca.13. ſcriptum eſt. ⁊
polluit illud: iuxta verbū domini quod locutꝰ eſt vir dei ꝗ predi-
xit verba hec. Et ait/ qd eſt titulꝰ iſte quem ego video: dixerūtqꝫ
ei viri ciuitatis. Quamuis rex aſſyriorum tranſtulerit decē tribus in medos/
multi tamen qui fugerant euaſerunt captiuitatem & poſtea redierunt: & iſti ſunt
ciues beth'el qui dederunt notitiam oſiæ de titulo ſeu ſigno quē uidebat. ſignum
enim quoddam ſpeciale præ ſe ferebat ſepulchrum illud. ſepulchrū eſt viri
dei ꝗ venit de iehuda. Iterum eſt nomen elohim, neſcitur enim nomen pro-
prium illius prophetæ/ & nominatur ſemper uir elohim. ⁊ predixit res has
quas feciſti ſuꝑ altare beth'el. Et ait, dimittite ipſum/ nemo mo-
ueat oſſa eiꝰ: ⁊ ſaluata ſunt oſſa eiꝰ cū oſſibꝰ prophete ꝗ venerat
de ſomeron. Vere diuinauit ille pſeudopropheta diſponendo ut parceretur
oſſibus ſuis/ ut ibidem ſcriptum eſt. ¶ Et ēt oēs domos excelſoꝝ que
erant in ciuitatibꝰ ſomeron. Obedientibus reliquijs iſraelitarum ioſiæ/ ex-
tendit zelum ſuum ad ciuitates ſamariæ. quas fecerant reges iſrael ad ir-
ritandū dn̄m. ad differentiam ararum quas fecerunt ethnici miſſi a rege aſſy-
riorum ad habitandum regnum ſamariæ: ad illas enim non ſe extendit ioſias.
abſtulit ioſi'iahu: fecitqꝫ eis iuxta oīa oꝑa que fecerat in beth'el.
Et occidit vniuerſos ſacerdotes. Iuxta hebræum habetur. Et ſacri-
ficauit oēs ſacerdotes excelſoꝝ ꝗ ibi ſuper altaria. Quamuis litera ſo-
net & intelligi poſſit ꝙ ioſias inuenerit aliquos hebræos obſtinatos ad ſacerdo-
tio fungendum ſuper altaria excælſorum/ & ipſos ſuper altaria occiderit: ego ta-
men intelligo ſacrificium hoc exponi per ſubiunctam clauſulam. ⁊ combuſſit
oſſa humana ſuper ea. Ita ꝙ ſacrificare ſacerdotes qui erant ibi/ fuit com-
burere oſſa defunctorum ſacerdotum ſepultorum ibi ſuper ipſa altaria. hoc enim
in deteſtationem altarium & ſacerdotum fiebat/ & appellatur ſacrificare ſecun-
dum ſimilitudinem. Et hic ſenſus magis quadrat tempori illi quo regnum ſama-
riæ ſubiectum erat regi aſſyriorum: nec permiſiſſent incolæ ꝙ rex iudæ occide-
ret habitatores terræ in ipſo regno ſamariæ: ſed ꝙ expurgaret ueteres cultus con-
trarios cultui ſummi dei gratum erat alienigenis cupientibus propitium haberē
deum terræ/ ut ſuperius ca.17. ſcriptum eſt. reuerſuſqꝫ ē in ieruſalaim.

¶ Precepitqꝫ rex toti populo dicendo: facite peſach dn̄o deo ve-
ſtro ſecundū ꝙ ſcriptū eſt in hoc libro federis. Non enim factū
ē peſach tale a diebꝰ iudicū ꝗ iudicauerūt iſrael: ⁊ oībꝰ diebꝰ regū
iſrael ⁊ regū iehude. Non dicitur non eſt factum peſach abſolute/ ſed peſach
ſicut hoc: qualitas enim præcipua cōmendatur nō ſubſtantia ſacrificij nec quan-
titas populi. In quo autem conſiſtebat iſta qualitas/ ſcriptum non eſt. Niſi de-
cimooctauo anno regis ioſi'iahu/ factū eſt peſach hoc dn̄o i ieru-
ſalaim. Et etiā pythones ⁊ hariolos ⁊ theraphim ⁊ idola ⁊ oēs
abominationes viſas in terra iehude ⁊ in ieruſalaim/ abſtulit io-
ſi'iahu: vt ſtatueret verba legis que ſcripta ſunt i libro quē inue-
nit chilci'iahu ſacerdos in domo dn̄i. Similiſqꝫ ei non fuit ante

eū rex q reuerteref ad dominū in toto corde ſuo ⁊ in tota aīa ſua ⁊ in tota virtute ſua/iuxta totam legem moſis: ⁊ poſt eū non ſurrexit ſimilis ei. Quæſtio ſtatim oritur: quia in ca. 18. ſcriptum eſt ꝙ poſt ezechiam non ſurrexit rex illi ſimilis. Solutio eſt ꝙ utrunq; uerificatur diuerſimode. ezechias enim præfertur cunctis regibus iudæ quo ad actiones permiſſas tollendas ad honorem dei: primus enim abſtulit ſacrificia extra templum dei & cultum ſerpentis æneí. ioſias autem præfertur cunctis regibus quo ad ſtudium ſeruandæ legis diuinæ ſimpliciter & abſolute: ut textus clare ſonat. Verūtamē non eſt auerſus dominꝰ ab ira furoris ſui magni/quo iratꝰ eſt furor eiꝰ in iehudam: propter irritationes qbꝰ irritauit eū menaſſes. Dixitq; dn̄s: etiam iehudam auferam a facie mea ſicut abſtuli iſrael, ⁊ reprobabo ciuitatem hanc quam elegi ieruſalaim/⁊ domū de qua dixi erit nomen meū ibi. Diffinitio diuina de eiectione iudæ ſignificatur/non obſtante electione ieruſalem & templi ibidem.

¶ Reliquū aūt verboꝝ ioſi'iahu ⁊ oīa que fecit: nōne ipſa ſcripta ſunt in libro verboꝝ dieꝝ regū iehude? ¶ In diebꝰ eiꝰ aſcendit parho necho rex egypti contra regē aſſur iuxta flumen euphratem: ⁊ iuit rex ioſi'iahu in occurſum eiꝰ. Hiſtoria hæc latius ſcribitur in 35. ca. ſecundi paralipomenon: ubi tractabitur de cauſa occurſus iſtius. ⁊ occiſus eſt in megiddo. Mirabilia ſunt iudicia dei in tam ſancto uiro. cum vidiſſet eū. hoc ē in primo cōgreſſu. Et leuauerūt eū ſerui eiꝰ mortuū de megiddo ⁊ pertulerūt in ieruſalaim/⁊ ſepelierūt eū in ſepulchro ſuo: tulitq; populꝰ terre ieho'achaz filiū ioſi'iahu/⁊ vnxerūt eum ⁊ regem conſtituerūt eū pro patre eiꝰ. Cū iſte ioachaz non eſſet primogenitus (ut teſtatur collatio ætatum ipſius & fratris: nam ipſe uigintitriū annoꝝ erat/frater autem uigintiquinq; ut in hoc capitulo ſubditur) neſcitur cauſa quare populus conſtituerit regem minorem omiſſo primogenito. ſubiūcta tamen cām innuunt nunc nunc declarandam.

Filiꝰ vigintitriū ānoꝝ erat ieho'achaz cū regnare cepit/ ⁊ tribꝰ menſibꝰ regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomē mr̄is eiꝰ chamutal filia iirme'iahu de libna. Fecitq; malū ī oculis domini: iuxta oīa que fecerant patres eiꝰ. ¶ Vinxitq; eū parho necho in rib'la in terra chamath. Aiunt rib'lam eſſe antiochiam. rex enim ægypti uictor cōtra regē aſſyriorum ſubegit ſyriam: & ex antiochia accerſiuit ioachaz regem iudæ/ibiq; uinxit eum. ne regnaret in ieruſalem. Iuxta hebræū habetur. in regnare in ieruſalaim. Cauſa uinculorum narratur/ quia auſus eſt regnare in ieruſalem. occiſo ſiquidem ioſia & profligato exercitu eius ab ipſo pharaone/cenſet nullū debuiſſe uſurpare ſibi regiū titulū regni iudæ ſine gratia ipſius pharaonis: & propterea uinxit ioachaz/priuans eum regno libertate & patria. Et hinc innuitur ꝙ primogenitus prudentior recuſauerit ſuccedere in regno/ cum uidit patre occiſo & exercitu fuſo patriam oportere ſubyci regi uictori: & propterea præceps populus tulerit ioachaz & ꝯſtituerit illū regē. ⁊ impoſuit multam

terre/centũ talenta argenti ⁊ talentũ auri. Non ſolũ puniuit regem ſed etiam puniuit populum. Regẽq; conſtituit parho necho el'iacim filiũ ioſi'iahu pro ioſi'iahu patre eiꝰ. Et hæc conſtitutio primogeniti ioſiæ in regem/quadrat dictæ cauſæ. rationi enim conſentaneum fuit ut primogenitus qui abſtinuerat a regno deferens pharaoni uictori, ab eodem erigeretur in regem. ⁊ vertit nomen eiꝰ iebo'iacim. ut hinc tanꝙ creatura ipſius pharaonis noua/ex nouo nomine haberetur. tulitq; iebo'achaz/ ⁊ venit in egyptũ ⁊ mortuꝰ eſt ibi. Argentũ aũt ⁊ auꝝ. impoſitum a pharaone ſuper terram iudæ in pœnam/ut paulo ſuperius ſcriptum eſt. dedit iebo'iacim parhoni/ verũtamen eſtimare fecit terram ad dandũ argentũ ad imperiũ parhonis: vir iuxta eſtimationem eiꝰ exegit argentũ ⁊ auꝝ a populo ad dandum parhoni necho.

Filiꝰ vigintiq̃nq; annoꝝ erat iebo'iacim cũ regnare cepit/ ⁊ vndecim annis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eiꝰ zevida filia peda'ie de ruma. Fecitq; malũ in oculis domini: iuxta omnia que fecerant patres eius.

CAPVT .XXIIII.

In diebꝰ eiꝰ aſcendit nebu'chadnezar rex babel. Quoto anno regni eius fuerit aduẽtus iſte regis babylõis/ nõ ẽ pſpicuũ: qa neſcit̃ quantum temporis fluxerit inter defectionem. ioacim a rege babylonis & mortem eius. ⁊ fuit ei iebo'iacim ſeruꝰ tribꝰ annis. Inuitus ioacim fecit ſe tributarium regi babylõis/qui præualuerat aduerſus regem ægypti in regione ſyriæ. ⁊ rurſum rebellauit contra eũ. Iuxta hebræum habet̃. ⁊ reuerſus eſt ⁊ rebellauit in eũ. reuerſus qdem ad deuotionem regis ægypti/ rebellis autem a rege babylonis. Immiſitq; ei dñs. Quãuis ſubiũctæ excurſiones ordinatæ fuerint a præfectis regis babylonis in regione ſyriæ, ſcriptura tamen primam cauſam tangit diuinam iuſtitiam. latrũculos chaldeoꝝ ⁊ latrunculos ſyrie ⁊ latrũculos moab ⁊ latrũculos filioꝝ hammon/ ⁊ miſit eos in iehudam ad diſperdendũ eũ: iuxta verbũ dñi quod locutꝰ fuerat in manu ſeruoꝝ ſuoꝝ prophetaꝝ. Quater repetitur dictio interpretata latrunculos/quæ latine ſonat ſocietates. Ita ꝙ miſſæ dicuntur ſocietates quattuor nationũ: quaꝝ quia prima eſt chaldæorum/inſinuat̃ ꝙ præfecti chaldæorum mouerint reliquas aduerſus ioacim rebellem. Factũ ẽ autẽ hoc per verbũ domini contra iudam/propter peccata menaſſe ⁊ omnia que fecit. Hebraice habetur. Tantũ iuxta os iehouah fuit in iehudam ad remouendũ a facie ſua: ĩ peccatis menaſſis/ſicut totũ quod fecit. Narrat author ꝙ quicquid mali euenit iudæ / fuit propter uerbum diuinum prophetarum ore prolatum propter peccata menaſſis. Et etiã pp ſanguinẽ innoxiũ quẽ effudit/ ⁊ impleuit ieruſalaim ſanguine innoxio: noluitq; dominus parcere.

¶Reliquum

Digitized by Google

¶ Reliquum autem verborũ iebo'iacim ⁊ omnia que fecit: non/ ne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iehude. Et dormiuit iebo'iacim cum patribus ſuis. peſſimis. Omittuntur autem hic multa & ſpecialiter modus mortis & ſepulturæ. nam occiſus eſt & inhumatus/iuxta uerba iere.ca.22.ſepultura aſini ſepelietur. ⁊ regnauit iebo'iachin filius eius pro eo. Aduerte prudens lector ac ſcriptor differentiam inter nomē pr̄is ac filij: ut nomen pr̄is terminet̄ p m/filij uero p n, ut ille ioacim/iſte ioachin ſcribatur & nominetur. ⁊ vltra nō addidit rex egypti vt egrederetur de terra ſua: tulerat enim rex babel a torrente egypti vſq; ad fluuium euphratem/totum quod fuerat regis egypti. Omnis ablata ſpes regibus iudæ confidendi in rege ægypti/narratur.

Filius decem ⁊ octo annorum erat iebo'iachin cũ regnare cepit/⁊ tribus menſibus regnauit in ieruſalaim. Adoleſcētulus iſte tribus tantum menſibus regnauit: & ratio ſubiungitur, quia ieruſalem obſeſſa eſt a chaldæis ita q; rex babylonis uenit perſonaliter. ⁊ nomen matris eius nechuſtha filia el'natban de ieruſalaim: Fecitq; malum ĩ oculis domini: iuxta omnia que fecerat pater eius.

¶ In tempore illo aſcenderunt ſerui nebu'chadnezar regis babel in ieruſalaim: ⁊ circundata eſt ciuitas munitionibus. Venitq; nebu'chadnezar rex babel contra ciuitatem: ⁊ ſerui eius obſidebant eam. Egreſſuſq; ē iebo'iachin rex iehude ad regem babel/ ipſe ⁊ mater eius ⁊ ſerui eius ⁊ principes eius ⁊ eunuchi eius. Conſilio acquieſcens ieremiæ prophetæ dedidit ſe diſcretioni regis babylonis. ⁊ ſuſcepit eum rex babel anno octauo regni ſui. proculdubio regis babylonis. Et eduxit inde omnes theſauros dom⁹ domini ⁊ theſauros domus regis: ⁊ concidit omnia vaſa aurea que fecerat ſelomo rex iſrael in templo domini/ſicut locutus eſt dominus. ne putares ex improuiſo abſq; prophetico ſermōe ſpoliatum fuiſſe templũ ſummi dei. Et trãſtulit oẽs ieruſalaim ⁊ oẽs principes ⁊ oẽs potentes fortitudine decem millia ĩ captiuitatem. Hæc eſt prudens lector quæ uocatur tranſmigratiō babylonis. ⁊ oẽs artificē ⁊ incluſorē. Parui refert q; hebraice habetur. ⁊ facientem claudere. non eſt enim perſpicuum an ſignificetur ſpecialis ars (puta aurificum claudētium gemmas in auro/ad inſinuandum q; omnes artifices rerũ non neceſſariarum pauperibus tranſlati ſunt) an ſignificetur quilibet habens facultates indigentes clauſura ad cuſtodiam/ ad inſinuandum q; quilibet habens aliquid concupiſcibile indigens ſpeciali cuſtodia trãſlatus eſt in babylonem. Ad quod magis explicandum ſubiungitur. non remanſit niſi paupertas populi terre. ¶ Tranſtulitq; iebo'iachin in babel: ⁊ matrem regis ⁊ vxores regis ⁊ eunuchos eius ⁊ fortes terre duxit in captiuitatem de ieruſalaim in babel. Et omnes viros fortitudinis ſeptem millia ⁊ artifices ⁊ incluſores mille. Aduerte prudens lector paulo ſuperius numerum totius captiuitatis ſcri

ptum eſſe decem millia: hic autem declaratur q illorum decem millium erant ſeptem millia uirorum exercitus & mille artifices & icluſores. Deinde immediate ſubditur uniuerſalis. omnes potentes bellatores. ad inſinuandū q nullus relictus eſt uir potēs ad bellum. duxitq; eos rex babel captiuos i babel. Et conſtituit mathathiam. Hebraice habetur. Et fecit regnare rex babel matthan'iam patruum ei9 pro eo. Quātulumcūq attenuatum immo deſtructum regnum dedit patruo ioachin/ fratri ſcilicet patris eius: & ſic tres ioſiæ filij fuerunt reges. impoſuitq; ei nomen zidci'iahu. Hebraica dictio eſt zedechias/ compoſita ex tribus dictionibus: ſonat enim iuſtitia mea deus. & componitur ex zedech (quod eſt iuſtitia) cum pronomine mea/ & iah quod eſt nomen dei. Impoſuit aūt hoc nomen rex babel regi iudæ, ut proprium nomen iugiter reuocaret illi in memoriam ſeruare fidem quam iureiurando per nomen ſummi dei promittebat / ut ſemper hanc iuſtitiam præ oculis haberet. Quamuis etiam iuſtitia hæc referri poſſit ad comminatam uindictam ſi imitaretur perfidiam fratris ſui ioacim.

Filius uiginti & unius annorum erat zidci'iahu cum regnare cepit / & undecim annis regnauit in ieruſalaim: & nomen matris eius chamutal filia ijrme'iahu de libna. Fecitq; malum in oculis domini: iuxta omnia que fecerat iebo'iacim. Iraſcebatur enim dominus. Hebraice habetur. Quia ſupfuror iebouah fuit in ieruſalaim & in iebudam quouſq; fecit proijcere eos a ſuper faciem ſuam. Ratio iniquorum regum redditur excellens furor diuinus tunc uigens donec exterminaret iudam. Vbi duo diſcimus. alterū q diffinita iuſtitia diuina inter alias pœnas etiam hac utitur q pmittit regnare impios: ſic enim impletur menſura ſcelerum prouocantium uindictam. Alterum q ipſe progreſſus ad uindictam appellatur ſuperfuror dei/ tanq̄ ſit furor ſupior appoſitus ad uindictam exequendam. humano enim more diuina deſcribuntur. receſſitq;. Hebraice clare habetur. & rebellauit zidci'iahu in regem babel. paruipendens proprium nomen.

CAPVT .XXV.

Et fuit in anno nono regni ei9 mēſe decimo decima die mēſis venit nebu'chadnezar rex babel ipſe & totū robur eius contra ieruſalaim. Multa hic omittuntur quæ apud ieremiam leguntur: deſcribitur autem tempus obſidionis ieruſalem. & circundederunt eam. Parui refert q hebraice habetur. & caſtrametatus eſt ſuper eam. ieruſalem. & extruxerunt in circūitu ei9 munitiones. Dictio hebraica interpretata munitiones / anceps eſt ad turrim uel uallū. ſubiuncta rū longa obſidio a nono uſq; ad undecimū annū/ ſuadet ut itelligamus ↄſtructū uallū i circūitu ieruſalē: ut nullus poſſet ide exire liber nulluſq; poſſet ad eā ire/ ut uel ſic fame piret. Et clauſa ē ciuitas atq; vallata. Iuxta hebræū hr.

⁊ venit ciuitas in obſidionem/ vſq; ad vndecimum annū regis zidci'iahu. Hinc patet ꝙ tempus ultimæ obſidionis deſcribitur.

¶ Nona die menſis. Subintelligendum eſt quarti: nam & ca. 39. & ca. ult. iere. explicatur nona dies menſis quarti. Et quia clauſula hæc non iungitur præcedentibus ſed ſequentibus, ideo non ſignificatur menſis quartus anni undecimi ſedechiæ/ſed ſignificatur menſis quartus in decurſu anni. Et quia tres menſes primi conſtituunt uer/quartus menſis initiū eſt æſtatis. Nono itaq; die menſis inchoātis eſtatem capta deſcribitur ieruſalem undecimo āno regni ſedechiæ/ decimooctauo autem āno regni nabu'chodnoſor: ut ex ultimo ca. ieremiæ inſinuatur. preualuit fames in ciuitate: nec fuit panis populo terre. Cauſam quare capta eſt ciuitas narratur fames. Et quia appellatione panis quilibet cibus in ſacra ſcriptura nominatur/defectus omnis cibi ſignificatur. Et uere defecit: nam ut ieremias in threnis ſcribit/manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos & facti ſunt illis in cibum. Et rupta eſt ciuitas. Impotentes amplius tolerare famē/ ruperunt ciuitatis murū uel ianuas ut deditio fieret ciuitatis. hæc ruptio die ſupradicto effecta eſt. ⁊ oēs viri bellatores nocte fugerunt per viam porte que eſt inter duos muros ꝗ ſunt ad hortum regis. Superfluit fugerunt. Tempus nocturnum deſcribitur quo rupta eſt ciuitas/& omnes bellatores cum rege collegerunt ſe inter duos muros in uia ſuper hortum regis. porro caldei obſidebant in circūitu ciuitatem. Hinc inſinuatur ꝙ ciuitas eſt rupta non a chaldæis ſed ab obſeſſis. non enim deſcriberentur chaldæi in circumitu deſcripta ciuitate rupta & fuga bellatorum ac regis quæ ſubiungitur ſine ulla clade aut pugna/ ſi ipſi chaldæi rupiſſent ciuitatem: ſed ideo cōmemorantur in circumitu ut intelligamus ipſos uidiſſe tam fractam ciuitatem ꝗ̄ fugientes. fugit itaq; ſedechias per viam que ducit ad campeſtria ſolitudinis. Iuxta hebræum habetur. ⁊ iuit via planiciei. Et proculdubio de rege eſt ſermo/ut teſtantur ſubiuncta: uidelicet ꝙ exercitus chaldæorum perſecutus eſt regem/ & ꝙ appræhenderunt eū in campeſtribus iericho. Et perſecutus eſt exercitus chaldeorum regē/ ⁊ comprehendit eum in campeſtribus iericho: ⁊ omnes bellatores qui erant cum eo/diſperſi ſunt ⁊ reliquerunt eum. Hebraice habetur. ⁊ omnis exercitus eius diſperſus eſt ab eo. Hinc habetur ꝙ cum exercitu ſuo fugit nocte ſedechias: alioquin non ſcriberetur ſparſum fuiſſe ab eo exercitum eius/ narrando appræhenſionem fugientis a perſecutoribus factam. Apprehenderuntq; regem/ ⁊ aſcendere fecerunt eum ad regem babel in rib'lam. Hinc habetur ꝙ protracta diutius obſidione rex babylonis non manſit in obſidione ſed iuit in antiochiam. qui locutus eſt. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ locuti ſunt cum eo iudicium. ut intelligamus indignū habitum conſpectu regis babylonis/& a miniſtris iuſtitiæ damnatum. Filioſq; zidci'iahu iugulauerunt in oculis eius: ⁊ oculos zidci'iahu effodit/ ⁊ vinxit eum compedibus ⁊ adduxit eum in babel.

Digitized by Google

MÆnſe autem quinto ſeptima die menſis (ipſe eſt annus decimuſnonus regis nebu`chadnezar regis babel) venit nebu`zar`adan.** Concordant ieremiæ uerba ca. ult. niſi in numero dierum: quoniam ibi ſcribitur decima die menſis / hic autem ſeptima. Solutio eſt ꝙ cum tam hic q̃ in ieremia narrentur duæ actiones ſub eodem tempore (uidelicet & aduentus nebu'zar'adan & combuſtio templi) poteſt intelligi ꝙ die ſeptimo nebu`zar`adan ad comburendum uenerit / die autem decima combuſſerit. Poteſt & nihilominus aliter intelligi: uidelicet ꝙ die ſeptima uenerit & ordinauerit & inchoauerit ſaltem appoſitione materiæ combuſtionem / die uero decima fuerit ſolennis combuſtio: uel ꝙ die ſeptimo templum incœpit comburi / & die decimo perfecta eſt combuſtio. Menſis autem quintus proculdubio eſt quintus ãni menſis / in quo uiget æſtas. Et quia eodem anno combuſtum intelligimus templum quo capta eſt ieruſalem, unus tantum menſis fluxit a tempore quo capta eſt ciuitas (uidelicet a die nona menſis quarti) uſq; ad tempus combuſtionis templi / uidelicet diem ſeptimam ſeu decimam menſis quinti. Et quia ille menſis erat conterminus anni decimioctaui & anni deciminoni regni nabuchdonoſor / ideo apud ieremiam uterq; annus nominatur: decimuſnonus quidem die combuſtionis templi / decimuſoctauus autem in tranſlatione octingentarum & trigintaduarum animarum. primum enim emiſit illos nebu`zar`adan / & deinde combuſſit templum &c. **princeps exercitus. Iuxta hebræum habetur. **princeps laniorum ſeruus regis babel in ieruſalaim.** Et ne ſæpe oporteat in hoc capitulo repetere / corrige ſic ſemper titulum nebu`zar`adan: quia ſemper cognominatur princeps laniorum. Intelligo tamen ſignificari non laniantes carnes macelli / ſed lanios hominum: ita ꝙ ad terrorem aliorum ſuos milites appellabat lanios & ſe principem laniorum. Vel princeps laniorum nomen eſt officij præſidentis miniſtris iuſtitiæ regiæ in criminalibus: nam ſimili titulo apud ægyptios inſignitus erat ille in cuius carcere erat ioſeph. & hic ſenſus complectendus eſt ad literam: ut hunc præſidentẽ intelligamus miſſum a rege babel ad exequendam iuſtitiam contra ieruſalem rebellem. **Et combuſſit domum domini & domum regis & domos ieruſalaim.** Deficit. **omnes.** Ita ꝙ narratur combuſtas fuiſſe omnes domos ieruſalem: & deinde adiungitur. **& omnem domum magnam cõbuſſit igni.** quod ſonat combuſtas quoq; fuiſſe magnas domos extra ieruſalẽ quaſi ſuburbanas. **Et muros ieruſalaim in circũitu / deſtruxit totus exercitus chaldeorum q erat cũ principe laniorum.** Penitus inhabitabilẽ effecit ieruſalẽ / deſtructis muris & combuſtis domibus uniuerſis. **Reſiduum autem populi qui remanſerat in ciuitate & tranſfugas qui tranſfugerãt ad regem babel & reſiduũ multitudinis: tranſtulit nebu`zar`adan princeps laniorum. Et de pauperibus terre reliquit princeps laniorũ vinitores & agricolas.** ut nec homines remanerent intus uel extra / niſi habitantes in uineis & agris pauperes cultores agri & uinearum, qui labore ruſtico manuum ſuarum uictitant.

Digitized by Google

¶ Colũnas aũt ereas que erant in domo dñi ⁊ baſes ⁊ mare ereũ quod erat in domo dñi/ ꝯfregerũt chaldei: ⁊ tulerũt es eoꝝ in babel. Et ollas ⁊ ſcopas ⁊ fuſcinulas ⁊ cyathos ⁊ oĩa vaſa erea in qb⁹ miniſtrabãt/ tulerũt. Et palas ⁊ malluuia (que aurea aurea/ ⁊ que argẽtea argẽtea) tulit prĩceps lanioꝝ. Colũnas duas/ mare vnũ ⁊ baſes quas fecerat ſelomo in domo dñi: nõ erat põd⁹ eris oĩum vaſorũ iſtorũ. Decẽ ⁊ octo cubitos altitudinis hẽbat colũna vna/ ⁊ capitellũ ereũ ſup ſe altitudinis triũ cubitoꝝ/ ⁊ retiaculũ ⁊ malogranata ſup capitellũ colũne oĩa erea. Iuxta hebræũ hr̃. Octo ⁊ decẽ cubitorũ altitudo colũne vni⁹/ ⁊ coroa ſup eã erea: ⁊ altitudo corone triũ cubitoꝝ/ ⁊ rete ⁊ malogranata ſup coronã ĩ circũitu oĩa erea. Hæc ideo annotauerim ut ꝑpendatur ꝙ hinc primũ hr̃ quãtitas partiũ coronæ quæ erat ſup colũnam. in tertio ſiquidẽ libro ca. 7. ſcripta eſt quantitas totius coronæ qnqꝫ cubitoꝝ ſecundũ altitudinẽ: ſed cũ corona diſtincta eſſet in partes duas (inferiorem & ſuperiorem) parſqꝫ inferior eſſet in forma circuli lati quemadmodũ ẽt corone habent partẽ inferiorẽ circularẽ/ pars uero ſupior eẽt ꝑ modũ retis, nõ fuit ibidẽ ſcripta quãtitas certa iſtaꝝ partiũ/ ſed hic ſcribit̃ ꝙ pars ſupior erat altitudinis triũ cubitoꝝ: & ꝯſequẽter pars inferior erat duoꝝ cubitoꝝ. Ita ꝙ nomine coronæ ſignificatur hic pars ſuperior quæ diſtincta erat per retia & catenas cum malogranatis. rationi ſiquidem conſentaneum eſt ut latus circulus minor ſit ſuperiecto ornamento tot zonarum. ſimilẽ ⁊ colũna ſecũda habebat ornatum.

¶ Tulit quoqꝫ princeps laniorũ ſera'iam ſacerdotẽ primũ/ ⁊ zephan'iahu ſacerdotẽ ſecundũ: ⁊ tres ianitores. Iuxta hebræũ habet̃. ⁊ tres cuſtodes vaſis. de qbus ſupius habitus eſt ſermo. Et de ciuitate tulit eunuchũ vnũ q erat prefect⁹ ſup viros bellatores/ ⁊ qnqꝫ viros ex videntib⁹ faciẽ regis q inuenti ſunt in ciuitate/ ⁊ ſopher. Hebraice hr̃. ⁊ ſcribã principẽ exercit⁹. Nõ ẽ nomẽ ꝓpriũ ſed nomẽ officij. q ꝓbabat tyrones de populo terre. Hebraice habet̃. facientẽ exercitare populũ terre. Ad declarandũ qualis erat principatus ſcribæ in exercitu/ dicit̃ ꝙ ipſe faciebat exercitare populũ terræ: hoc eſt ꝙ ipſi cura demandata erat ſuper iuuenum exercitationem/ ut eſſent idonei ad exercitum. ⁊ ſex viros e vulgo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſexaginta viros de populo terre qui inuenti ſunt in ciuitate. omnes enim prænumerati erant alicuius qualitatis: & propterea miſſi ſunt in antiochiam ad regem. Tulitqꝫ eos nebu'zar'adan princeps laniorum: ⁊ ire fecit eos ad regem babel in rib'lam. Percuſſitqꝫ eos rex babel ⁊ interfecit eos in rib'la in terra chamath: ⁊ tranſlat⁹ eſt iehuda de terra ſua. Et populo q remanſerat ĩ terra iehude/ quẽ remanere fecerat nebu'chadnezar rex babel: prefecit ghedal'iahu filiũ achicam filij ſaphan. Deſtructa penitus ieruſalem/ relictus eſt aliquãtus populus in reliquis partibus iudæ: & iſtis præfectus eſt godolias.

¶ Audierūt aūt oēs principes militum ipſi ⁊ viri q erāt cū eis ꝙ prefeciſſet rex babel ghedal'iahu. Iſti ſunt q diſpſi fuerāt chaldæis pſequētibus ſedechiā regē. ⁊ venerūt ad ghedal'iahu i mizpā. Nomē ē citatis in qua reſidebat godolias. ⁊ iſmahel filiꝰ nethan'ie ⁊ iochanan filiꝰ careach ⁊ ſera'ia filiꝰ thanchumeth netophathites ⁊ iaazan'iahu filiꝰ mahachathi/ipſi ⁊ viri coꝝ. Iurauitqꝫ eis ghedal'iahu ⁊ viris eorū/ ⁊ dixit eis: ne timeatis ſeruire chaldeis/manete in terra ⁊ ſeruite regi babel ⁊ bñ erit vobis. Et fuit i mēſe ſeptimo. a præfectura godoliæ. venit iſmahel filiꝰ nethan'ie filij eliſamah de ſemine regni ⁊ decē viri cū eo/⁊ pcuſſerūt ghedal'iahu ⁊ mortuꝰ ē: ⁊ iehudeoſqꝫ ⁊ chaldeos q erāt cū eo i mizpa. Surrexitqꝫ totꝰ populꝰ a puo vſqꝫ. ad magnū ⁊ principes militū/ ⁊ iuerūt i egyptū: qa timuerūt a facie chaldeoꝝ. Hiſtoria hæc latius ſcribitur apud ieremiā a. 40. ca. uſqꝫ ad. 44. tū de occiſiōe pditoria iſta: tū de ijs quæ ſupuenerūt ꝯtra pditorē: tū de receſſu populi in ægyptum propter timorē chaldæoꝝ/ne in eos ſæuirent eo ꝙ præfectus occiſus fuerat.

¶ Et fuit i āno trigeſimoſeptimo trāſmigratiōis ieho'iachin regis iehude/i duodecimo menſe i vigeſima ſeptima die mēſis. Impoſiturus finē hiſtoriæ regū iudæ author libri/narrat qd euenerit ioachin regi iudæ q adoleſcentulus dederat ſe diſcretiōi regis babylonis. ſubleuauit euilmerodach rex babel i āno quo regnare cepit caput ieho'iachin regis iehude de domo carceris. Nouus rex babylonis pmo ſui regni anno miſertus eſt ioachin regis iudæ: ut etiā in hoc appareret conſiliū ieremiæ pphetæ fuiſſe utile ipſi ioachin. Et locutꝰ ē cum eo bona: poſuitqꝫ ſedē eiꝰ ſup ſedē regum q erāt cum eo in babel. Mutauitqꝫ veſtes carceris eiꝰ: ⁊ comedit panem iugiter in ꝯſpectu eiꝰ oibꝰ diebus vite ſue. Annona quoqꝫ eiꝰ annona ꝯtinua dabatur ei a rege p ſingulos dies oibꝰ diebꝰ vite eiꝰ. Vtrūqꝫ datum eſt ei: uēz & conuiuā eſſe in menſa regis/& definita eſt certa portio quotidiana pro uictu domus eius. Et ſic finitur liber quartus regum. Romæ die. XVI. decembris. M. D. XXXI.

Digitized by Google

THOMAE DE VIO CAIETA-NI CARDINALIS SANCTI XYSTI/IN libros paralipomenon commentarij.

Omnes ipſi electi ianitores in liminibus/ducenti ꝛ duodecim: ipſi in villis ſuis recenſiti ſunt. Hinc apparet ꝙ author appellat habitatores ieruſalem non ſolum illos qui iugiter ibi habitabant/ſed etiam illos qui tempore uicis ſuæ habitabant in ieruſalem. leuitæ enim narrantur ſcripti ſecundum ſuas genealogias in proprijs uillis: & tamen ſupputantur inter habitatores ieruſalem/quia tempore uicis ſuæ habitabant in ieruſalem. quos conſtituerunt dauid ꝛ ſamuel videns in fide ſua. Iuxta hebræum habetur. ipſos fundauit dauid ꝛ ſemuel videns in firmitate eorum: firmitas iſtius ordinis a ſamuele prius/& poſtea a dauide fundamentum habuit. Et bene nota ꝙ non ordo ſed firmitas fundata dicitur a ſamuele & dauide. Et ipſi ꝛ filij eorum in portis domus domini/ꝛ in tabernaculo vicibus ſuis. Hebraice habetur. domus tentorij in cuſtodijs. appoſitiue enim legitur/declarando cuſtodias eorum eſſe in oſtijs domus domini non immediate ſed in oſtijs domorum quæ erant circa tabernaculum. Quod magis declarando ſubiungit. Ad quattuor ventos erant ianitores: ad orientẽ/occidentẽ/aqlonẽ ꝛ meridiẽ. Cũ. n. templũ unica eſſet porta contentum, oſtiarij ad quattuor mundi plagas decreti/teſtãtur ꝙ non de portis templi ſed de portis ſepti circa templum ẽ ſermo. ſeptum. n. illud quattuor portas habebat ad quattuor cœli plagas. Fratres autem eorum in villis ſuis erant/ꝛ veniebant in ſabbatis ſuis de tempore vſq;

Digitized by Google

ad tempus. Iuxta hebræum habetur. ad veniendum in ſeptem die-
bus de tempore in tempus cum iſtis. Non dicitur ꝙ ſabbato uenie-
bãt/ſed ꝙ ſeptimo quoqꝫ die ueniebant. mutabantur ſiquidem ſingulis ſabbatis
ſecundum uices ſuas: ſed qui uenturi erant, ueniebant feria ſexta / in qua licebat
iter agere. Et iſti ſunt qui in quarto libro regum ca. xi. appellati ſunt ingredien-
tes ſabbati & egredientes ſabbati. Vnde & hic dicit̃ ꝙ fratres eorum in uillis ſuis
erant ad ueniendum de tempore in tempus cum iſtis exituris. uiciſſim enim mu
tabantur. His quattuor leuitis creditus erat omnis numerus ia-
nitorum. Hebraice habetur. Quia in fide illorum quattuor poten-
tium ianitorum/ipſi leuitæ. Deſcribitur numerus principum ianitorum, di
cendo ꝙ erant quattuor de numero potentium. et ne putaretur ꝙ eſſent ſacerdo
tes/explicatur ꝙ iſti quattuor principes erant leuitæ. ⁊ erant ſuper exedras
⁊ theſauros domus domini. Hebraice habetur. ⁊ erunt ſuper aulas/
⁊ ſuper theſauros domus elohim. Narratur iſtorum quattuor cura mul
tiplex. & ſubiungitur. Per gyrũ quoqꝫ tẽpli domini morabantur.
Iuxta hebræũ hr̃. Et ĩ circũitibus domꝰ elohim dormiẽt. Hoc de uni-
uerſis leuitis ianitoribus dicitur. Et ratio loci in quo dormiebant ſubiungitur. in
cuſtodijs ſuis, vt cum tempus fuiſſet/ipſi mane aperirẽt fores.
Hebraice habetur. quia ſuper eos cuſtodia / ⁊ ipſi ſuper clauẽ ⁊ ĩ ma-
ne in mane. Multiplex ratio redditur, tum quia cuſtodiæ onus erat ſuper eos/
tum quia eorum erat uſus clauium ianuaꝝ: de quo uſu ſubiungitur ꝙ erat de ma-
ne in mane.

¶ De eorum grege erant. Parui refert ꝙ hebraice habet̃. Et de eis ſup
vaſa miniſterij. Leuitæ demonſtrantur: narratur. n. ꝙ leuitæ erant ſuper uaſa
miniſterij. in numero. n. inferebant ea ⁊ ĩ numero efferebãt ea. De
ipſis ⁊ ꝗ credita hẽbant vtenſilia ſanctuarij. Iuxta hebræũ hr̃. Et de
eis præfecti ſuꝑ vaſa/⁊ ſuꝑ oĩa vaſa ſanctitatis. Duo genera uaſoꝝ
tangunt̃. primũ in cõmuni: alteꝝ in ſpecie/uaſa ſcꝫ ſanctitatis. Et utraqꝫ ſub cura
leuitaꝝ fuiſſe nec ſolũ uaſa ſed etiã res ſacrificãdæ ſub eorũdẽ cura deſcribunt̃: nã
ſubiungit̃. ⁊ ſuꝑ florẽ ⁊ vinũ ⁊ oleũ ⁊ thus ⁊ aromata. Florẽ ãt intel-
lige florẽ farinæ ꝗ in uulgata æditiõe appellat̃ ſimila. ¶ De filijs aũt ſacer-
dotũ/vnguenta ex aromatibꝰ ꝯficiebant. Diſtinguũt̃ officia filioꝝ ſacer
dotũ ab officijs leuitaꝝ relatiue ad ultimo narratũ/ucꝫ aromata. dicitur. n. ꝙ offi
ciũ filioꝝ ſacerdotũ erat ꝯponere aromata. Nec ẽ facile fingere uocabula correſ-
põdẽtia hebraicis. nã hoc ĩ loco ſcribũt̃ dũtaxat tres dictiões: ꝑma nomẽ uerba-
le/ſecũda nomẽ abſtractũ/& tertio aromatibus. ita ꝙ tã nomẽ uerbale ꝙ̃ nomẽ
abſtractũ/aromatis ẽ: finge ſi potes. ſed ſenſus eſt ꝙ filij ſacerdotũ erãt ꝯfectores
ꝯpoſitiõis pro aromatibus. Et eſt ſermo de aromatibus thymiamatis/ qđ offere-
bat̃ deo itra templũ in altari thymiamatis. Matthithia autẽ leuita pri-
mogenitus ſallum corchites/ præfectus erat eorum que in ſarta
gine frigebantur. Iuxta hebræũ hr̃. ĩ fide ſuꝑ opꝰ ſartaginũ. nõ reſtrin-

gendo tamen ſartaginis nomen ad frixorium: ſed frixorio ſimilia uaſa intelligen-do. Porro de filijs cehat hitarum de fratribus eorum erant ſuper panes propoſitionis: ut nouos per ſingula ſabbata præpararent. Nõ erat officium filiorum cehath/ponere panes propoſitionis ſed præparate: hoc.n.erat leuitarum/illud ſacerdotum.

Hi ſunt principes cantorum per familias leuitarum qui in exedris morabantur/ita ut die ac nocte iugiter ſuo miniſterio deſeruirent. Iuxta hebræum ſcribitur epilogus prædictorum habitantium in ieruſalem. Tertio enim repetitur pronomen iſti: & primum repetuntur cantores. Et iſti cantores capita patrum leuitis in cameris licentiati: quia die ⁊ nocte ſuper eos in opere. Tres fuerunt deſcripti cantores principes iuxta tres filios leui: & illos iugiter fuiſſe in templo dicit/ quia onus operis diuini cultus tam die quam nocte erat ſuper eos. Et niſi aliquis cultus fuiſſet nocte exhibitus per leuitas/non ſcriptum fuiſſet die ac nocte. Et dicuntur licentiati/hoc eſt licite liberi ab oneribus leuitarum ad quæ uiciſſim tenebantur leuitæ. Deinde immediate ſubditur. Iſti capita patrum leuitis ſecundum natiuitates ſuas. Demonſtrantur prænarrati leuitæ in tot prædictis officijs quod fuerunt capita familiarũ leuiticarum ſecundum naturales eorum origines. Et demum ſubditur. capita iſta habitarunt in ieruſalaim. Huc tendebat intentio totius iſtius tractatus. Et demonſtrantur capita omnia prænarrata/& non leuitarum tantum.

In ghibbon autẽ cõmorati ſunt abi ghibbon iehiel: ⁊ nomen uxoris eius mahacha. Filius autem eius primogenitus habdon: ⁊ zur ⁊ cis/⁊ bahal ⁊ ner ⁊ nadab. Et gedor ⁊ ach io/ ⁊ zechar ia ⁊ mic loth. Mic loth autem genuit ſim am: ⁊ etiam ipſi e regione fratrum ſuorum habitauerunt i ieruſalaim cum fratribus ſuis. Ner autem genuit cis/⁊ cis genuit ſaul: ⁊ ſaul genuit iehonathan ⁊ malchiſuah ⁊ abinadab ⁊ esbahal. Filius autem iehonathan merib bahal: ⁊ merib bahal genuit micham. Filij autem michæ: pithon ⁊ melech ⁊ thach reah. Achaz autem genuit iah ram/ ⁊ iah ra genuit halemeth ⁊ hazmaueth ⁊ zimri: zimri autem genuit mozam. Moza ãt genuit binham: ⁊ rephaia filius eius/ elhaſa filius eius/azel filius eius. Azeli autem fuerunt ſex filij: ⁊ iſta nomina eorum, hazricam primogenitus eius ⁊ iſmahel ⁊ ſehar ia/ ⁊ hobad ia ⁊ chanan: iſti filij azel. Repetitio eſt ſcriptorum in præcedenti capitulo. & prima quidem pars repetitur ad adiungendum ex tribu ben iamin nonnullos habitatores ieruſalem: ſecunda autem de linea ſaulis/ad inchoandam hiſtoriam tranſlationis regni de ſaule in dauidem. intendit.n.author libri huius (ut ſcripta teſtantur) geſta per lineam dauidis regum iudæ narrare ſupplendo omiſſa in libris regum.

PElisthim autem pugnauerunt contra iſrael: fugerũtqꝫ viri iſrael a facie peliſthim/ ⁊ ceciderũt interfecti i monte ghilboah. Aſſecutiqꝫ ſunt peliſthim ſaulem ⁊ filios eius: ⁊ percuſſerunt peliſthim ionathan ⁊ abinadab ⁊ malchiſuah filios ſaulis. Et aggrauatum eſt prelium ſuper ſaulem: inueneruntqꝫ eum ſagittarij in arcu/ ⁊ timuit a ſagittarijs. Et dixit ſaul ad armigerum ſuum/ euagina gladium tuũ ⁊ perfode me illo ne veniãt incircũciſi iſti ⁊ illudant mihi: ⁊ noluit armiger eius/ quia timuit valde: arripuit itaqꝫ ſaul gladiũ ⁊ cecidit ſuper eum. Viditqꝫ armiger eius ꝙ mortuus eſſet ſaul: ⁊ cecidit etiam ipſe ſuper gladium ⁊ mortuus eſt. Hiſtoria hæc ſumpta eſt ex ultimo capitulo primi regum: propter quod pauca reſtant declaranda. Mortuuſqꝫ eſt ſaul ⁊ tres filij eius/ ⁊ tota domus illius pariter concidit. Intellige hanc ſimultatem non ſecundum terminum ſed ſecundum uiam: hoc eſt ꝙ ex tũc cœpit ruina totius domus ſaul/ quæ terminata eſt occiſo poſt aliquot annos isboſeth. Author enim libri, taciturus regnum isboſeth/ narrat ruinam domus ſaulis ſimul cum ſaulis morte. ¶ Quod cum vidiſſent viri iſrael qui habitabant in campeſtribus/ fugerunt: ⁊ ſaul ac filijs eius mortuis/ dereliquerunt vrbes ſuas ⁊ huc illucqꝫ diſperſi ſunt. Iuxta hebræum legendum eſt. Et viderunt omnis vir iſrael qui in valle ꝙ fugerunt/ ⁊ ꝙ mortuus eſt ſaul ⁊ filij eius: ⁊ dereliquerunt ciuitates ſuas ⁊ fugerunt/ veneruntqꝫ peliſthim ⁊ habitauerunt in eis. Sententia eſt clara & tractata ubi ſupra.

¶ In craſtino autem. poſt mortem ſaul. venerũt peliſthim ad expoliandum interfectos: ⁊ inuenerunt ſaul ⁊ filios eius iacentes in monte ghilboah. Spoliaueruntqꝫ eum ⁊ tulerunt caput eius ⁊ arma eius: ⁊ miſerunt. caput ſaulis. in terrã peliſthim per circumitum vt oſtenderetur idolorum templis. Hebraice habetur. ad annunciandum ſculptilibus eorum ⁊ populo. et ſignificatur non ſimplex nunciatio/ ſed læta atqꝫ feſtiua. Et poſuerunt arma eius in domo dei ſui: ⁊ caput eius affixerunt in domo dagon. Tandem poſt circumlatum caput ſaulis/ affixum eſt in templo dagon in honorem ipſius dagon/ tanq̃ ab eo ſubactus fuerit rex ſaul.

¶ Audiuit autem tota iabes ghilbad/ omnia que fecerant peliſthim ſauli. Surrexeruntqꝫ omnes viri fortes: ⁊ tulerunt corpus ſaul ⁊ corpora filiorum eius, proculdubio abſqꝫ capite ſaulis. ⁊ attulerunt ea in iabes: ſepelierũtqꝫ oſſa eorum ſub arbore in iabes/ ⁊ ieiunauerunt ſeptem diebus.

¶ Mortuus eſt ergo ſaul propter iniquitates ſuas/ eo ꝙ preuaricatus ſit mandatum domini quod preceperat ⁊ non cuſtodierit illud. Author libri hæc non ſcripta in libro regum addidit: uerum hebraice

Digitized by Google

habetur. Et mortuꝰ eſt ſaul in mentirſ ſuo quo mentitꝰ eſt in iehouah/ſuper verbum iehouah quod non cuſtodiuit. Et eſt pculdubio ſermo de ſermone diuino per ſamuelem directo ad ſaulem de deſtruendis etiã rebus hamalec: ut ſcribitur.1.reg.ca.15. Deinde immediate ſubditur. ⁊ etiam ad interrogandum in pythone ad querendum. Et non queſiuit in iehouah/⁊ interfecit eum. Alterum peccatum ſaulis ſcriptum.1.reg.28. affertur cauſa mortis eius. ¶ Nec caret quæſtione ultimũ uerbum/uꝫ & nõ quæſiuit in iehouah: quoniam.1.reg.28.expreſſe dicitꝰ & conſuluit ſaul dominũ: quomodo ergo uerificatur quod hic dicitur & nõ quæſiuit dominum? Solutio eſt ꝙ quia ſaul nõ perſeuerauit quærendo a domino ſed diuertit ad quærẽdum in pythone, ideo uerificatur ꝙ non quæſiuit in iehouah:religio enim non perſeuerans non eſt religio. ⁊ tranſtulit regnum ad dauid filium iſai. in morte quidem ſaulis inchoatiue (quia tunc incœpit dauid regnare in hebron) infra octo autem annos complete.

CAPVT .XI.

Congregatus eſt ãt totus iſrael ad dauid in cheb'ron dicendo: ecce os tuum ⁊ caro tua ſumus. Heri quoqꝫ ⁊ nudiuſteriuꝰ etiã cum eſſet rex ſaul/ tu eras educens ⁊ reducẽs iſraelem: dixitqꝫ dominus deus tuus tibi/ tu paſces populum meũ iſrael ⁊ tu eris dux ſupeum. Feſtinat author ad dauidis regnum/inchoãdo ab initio regni dauidis ſup totum iſrael quod fuit poſt ſeptem annos a morte ſaulis. Geſta igitur ſcripta.2.reg.5.incipit narrare: quæ ibi declarauimus. Veneruntqꝫ oẽs ſeniores iſrael ad regem in cheb'ron/⁊ percuſſit cum eis dauid fedꝰ in cheb'ron coram domino: vnxerũtqꝫ dauidem in regem ſuper iſrael/ iuxta ſermonem domini in manu ſemuelis. ut hinc intelligamus populum innixũ authoritati diuinæ p ſamuelẽ manifeſtatæ/unxiſſe in regẽ dauidem.

ABijtqꝫ dauid ⁊ totus iſrael in ieruſalaim/hec eſt iebus: vbi erant iebuſei habitatores terre. ſtatim enim dauid ad ꝯſtituendum ſibi regiam ſedem in ieruſalem properauit. Dixeruntqꝫ habitatores iebꝰ dauidi/non ingredieris huc. Hinc clare habetur iebuſæos negaſſe dauidi ciuitatem/uel ſaltem arcem ſion.ex eo enim ꝙ ſubditur. ⁊ cepit dauid arcem ſion/ipſa eſt ciuitas dauid. nec dicitur & cæpit ieruſalem, innuitur ꝙ de arce erat quæſtio: uolebant enim iebuſæi tenere arcem/quam tamen præcipue petebat dauid. ¶ Dixit autem dauid, oĩs percutiens iebuſeum in primis/erit princeps ⁊ dux. Iuxta hebræum habetur. erit in caput ⁊ in principem. his enim titulis intelligimus principem totius exercitus ſignificari. ⁊ aſcendit in primis ioab filius zeru'ie/⁊ fuit ĩ caput. Ecce quomodo ioab lucratus eſt principatum.

¶ Habitauit autem dauid in arce: ⁊ idcirco vocauerunt eam ciuitatem dauid. Ædificauitq; ciuitatem a circumitu/ a millo vſq; ad gyrum: ioab autem reliquũ ciuitatis extruxit. Hebraice habetur. viuificauit. De eadem ciuitate ſion eſt ſermo. ita ꝙ rex ædificauit in monte ſion palatium ſuum/ & muniuit plenitudinem mõtis circũcirca muro: reliquum autem ſpatium uacuum montis ſion uiuificaſſe dicitur ioab/ eo ꝙ repleuit illud habitatoribus. Nec per hoc negatur ꝙ ibidem etiam ædificauerit domum ioab iam princeps totius exercitus/ ut ibi eſſet cum militibus ad cuſtodiam regis. Et iuit dauid eundo ⁊ creſcendo: ⁊ dominus exercituũ erat cum eo.

Hi principes virorum fortium dauid/ qui adiuuerunt eũ vt rex fieret ſuper omnem iſrael: iuxta verbũ domini quod locutus eſt ad iſrael. Iuxta hebræum particula iſta ſic legitur. Et iſti principes potentiũ qui dauidi/ qui inualuerũt cũ eo in regno eius cum toto iſrael ad faciendum regnare ipſum: iuxta verbum iehouah ſuper iſrael. Modũ quo adimpletus eſt diuinus ſermo de regno dauidis ſuper iſrael deſcribit: ſimul narrando cauſam quare ſubiuncti fuerunt principes potentium i regno dauidis. ex eo enim ꝙ iſti ſimul cum dauide ex una parte inualuerunt partim armis partim attractu cõtra totũ iſrael in illo ſeptennio quo dauid regnauit in hebron/ & totus conatus eorum tendebat ad hoc ut dauid regnaret ſuper iſrael, ideo fuerunt principes potentium. Et iſte numerus potẽtium dauidis: ieſbaam filius abamoni, princeps iter triginta. Ex ſecundi regum ca. 23. ſumpta ſunt ſubiuncta. uerum iſte primus qui hic nominatur ieſbaam filius ahamoni/ hebraice ãt iaſobham filius chacbmoni (ut diximus in. 23. ca. ſecundi regum) ſi ut litera ſonat iaſobham nomen eſt propriũ iſtius primi uiri in catalogo fortium dauidis, manifeſtatur hinc ꝙ illa uerba ſcripta in libro ſecundo regum (ucʒ ſedens in ſede ſapientificans me) nõ erant interpretanda/ quia erãt nomina propria iſtius uiri: nam quod hic ſcribitur iaſobham filius chachmoni/ & interpretatur ſedit in populo filius ſapientificantis me, ibi ſcribitur ioſeb baſebeth thachchemoni/ & interpretatu ſedens in ſede ſapientificabit me. hæc enim in unum atq; idem concurrere facile patet. Nec obſtat ꝙ ibidẽ ſubditur ipſe hadino heznita: quia ibi aliud nomen eius explicatur adiuncto nomine patrio. Et confirmatur eſſe nomen proprium: quia in ſequẽti capitulo uir antepenultimus priuſq̃ narrentur uiri de ghaditis, qui in uulgata æditione uocatur ieſbaam/ in hebræo uocatur iaſobham: quo nomine iſte caput omnium fortium hoc in loco uocatur. quo fit ut nõ incertũ reddatur an primus hic ſit unus & idem cum primo ibi: nomina enim diuerſa iam monſtratum eſt in. 8. ca. non cogere ad intelligendam diuerſitatem uirorum. Quod autem dicitur princeps inter triginta/ hebraice habetur. princeps fortium. Simili titulo inſignitur primus in catalogo fortium in libro regum/ dicendo caput tertij. Ipſe leuauit lanceã ſuã ſuper trecentos interfectos vice vna. In libro regũ ſcribitur ꝙ octingentos occidit una uice. diuerſus enim occidendi modus interueniſſe uidetur. Ita

Digitized by Google

ꝙ occiſorum numerus compræhendit octingentos: modus autem occidendi lan
cea compræhendit duntaxat trecentos. nam hic clare dicitur ꝙ eleuauit lanceam
ſuam ſuper trecentos occiſos uice una: ibi uero duntaxat dicitur ꝙ occidit octin-
gentos uice una. alio.n.modo occidit reliquos eodem impetu.

¶ Et poſt eum elhazar. Similiter iſte ſcribitur in libro regum ſecũdo loco.
filius patrui eiꝰ ahoites. Iuxta hebræum habetur. filiꝰ dodo achochi:
ipſe inter tres potentes. Etiã in deſcriptiõe iſtius nõnulla interuenit diſſo-
nantia: quia in libro regum iſte ſcribitur filius dodo filij achochi/ ita ꝙ narratur
eius tam pater ꝗ̃ auus: hic autem mentio fit patris dicendo filius dodo/ ſed non
ſubiungitur filij achochi. ſed dicitur achochi uel quia ſubintelligitur filij/uel quia
achochi nomen erat loci aut cognationis & non aui: & propterea non oportuit
interponere dictionem filij. Incerta ſunt hæc/& ut poſſumus diuinamus. Ipſe
fuit cum dauid in paſdamim / ⁊ peliſthim congregati erãt ibi ad
prelium, ⁊ erat ager regionis illius. Puto interpretẽ optime uertiſſe he-
braicam phraſim qua ſcribitur. ⁊ fuit pars agri pleni. ut nomine partis in-
telligatur regio/& ſignificetur ꝙ regio illa erat cultus ager. Quod autem ſubdit̃.
hordeo. & in libro regum dicitur lentibus/non contrariant̃: quia diuerſæ ſunt
hiſtoriæ. nam ibi ſcribitur ager plenus lentibus in geſtis tertij/hic autem ager ple
nus hordeo ĩ geſtis ſecũdi: ut patet intuẽti ꝯtextũ. fugeratq; populꝰ a facie
peliſthinorum. Hic ſtetit in medio agri ⁊ defendit eum/⁊ percuſ-
ſit peliſtheos. Iuxta hebræum habetur. Et ſteterunt in medio partis
⁊ fecerunt euadere eam/⁊ percuſſerũt peliſthinos: ⁊ ſaluauit do-
minus ſaluatione magna. Quia dictum eſt iſte erat cũ dauide, ideo ſub-
iunctum eſt in numero plurali ſteterunt. Admirabilis tamen actio iſtius narratur
in libro regum: & propterea ipſi attribuitur uictoria hæc.

¶ Deſcenderũt autem tres de triginta principibus ſup petram
ad dauid ad ſpeluncam hadullam. Omittitur tertius ſamma ſcriptus in
libro regum: & trãſitur ad tres præcipuos inter triginta. ⁊ peliſthim caſtra-
metati erant in valle rephaim. Porro dauid tunc erat in præſi-
dio. Hebraice habetur. in arce. Sed parui refert: quia arcem naturalem quam
rupes efficiebat ſignificat munitam præſidio militum. ⁊ prefectus peliſthi-
norum tunc erat in beth lechem. Deſiderauit autẽ dauid ⁊ dixit:
quis propinabit mihi aquam de puteo beth lechem qui eſt ĩ por-
ta? Irruperuntq; tres in caſtra peliſthinoꝝ, ⁊ hauſerunt aquam
de puteo beth lechem qui eſt in porta/ ⁊ portauerunt ⁊ attulerũt
ad dauid: ⁊ noluit dauid bibere eam/ſed libauit eam domino. hoc
eſt obtulit illam in ſacrificio diuino. Et dixit / abſit vt in conſpectu dei
mei hoc faciam. Iuxta hebræum habetur. abſit mihi ab elohe meo a fa
cere hoc. Horrentis ſunt uerba. deinde immediate ſeqtur. num ſanguinem
virorum iſtorum bibam in animabus eorum/quia in animabus
ſuis attulerunt eam? ⁊ noluit bibere eã. Rationẽ reddit manifeſtã qua-
re horruerit bibere aquã illam. Et ex hac ratione inſinuat̃ ꝙ dauid nõ eo animo

dixerit ſe concupiſcere aquam beth'lehem ut uiri ſui irent pro ea: ſed ut contingit aperuit appetitum ſuum, tres autem uiri iniuſſi confidentes in agilitate fortitudine & dexteritate iuerũt in animabus ſuis: hoc eſt exponentes proprias uitas periculo. hec fecerunt tres potentes.

¶ Abiſai quoqꝫ frater ioab ipſe fuit caput triũ/⁊ ipſe leuauit lanceam ſuam ſuper trecentos interfectos: ⁊ ipſe erat inter tres nominatiſſimus. Hebraice habetur. ⁊ ei nomen inter tres. hoc ē inter iſtos tres præcipuos erat nominatus nomine gloriæ. Inter tres ſecundus inclytus/⁊ princeps eorum. Hebraice habetur. Ex tribus in duobus eſt honoratus/⁊ fuit eis in principem. Explanatur gloria abiſai inter tres præcipuos: ꝙ uc3 inter eos non erat ſecundus aut tertius/ſed inter ipſos tres honorabatur a duobus: & ad hoc magis explicandũ ſubiungitur ꝙ fuit eis in principem. Veruntamen vſqꝫ ad tres primos non peruenerat. Hebraice ſcribitur. ⁊ vſqꝫ ad tres non venit. Fuit enim abiſai princeps ſecundæ trinitatis fortium, non tamen peruenit ad primam fortium trinitatem/quæ ſimpliciter & abſolute conſtituebat tres fortes: quorum duo duntaxat ſunt hic nominati.

¶ Bena'ia filius iehoiadah filij viri fortitudinis magnus operibus de cabzeel: ipſe percuſſit duos ariel moab. Dictio hebraica relicta eſt: cum potuiſſet interpretari leones/hoc ē uiros fortes ut leones. ⁊ ipſe deſcendit ⁊ percuſſit leonem in medio putei i die niuis. Et ipſe percuſſit virum egyptium virum menſure quinqꝫ cubitorum/⁊ in manu egyptij erat lancea ſicut liciatorium textorũ: deſcenditqꝫ ad eum cum virga/⁊ extorſit lanceam de manu egyptij/⁊ occidit eum lancea eius. Hec fecit bena'iahu filius ieho'iadah: qui erat inter tres robuſtos nominatiſſimus. Hebraice habetur. ⁊ ei nomen inter tres potentes. in quorum numero erat abiſai. Inter triginta primus. Hebraice habet. Ex triginta ecce ipſe honoratus. Recole ꝙ iſta trinitas in principio narrata eſt deſcendiſſe ex triginta: & propterea iſte benaias glorioſus in hac trinitate/honoratus dicit ex triginta. Verũtamen vſqꝫ ad tres non peruenit. De prima trinitate eſt ſermo. poſuitqꝫ eũ dauid ad auditionem ſuam.

¶ Potentes autem viribus: haſael frater ioab/elchanan filius dodo de beth'lechem. Sammoth charorites: chelez pelonites. Hira filꝰ hicces thecohites: abihezer hanthothites. Sibbechai chuſathites: hilai achochites. Maharai netophathites: cheled filius bahane netophathites. Ithai filꝰ ribai de ghibha filiorum bin'iamin: bena'ia pir'hathonites. Churai de torrentibꝰ gahas: abiel harbathites. Hazmaueth bacharumites: el'iach'ba ſahalbonites. Filij ſem ghizonites: ionathan filius ſage hararites. Achi'am filius ſachar hararites: eliphal filꝰ vr. Chepher mecherathites: achi'ia pelonites. Chezro charmelites: naharai

Digitized by Google

filius ezbai. Joel frater nathan: mibchar filius hageri. Zelec hãmonites: nacharai berothites/armiger ioab filij zeru'ie. Hira iſ'therites: ghareb iſ'therites. Vri'ia chitthites: zabad filius ach'lai. Hadina filius ſize reubenita caput reubenitarum/⁊ cum eo triginta. Chanan filius mahache/⁊ ioſaphat mitthenites. Huzi'ia haſtherathites: ſamah ⁊ iehiel/filij chotã harohertes. Jediahel filius ſimri: ⁊ iocha frater eius thizites. Eli'el macha'uim/⁊ ieribai ⁊ ioſau'ia filij elnaham: ⁊ iithma moabites. Eli'el ⁊ hobed: ⁊ iahaſiel mezoba'ia.

CAPVT .XII.

HJ ſunt autem qui venerunt ad dauid in zic'lag cum adhuc fugeret. Parui refert q̃ hebraice habetur. adhuc retentum a facie ſaul filij cis. tempus enim quo dauid retinebat ſeipſum in ſiceleg peliſthinorum timens ſaulem deſcribitur. qui erant fortiſſimi ⁊ egregij pugnatores. Hebraice habetur. ⁊ ipſi inter potentes auxiliatores belli. Non qualeſcunq; adiutores ſed potentes deſcribuntur. Armati arcu/dextera ⁊ ſiniſtra iacientes lapides ⁊ ſagittas arcu. Magna laus iſtorum in uſu arcus tã emittendo lapides q̃ ſagittas ſcribitur/dum utraq; manu ad hæc ſcribuntur uti. De fratribus ſaul. hoc eſt ut exponitur ſubiungendo. ex bin'iamin. ut hinc intelligamus ẽt uiuente ſaule proprios ſaulis contribules iuiſſe ad dauidem. Dux achihezer ⁊ ioas filij ſemahe ghibhathites/⁊ iezijel ⁊ pelet filij hazmaueth: ⁊ beracha/⁊ iehu hanthothites. Et iſmah'ia ghibhonites/potens in triginta ⁊ ſuper triginta. Iſte ideo inter triginta & ſuper triginta laudatur potens/ut intelligamus q̃ ipſe erat unus ex tribus ſecunde trinitatis. ⁊ iirme'ia ⁊ iachaziel ⁊ iochanan/⁊ iozabad ghederathites. Elhuzai ⁊ ierimoth ⁊ behal'ia ⁊ ſemar'iahu: ⁊ ſephat'iahu charuphites. Elcana ⁊ iiſſi'iahu ⁊ hazar'el ⁊ iohezer ⁊ iaſobham chorchites. Et iohela ⁊ zebad'ia/filij ierocham de ghedor.

¶ Et de ghaditis tranſfugerunt. Hebraice habetur. diuiſi fuerunt ad dauid. ſed ſententia in idem redit: ſignificatur enim q̃ iſti ſegregauerũt ſe a regno ſaulis eundo ad dauidem profugum a facie ſaulis. cum lateret in deſerto. Hebraice habetur. ad arcem in deſertum. Intellige tamen arcem naturalem quam rupes facit. potentes fortitudine/viri exercitus ad bellum/vtentes clypeo ⁊ lancea: facies leonis facies eorum. impauidi ac terribiles. ⁊ quaſi capree in montibus ad feſtinandum. Hezer dux: hobad'ia ſecundus/eli'ab tertius. miſmanna quartus/iirme'ia quintus. Hatthai ſextus/eliel ſeptimus. iochanan octauꝰ/elzabad nonus: iirme'iahu decimus/machbanai vndecimus.

Iſti de filijs ghad duces exercitꝰ. Omnis excluditur ambiguitas totius præcedentis clauſulæ quo ad genus prænarratorum uirorum. nouiſſimꝰ centum militibus præerat / ⁊ maximus mille. Iuxta hebræum habetur. Vnus per centum paruus / ⁊ magnus per mille. Sic iacet in hebræo abſqꝫ ullo adiuncto uerbo. iungitur enim hæc clauſula præcedenti: ucꝫ iſti ex filijs ghad duces exercitus / unus per cẽtum paruus & magnus per mille. Et eſt ſenſus ꝙ omnes iſti undecim fuerunt duces exercitus de numero eorum quorum unuſquiſqꝫ erat centurio ſi erat paruus dux / aut erat tribunus ſi erat magnus dux: intelligendo per tribunum præfectum mille militibus. ¶ Vbi prudens lector aduerte duo. alterum ꝙ narratur ducatus iſtorum / non qui tunc (quando dauid fugiebat a ſaule) ſed qui poſteaꝗ̃ dauid factus eſt rex datus eſt eis. alterum ꝙ hinc inſinuatur ordo exercitus ſeruatus ĩ rẽgno dauidis: ucꝫ ꝙ duces exercitus ſic decreuit ut minimi eſſent cẽturiones / maximi autem tribuni. Et ꝑ hos intellige multos gradus mediorum ducum exercitus. ¶ Iſti ſunt qui tranſierunt iarden menſe primo / ⁊ ipſe plenus erat ſuper omnes ripas ſuas: ⁊ fugauerunt omnes qui morabantur in vallibus ad orientẽ ⁊ occidentem. Laudantur iſti ghaditæ: ſed quando & quomodo res hæc geſta fuerit / neſcitur.

¶ Venerunt quoqꝫ de filijs bin'iamin ⁊ iehude ad preſidium in quo morabatur dauid. Hebraice habet᷑. vſqꝫ ad arcẽ ad dauidem. Significanter deſcribuntur ex ben'iamin & iuda ſimul uenientes ad dauidẽ uſqꝫ ad ipſam rupem in qua ſe ſeruabat dauid profugus / ad inſinuandum ꝙ ex improuiſo uenerunt iſti. Egreſſuſqꝫ eſt dauid obuiam eis. Hebraice habetur. Et exiuit dauid ad facies eorum. uenerant enim uſqꝫ ad ipſam rupem. ⁊ ait. Hebraice habetur. ⁊ reſpondit ⁊ dixit eis. inquirentibus enim eum reſpondit. ſi pacifice veniſtis ad me vt auxiliemini mihi / cor meum iungatur vobis. Legendum eſſet. iungetur. affirmat ſiquidem dauid ſe ex corde complexurum eos ſi adiutores ueniunt. ſi autem inſidiamini mihi pro aduerſarijs meis. Hebraice habetur. ⁊ ſi ad decipiẽdum me anguſtatoribꝰ meis abſqꝫ iniqtate in palmis meis. ſubaudi tradituri me ueniſtis. Dubitabat enim dauid: & militari libertate utit᷑ in primo ſermone cum eis. Videat deus patrum noſtrorum ⁊ iudicet. Hebraice habetur. Videbit elohe patrum noſtrorum ⁊ increpabit. Reſeruat deo iudicium cordium & uindictã. Ex quibus uerbis apparet ꝙ dauid utro fuerint corde ſuſcipiebat eos: prædicendo tamen eis diuinam ultionem immo increpationem / ſi cum dolo ueniebant. ¶ Spiritus vero domini induit abiſai principem inter triginta. Iuxta hebræum habetur. Et ſpiritus induit hamaſai principem potentium. Non dicitur ſpiritus domini ſed ſpiritus abſolute. ſignificatur enim interno quodam impulſu prodeunte extra actũ hamaſai: & ꝓpterea deſcribitur ſpiritus induens. ſpiritus quidem ad ſignificandum internum impulſum: induens autem ad ſignificandum exteriorem illius apparẽtiam diffuſam in corpus ipſius hamaſai. ⁊ ait. Hoc addidit pro cla-

Digitized by Google

ritate interpres. tui ſumus o dauid ⁊ tecum futuri fili iſai. Hebraice habetur. tibi dauid ⁊ tecum fili iſai par. Reſpondet pro omnibus iſte acceſus benignitate dauidis & illius fiducia in deo. Deinde immediate ſequitur. par tibi ⁊ par adiutori tuo / quia adiuuit te elohe tu9. Tertio imprecatur pacem cum tali geſtu ex interno ſpiritu prodeunte ut dauid crediderit eos uenire coadiutores ſibi. ſuſcepit ergo eos dauid ⁊ conſtituit eos principes turme. Hoc poteſt uerificari ex tunc, rectius tamē intelligitur uerificari poſt aſſecutum regnum: quoniam tunc tam pauci erāt ut tot principibus deeſſent ſubditi. nūq̄ enim uiuente ſaule numerus militum dauidis exceſſit ſexcentos: ut libri regum hiſtoria narrat.

¶ Porro de menaſſe tranſfugerunt ad dauid cum ueniret cum peliſthinis contra ſaul ad prelium/ ⁊ non adiuuit eos: quia inito conſilio remiſerunt eum principes peliſthinorum dicendo/ in capitibus noſtris tranſfugiet ad dominum ſuum ſaul. Hiſtoria hæc narratur.1.reg.29. Quando reuerſus eſt in ſiclag tranſfugerunt ad eum de menaſſe hadna ⁊ iozabad ⁊ iedibael ⁊ michael ⁊ iozabad ⁊ elihu ⁊ zillethai. Declarando quod dixerat cum ueniret / explicat q̄ illud quando non fuit in eundo ad caſtra ſed in eundo ad ſiceleg: quod pro claritate maiori interpres dixit reuerſus eſt. Narratur ergo q̄ iſti de menaſſe uenerūt ad dauidem tempore quo dauid abiectus a ſatrapis peliſthinorum ibat in ſiceleg. principes militum in menaſſe. Iuxta hebræum habetur. principes milium qui in menaſſe. Magni ualde deſcribuntur iſti/ qui capita non centum ſed millium dicuntur. Et ipſi prebuerunt auxilium dauidi aduerſus latrunculos. Hebraice habetur. ſocietatem. ſed proculdubio ſignificatur cœtus hamalecitaꝶ qui incenderāt ſiceleg / quem perſecutus eſt dauid: ut ſcribitur.1.reg.30. quia potentes fortitudine omnes ipſi: ⁊ facti ſunt principes in exercitu. Intellige poſt aſſecutum regnum. Quia in tempore per ſingulos dies ueniebant ad dauid ad auxiliandū ei. Tria tempora dauidis tractat author hic. primum quo uiuente ſaule dauid profugus ſeruatus eſt & auctus: & de hoc hactenus habitus eſt ſermo. Alterum tempus quo mortuo ſaule dauid regnauit in hebron/longaq; concertatio fuit inter domū dauidis & domum ſaulis: & de hoc tempore dicitur q̄ per ſingulos dies ueniebant ad dauidem. Vſq; dum fieret grandis numerus quaſi exercit9 dei. Hebraice habet́. Vſq; ad caſtra magna ſicut caſtra elohim. Augmentum militum tantum narratur q̄ peruenit ad conſtituendum exercitū ſicut exercitum elohim. Et ſi nomine elohim intelligimus deum, augmentū hoc intelligendum eſt uſq; ad tempus quo dauid factus eſt rex totius iſrael incluſiue: quoniam tunc habuit caſtra ſicut caſtra dei quæ habuerat tā moſes q̄ ioſue. Si uero noīe elohim intelligimus potentes principes, ſenſus eſt q̄ quotidie augebantur milites dauidis in hebron regnantis/ uſq; adeo ut conſtituerent exercitum iuxta magnitudinem exercitus ſoliti apud principes mundi. ſignificatur enim per hoc q̄ augmentum fuit tantum q̄ peruenit ad quantitatem ordinarij exercitus.

ISti ſunt nũeri capitũ expeditoꝝ ad exercitũ/que venerũt ad dauid in cheb'ron, vt trãſferrẽt regnũ ſaul ad eũ iuxta verbũ domini. Filij iehude portantes clypeum ⁊ haſtam: ſex millia ⁊ octingenti expediti ad exercitum. De filijs ſimhon potentes fortitudine ad exercitum: ſeptem millia ⁊ centum. De filijs leui quattuor millia ⁊ ſexcẽti. Et iebo'iadah dux de ſtirpe aharon: ⁊ cum eo tria millia ⁊ ſeptingenti. Tertium tempus (uc3 quo dauid poſt ſeptennium in hebron conſtitutus eſt rex ſuper uniuerſum iſrael) tractatur. Et ʒadoc puer egregie indolis. Hebraice habetur. puer potens fortitudine: ⁊ domus patris eius/principes vigintiduo. laudatur.n. tum a propria perſona/tũ a tot principibus domus paternæ. ¶ De filijs autem bin'iamin fratribus ſaul tria millia: magna.n. pars eorũ adhuc ſequebatur domum ſaul. Hebraice habetur. ⁊ adhuc multitudo eoꝝ cuſtodientes cuſtodiam domus ſaul. Ratio redditur paucitatis eorum qui uenerunt ex tribu ben'iamin ad conſtituendum dauidem regem: quia multitudo uirorum militarium illius tribus etſi non pugnaret aduerſus dauidem, ſeruabant tamen adhuc familiam ſaulis/tanq̃ illam cui ex ſucceſſione debebatur regnum. uiuebat.n. tunc filius ionathæ mephiboſeth. ¶ De filijs vero eph'raim/viginti millia ⁊ octingenti: potentes fortitudine/viri nominati in cognationibus ſuis. Et ex dimidia tribu menaſſis/decem ⁊ octo millia: qui nominati fuerunt per nomina vt venirẽt ad conſtituendum regem dauidẽ. Et de filijs iſſaſchar viri eruditi qui nouerant ſingula tempora/ad præcipiendum quid facere deberet iſrael. Hebraice habetur. ſcientes intelligentiam temporibꝰ/ ad ſciendum quid faciet iſrael. Prudentia aſſcribitur filijs iſachar politica: qua uc3 tanta intelligẽtia uigebãt ut ſecundũ tempora ſcirent quid expediret uniuerſo iſraeli. eſt enim prudentia circa ſingularia: ac per hoc prudentia politica circa ſingularia cõmunia reipublice. principes eorum ducẽti/omnis aũt reliqua tribꝰ conſilium eorum ſequebatur. Hebraice habetur. ⁊ oẽs fratres eoꝝ ſuper os eoꝝ. Fratres eorum iſraelitas intellige adhærentes conſilio ſapientum de tribu iſachar. Et hinc inſinuãtur duo. alteꝝ ꝙ iſtorum prudentiæ non eſt uiſum infra illud ſeptẽnium concurrere tribus iſrael ad conſtituendum dauidem regem: alteꝝ ꝙ poſt ſeptẽnium cenſuerũt iſti prudẽtes ut oẽs tribus conuenirent in hebron ad conſtituendum dauidem regem. propter hoc.n. narrantur duo: & ꝙ ipſi uenerunt ad dauidem/& ꝙ ex ore eorum pendebat omnis iſrael. De ʒebulun egredientes ad exercitũ diſpoſiti ad prelium in omnibus armis bellicis quinquaginta millia: ⁊ ad ordinandum ſine corde duplici. ¶ Et de naphthali principes mille: ⁊ cum eis cum clypeo ⁊ lancea trigintaſeptem millia. Et de danitis preparati ad prelium/vigintiocto millia ⁊ ſexcenti. Et de aſer egredientes ad exercitum ⁊ in acie prouocantes. Hebraice habetur. ad ordinandum bellum. hoc eſt ad ordinem prælij ſuſtinendũ periti ſeu exercitati.

non parua

non parua ſiquidem militum laus eſt prœliando ſiſtere in ordine. quadraginta millia. Et de trans iarden de reubenitis ⁊ ghaditis ⁊ dimidia tribu menaſſis cum omnibus armis exercitus bellici / centum ⁊ viginti millia.

¶ Omnes iſti viri bellatores ⁊ expediti ad pugnandum. Hebraice hr. viri belli cultores ordinis. ꝓculdubio militaris. corde pfecto venerunt in cheb'ron ad conſtituendum regem dauid ſuper totum iſrael: ⁊ etiam omnes reliqui ex iſrael vno corde erant vt rex fieret dauid. Ex eo ꝙ præmiſſum eſt multitudiné tribus ben'iamin adhuc manſiſſe in cuſtodia domus ſaulis/ſignificaẗ nomine reſidui iſraelis uniuerſitas iſraelitarum qui remanſerant in proprÿs domibus præter prænarratos ex tribu ben'iamin: qui tamen poſt factum (poſt conſtitutum dauidem regem) uertentes neceſſitatem in uirtutem/acquieuerunt alÿs obediendo dauidi. Fuerũtq; ibi cũ dauide diebus tribus comedentes ⁊ bibentes: præparauerãt. n. eis fratres eoꝝ. Et etiã propinq eis vſq; ad iſſaſchar ⁊ zebulun ⁊ naphthali, afferebant panem in aſinis ⁊ camelis ⁊ mulis ⁊ bobus/eſcam farine palatas ⁊ vuã paſſam ⁊ vinũ ⁊ oleũ ⁊ boues ⁊ oues in multitudine: qa letitia erat in iſrael.

CAPVT .XIII.

Inijt ãt dauid conſiliũ cũ tribunis ⁊ centurionib⁹/ cũ oĩbus ducib⁹. Et ait ad totũ cetũ iſrael. Cœtus iſrael appellatur ſenatus omniũ principũ iſrael qui erant apud regem in cõcilio: nã eis ꝓponit conuocationẽ populi iſrael. ſi placet vobis ⁊ a dño deo nr̃o egredietur ſermo quẽ loquor. Iuxta hebræũ habeẗ. ſi ſuꝑ vos bonũ ⁊ a iehouah elohe noſtro. Sic iacet in hebræo abſq; ullo uerbo. Et eſt ſenſus. ſi quod ꝓpono habet utrunq;: uz & ꝙ eſt uobis bonum & ꝙ eſt a deo: hoc eſt ſi cenſetis hoc cõducere uobis & eſſe conforme diuinæ uoluntati. Deinde immediate ſequitur. mittamus. Deficit una dictio. diuidemus/mittemus ad fratres noſtros reſiduos in omnibus terris iſrael. Modum mittendi ſignificat uerbo diuiſionis: ut uz diuidantur nuncÿ ad diuerſas partes mittendi: multitudo enim nunciorum per hoc inſinuatur. Reſidui autem appellantur militares uiri electi: erant enim reſidui relatiue ad cẽturiones & tribunos qui erãt cum dauide. Teſtatur enim hiſtoria ſecundi li. reg. ca. 6. ꝙ congregauit dauid ex hoc concilio triginta millia electorum uirorum. iſti ergo appellantur hic reſidui in urbibus iſrael. ⁊ ad ſacerdotes ⁊ leuitas qui habitant in ciuitatibus ſuburbanorum ſuorum: ⁊ congregentur ad nos. Et reducam⁹ arcã dei nr̃i ad nos. Nomẽ ẽ elohe. Et ſignificãter dicit arcã/ad differentiã tabernaculi facti a moſe: de cuius trãſlatione nihil dicit. nõ. n. reqſiuimus eam in diebus ſaul. Nulli facimus iniuriam: ſi enim tempore ſaulis

regis requiſiuiſſemus arcam dei collocantes eam alicubi, iniuria forte fieret tum regi tum iſraeli tum loco: ſed quia nunq̃ tempore ſaulis regis requiſita eſt arca ut collocaretur alicubi/ideo nulli fit iniuria transferendo eam ad nos in ieruſalem. Et hinc inſinuatur q arca nullibi habuit manſionem poſt percuſſionem bethſemitarum niſi in ciuitate ſyluarum: ibi enim inuenit eam rex ſaul / & ibi dimiſit eam.

¶ Et dixit totus cetus vt ita fieret: placuerat enim ſermo omni populo. Iuxta hebræum habetur. quia rectum verbum in oculis totius populi. Concordis reſponſiõis ratio redditur/quia audita a populo huiuſmodi futura tranſlatio uiſa eſt recta. Congregauit ergo dauid cunctum iſrael. in triginta millibus electis: ut liber regum aperit. a ſichor egypti. Fluuius ægypti conterminus regno iſrael ſignificatur. vſq; ad introitum chamath: ad adducendum arcã dei. Nomẽ eſt elohim. de cir'iath'iebarim. Nomen eſt ciuitatis/latine ciuitate ſyluarum. Et aſcendit dauid ⁊ totus iſrael ad collem cariathiarim. Iuxta hebræum habetur. in bahalam ad cir'iath'iebarim que iehude. In. 2. reg. ca. 6. diximus bahala nomen eſſe regionis ſeu diſtrictus in quo erat ciuitas ſyluarum: ita q nominatur locus & a regione & a ciuitate. ad faciendum aſcendere inde arcam dei domini. Hebraice habetur. elohim iehouah ſeſſoris cherubinorum. Alias reddita eſt ratio nominum/& quare dicatur ſedentis ſuper cherubim. vbi inuocatum eſt nomen eius. Hebraice habetur. cui⁹ vocatum eſt nomen. Et eſt ordo literæ. ad faciendum aſcendere inde thecam elohim cuius uocatum eſt nomen iehouah ſeſſor cherubinorum. elohim ſiquidem nomen commune erat dijs omnibus: & ideo ad aliorum deorum differentiam dicitur cuius uocatum eſt nomen iehouah(hoc eſt fons eſſendi)ſedens ſuper cherubinos. Et caute non dicit qui eſt / ſed cuius uocatum eſt nomen: eo q nec ipſum nomen tetragrãmaton ſignificat deum ſicuti eſt/eo q non tam ipſe q̃ multiplex nomen eius notum eſt nobis. Impoſueruntq; arcam dei ſuper plauſtrum nouum de domo abinadab. Dictio interpretata dei eſt nomen elohim: & idem nomen repetitur cum ſubiungitur coram deo. huzza autem ⁊ ach'io minabant plauſtrum. Porro dauid ⁊ totus iſrael ludebant coram deo in omni virtute: ⁊ in canticis ⁊ citharis ⁊ pſalterijs ⁊ tympanis ⁊ cymbalis ⁊ tubis. Veneruntq; vſq; ad aream chidon. Non te moueat q in libro regum ſcribitur ad aream nachon: eadem enim area hic & ibi ſignificatur diuerſis nominibus. ⁊ extendit huzza manum ſuam ad tenendum arcam / bos quippe laſciuiens paululum inclinauerat eam. Iuxta hebræum habetur. quia declinabant boues. Expectauit deus punire peccatum uſq; quo effectus peccati palam fieret. peccatum ſiquidem commiſſum eſt cum arca poſita eſt uehenda ſuper plauſtrum (utpote quæ uehi debebat ſuper humeros leuitarũ) ſed diſtulit deus punitionem uſq; ad ſenſibilem effectum peccati: quãdo uez ipſa arca inclinari cœpit propter boues trahentes.

¶ Iratus eſt itaqꝫ dominus. Deficit una dictio: legendum eſt. Et iratus eſt furor iehouah in huzzam. Inſtar furoris deſcribitur punitio/ iãq̃ repente uehemens. ⁊ percuſſit eum eo ꝙ tetigiſſet arcam. Iuxta hebræum habetur. ſuper quod miſit manum ſuam ad arcam. Non cauſam ſed tempus intelligo ſignificari: uidelicet ꝙ ultio diuina ſuperuenit quando extendit manum ad arcam. meritum. n. ultionis nõ fuit extenſio manus ad arcam: ſed illius cauſa/ uidelicet uehere ſuper plauſtrum. ⁊ mortuus eſt ibi coram deo. Nomen eſt elohim. Contriſtatuſqꝫ eſt dauid. Iuxta hebræum habetur. Et ira fuit dauidi. Magnitudo triſtitiæ excandeſcentiam cauſauit. eo ꝙ diuiſiſſet dominus ozam. Parui refert ꝙ hebraice habetur. quia diuiſit iehouah diuiſionem in huzza. Et hinc inſinuatur ꝙ percuſſio fuit per modum ſciſſionis. ⁊ vocatus eſt locus ille diuiſio huzze vſqꝫ in præſentem diem. Timuitqꝫ dauid deum in die illa dicendo. Nomen eſt elohim: & ſimiliter cum ſubiungitur arcam dei: & idem nomen repetitur cum iterum ſubiungitur arca dei. Reliqua expoſita ſunt in libro regum. quomodo introducam ad me arcam dei? Et non declinare fecit dauid arcam dei ad ſe in ciuitatem dauid: declinareqꝫ fecit eam ad domum hobed'edom ghitthei. Manſitqꝫ arca dei cum domo hobed'edom in domo eius tribus menſibus: ⁊ benedixit dominus domui hobed'edom ⁊ oibꝰ que habebat.

CAPVT .XIIII.

Miſit autem chiram rex tyri nuncios ad dauid ⁊ ligna cedrina/ ⁊ artifices parietum ⁊ artifices lignorum: ad edificandum ei domum. Vide hæc. 2. reg. ca. 5. Cognouitqꝫ dauid ꝙ confirmaſſet eum dominus. Iuxta hebræum habetur. ꝙ direxit eum iehouah in regem ſuper iſrael. Ab effectu & ab interno motu cognouit dauid opus diuinæ directionis in ſe ad hoc ut regnaret ſuper iſrael. ⁊ ſubleuatum eſt regnum ſuum ſuper populum eius iſrael. Iuxta hebræum habetur. quia eleuatum fuit deſuper regnum eius propter populum eius iſrael. Ecce effectus directiõis diuinæ ex quo cognouit diuinam directionem dauid. ex eo enim ꝙ uidit eleuatum regnum ſuum propter bonum populi iſrael, hauſit ꝙ diuina eſſet directio/ cui cura eſt de bono populi iſrael. Accepitqꝫ dauid adhuc vxores in ieruſalaim: ⁊ genuit dauid adhuc filios ⁊ filias. Et hec nomina eorum qui nati ſunt ei in ieruſalaim: ſammuah ⁊ ſobab/ nathan ⁊ ſelomo. ⁊ ibechar ⁊ eliſuah ⁊ elipheleth. ⁊ noga ⁊ nepheg ⁊ iaphiah. ⁊ eliſamah ⁊ behel'iadah ⁊ elipheleth.

Audierunt aũt peliſthim ꝙ vnctꝰ eẽt dauid i regẽ ſup totũ iſrael/ ⁊ aſcẽderũt oẽs peliſthim ad querendũ dauidẽ. prælio. audiuitqꝫ dauid/ ⁊ egreſſus eſt contra eos. Porro peliſthim

venerunt: ⁊ diffuſi ſunt in valle rephaim: Conſuluit autem dauid deum dicendo. Nomen eſt elohim. an aſcendam contra peliſthæos/ ⁊ an trades eos in manum meam? Modus interrogandi deum/intelligendus eſt per ſacerdotem ſolito legis more. ⁊ dixit ei dominus/ aſcende ⁊ tradam eos in manum tuam. Modus quo reuelauit deus/ ignotus eſt nobis. Cūq; illi aſcendiſſent. Hebraice habetur. Et aſcenderunt in bahal'perazim. Executio narratur diuini præcæpti.& in quinto capitulo ſecundi regum expoſuimus hæc cum ſequenti hiſtoria. ⁊ pcuſſit eos ibi dauid: ⁊ dixit/ diuiſit deus inimicos meos in manu mea ſicut diuiduntur aque: idcirco vocatum eſt nomen loci illius bahal'perazim. Dereliqueruntq; ibi deos ſuos: quos dauid iuſſit exuri.

Alia adhuc vice peliſthim irruerunt: ⁊ diffuſi ſunt in valle. Conſuluitq; adhuc dauid deum. Nomen eſt elohim: quod etiam repetitur tam cum ſubiungitur & dixit ei deus/ q̄ cum poſtea dicitur egreſſus eſt.n. deus/& demum dicendo præcæperat ei deus. ⁊ dixit ei deus/non aſcendes: poſt eos. Diuidenda eſt litera hæc: & faciendus eſt punctus poſt uerbum aſcendes. ita ꝙ prima ſententia completur dicendo non aſcendes. Et eſt ſenſus/non aſcendes directe contra eos. Deinde legenda eſt alia ſententia. poſt eos recede ab eis/ ⁊ venies contra illos ex aduerſo pyrorum. Hebraice tamen habetur. poſt eos gyra a ſupra eos/ ⁊ venies ad eos e regione arborum. Inſtruit eum deus ut poſt eos ex parte ſuperiori gyret exercitum/& e regione multitudinis arborum crebrarum ibidē exiſtentiū aggrediatur hoſtes. Et inſinuat hinc ꝙ arbores iſtæ erant a parte altera peliſthinorum. Et cū audieris ſonitum gradientis ī cacumine pyrorū. Hebraice habetur. ſonitum deambulationis in capitibus arborū. Significant arbores quaſi cōdenſatæ inuicem: declarauimus aūt hoc in libro regum. tunc egredieris ad prelium: quia exiuit deus ante te ad percutiēdum caſtra peliſthinorum. Quantum contextus inſinuat/deſcribūtur peliſthini in medio, exercitu dauidis pugnante aduerſus eos hinc/& deo pugnante aduerſus eoſdem inde. Fecitq; dauid ſicut preceperat ei deus: ⁊ percuſſerunt caſtra peliſthinorum a ghibhon vſq; ad ghazeram. Diuulgatumq; eſt nomen dauid in omnibus regionibus. Hebraice habetur. terris. circūcirca. Et ſimiliter intellige. ⁊ dn̄s dedit pauorē eiꝰ ſup omnes gentes. uicinas moleſtas iſraelitis.

CAPVT .XV.

FEcit quoq; ſibi domos in ciuitate dauid. multas enim habebat uxores: & propterea multis egebat domibus. ⁊ edificauit. Legendū eſt. ⁊ preparauit locum arce elohim/ ⁊ tetendit ei tentoriū. Muro cinxit ꝓprio ſpatium intra quod collocaui-

tabernaculum in quo ponenda erat arca. Tunc dixit dauid: illicitũ eſt. Scrutatus dauid cauſam percuſſionis ozæ/inuenit peccatum fuiſſe contra legem moſis eo ꝙ arca dei ſuper humeros leuitarum & non ſuper plauſtrum uehenda erat/ut ſancitur in libro numeri ca.7. Vt portetur arca dei niſi a leuitis. Nomen eſt elohim. quia eos elegit dominus ad portandum arcã domini ⁊ ad miniſtrandum ſibi vſq; in ſeculum. Hoc dicitur ad differentiam aliorum leuitarum. nam leuitæ ex familia ca hath electi ſunt ad portandum arcam quando modicus erat numerus ſacerdotum: ut ex numeri quarto & ſeptimo colligitur.

¶ Cõgregauitq; dauid vniuerſum iſrael in ierusalaim ad faciendum aſcendere arcam domini ad locum ſuum quem preparauerat ei. Intellige ſobrie: hoc eſt ex uniuerſo iſraele inuitauit populos ad tantam ſolennitatẽ. Adunauit quoq; dauid filios aharon ⁊ leuitas. De filijs cehath vriel principẽ/⁊ fratres eius centũ ⁊ viginti. De filijs merari hasaiã principẽ/⁊ fr̃es eiꝰ ducentos ⁊ viginti. De filijs ghersom ioel principẽ/⁊ fr̃es eius centum ⁊ triginta. De filijs elizaphan ſemahiã principẽ/⁊ fratres eiꝰ ducentos. De filijs chebron eliel principẽ/⁊ fratres eiꝰ octoginta. De filijs huzziel hãminadab principẽ/⁊ fratres eiꝰ centũ ⁊ duodecim.

¶ Vocauitq; dauid zadoc ⁊ ebiathar ſacerdotes: ⁊ leuitas vrielem hasaiam ⁊ ioelem ⁊ ſemahiam/⁊ elielem ⁊ hãminadab. Et dixit eis: vos eſtis capita familiarum leuiticarũ/ſanctificamini vos ⁊ fratres veſtri. Præparatio aliqua q̃uis non ſcripta ſignificatur. ⁊ facite aſcendere arcam domini dei iſrael ad locum quem ei preparaui. Ne vt a principio quia non eratis preſentes/percuſſit nos dominus. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Quia a principio non vos, diuiſit iehouah elohe noſter nos. Diuiſionem ozæ commemorat quæ acciderat prima uice. ſic ⁊ nunc fiat illicitum quid nobis agentibus. Iuxta hebræum habetur. quia non requiuimus eã ſicut iudicium. Rationem reddit percuſſionis ozæ/quia ipſe dauid cum reliquis non ſeruauerunt legis ius decretum circa uehendam arcam. Et hoc dicit contigiſſe propter abſentiam capitum tum ſacerdotum tum leuitarum: ſi. n. fuiſſent præſentes, dixiſſent decretũ legis regi/& fuiſſet ſeruatum. Sanctificati ſunt ergo ſacerdotes ⁊ leuite/ad faciendum aſcendere arcam domini dei iſrael. Et portauerunt filij leui arcam dei (ſicut precepit moſes iuxta verbum domini) in humeris ſuis in vectibus ſuper ſe.

¶ Dixitq; dauid principibus leuitarum vt conſtituerent de fratribus ſuis cantores/cũ inſtrumentis cantꝰ (pſalterijs ⁊ citharis ⁊ cymbalis) audire facientes eleuando vocem in letitia. Et ꝯſtituerũt leuite heman filiũ ioelis/⁊ de fratribꝰ eiꝰ aſaph filium

berech'iahu: ⁊ de filijs merari fratribus eoꝛum / ethan filium cu-
ſa'iahu. Et cũ eis fratres eoꝝ ſecũdos: zechar'iahu / ben ⁊ iaha-
ziel ⁊ ſemiramoth ⁊ iechiel ⁊ hunni / eliab ⁊ bena'iahu / ⁊ maha-
ſe'iahu ⁊ matthith'iahu ⁊ eliphelehu ⁊ micne'iahu ⁊ obed'edom
⁊ iehiel ianitoꝛes. hoc eſt officiũ ianitorum exercẽtes. in uia. n. non erat opus
ianitoribus: ſed officio ianitorum ad compeſcendum turbam ne plusq̃ lice-
ret appropinquarent arcæ. Poꝛro cantoꝛes / heman aſaph ⁊ ethan:
Diſtributio ſubiungitur officiorum in uia ſecundum diuerſa inſtrumenta muſica
ſeu diuerſas actiones. Nullam autem expectes a me circa proprietatem muſico-
rum inſtrumentorum diligentiam: quoniam propria nomina eorũ ſuſpecta mi-
hi ſunt. in cymbalis eneis concrepantes. Iuxta hebræum habetur. ad
faciendum audire. reſonantia enim ualde cymbala hæc ſignificantur: ad dif-
ferentiã cymbaloꝝ parui ſoni / quibus uti ſolent mulieres in choreis. Zechar'ia
ã ⁊ haziel ⁊ ſemiramoth ⁊ iechiel ⁊ hunni ⁊ eliab / ⁊ mahaſe'iahu
⁊ bena'iahu: in pſalterijs arcana cantabant. Hebraice hr̃. in pſalte-
rijs ſuper halamoth. Nomẽ ꝓpriũ inſtrumenti muſici ẽ halamoth. Poꝛ-
ro matthith'iahu ⁊ eliphelehu ⁊ micne'iahu ⁊ hobed'edom / ⁊ ie-
chiel ⁊ hazaz'iahu: in citharis pꝛo octaua canebant epinichion
ſuper victoꝛijs. Iuxta hebræum habetur. in citharis ſuper octauam
ad inualeſcendũ. Et aiũt octauam nomen eſſe inſtrumenti muſici octo chor-
darum. modus autem muſicæ ſignificaẽ inualeſcẽdo. Chonenias autem
pꝛinceps leuitarum ꝓphetie pꝛeerat: ⁊ ad pꝛecinendam melodi-
am / erat quippe valde ſapiens. Iuxta hebræum habetur. Et chenan'
iahu pꝛinceps leuitarum in eleuatione: caſtigando in eleuatio-
ne / quia intelligens ipſe. Moderator eleuationis in muſica deſcribitur
iſte / quia in arte muſicæ erat ualde intelligens: & propterea dirigebat alios can-
tores. Berech'ia autem ⁊ elcana / ianitoꝛes arce. hoc eſt officium iani-
torum exercentes. Seban'iahu vero ⁊ ioſaphat ⁊ nethan'el ⁊ hama-
ſai ⁊ zechar'iahu ⁊ bena'iahu ⁊ elihezer ſacerdotes / clangebãt tu-
bis coꝛam arca dei. Nomen eſt elohim. ⁊ hobed'edom ⁊ iechi'ia erãt
ianitoꝛes arce.

¶ Dauid igitur ⁊ ſenioꝛes iſrael ⁊ tribuni iuerunt ad faciendum
aſcendere arcam federis domini. eo ꝙ in ea cõtinebatur fœdus diuinum
ſcriptum in tabulis lapideis digito dei. de domo hobed'edom in letitia.
Cũq; adiuuiſſet deus leuitas qui poꝛtabant arcam federis dñi:
immolabantur ſeptem tauri. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et fuit
adiuuante elohim leuitas poꝛtantes thecam federis iehouah: ⁊
ſacrificarunt ſeptẽ tauros ⁊ ſeptẽ arietes. Duo hinc inſinuantur. alterũ
ꝙ ad differentiam primæ tranſlationis arcæ in qua deus percuſſit ozam / ſcribiẽ
adiuuans deus leuitas uectores arcæ. ipſum ſiquidem fouere & ſeruare eos inco-
lumes ac lætos proſequendo uectionem arcæ / appellatur diuinum auxilium. Al-
terum ꝙ propter contrarium effectum a deo in leuitis prima uice / non fuerũt ſa-

crificia oblata: hoc ē ꝙ anteq̄ prima uice duceretur arca ad locum ſacrificiorum percuſſus fuit oza. Ex oppoſito ſiquidē ad geſta prima uice ſcribit̄ hic ꝙ adiuuāte elohim leuitas/ſacrificabant tauros & arietes: ut intelligamus incolumitatem leuitarum rationem fuiſſe continuandi ſacrificia ſexto quoq; paſſu/ut dicitur in libro regum. ¶Porro dauid indutus erat ſtola byſſina/⁊ omnes leuite portantes arcam ⁊ cantores ⁊ chenan'ia princeps propherie inter cantores. Hebraice habetur. princeps eleuationis cantorum. Hoc iam expoſuimus ſuperius. ⁊ ſuper dauid erat ephod lineum. Paulo ſuperius ſcriptum eſt ꝙ dauid erat indutus pallio lineo/nunc autem dicitur ꝙ ſuper eum erat ephod lineum. et propterea duæ ueſtes lineæ ſignificāt: altera pallium/altera ephod. Iſta quidem ſimilis erat ueſti leuiticæ/ab humeris nominata: illa autem ſumma ueſtis erat ad differentiam leuitarum. Rex igitur in hac ſolénitate utraq; uſus eſt ueſte: ephod quidem ſubter/& pallio deſup. Totuſq; iſrael aſcendere faciebat arcam federis domini in iubilo ⁊ ſonitu buccine ⁊ tubis ⁊ cymbalis: faciens audire in pſalterijs ⁊ citharis. ¶Cūq; perueniſſet arca federis domini ad ciuitatem dauid: michal filia ſaul reſpiciens per feneſtram vidit regem dauid ſaltantem ⁊ ludentem/⁊ deſpexit eum in corde ſuo. hoc eſt ex intimis ſuis. ad exaggerandum ſiquidem peccatum deſpectionis narratum eſt ꝙ in corde ſuo uilipendit eum.

CAPVT .XVI.

ATtulerunt igitur arcam dei. Nomen eſt elohim: & ſimiliter cum ſubditur coram deo. ⁊ conſtituerunt eam in medio tentorij quod tetenderat ei dauid: ⁊ obtulerunt holocauſta ⁊ pacifica coram deo. Compleuitq; dauid offerre holocauſta ⁊ pacifica: ⁊ benedixit populo in nomine domini. Et diuiſit omni homini iſrael / a viro vſq; ad mulierem: vnicuiq; tortā panis/⁊ partem aſſe carnis bubale ⁊ frixam oleo ſimilam. Hebraice habetur. placentā panis / ⁊ partē tauri vnā ⁊ phialam. Sic quoq; habetur in libro regum. prouidit. n. de cibo & potu populo: & ibi quæ hic ſcribūtur expoſuimus.

COnſtituitq; coram arca domini de leuitis qui miniſtrarēt: ⁊ recordarentur operum eius ⁊ glorificarent atq; laudarent dominum deum iſrael. Hebraice habetur. de leuitis miniſtros: ⁊ ad recordandū ⁊ ad ꝯfitendū ⁊ ad laudandū iehouah elohe iſraelis. Deuotus rex cū debita uenerationē arcā dei apud ſe colendā ſtatuit/tū ad recolēdū tū ad gratias agendū tū ad laudandū diuina beneficia. Aſaph ducem ⁊ ſecundū eius zechar'iam: iehiel ⁊ ſemiramoth ⁊ iechiel ⁊ matthith'iam ⁊ eliab ⁊ bena'iahu ⁊ hobed'edom ⁊ iehiel ī inſtrumētis pſalteriorum ⁊ in citharis/ ⁊ aſaph in cymbalis audire facientē. Et

benaiahu ⁊ iachaziel ſacerdotes: in tubis iugiter coram arca federis dei.

¶ In die illo tunc fecit dauid ducem ad confitendum dño/in manu aſaph ⁊ fratrum eius. Confitemini domino / inuocate nomen eiꝰ. Ex tribus pſalmis ſumpta ſunt hæc ſubiūcta: uc; ex pſalmo. 104. prima pars: ſecunda autē (quæ incipit cātate domino) ex pſalmo. 95. tertia demū (incipiens confitemini domino quoniam bonus) ex pſalmo. 105. Et ne repetamus ſcripta ſuper pſalmos/uide ibi expoſitionem. notificate in populis operationes eius. Cantate ei/pſallite ei: loqmini in omnibꝰ mirabilibus eiꝰ. Gloriamini in nomine ſancto eius: letetur cor querentium dominum. Querite dominum ⁊ fortitudinem eius: querite faciem eius iugiter. Recordamini mirabilium eius que fecit/prodigiorum eius ⁊ iudiciorum oris eius. Semen iſrael ſerui eius: filij iahacob electi eius. Ipſe dominus deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius. Recordatus eſt in ſeculū pacti ſui/ verbi quod precepit mille generationibus. Quod pepigit cum abraham/ ⁊ iuramenti ſui ad izchac. Et ſtatuit illud iahacob i preceptū/iſraeli pactum ſempiternum. Dicendo tibi dabo terram chenahan/portionem hereditatis veſtre. Cum eſſetis viri numerabiles/ velut pauci ⁊ peregrini in ea. Et ambulauerunt de gente ad gentem/⁊ de regno ad populum alium. Non permiſit viro vt vim inferret eis: ⁊ corripuit pro eis reges. Ne tangatis chriſtos meos/⁊ prophetis meis ne malefacite. ¶ Cantate domino omnis terra: euangelizate de die in diem ſalutare eius. Narrate in gentibꝰ honorē eiꝰ / in oibꝰ populis mirabilia eiꝰ. Quia magnus dominus ⁊ laudabilis valde: ⁊ timendꝰ ipſe ſuper omnes deos. Omnes enim dij populorum vacuitates: dominus autem celos fecit. Confeſſio ⁊ decor coram eo: fortitudo ⁊ letitia in loco eius. Afferte domino familie populorum/afferte domino honorem ⁊ fortitudinem. Afferte domino honorem nominis eius: eleuate munus ⁊ venite in conſpectum eius / incuruate vos domino in decore ſanctitatis. Tremite a facie eius omnis terra: etiā ſeruabit orbem ne cōmoueatur. Letentur celi ⁊ exultet terra: ⁊ dicant in gentibus/dominus regnauit. Tonet mare ⁊ plenitudo eius: gaudeat ager ⁊ omne quod eſt in eo. Tūc exultabunt ligna ſylue coram domino/quia venit iudicare terram. ¶ Confitemini dño quoniam bonꝰ/quoniam in ſeculū gratia eiꝰ. Et dicite ſalua nos deꝰ ſalutis noſtre/⁊ ꝯgrega nos ⁊ libera nos de gentibꝰ: ad confitēdū nomini ſanctitatis tue / ad gloriandū i laude tua. Quod hic mandatur rogandum congrega nos de gentibus/ nō obſiſtit tempori dauidis: eo q̄ toties in captiuitatem & conſequenter ſparſi uendatiq; fuerant tempore iudicū & tempore ſaulis / ut merito ſupplicandum tunc eſſet congrega nos de genti-

Digitized by Google

bus. Benedictus dominus deꝰ iſrael a ſeculo ⁊ vſqꝫ in ſeculum: ⁊ dicat omnis populus amen/ ⁊ hymnum deo. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ laudare iehouah. Et hoc nō eſt in calce illius pſalmi: & in idē redit cum dicere hymnum deo.

REliquitqꝫ ibi coꝛam arca federis domini aſaph ⁊ fratres eius: vt miniſtrarent coꝛam arca iugiter per ſingulos dies ⁊ vices ſuas. Iuxta hebræū habetur. ad rem per ſingulos dies ſuos. Quotidianum miniſterium prout quilibet exigebat dies/ deſcribitur iugiter.

¶ Poꝛro hobed edom ⁊ fratres eius ſexagintaocto: ⁊ hobed edom filium iedutbun ⁊ choſam conſtituit ianitoꝛes. Zadoc aūt ſacerdotem ⁊ fratres eius ſacerdotes coꝛam tabernaculo domini in excelſo quod erat in ghibbon. Vt offerrent holocauſta domino ſuper altare holocauſti iugiter mane ⁊ veſperi: ⁊ iuxta totum quod ſcriptum eſt in lege domini quam pꝛecepit iſraeli. Vide diſparitatem. coram arca leuitæ duntaxat conſtituti leguntur/ quorum caput erat aſaph: coram tabernaculo uero quod fecerat moſes conſtituuntur ſacerdotes: eo ꝙ ibi erat altare holocauſtorum/ & ibi iuge ſacrificium fiebat/ & ut uno uerbo dicatur ibi erat ordinarius dei cultus: arca autem extraordinarie uenerabatur extra tabernaculū moſis in ſion in tabernaculo quod fecerat dauid. A quo autem/ quare & quando fuerit trāſlatum tabernaculum moſis in excælſum ghabaon, ſcriptura non tradit. in tribus ſiquidem locis tabernaculum hoc fuiſſe legimus: primo in ſilo ioſuæ ca. 18. deinde in nobe. 1. reg. 21. & demum ī excælſo ghabaon/ ut hic ſcribitur. Et quia noluit dauid ut ueneratio arcæ in ſion minueret ordinarium cultum in diuino tabernaculo, ideo ordinauit etiā ibi leuitas in diuerſis officijs/ ut ſubiungitur. Cum eis fuerunt heman ⁊ iedutbun ⁊ reliqui electi qui nominati ſunt per nomina: ad confitendum domino/ quoniam in ſeculum gratia eius. Et cum eis heman ⁊ iedutbun ꝙ tubis ⁊ cymbalis faciebant audire/ ⁊ inſtrumētis cantꝰ dei: ⁊ filij iedutbun ad poꝛtam. Abijtqꝫ totus populus/ vnuſquiſqꝫ in domum ſuam: ⁊ reuerſus eſt dauid ad benedicendum domum ſuam.

CAPVT .XVII.

CUm autem habitaret dauid in domo ſua/ dixit ad nathan pꝛophetam: ecce ego habito ī domo cedrina/ ⁊ arca federis domini ſub pellibus. Hebraice habetur. ſub coꝛtinis. Expoſita ſunt autem hæc in ſecundo libro regum. ca. 6. Et ait nathan ad dauid: omnia que ſunt ī coꝛde tuo fac/ quia dominus tecum eſt. Nomen eſt elohim: & idem nomen repetitur ſubiungendo ſermo domini.

IN nocte autem illa factꝰ eſt ſermo domini ad nathan dicendo. Vade ⁊ dic ad dauid ſeruum meũ: ſic dixit dominꝰ / non tu edificabis mihi domum ad habitandum. Non enim habitaui in domo a dic qua aſcendere feci iſrael vſq; ad diem hanc: ſed fui ſemper mutans loca tabernaculi ⁊ in tentorio manens cum omni iſrael. Hebraice habetur. ⁊ fui de tentorio ad tentorium ⁊ e tabernaculo in omni quo iui cũ omni iſrael. Duo nominat (tentorium & tabernaculum) ut diſcernamus inter ea. & diſpariter nominantur: nam tabernaculum unicum nominatur: tentorium autem quaſi geminum ſignificatur dicendo de tentorio in tentorium. Inſinuatur enim per hæc differentia morandi. nam quando filij iſrael non erant fixuri alicubi caſtra/arca dei erat ſub tentorio: & propterea tanq̃ in itinere deſcribitur de tentorio in tentorium. quando uero figebantur caſtra, tunc erigebatur tabernaculum ordinarium/ & arca dei erat in tabernaculo ſuo: & propterea adiungitur & e tabernaculo. egrediebatur. n. ordinarie a tabernaculo ſuo arca uehenda. An verbũ locutꝰ ſum vni iudicũ iſrael quibꝰ precepi vt paſcerent populũ meũ dicendo: cur non edificaſtis mihi domum cedrinam?

¶ Nũc itaq; ſic dices ſeruo meo dauidi: ſic dixit dominus exercituũ/ ego tuli te cũ in paſcuis ſequereris gregem. Hebraice habet. ego tuli te de habitaculo. uile ſiquidem ſignificat paſtorum habitaculum. de poſt oues: vt eẽs dux populi mei iſrael. Et fui tecũ quocũq; perrexiſti/ ⁊ interfeci. Hebraice habetur. ⁊ deſtruxi omnes inimicos tuos coram te. quod eſt uerius: nam inimici dauidis peſſundati ſunt potius q̃ interfecti. feciq; tibi nomen quaſi vnius magnoꝝ q celebrantur in terra. Hebraice habetur. ⁊ faciam tibi nomen iuxta nomen magnorũ q in terra. Similiter cum ſubiungitur. Et dedi locũ. hebraice habet. Et ponã locũ. proculdubio firmum/ut ſubiuncta teſtantur. populo meo iſrael/plantabitur. Hebraice habetur. ⁊ plantabo eũ. Ecce firmitas inſtar plantæ quæ firmatur radicibus in loco ſuo. ⁊ habitabit in eo ⁊ vltra non cõmouebitur. Hebraice habetur. ⁊ non tremet vltra. hoc eſt habitabit tutus ſub protectione tua. ⁊ non addent filij iniqtatis ad atterendũ eũ ſicut in principio. Et a diebꝰ qbꝰ precepi iudicibꝰ ſuper populum meũ iſrael/ ⁊ humiliaui. Hebraice habetur. ⁊ humiliabo omnes inimicos tuos. promiſſiones enim ſunt. annũcio ergo tibi. Hebraice habet. ⁊ annũciaui tibi. Verba ſunt dei/referenda a nathã dauidi. Et præteritũ annunciaui/uel refertur ad tempus ſamuelis per quem deus ſupradicta annunciare cœpit dauidi: uel quia tempore relationis iam præterierat annunciationis reuelatio facta ipſi nathan. ꝙ edificaturꝰ ſit tibi dñs domũ. Parui refert ꝙ hebraice hẽ. ⁊ domũ edificabit tibi iehouah. De ſeipſo loqtur deus in tertia perſona. Et appellatione domus intelligitur ſucceſſio filiorum in regno. progenies. n. regia ex eo futura/appellatur domus: ut ſubiuncta manifeſtant. ¶ Cũq; impleueris dies tuos vt vadas cum patribꝰ tuis, ſuſcitabo. He-

braice habetur. ꝛ faciam ſurgere. uel & leuabo. ſemen tuū poſt te quod erit de filijs tuis. Promittit deus poſt mortem dauidis eleuaturum ſe ſemen ipſius dauidis. ꝛ ſtabiliam. Hebraice habetur. ꝛ dirigam regnum eius. quod plus eſt q̄ ſtabilire. Idemq; repetitur ſubiungendo. Ipſe edificabit mihi domum: ꝛ firmabo. habetur enim. ꝛ dirigam ſolium eius vſq; in ſeculum. quod comprӕhendit & firmare & alia facere opportuna ad regnum & ſolium. Ego ero ei in patrem/ ꝛ ipſe erit mihi in filium: ꝛ miſericordiam. Hebraice habetur. ꝛ gratiam meam non auferam ab eo/ ſicut abſtuli ab eo qui fuit ante te. Et ſtatuam eum in domo mea ꝛ in regno meo vſq; in ſeculum: ꝛ thronus eius erit firmiſſimus. Hebraice habetur. erit directus vſq; in ſeculum. Vide horum omnium expoſitionem in.7.ca.2.li.reg. ubi etiam expoſuimus ſubiunctam orationem dauidis. & propterea corrigenda duntaxat eſt litera: & ſi quid noui eſt/ exponendum. Iuxta omnia verba hec ꝛ iuxta vniuerſam viſionem iſtam/ ſic locutus eſt nathan ad dauid.

Venit autem rex dauid ꝛ ſedit coram domino/ ꝛ ait: quis ego ſum dn̄e deus ꝛ que eſt domus mea vt preſtares mihi talia? Iuxta hebrӕum habetur. quia feciſti me venire vſq; huc? Agnitio eſt beneficij eleuationis talis ac tantӕ: utpote in regem ſuper uniuerſum iſrael. Et parum fuit hoc i oculis tuis deus/ ꝛ locutus es ſup domum ſerui tui ēt in futurum. Hebraice habetur. in longinquum. ſucceſſio.n. longa futura ſignificatur. ꝛ feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines dn̄e deus meus. Hebraice hr̄. ꝛ monſtraſti me in ordine hoīs excellētiam iehouah elohim. Ordo literӕ eſt/tu iehouah elohim mōſtraſti me excellentiam in ordine hominis: hoc eſt in ordine hominum. Magnitudo autem excellentiӕ ſignificatur per nomen abſtractum: nam agnoſcit beneficium quo collocatus eſt ac mundo oſtēſus glorioſus in ordine hominum electorum ad excellentem gradum: quales ſunt principes/regno fortitudine & diuitijs florentes. Quid vltra addere poteſt dauid? cum ita glorificaueris ſeruum tuum ꝛ cognoueris eum. Hebraice habetur. Quid addet vltra dauid ad te ad honorē ad ſeruū tuū? ꝛ tu ſeruū tuū noſti. Et eſt ſenſus. quid amplius petet dauid a te ſiue ad honorem ſiue ad perſonam ſerui tui ſpectet? omnia enim contuliſti & nihil ſupereſt petendum. Quod autem adiūgit & tu ſeruum tuum noſti/exinanitio eſt propriorum meritorum coram deo. Domine propter famulum tuum iuxta cor tuū feciſti omnē magnificentiam hanc/ ꝛ nota eſſe voluiſti vniuerſa magnalia. Iuxta hebrӕum legendū ē. Iehouah propter ſeruū tuū ꝛ ſicut cor tuū feciſti omnem magnitudinem iſtam/ad notificandū omnia magnalia. Cum autem ſubditur. Dn̄e non eſt ſimilis tui/ ꝛ non eſt aliꝰ deꝰ abſq; te: ex omnibus quos audiuimus. hebraice habetur. Iehouah nō ſicut tu/ ꝛ non elohim preter te: ſicut omne quod audiuimꝰ aurībꝰ noſtris. ſubaudi teſtatur. Et que eſt ſicut populus tuus iſrael/gens

vna in terra: ad quem perrexit deus. Nomen eſt elohim. Vt libera-
ret ꝛ faceret populum ſibi. Hebraice habetur. ad redimendũ ſibi po-
pulum. Et immediate ſequitur. ad ponendũ tibi nomen magnitudi-
nes ꝛ terrores/ad expellendum a facie populi tui quem redemiſti
ex egypto gentes. Collectio eſt beneficiorum a redemptione populi ex ægy
pto uſq; ad introductum populum in terram promiſſionis. Et poſuiſti po-
pulum tuũ iſrael tibi in populum vſq; in ſeculũ: ꝛ tu domine fa-
ctus es deus eius. Hebraice habetur. ꝛ tu iehouah fuiſti eis in elo-
him. Sæpe hoc eſt expoſitum.

¶ Nunc igitur domine ſermo quẽ locutus es famulo tuo. Deficit
una dictio: legendum eſt. locutus es ſuper ſeruũ tuũ ꝛ ſuper domum
eius. Non ſibi ſed de ſe locutum deum dicit. firmetur vſq; in ſeculũ: ꝛ
fac ſicut locutus es. Permaneatq; ꝛ magnificetur nomẽ tuum
vſq; i ſeculum: ꝛ dicatur/dominus exercituum deus iſrael. Defi-
ciunt in hac clauſula duæ dictiones: legendum eſt. iehouah exercituũ elo-
he iſraelis/elohim iſraeli. Primus titulus ſpectat ad creationem uniuerſi,
dum dicitur fons eſſendi a quo ſunt uniuerſi exercitus cœlorum & terræ/iuxta
ſcripta in principio geneſis a moſe. ſecundus titulus ad ſpeciale regimen diuinum
iſraelis pertinet: plena ſiquidem eſt ſcriptura huiuſmodi ſpecialis gubernationis.
tertius autem ad cultum debitum iugiter a populo iſrael ſummo deo tanq̃ ſpe-
ciali gubernatori ipſius ſpectat. Supplicat ſiqdẽ dauid ut iugiter grandeſcat di-
uinum nomen confitendo hæc tria: quibus adiungit quartũ ſpectans ad domum
propriam/ut cum prædictis tribus etiam hoc quartum perſeueret. ꝛ dom9 da-
uid ſerui eius permanens corã eo. Hebraice habetur. ꝛ dom9 dauid
ſerui tui directa in facie tua. pronomina. n. mutauit interpres. Tu. n.
de9 meus reuelaſti aurem ſerui tui vt edificares ei domum: idcir-
co inuenit ſeru9 tu9 fiduciam vt oraret coram te. Nunc ergo do-
mine tu es deus. Hebraice habetur. tu ipſe elohim. iudicãs & gubernãs
omnia. ꝛ locutus es ad ſeruum tuum tanta beneficia. Hebraice ha-
betur. ꝛ locutus es ſuper ſeruum tuum bonum iſtud. Deinde imme-
diate ſequitur. Et nunc voluiſti ad benedicendum domui ſerui tui
vt ſit in ſeculum coram te. Agnitio eſt primæ radicis beneficiorũ: uolun-
tatis ſcilicet diuinæ/cui placuit reuelare futuram benedictionem domus dauidis/
ad hoc ut ſemper ſit coram deo: hoc eſt regnans. te enim domine benedi-
cente benedicta erit. Hebraice habetur. quia tu iehouah benedixi-
ſti, ꝛ benedicta in ſeculum. Affirmatio eſt efficaciæ diuinæ benedictionis:
q ex quo deus benedixit domui ſuæ ſequeẽ effectus/uc3 q erit benedicta in ſem-
piternum. reliqua uide ibi ſupra.

Fuit

FUit autem poſt hec/ ⁊ ꝑcuſſit dauid peliſthim ⁊ humiliauit eos: tulitq; gbath ⁊ filias eius de manu peliſthim. Percuſſitq; moab: ⁊ fuerunt moabite ſerui dauidi/ portatores muneris.

ET percuſſit dauid hadar'hezer regẽ zobe regionis emath: Iuxta hebræum habetur. ad chamath. Et eſt nomen proprium loci in quo commiſſum eſt prælium cum exercitu regis zobæ. quando perrexit vt dilataret imperium ſuum vſq; ad flumen euphratem. Hebraice habetur. ad faciendum ſtare manum ſuam in flumine euphratis: Promiſſum fuerat a deo per moſem ꝙ regnum iſraelis ad euphratem uſq; extenderetur: & propterea dauid operam dedit ut manus regni ſui ſtatueretur in euphrate. Scriptum eſt enim hoc ad manifeſtandum ꝙ adimpleta fuit dauidis tempore diuina hæc promiſſio. Cepitq; dauid ab eo mille currus ⁊ ſeptem millia equitum ⁊ viginti millia virorum peditum: ⁊ ſubneruauit dauid omnem currum/ ⁊ reliquit ex eo centum currus. Venit autem ſyrus damaſcenus vt auxilium preberet hadar'hezer regi zobe: ⁊ percuſſit dauid de ſyris vigintiduo millia virorum. Et poſuit dauid preſides in damaſco/ ⁊ fuerunt ſyri dauidi ſerui portatores muneris: ſeruauitq; dominus dauidem in omnibus ad que perrexit. Tulit quoq; dauid pharetras aureas. Hebraice habetur. clypeos aureos qui erant ſuper ſeruos hadar'hezer: ⁊ attulit eos in ieruſalam. Et de tibchath ⁊ de chun ciuitatibus hadar'hezer tulit dauid es multum valde: ex quo fecit ſelomo mare eneum ⁊ columnas ⁊ vaſa enea.

Audiuit aũt thohu rex chamath ꝙ percuſſiſſet dauid omnem exercitũ hadar'hezer regis zobe. Et miſit hadoram filium ſuum ad regem dauid ad petendum ſibi pacem/ ⁊ ad benedicendũ ei eo ꝙ pugnaſſet cum hadar'hezer ⁊ percuſſiſſet eum/ quia vir belli thohu fuit cũ hadar'hezer: ⁊ oĩa vaſa aurea ⁊ argentea ⁊ enea. Etiam ea ſanctificauit rex dauid domino/ cum argento ⁊ auro quod tulerat ex vniuerſis gentibus: de edom ⁊ moab ⁊ de filijs hammon/ ⁊ de peliſthim ⁊ de hamalec. Abiſai autem filius zeru'ie percuſſit edom in valle ſalis/ decem ⁊ octo millia. Tanq̃ duci exercitus illius qui pugnauit attribuitur abiſai hæc uictoria/ quæ dauidi regi ut ſummo capiti totius exercitus attribuitur. 2. reg. 8. Et conſtituit in edom preſidium. Parui refert ꝙ hebraice habetur. prefectos/ ⁊ fuerunt omnes idumei ſerui dauidi. quoniam & præfecti in idumæa conſtituti ſunt & militare præſidium ad ſeruandum eam ne deficeret a regno dauidis. ſeruauitq; dominus dauidem in oĩbus ad que perrexit.

REgnauitq; dauid ſuper totum iſrael: fuitq; faciens iudicium & iuſtitiam toti populo ſuo. Porro ioab filius ſeruiæ erat ſuper exercitum: & iehoſaphat filius achilud a commentarijs. Pluries diximus quod hebraice habetur. recordator. uel rerum geſtarum redigendo in ānales/uel petitionum oblatarum regi. Zadoc autem filius achitub & abimelech filius ebiathar ſacerdotes: & ſauſa ſcriba. Et benaiahu filius iehoiadah ſuper cherethæos & pelethæos: & filij dauid primi ad manum regis. primi quo ad ea quæ ſunt honoris: ad manum autem regis quo ad officia. ad differentiam ſiquidem aliorum quorum officia certa erant/narrantur filij regis abſq; certo officio ad manum regis: hoc eſt ad operta regia.

CAPVT .XIX.

ACcidit autem ut moreretur. Iuxta hebræum habetur. Et fuit poſt ſic/ & mortuus eſt nachas rex filiorum hammon. Non parua eſt quæſtio ad quid refertur poſt ſic: quia certum eſt non poſſe referri ad narrata bella in præcedenti capitulo. nam mors iſtius regis præceſſit ignominiam illatā legatis dauid/quæ fuit cauſa prænarratorum bellorum: conducti enim ab hāmonitis reges uenerunt contra dauidem. Solutio eſt uel quod poſt ſic refert ſubiuncta: & eſt ſenſus/& fuit prænarratum bellum poſt ſic geſta quæ ſubiunguntur. prius enim narrauit author bellum cum ſyris/& modo ſubiungit cauſam belli: & propterea quadrat ut uerbum fuit referatur ad narratum bellum/& poſt ſic referatur ad ſubiunctam cauſam belli. Vel ad immediate præcedentia (uidelicet ordinatum quietumq; dauidis regnum) refertur & fuit poſt ſic: nam ut in ſecundi regum ca. 7. dicitur/ poſt adeptam quietem ab inimicis in circūitu dauid accæpit a deo per nathan reuelationem de regno domus ſuæ & templo ædificando a filio: & poſt hæc ſuperuenit mors nahas regis hammon/quæ hic ſubiungitur. & regnauit filius eius pro eo. Dixitq; dauid: faciam miſericordiam. Hebraice habetur. gratiam. quæ magis quadrat actioni conſolatoriæ. cum chanun filio nachas quia fecit pater eius mecum gratiam. Hæc hiſtoria ſumpta eſt ex. 10. ca. ſecundi reg. & miſit dauid nuncios ad conſolandum eum ſuper morte patris eius: Veneruntq; ſerui dauid in terram filiorum hammon ad chanun ut conſolarentur eum.

¶ Et dixerūt principes filiorum hammon ad chanun: an honorat dauid patrem tuum in oculis tuis quod miſit ad te conſolatores? nonne ad inueſtigandum & euertendum & explorandum terram uenerūt ſerui eius ad te? Ideo hanun pueros dauid decaluauit & raſit. Superfluit decaluauit: legendum eſt. Tulitq; chanun pueros dauid & raſit eos/ & precidit tunicas eorum a natibus

vſqꝫ ad pedes. Senſus recte redditur: ꝗuis uerba alia ſint hebraice. in medio vſqꝫ ad pudenda. interpres enim expoſuit præciſionem facta in abſcindendo partes inferiores ueſtis. ⁊ dimiſit eos. Abieruntqꝫ ⁊ nunciauerunt dauidi per viros: ⁊ miſit in occurſum eorũ/ grandem enim contumeliam ſuſtinuerant. Hebraice habetur. qa fuerũt viri ignominia affecti valde. ꝓpterea enim miſit dauid ad conſolandum eos. ⁊ dixit rex/ manete in iericho donec creſcat barba veſtra ⁊ reuertemini.

Viderunt autem filij hãmon ꝙ iniuriam feciſſent dauidi. Hebraice habetur. ꝙ eos faſtidiuit dauid. hoc eſt ꝙ ipſi faſtidio habuiſſent dauidem abominantes illius legatos. ⁊ miſit chanun ⁊ filij hammon mille talenta argenti. ut intelligamus in culpa fuiſſe ad mouendum bellum contra dauidem non ſolum regem ſed etiam populum. Ita ꝙ duo mala fecerunt: primum ignominiæ/ & deinde belli. vt conducerent ſibi de meſopotamia. Hebraice habetur. de aram fluuiorum. Et immediate ſubditur. ⁊ de aram mahacha ⁊ de ʒoba currus ⁊ equites. Et conduxerunt ſibi trigintaduo millia curruum ⁊ regem mahache ⁊ populum eius. Non mireris ſi numerus maior hic ſcribitur ꝗ in libro regum: quoniam ſæpe in ſacra contingit ſcriptura ut quod unus liber tacet alter ſuppleat. ⁊ venerunt ⁊ caſtrametati ſunt ante medbam. Nomen propriũ eſt loci: reliqua huius hiſtoriæ expoſita ſunt in. 10. ca. ſecundi reg. filijqꝫ hãmon congregati ſunt de ciuitatibus ſuis/ ⁊ venerunt ad bellum.

¶ Audiuit autem dauid: ⁊ miſit ioab/ ⁊ totum exercitũ fortium. Egreſſiqꝫ ſunt filij hammon/ ⁊ diſpoſuerunt prælium ad introitum ciuitatis: ⁊ reges qui venerant/ ſeorſum erant in agro. Viditqꝫ ioab ꝙ preparatum eſſet contra ſe prelium ante ⁊ retro: ⁊ elegit ex omnibus electis iſrael/ ⁊ direxit aciem in occurſum ſyrorum. Reliquam autem partem populi dedit in manu abiſai fratris ſui: ⁊ direxerunt aciem in occurſum filiorum hammon. Dixitqꝫ/ ſi fortiores me fuerint ſyri eris mihi ſalutẽ: ⁊ ſi filij hãmon fuerint fortiores te/ auxiliabor tibi. Reborare ⁊ roboremur pro populo noſtro ⁊ pro ciuitatibus dei noſtri: ⁊ dominus quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. Appropinquauitqꝫ ioab ⁊ populus qui erat cum eo contra ſyros ad prelium: ⁊ fugerunt a facie eius. Filij autem hammon viderunt ꝙ fugiſſent ſyri/ ⁊ fugerunt etiam ipſi a facie abiſai fratris eius ⁊ ingreſſi ſunt ciuitatem: ⁊ venit ioab in ieruſalaim.

¶ Viderunt autem ſyri ꝙ cecidiſſent corã iſrael/ ⁊ miſerũt nũcios ⁊ eduxerunt ſyros. Hebraice habetur. aram qui trans flumen. Et ẽ ſermo de flumine euphratis. hadarhezer. n. ſyrus miſit ad ꝯducẽdũ uiros ex meſopotamia. ⁊ ſophach princeps exercit⁹ hadarhezer erat dux eorũ. Nũciatũqꝫ eſt dauidi/ ⁊ ꝯgregauit totũ iſraelẽ ⁊ tranſiuit iar-

den ⁊ venit ad eos: direxitq́ʒ dauid ī occurſum ſyroꝝ prœliū/ ⁊ pugnauerūt cū eo. Et fugerūt ſyri a facie iſraelis: occiditq́ʒ dauid de ſyris ſeptē millia curruū ⁊ quadraginta millia viroꝝ peditū: ⁊ ſophach principē exercit⁹ interfecit. ¶ Viderūt aūt ſerui hadarhezer q̄ cecidiſſent corā iſraele/ trāſfugerūtq́ʒ ad dauid. Hebraice hr̄. ⁊ pacē fecerūt cū dauid ⁊ ſeruierūt ei/ ⁊ nō voluit aram auxiliari filijs hāmon vltra. Qui olim ſeruierāt ut tributarij hadarhezer, poſt plenam uictoriā dauidis pace facta cū dauide effecti ſunt tributarij dauidis/ recedentes a ſocietate hammonitarum.

CAPVT .XX.

ET fuit ī reuerſione āni tp̄e quo egrediūtur reges/ duxit ioab robur exercit⁹ ⁊ vaſtauit terrā filioꝝ hāmon, prexitq́ʒ ⁊ obſedit rabbam/ ⁊ dauid manebat ī ieruſalaim: pcuſſitq́ʒ ioab rabbā ⁊ deſtruxit eā. Ex.xi.&.12. ſc̄di reg. ſumpta eſt hæc hiſtoria. & omittit̄ q̄ cū capiēda eēt iterna ciuitas/ ioab inuitauit dauidē ut ueniret ad exercitū ut triūpharet uictor. Verificat̄ itaq̄ māſio dauidis in ieruſalē deſtruēte ioab ciuitatē: ſed tacet̄ ſubſecutus aduentus dauidis ad poſtremū actū uictoriæ. Tulit āt dauid coronā malcham ď capite ei⁹. Dictionē hebraicā reliquerūt: cū facilis eſſet iterp̄tatio malcham hoc ē regis eoꝝ. ⁊ iuenit eā pōderis talēti auri ⁊ ī ea erat lapis precioſus/ feciq́ʒ ſibi idē diadema. Hebraice hr̄. ⁊ fuit ſup̄ caput dauidis. Hinc apparet q̄ uere corona regis filioꝝ hāmon erat illa: alioq̄n nō uſus fuiſſet illa dauid ī p̄prio capite. ⁊ predā ciuitatis extraxit multā valde. Populūq́ʒ q̄ erat ī ea extraxit, ⁊ fecit ſup̄ eos tribulas ⁊ trahas ⁊ ferrata carpēta trāſire/ ita vt diſſecarent̄ ⁊ ɔtererent̄. Iſta clauſula tormētoꝝ iuxta hebræū hr̄ breuiſſime. ⁊ ſerrauit ſerra ⁊ ī cuſpidib⁹ ferri ⁊ ī ſecurib⁹. hæc tamen tractauimus in libro regum. ſic fecit dauid omnibus ciuitatibus filiorum hammon: ⁊ reuerſus eſt dauid ⁊ totus populus in ieruſalaim.

POſt hec autem initum eſt bellum in gheʒer cum peliſthinis. Ex ſecundi regum ca. 21. ſumpta ſunt ſubiuncta tria bella. ibidem tamen referuntur quattuor: nam primum hic tacetur. tunc percuſſit ſibbechai chuſatheus ſippai de filijs rephaim/ ⁊ humiliati ſunt. ¶ Et fuit adhuc bellum cum peliſthim: in quo percuſſit adeodatus filius ſaltus bethlehemites. Hebraice habetur. ⁊ percuſſit elchanan filius iahir lachmi. ſimiliter enim erratum eſt in libro regum circa hæc nomina. Et ſcito q̄ lachmi ciuem urbis quam dicimus bethlehem ſignificat. fratrē gholiath ghitthei. At ſi legas gethæum/ ſententia in idem redit. frater enim illius gholiath quem olim interfecerat dauid adoleſcens ſignificatur. ⁊ lignum lanceæ eius erat ſicut liciatorium textorum. ¶ Fuitq́ʒ adhuc bel-

lum in gbath: in quo fuit vir mēſure, & digiti eius ſex & ſex/ viginti quattuor, & ēt erat de gñe raphe. Hic blaſphemauit iſrael. Iuxta hebraū habeť. Et vitupauit iſrael. uerbis.n. ad uitupiū ſpectantibus uſus fuerat. & pcuſſit cū iebonathan fili⁹ ſimbe fratris dauidis. Iſti nati ſunt raphe in gbath. Semen giganteum ſignificatur. qui ceciderunt. Hebraice habetur. & ceciderunt in manu dauidis & in manu ſeruoꝝ eius. Non enim arctatur caſus ad iſtos tres gigantes prænominatos: ſed poſt narratos iſtos tres natos in geth/ ſubiungitur ꝙ gigantes geth occiſi ſunt a dauide & ſeruis eius: extenditur enim ſermo. Et dauid duos interfecit: uidelicet gholiath in duello / & isbibenob qui hic tacetur. tres autem iſtos interfecerunt ſerui dauidis.

CAPVT .XXI.

Onſurrexit aūt ſatan contra iſrael. Iuxta hebraū habetur. Et ſtetit ſatan ſup iſrael: & incitauit dauidē ad numerandū iſraelē. In ultimo capitulo ſecundi libri regum (in quo hæc eadem hiſtoria tractatur) incitatus dicitur dauid ad numerandum populum a furore dei/ hic autem incitatus dicitur a ſatan: hoc eſt ab aduerſario/ pculdubio dæmōe. Et utrūq; eſt uez: qa dæmon animo & uolūtate inducēdi dauidē ad peccandū incitauit dauidē ſtans firmus ad præualendū: furor aūt diuinus incitauit pmiſſiue qdē quo ad malū culpæ/ faciendo āt quo ad malū pœnæ. Dixitq; dauid ad ioab & ad principes populi: ite numerate iſrael a beerſebah vſq; dan/ & afferte ad me & ſciam numeꝝ eoꝝ. Ecce uanitas: hinc.n. apparet inanis gloriæ peccatū/ ſine ullo rōnabili fine numerare populū. ⁋ Rńditq; ioab: addat dñs ſup populū ſuū ſicut eſt centū vicib⁹/ nōne dñe mi rex oēs ipſi dño meo ſunt ſerui: quare quærit hoc dñs me⁹ qđ in peccatū reputetur iſraeli: quo ad pœnā nō quo ad culpā. Et uez dixit: ut euētus pbauit.

⁋ Sermo aūt regis præualuit ſuper ioab. Ecce effectus ſtantis ſatan. egreſſuſq; ē ioab & iuit p totū iſrael/ & reuerſ⁹ ē i ieruſalaim. Deditq; ioab numeꝝ deſcripti populi dauidi: & fuit tot⁹ iſrael mille millia & centū millia viroꝝ educētiū gladiū/ & iehuda qdringenta & ſeptuaginta millia viroꝝ educentiū gladiū. Diſſonātiæ duæ iter hāc lrāȝ & capl'm ultimū ſecūdi regū tractāde ſunt. nā ibidē numerus iſrael octingenta millia / hic aūt longe maior numerus ſcribiť: numerus uero iudæ ibi maior (ueȝ qngēta millia) hic minor ſcȝ quadringēta & ſeptuaginta millia ſcribiť. ⁋ Solutio eſt ꝙ facile uerificať utraq; litera. nā quod alter tacet/ alter ſupplet: & q maiorē numeꝝ ponit/ minorē includit: & q minorē ſcribit nō negat maiorē. Diuerſa aūt narratio numeri nata fuit ex eo ꝙ bis relatio numeri facta forte fuit & a diuerſis ſcribis. quod ideo credi poteſt/ qa ioab inuitus obediebat i hoc. Leui āt & binіamim non numerauit inter eos: quia exoſum fuit verbum regis ioabi.

Diſplicuit autẽ deo quod iuſſum erat. Parui refert q hebraice habetur. Et diſplicuit in oculis elohim ſuper rem iſtam: & percuſſit iſraelem. Narrat author prius factum & deinde modum quo deus fecit: narrat prius malum culpæ diſplicuiſſe ſummo iudici / & iuſtitiã ſubſecutam ſimul cum pœnitudine dauidis. Dixitq; dauid ad eum. Legendum eſt. ad elohim. Agnouit peccatum ſuum coram ſummo iudice. peccaui nimis vt hoc facerem. Hebraice habetur. peccaui valde qui feci rem hanc. Et immediate ſequitur. & nunc fac trãſire obſecro iniquitatem ſerui tui/ quia inſaniui valde. Vanitatem affectus ſui inſaniam appellat magnam/ qua uere aliena eſt a ſano ſenſu.

¶ Et locutus eſt dominus ad ghad videntem dauidis dicendo. Fides dauidis in uiſionibus ghad deſcribitur: ex eo. n. q dauid adhibebat fidem uiſionibus ghad prophetæ/appellatur ghad uidens dauidis: & propterea deus ſuauiter omnia diſponens/illum miſit ad dauidem. Uade & loquere ad dauid dicendo: ſic dixit dominus, trium tibi optionem do/elige tibi vnum ex his & faciam tibi. Uenitq; ghad ad dauid / & dixit ei: ſic dixit dominus/elige quod volueris. Hebraice habetur. recipe tibi. ſed ſenſus in idem redit. Aut tribus annis peſtilentiam. Corrupta eſt litera: legendum eſt. famem. penuriam uidelicet alimentorum. aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos & gladium eorum nõ poſſe euadere. Iuxta hebræum habetur. aut tribus menſib⁹ deficere a facie inimicorum tuorum & gladiũ inimicorum tuorum attingentẽ. Proponitur non ſolum imparem eſſe hoſtibus ſed etiam attingi a gladio hoſtiũ: quod eſt uexari hoſtili gladio. aut tribus diebus gladium dñi & peſtilentiã in terra & angelũ dñi deſtruentem in omni termino iſrael: nũc igitur vide qd reſpondeã ei qui miſit me.

¶ Et dixit dauid ad ghad: anguſtia eſt mihi valde/incidam quæſo in manum domini (quia multe valde ſunt miſerationes eius) & in manum hominum ne incidam. Miſit ergo domin⁹ peſtilentiam in iſrael: & ceciderunt de iſrael ſeptuaginta millia virorum. Miſit quoq; angelum in ieruſalem vt percuteret eam. Legendum eſt. Et miſit elohim angelum in ieruſalaim ad deſtruendum eam. Viſibili ſigno monſtrauit iuſtitiam ſuam deus ſuper ieruſalem dauidi & alijs / ut indubie crederent diuinam eſſe animaduerſionem cladem illam. cũq; percuteretur/ vidit dominus & miſert⁹ eſt ſuper magnitudinem mali: & imperauit angelo qui percutiebat, ſufficit / iam ceſſet man⁹ tua. Hebraice habetur. & deſtruente vidit iehouah & penituit ſup malum & dixit angelo deſtruenti, multum/nunc contine manum tuam. Et eſt ſenſus q deſtruente angelo ieruſalem/uidit deus oculis gratiæ, & inſtar pœnitentis tanti mali mandauit angelo ut deſineret percutere. Sed aduerte q more ſolito prius narratur res geſta & deinde modus quo res eſt geſta: prius narratur q deus mãdauit angelo ut deſineret occidere/& deinde narratur modus medius

qui prior fuit: ucꝫ ꝙ fuit uiſus angelus/ꝙ intèrceſſerunt preces dauidis &c. porro angel⁹ dñi ſtabat iuxta aream ornan iebuſei.

¶Leuauitqꝫ dauid oculos ſuos, ⁊ vidit angelũ domini ſtantem inter terram ⁊ celum/⁊ gladium eius euaginatum in manu eius extenſum ſuper ieruſalaim: ceciditqꝫ dauid ⁊ ſeniores operti ſaccis ſuper facies ſuas. Hinc apparet ꝙ dauid & ſui pœnitentialem luctum aſſumpſerant auditis uerbis ghad prophetæ/& induerunt ſe ſaccis iuxta morem illius temporis. Dixitqꝫ dauid ad deũ. Nomen eſt elohim. nonne ego dixi vt numeraretur populus? ego qui peccaui/ego qui malum feci. Hebraice habetur. ⁊ malefaciendo feci malum. Exaggeratio eſt. iſti autem qui oues ſunt quid fecerũt? domine deus meus ſit queſo manus tua in me ⁊ in domum patris mei ⁊ in populũ tuũ non ſit plaga.

Angelus autem domini precepit ghad vt diceret dauidi/vt aſcenderet dauid ad erigẽdum altare domino in area ornan iebuſei. Vtrobiqꝫ eſt nomen iehouah. Authoritas diuina manifeſtatur ad conſtruendum altare in area illa/ſine qua non præſumpſiſſet dauid erigere ibi altare. Aſcẽditqꝫ dauid iuxta verbum ghad quod locutus fuerat in nomine domini. Porro ornan cum aſpexiſſet ⁊ vidiſſet angelũ: Hebraice habetur. Et reuerſus eſt ornan ⁊ vidit angelũ/⁊ quattuor filij ei⁹ cũ eo. Abſens ſignificatur ornan dicendo & reuerſus eſt: ita ꝙ cũ reuerſus præſens eſſet in area triturans granum uidit angelum/ non ſolus ſed cũ quattuor filijs. abſconderunt ſe: ⁊ ornan triturabat granũ. timentes angelum gladium habentem euaginatũ/ex area ingreſſi ſunt tentorium. Venit aũt dauid ad ornan: reſpexitqꝫ ornan ⁊ vidit dauidem/⁊ proceſſit ei obuiam de area. Legendũ eſt. ⁊ exiuit de area. hoc eſt de loco areæ in quo ſe occultauerat. ⁊ adorauit dauidem facie ſua in terram.

¶Dixitqꝫ dauid ad ornan: da mihi locũ aree ⁊ edificabo in eo altare domino/ argento pleno da eũ mihi ⁊ ceſſabit plaga a populo. Hinc clare apparet ꝙ adhuc non deſierat angelus percutere populum. Dixit aũt ornan ad dauid/tolle tibi ⁊ faciat dñs me⁹ rex quod bonũ eſt in oculis ſuis: vide do boues in holocauſta ⁊ tribulas ĩ ligna. Inſtrumenta trituræ offert pro lignis. ⁊ triticũ in ſacrificiũ. Hebraice habet. ⁊ granũ ĩ mun⁹. Loco ſimilæ offert granũ torrendũ in munus dei. oĩa do. Dixitqꝫ rex dauid ad ornan: non/ ſed argentũ dabo tibi quantũ valet: quia non leuabo quod eſt tuũ domino/offerendo holocauſta gratuita. Intendebat enim dauid aream illam deinceps fore locum ſactũ: & propterea emit illam ut non alienum ſed proprium ſolum dicaret deo. Deditqꝫ dauid ornan pro loco ſiclos aureos ponderis ſexcentos. In libro regum ſcribitur precium boum & rerum/hic autem precium loci. Et edificauit ibi dauid altare domino/ ⁊ obtulit holocauſta ⁊ pacifica. Simul narrãtur holocauſta & pacifica/ſed non ſimul fuerunt oblata: ſed ho-

locauſta tunc/pacifica autem poſt diuinum ignem ut ſubiungitur. clamauitq; ad dñm/ & exaudiuit eũ in igne de celo. Hebraice habetur. & reſpõdit ei in igne e celis ſuper altare holocauſti. Et eſt primum ſacrificium ad quod de cœlis deſcendit ignis: nam neq; leui. 9. in primo ſacrificio aharon ignis de cœlis ſed egreſſus a domino/neq; iudi. 6. tpe gedeonis ignis de cœlo ſed de petra aſcendit: & ſimile quid accidit tempore manuæ iudi. 13. reſeruatum ſiqdem eſt hoc demonſtrationi loci in quo ædificandum erat templum. Significanter autem dicitur holocauſti/ut intelligamus non fuiſſe tunc oblatum niſi holocauſtum.

¶ Precepitq; dñs angelo. Tunc ſecundum ordinem rei geſtæ ceſſauit peſtis: ſuperius enim (ut dictum eſt) ad ſeruandum ſtylum hoc prænarratum eſt, ſed modo texitur hiſtoria. unde & effectus ſubiungitur. & conuertit gladiũ ſuũ in vaginam ſuam. ¶ Protinus ergo dauid videns q exaudiſſet eũ dñs in area ornan iebuſei/immolauit ibi victimas. Ecce ſacrificia pacifica. Tabernaculũ aũt dñi quod fecerat moſes in deſerto & altare holocauſti/in tempore illo erãt in excelſo in ghibhon. In ca. 16. dictum eſt de hoc. Et non potuit dauid ire in faciem eius ad cõſulendũ deũ. Duæ ratiões reddũtur quare dauid poſt holocauſtum in area oblatum ſacrificauerit ibidem. altera ex fiducia in deo demonſtrante locum illum placere ſibi pro ſacrificijs: altera ex imbecillitate ipſius dauidis cõtracta ex uiſione percutientis angeli/qua detinebatur ne poſſet ire ad excælſum ghabaon ad requirendum elohim. nimio enim fuerat timore perterritus videns gladiũ angeli domini. Non tam ad excuſandum dauidem q̃ ad manifeſtandũ punitionem ipſius ſcribitur q tam perterritus fuit uidendo percuſſorem angelum ut redditus fuerit impotens ad eundum ad altare dei quod erat in excælſo ghabaon: ut hinc intelligamus non paruã ægritudinẽ cõtraxiſſe inde dauidem.

CAPVT .XXII.

Dixitq; dauid. Non ſolum intellexit ſed etiam manifeſtauit alijs. hec eſt domus dei. Hebraice habetur. hec ipſa domus iehouah elohim. Tam ad præterita q̃ ad futura refertur hoc dictum. area enim antedicta demonſtratur per ꝓnomen hæc, quæ in monte moriiah (ut in tertio capitulo ſecundi libri ſubiungitur) eſt: ipſa eſt in qua oblatus fuerat olim iſhac. Et ex eo q dicitur ipſa domus iehouah elohim/creditur q ipſa ſit appellata a iacob domus dei uidendo ibidem angelos aſcendentes & deſcendẽtes: futura autem ibidem domus dei manifeſtatur. & hoc altare i holocauſtũ iſraeli. Non ſit demonſtratio perſonalis ſed ſimplex: hoc eſt nõ demonſtratur illud altare ab eo ædificatum/ſed altare ibidem ſucceſſurum illi cum ædificatum fuerit templum. ita q non templum duntaxat / ſed etiam altare pro holocauſto ibidem electum a deo manifeſtat. Et ob hanc cauſam finalem miſit deus angelum ſuper illam aream/miſit ignem de cœlo ſuper holocauſtũ ibidẽ &

Digitized by Google

mandauit ut ceſſaret clades. hæc enim omnia ordinata ſunt ad demonſtrandum
dauidi locum electum a deo pro templo. Et precepit vt congregaren-
tur omnes proſelyti de terra iſrael. Hebraice habetur. Et dixit da-
uid ad congregandũ peregrinos qui in terra iſrael. An peregrini iſti
eſſent proſelyti nihil ſcribitur. nec habetur hebraice præcæptum aliquod: ſed ꝙ
dauid dixit ut congregarentur peregrini. ꝛ conſtituit latomos ad ceden-
dos lapides ꝛ poliendos. Hebraice habetur. ad cedendũ lapides do-
latos. peregrinos enim peritos in huiuſmodi arte fuiſſe/teſtatur indigentia arti-
ficum externorum ad ædificandum domum dauidis ſupraſcripta. ad edifican-
dũ domũ dei. Nomen eſt elohim. Ferrũ quoqꝫ plurimũ ad clauos ia-
nuaꝝ. Hebraice habetur. ad oſtia portaꝝ ꝛ ad cõmiſſuras prepara-
uit dauid. tria enim ſcribũtur: ucꝫ ad clauos/ad oſtia & ad cõmiſſuras. Quod
autem in uulgata æditione additur. atqꝫ iuncturas. non habetur in hebræo.
ꝛ eris pondus innumerabile. Hebraice habetur. ꝛ es in multitudine
ſine pondere. tanta enim erat quantitas ut non ponderaretur. Et ligna ce-
drina non poterant eſtimari. Hebraice habetur. abſqꝫ numero. hoc eſt
ꝙ tanta erat multitudo ut non numerarentur. qa attulerũt zidonij ꝛ tyrij
ligna cedrina in multitudine dauidi. Et dixit dauid: ſelomo filiꝰ
meus puer paruulus eſt ꝛ delicatus. Hebraice habetur. puer ꝛ tener.
ſed pueri nomen apud hebræos frequenti uſu extenditur ad adoleſcentes etiam
poſt ætatem idoneam ad bellum. Neſcitur enim etas ſalomonis tempore mortis
dauidis. tempus tamen regni manifeſtat ꝙ iuuenis erat non puer: & propterea
dauid adoleſcentiam ſalomonis inter cauſas ſupputat inducentes ipſum ad præ-
parandum opportuna ad domum dei. domus autem quã edificare vo-
lo domino talis eſſe debet vt in cunctis regionibus nominetur.
Hebraice habetur. ꝛ domus edificanda iehouah ad magnificandum
in ſupra ad nomen ꝛ ad gloriam in omnibus terris. Altera cauſa ex
excellentia domus ædificandæ ſcribitur. & eſt ſenſus ꝙ domus ædificanda ſum-
mo deo/ſupremæ erit magnificentiæ ſic ut & nominetur & glorificetur in om-
nibus terris. preparabo ergo ei neceſſaria: ꝛ ob hanc cauſam ante
mortem ſuam omnes preparauit impenſas. Iuxta hebræum habetur.
ꝛ preparauit dauid in multitudine ante mortem ſuam. Non dicit
ꝙ omnes parauerit ſumptus nec ꝙ omnia præparauerit neceſſaria (hæc. n. inter-
pres addidit) ſed & ꝙ diſpoſuit ſe ꝑparaturum/& ꝙ præparauit in multitudine:
hoc eſt multa.

Vocauitqꝫ ſelomonẽ filiũ ſuũ: ꝛ precepit ei vt edificaret do-
mum domino deo iſrael. Dixitqꝫ dauid ad ſelomonem: fili
mi fuit in corde meo vt edificarem domũ nomini domini dei mei.
Sed factus eſt ad me ſermo dñi dicendo. Hinc apparet ꝙ præter re-
uelationem factam nathan prophetæ habuit dauid reuelationem diuinã factam
ſibi. multum ſanguinem effudiſti. Non parua eſt quæſtio quare inhabi-
lis cenſeatur dauid ad ædificandum templum ex eo ꝙ magna bella fecit & ſan-

guinem multum ſuderit. bella enim iuſta fecerat/& ſimiliter multitudinem ſanguinis iuſte ſuderat. Solutio eſt duos fuiſſe ſtatus in ueteri teſtamento: alterum acquirendi terram promiſſionis/alterum fruendi illa. & ſtatus quidem acquirendi fuit ſtatus bellicus: ſtatus autem fruendi erat ſuapte natura ſtatus pacificus. & propterea primus ſtatus incongruus erat ad ædificandum templum deo: utpote uacans bellis & non adhuc parta terra proprij regni. alter uero ſtatus ualde aptus fuit ad ædificandum templum: utpote ſubacta iã terra & qete adepta. Dauid itaq; ideo inhabilis ad ædificandum templum dei cenſetur/ quia ſanguinem in multitudine effudit magna faciendo bella: hoc eſt quia pertinebat ad ſtatum bellicum/ ſtatum inquietum ac ſanguinis effuſiuum ad acqrendã integram promiſſionis terram: & non propter peccatum. In cuius ſignum e regione ipſius dauidis eligitur filius eius ad ædificandum templum in ſtatu qetis ſubacta iam uniuerſa terra promiſſa a deo/quando erat in ſtatu fruendi terra. Conſidera prudens lector ſubiuncta uerba dauidis tum ad ſalomonem tum ad principes: & perpende in hunc ſenſum tendere hanc rationem. ⁊ plurima bella bellaſti. Hebraice habetur. ⁊ magna bella feciſti. Similiter cum ſubditur. non poteris edificare. hebraice habetur. non edificabis domũ nomini meo. Et ſimiliter cum ſubiungitur. tanto effuſo ſanguine. hebraice habetur. qa ſanguines multos effudiſti in terram coram me. Et dicendo in terrã coram me/ inſinuat q; de effuſione ſanguinis approbata immo mandata a deo pro terra promiſſionis integre acquirenda & tuenda loquitur. Filius qui naſcetur tibi. Hebraice habetur. Ecce filius natus fuit tibi. Non naſciturus ſed natus ſignificatur ſalomon tempore quo dauidi facta eſt hæc quam refert reuelatio. erit uir qetiſſimus. Iuxta hebræum habetur. ipſe erit uir qetis. Et de qua quiete ſit ſermo/explanatur ſubiungendo. ⁊ requieſcere faciam eum ab omnibus inimicis ſuis in circuitu: ⁊ ob hanc cãm pacificus uocabitur. Hebraice habetur. quia ſelomo erit nomen eius. ſelomo.n. hebraice ſonat latine pacificus. Et eſt ſenſus q; res reſpondebit nomini. ⁊ pacem ⁊ ocium dabo in iſrael. Hebraice habetur. ⁊ pacem ⁊ qetem dabo ſuper iſrael. Hebraico more maius præponitur minori: prius pax deinde quies populi ſignificatur. Ecce res nominis pacifici. cunctis dieb9 ei9. Super fuit cunctis. Ipſe edificabit domũ nomini meo/⁊ ipſe erit mihi in filium ⁊ ego ero ei in patrem. Expoſuimus hæc. 2. reg. 7. & tu annotabis hinc haberi q; ad literam hæc uerba dicta ſunt de ſalomone. firmaboq;. Iuxta hebræum habetur. ⁊ dirigam ſolium regni eius. Non dicit q; dirigam eum ad regnandum in perpetuum/ ſed q; dirigam ſedem regni eius: quod ſpectat ad ſucceſſionem filiorũ eius. ſuper iſrael uſq; ſemper. Intellige hoc quemadmodum & præcedentia: uidelicet niſi poſuerit obicem gratiæ meæ. nullus enim filius ſalomõis regnauit ſuper iſrael propter peccata ipſius ſalomonis: quemadmodum nec perſeuerauit in ueneratione dei tanq; patris.

¶ Nunc ergo fili mi ſit dominus tecum/⁊ pſperare ⁊ edifica domum domino deo tuo. Hebraice habetur. Nunc fili mi erit iehouah

tecum: ⁊ proſperaberis ⁊ edificabis domum domini dei tui/ſicut locutus eſt ſuper te, affirmat ſiquidem futuram executionem promiſſorum a deo quo ad hæc tria. Det q̃ȝ tibi dominus prudẽtiam ⁊ ſenſum / vt regere poſſis iſrael ⁊ cuſtodire legẽ domini dei tui. Hebraice habet. Tantum dabit tibi iehouah intellectum ⁊ intelligentiam/⁊ præcipiet tibi ſuper iſrael: ⁊ ad cuſtodiendum legem iehouah elohe tui. Tribus beneficys futuris adiungit duo alia ſingularia. quorum primum eſt acumen intellectus: alterum eſt cura ut populus iſrael uiuat ſecundum legem diuinam. Et ſingularitas quidem ſignificatur dicendo tantum tibi/excluſis cæteris filys meis ab huiuſmodi donis. acumen uero intelligendi ſignificatur dicendo intellectum & intelligentiam: ut intellectus referatur ad donum manens / intelligentia autem ad exercitationem intelligendi. cura autem/dicendo præcipiet tibi ſuper iſrael etiam ad cuſtodiendum &c. Et hinc habes ꝙ regi incumbit cura ut populus uiuat ſecundum legem dei. Tunc enim proficere poteris. Iuxta hebræum habetur. Tunc proſperaberis ſi cuſtodies ad faciẽdum ſtatuta ⁊ iudicia. Affirmauerat futurã proſperitatem: declarat modo rõnem proſperitatis ſi ipſe rex ſeruauerit legem diuinam, ſimulq; declarat ꝙ non ſufficit regi ꝙ populus uiuat ſecundum legem, ſed ꝙ ipſe rex debet eſſe primus in obſeruatione legis. que precepit dominus moyſi vt doceret iſrael. Hebraice habetur, que precepit dominus moſi ſuper iſrael. Ne ſalomon minus æſtimaret legem moſis utpote hominis/manifeſtat legem datã a deo moſi ſuper iſrael. roborare ⁊ confortare/ne timeas neq̃ȝ paueas.

¶ Ecce ego ĩ paupertícula mea. Hebraice habet. Et ecce ĩ paupertate mea. relatiue enim ad deum pauperem ſe agnoſcit. preparaui impenſas domus domini. Hebraice habet. preparaui pro domo iehouah. Res autem præparatas ſubiungit/aurum argentum & ferrum/ligna & lapides. auri centum millia talentorum ⁊ argẽti mille millia talentorum: eris vero ⁊ ferri non eſt pondus / vincitur enim numer⁹ magnitudine. Hebraice habetur. quia in multitudine fuit. redditur enim ratio nõ ponderãdi magna multitudo. lignaq̃ȝ ⁊ lapides preparaui ad vniuerſa impendia. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ligna ⁊ lapides preparaui ⁊ ſuper ea addes. Agnoſcit dauid non ſufficere parata ab ipſo: & propterea mandat filio ut addat ad hoc ut perficiatur templũ dei. Habes quoq̃ȝ plurimos artifices/latomos ⁊ cementarios artificeſq̃ȝ lignorum: ⁊ omnium artium ad faciendum opus prudentiſſimos/in auro in argento ⁊ in ere ⁊ in ferro cuius non eſt numerus. Clauſula hæc iuxta hebræum habetur. Et tecum in multitudine factores operis/inciſores ⁊ artifices lapidum ⁊ lignorum: ⁊ omnis ſapiens ĩ omni ope. ad aurum ad argentum ⁊ ad es ⁊ ad ferrũ ſine numero. Nõ ſolum res ſed artifices & operarios præparaſſe ſe manifeſtat dauid ſine numero. ſurge ⁊ fac/⁊ erit dominus tecum.

PRecepit quoqꝫ dauid cunctis principibus iſrael vt adiuuarent ſelomonē filiū ſuū. Cernitis inquiens ꝙ dn̄s deꝰ veſter vobiſcū ſit/⁊ dederit vobis requiem per circūitum. Futuri temporis eſt dederit. ⁊ tradiderit oēs inimicos veſtros in manꝰ veſtras/ ⁊ ſubiecta ſit terra coram domino. Hebraice habet̄. qa dedit in manū meā habitatores terre/⁊ erit acquiſita terra corā iehouah ⁊ coram populo eiꝰ. Ex iſtis colligitur ſenſus ſupradictorum uerborū dei ad dauidem. Prebete igitur corda veſtra ⁊ animas veſtras ad querendū dn̄m deū veſtrum: ſurgiteqꝫ ⁊ edificate ſanctuarium dn̄i dei. Dictio interpretata dei eſt nomen elohim. ad introducendū arcā federis domini ⁊ vaſa dn̄o cōſecrata. Hebraice habetur. ⁊ vaſa ſanctitatis elohim in domum edificatam nomini domini.

CAPVT XXIII.

DAuid autem erat ſenex ⁊ plenus. Hebraice habetur. ⁊ ſatur dierum. Relatiue ad complexionē dauidis ſaturitas dierum ſcribitur: quoniam abſolute non erat exceſſiue ſenex/cum ſeptuaginta non exceſſerit annos. cōſtituitqꝫ ſalomonē. Clarius hebraice dicitur. ⁊ fecit regnare ſelomonē filiū ſuū ſuper iſrael. Viuens enim ſurrogauit eum in regem poſuitqꝫ in poſſeſſionem regni: ut diffuſe ſcriptum eſt in tertio libro regum. Et congregauit oēs principes iſrael/ ⁊ ſacerdotes atqꝫ leuitas. Numeratiqꝫ ſunt leuite a viginti annis. Corrupta eſt litera: nam hebraice habet̄. Et numerati fuerūt leuite a filio triginta annoꝝ ⁊ ſupra. Et quidem ætas triginta annorum in lege moſis numeri quarto decreta eſt: & propterea iuxta legem numerati ſunt leuitæ a trigeſimo anno. Quod autem adiungitur & ſupra ſine termino in lege moſis ſtatuto, hoc eſt uſqꝫ ad ānum quinquageſimum: uel tanqꝫ ſubintelligendum relictum eſt, uel quia ratio termini ceſſaſſe uidetur (imbecillitas ſcilicet ad ſufferenda onera/ eo ꝙ templum ſtabile ædificabatur) ideo numerati ſunt a trigeſimo anno & ſupra abſqꝫ termino. Et inuenta ſunt trigintaocto millia viroꝝ.

¶ Ex his electi ſunt ⁊ diſtributi in miniſteriū domꝰ dn̄i. Iuxta hebræum habetur. Ex iſtis ad fortiter agendū ſuꝑ opꝰ domꝰ iehouah vigintiquattuor millia. Ad exercendum cōmunia leuitarum opera deputati ſunt iſti. prepoſitoꝝ aūt ⁊ iudicū ſex millia. Vnum atqꝫ idem officium duobus nominibus ſignificatur: altero dignitatis/altero officij iudicandi. erant enim iſti leuitæ tanqꝫ patres conſcripti ad diſcernendum & ius dicendum in domo domini. Et quattuor millia ianitorum. Cōmuni nomine appellantur ianitores illi quibus cōmiſſa eſt cura non ſolum ianuarum templi/ſed ianuagerum ſpectantium ad ea quæ erant templi. ⁊ totidem pſaltes canentes domino in organis que fecerat ad canendū. Hebraice habet̄. ⁊ quattuor millia laudantiū iehouah in vaſis que feci ad laudandū. Ex

eo ꝙ

eo q̄ ĩ p̃ma pſona dicit̃ feci/itelligimus ĩ pſona dauidis hæc ſcripta:ad ĩſinuandũ
q̄ ipſe fecerat iſtrumẽta muſica. Collige ſũmas: & uidebis diſtributos oẽs trigin-
taocto millia numeratos.

Et diſtribuit eos dauid p̃ vices filioꝝ leui. Hebraice hr̃. Et ptit⁹
ẽ eos dauid ptes filijs leui. hoc ẽ ſcd̄ʒ ptes filioꝝ leui q̄ fuerũt tres:vʒ
cehath gherſon & merari. unde & ſtatim eos nũerat. gherſon/cehath ⁊ me-
rari. Gherſunitis lah`dan ⁊ ſimhi. Filij lah`dan pricipes/iechi-
el ⁊ zethã ⁊ ioel tres. Filij ſimhi ſelomith ⁊ cha`ziel ⁊ haran tres:
iſti principes familiaꝝ lah`dan. Perplexa orit̃ quæſtio/q̄ demõſtrant̃ p̃
pnomẽ iſti. nã prænũerati ſunt tres filij lah`dan & tres filij ſimhi: quõ ergo utriq̃
demrant̃ ſpectãtes ad lah`dan? Solutio ẽ ãbigua/an unicus noiet̃ ſimhi an ſint
duo eiuſdẽ nois. Diuinãdo ãt/rõnabilius credimus duos noiari ſimhi: alteꝝ ſiꝭ ex
lah`dan/alteꝝ nepotẽ: hoc ẽ filiũ filij lah`dan. cuius ſpecialis fit mẽtio/qa ex eo
ↄſtitutæ ſunt multæ familiæ lah`dan. Porro filij ſimhi iachath/zina ⁊ ie-
hus ⁊ beriha: iſti filij ſimhi q̃ttuor. Et fuit iachath caput ⁊ zina
ſecũd⁹: iehus aũt ⁊ beriha nõ multiplicauerũt filios/⁊ fuerũt do-
mui patris in numeratione vna.

¶ Filij cehath hamram/iſhar/cheb`ron ⁊ huzziel q̃ttuor. Expedi-
tis familijs gherſon/uenit̃ ad familias cehath. Filij hamrã/aharon ⁊ mo-
ſes: ſepatuſq̃ ẽ aharon vt miniſtraret in ſctõ ſctõꝝ. Hebraice hr̃. ⁊
ſepat⁹ fuit aharon ad ſcrificandũ ſanctũ ſctõꝝ ipſe ⁊ filij ei⁹ vſq̃
ſep̃. Appellat̃ hic ſanctũ ſctõꝝ (ſicut ſæpe alibi) uniuerſitas reſeruatoꝝ ſacerdo-
tis officio ſeu dignitati: ad hæc.n. ſctificãda ordinabat̃ ĩ p̃mis ſacerdotiũ. ⁊ ado-
leret incenſum domino ſecũdũ ritũ ſuũ. Hebraice habet̃. ad thurifi-
cãdũ corã dñõ/ad ſuiendũ ei ⁊ ad bñdicẽdũ ĩ noie ei⁹ vſq̃ ſemp̃.
Officia ſacerdotis ↄmemorãt̃ declarãdo aharon cũ ſemine ſuo fuiſſe ſepatũ diuina
electiõe ẽt a ↄtribulibus ad fungẽdũ ſacerdotio ĩ ſempiternũ. Moſis quoq̃
viri dei. Nomẽ ẽ elohim: eo q̄ moſes legẽ accæpit a deo &c. cognoiat̃ uir elo-
him. filij ãnũerati ſunt ĩ tribu leui. Et filij moſis/gherſom ⁊ elihe-
zer. Filij gherſom ſebuel caput. Fuerũt ãt filij elihezer rechab`ia
caput: ⁊ nõ fuerunt elihezer filij alij/ filij ãt rechab`ie multiplicati
ſunt valde. Filij iiſhar ſelomith caput. Filij cheb`ron: ieri`iahu ca-
put/amar`ia ſecund⁹/iacha`ziel terti⁹/⁊ iecamham quartus. Filij
huzzielis: micha caput/⁊ iiſi`ia ſecundus.

Filij merari. Ad t̃tiũ filiũ leui deſcẽdit̃. mach`li ⁊ muſi: filij ãt mach`li
Stetitq; coram altari domini / e regione totius cetus iſrael: ⁊ expãdit palmas ſuas. Siqdem fecerat ſalomon baſim eneã/ ⁊ poſuerat eam in medio baſilice. Hebraice hꝫ. Quia fecit ſelomo cõchã ereã ⁊ poſuit eã i medio ſtrati: qnq; cubitoꝝ lõgitudo ei⁹/ ⁊ qnq; cubitoꝝ latitudo ei⁹/ ⁊ cubitoꝝ triũ altitudo eius. Duo de hoc ſuggeſto narrantur notanda. primum ꝙ erat in forma conchæ/non quo ad rotunditatem (quia erat quadratũ: utpote quinq; cubitorum tam in longitudine ꝙ̃ in latitudine) ſed quo ad latera. habebat enim quaſi parietes parum altos/ ſicut habet concha: ita ꝙ planicies ſuppedanea exiſtenti in illo ſuggeſto nõ uidebatur ab extra exiſtentibus, perſona autem ibidem etiam genuflexa uidebatur. Alterum ꝙ non in atrio ſacerdotum ſed in ſupradicto magno ſtrato poſuit ſalomon regium ſuggeſtum. ex tunc enim cœpit diuerſitas locorũ pro ſacerdotibus & pro regibus: & rex in loco populi ſuũ habebat ſuggeſtum/non in ſacerdotum choro. ſtetitq; ſuper illam ⁊ genuflexit ſe ſuper genua ſua e regiõe totius cet⁹ iſrael/ ⁊ extendit palmas ſuas ad celũ. Et ait: dñe de⁹ iſrael non eſt ſimilis tibi de⁹ in celo ⁊ in terra/ cuſtodiens pactum ⁊ gratiam ſeruis tuis ambulantibus coram te in toto corde ſuo. Qui cuſtodiſti ſeruo tuo dauid patri meo quod locutus es ei: locutuſq; es ore tuo ⁊ manu tua ipleſti ſecundũ diem hanc. Et nũc dñe deus iſrael cuſtodi ſeruo tuo dauid patri meo quod locut⁹ es ei/ dicendo non excidetur tibi vir a facie mea ſedens ſuper thronũ iſrael: verũtamen ſi cuſtodierint filij tui viam ſuã vt ambulent in lege mea ſicut ambulaſti coram me. Et nũc dñe de⁹ iſrael firmetur verbũ tuũ qd̃ locutus es ſeruo tuo dauid. (Sed an vere habitabit de⁹ cum homine ſuper terram: ecce celũ ⁊ celi celoꝝ non capiunt te/ quanto magis dom⁹ hec quam edificaui?) Et reſpicias ad orationem ſerui tui ⁊ ad deprecationem ei⁹ dñe deus meus: ad audiendũ hymnũ ⁊ orationem qua ſeruus tuus orat

orat coram te: Ut ſint oculi tui aperti ad domum iſtam die ac
nocte/ad locum de quo dixiſti ꝙ poneres nomen tuum ibi: ad
audiendum orationem qua orat ſeruus tuus ad locũ iſtum. Et
exaudias deprecationẽ ſerui tui ⁊ populi tui iſrael qua orauerint
ad locum iſtum: ⁊ tu exaudias de loco habitationis tue de celo/
⁊ exaudias ⁊ parcas.

¶ Si peccauerit quiſpiam in proximum ſuum/⁊ leuauerit cõtra
eum iuramentum ad faciendum iurare eum: ⁊ venerit iuramen-
tũ coram altari tuo in domo iſta. Et tu exaudias de celo ⁊ facias
⁊ iudices ſeruos tuos: reddens impio dando viam eius in caput
eius/⁊ iuſtificans iuſtum dando ei ſecundum iuſtitiam eius.
¶ Et ſi celus fuerit populus tuus iſrael coram inimico quia pec
cabunt tibi: ⁊ reuerſi fuerint ⁊ confeſſi fuerint nomen tuum/⁊
orauerint ⁊ deprecati fuerint coram te in domo hac. Et tu
exaudias de celo/⁊ parcas peccato populi tui iſrael: ⁊ reducas
eos ad terram quam dediſti eis ⁊ patribus eorum. ¶ Cum clau-
ſum fuerit celum ⁊ non fuerit pluuia quia peccabunt tibi: ⁊ ora-
uerint ad locum iſtum ⁊ confeſſi fuerint nomen tuum/⁊ a pecca-
to ſuo reuerſi fuerint cum afflixeris eos. Et tu exaudias de ce-
lo/⁊ parcas peccato ſeruorum tuorum ⁊ populi tui iſrael: quia
docebis eos viam bonam per quam ambulent/⁊ dabis pluuiam
ſuper terram quam dediſti populo tuo in hereditatem. ¶ Fa-
mes ſi fuerit in terra aut peſtis aut corruptus aer aut erugo aut
locuſta aut bruchus/ſi obſederit eum inimicus eius in terra por
tarum eius: omnis plaga ⁊ omnis infirmitas. Omnis oratio/
omnis deprecatio que erit omni homini ⁊ toti populo tuo iſra-
el: qui cognoſcent vnuſquiſqꝫ plagam ſuam ⁊ dolorem ſuum ⁊
expandẽt palmas ſuas ad domum iſtam. Et tu exaudias de ce-
lo loco habitationis tue, ⁊ parcas ⁊ des vnicuiqꝫ iuxta vias
eius/qui noſti cor eius: tu enim ſolus noſti cor filiorum homi-
nis. Ut timeant te ambulando in vijs tuis omnibus diebus
quibus viuunt ſuper faciem terre quam dediſti patribus no-
ſtris. ¶ Et etiam alienigena qui non eſt de populo tuo iſra-
el, ſi venerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum
⁊ manum tuam robuſtam ⁊ brachium tuum extentum/⁊ ora-
uerit ad domum iſtam. Et tu exaudias de celo de loco habi-
tationis tue/⁊ facias iuxta omnia pro quibus inuocabit te alie-
nigena: vt noſcant omnes populi terre nomen tuum ⁊ time-
ant te ſicut populus tuus iſrael/⁊ vt cognoſcant ꝙ nomen
tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc quam edificaui. ¶ Si
egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos ſuos

per viam qua miſeris eos / ⁊ orauerint ad te in via ciuitatis hu-
ius quam elegiſti ⁊ domus quam edificaui nomini tuo. Exau-
dias de celo orationem eorum ⁊ deprecationem eorum: ⁊ fa-
cias iudicium eorum. ¶ Si peccauerint tibi (non eſt enim
homo qui non peccet) ⁊ iratus fueris contra eos ⁊ tradide-
ris eos coram inimicis: ⁊ captiui ducti fuerint ad terram lon-
ginquam vel propinquam. Et redierint ad cor ſuum in ter-
ra ad quam captiui ducti fuerint: ⁊ reuerſi fuerint ⁊ oraue-
rint ad te in terra captiuitatis ſue dicendo / peccauimus inique
egimus impie egimus. Et reuerſi fuerint ad te in toto cor-
de ſuo ⁊ in tota anima ſua in terra captiuitatis ſue ad quam
ducti fuerint: ⁊ orauerint in via terre eorum quam dediſti pa-
tribus eorum / ⁊ ciuitatis quam elegiſti ⁊ domus quam edi-
ficaui nomini tuo. Exaudias de celo de loco habitationis tue
orationem eorum ⁊ deprecationem eorum: ⁊ facias iudicium eo-
rum / ⁊ parcas populo tuo qui peccauerit tibi. Igitur deus me-
us ſint queſo oculi tui aperti ⁊ aures tue intente ad orationem lo-
ci huius.

¶ Nunc igitur conſurge domine deus in requiem tuam.
Hæc uerba in calce orationis ſalomonis ex pſalmo dauidis ſumpta / peti-
tiones quinq; continent iuxta hebraicam ueritatem. Et nunc ſurge ie-
houah elohim in requiem tuam / tu ⁊ arca fortitudinis tue.
Hac prima petitione ſupplicat pro perſeuerantia diuinæ gratiæ in templo:
ut ad inſtar ſurgentis ſtet ſons eſſendi & gubernator ad quieſcendum im tem-
plo / ipſe collator gratiarum & ſenſibile ſignum eius arca fortitudinis eius:
utpote quæ tot fortitudinis effectus monſtrauerat temporibus elapſis: ſiccan-
do iordanem / diruendo iericho &c. ſacerdotes tui iehouah elohim in-
duantur ſalute. Orat ſecundo pro ſacerdotibus ut tantam habeant ſalutem
ut illa ueſtiantur. ⁊ miſericordes tui letentur in bono. Petit tertio pro
uniuerſis miſericordibus propter deum: utpote qui aſſimilantur deo cui pro-
prium eſt miſereri: ut qui pro aliena miſeria ſe triſtes reddunt commiſerando/
diuina letentur largitate. Iehouah elohim ne auertere facias faciem
chriſti tui. Quarto petit pro ſeipſo / ut deus exaudiat ipſum. quando enim
non exauditur aliquis, tunc facies orantis uertitur uacua gratia / tanq̃ re-
pulſa a non exaudiente. memento gratiarum dauidis ſerui tui. Quin-
to petit ut quas pollicitus eſt deus gratias dauidi pro ſemine illius / inſtar re-
cordantis impleat.

CVmqȝ cōpleſſet ſelomo orare/ignis deſcēdit de celo ꝛ deuorauit holocauſtū. Secundus eſt iſte de cœlo ignis deuorans holocauſtū. ꝛ victimas. hoc eſt adipes & munera quæ incendebantur deo. ꝛ maieſtas dn̄i. Hebraice habet. ꝛ honor iehouah ipleuit domū. Secūda eſt hæc ſplēdida caligo implēs domū dei. pma.n. an̄ orōnem ſalomonis fuerat: hæc āt cōpleta orōne ſimul cū igne aduenit. Nec poterant ſacerdotes igredi domū dn̄i: qa ipleuerat honor dn̄i domū dn̄i. Maior narrat̄ caligo hæc ꝙ pma/ex hoc ꝙ iſta ēt īgreſſum i tēplū ꝓhibebat. Oēſqȝ filij iſrael videbant deſcendentē ignē ꝛ honorē dn̄i ſup domū. Hinc apparet ꝙ nubes illa īplebat domū intus & extra. ꝛ corruerūt ꝓni i terrā ſup pauimentū/ꝛ adorauerūt confitendo dn̄o quoniā bon⁹ quoniam in ſeculū miſericordia ei⁹. Hebraice hr̄. gr̄a ei⁹. Vbi uides ꝙ ēt ꝓſtratus populus hymnū hunc dauidis ſonabat gratias agendo.

¶ Rexqȝ ꝛ tot⁹ popul⁹ imolabant victimam corā dn̄o. Et ſacrificauit rex ſelomo ſacrificiū/boū vigintiduo millia ꝛ ouiū centū ꝛ vigiti millia: ꝛ dedicauerūt domū dei rex ꝛ tot⁹ popul⁹. Dictio interpretata dei eſt nomen elohim. Et intellige dedicationē factā ab unoquoqȝ ꝓportionaliter: a rege ut rege/a populo ut populo/a ſacerdotibus ut ſacerdotibus: ab unoquoqȝ ſecundum proprium officium honorādi/offerēdi/ↄſecrandi &c. Sacerdotes aūt i cuſtodia ſua ſtabant/ꝛ leuite cū iſtrumentis cant⁹ dn̄i quē fecit dauid rex ad ↄfitendū dn̄o quoniam i ſeculū gr̄a ei⁹/ hymnos dauid canentes p manus ſuas. Hebraice hr̄. laudante dauide in manib⁹ eoꝝ. narrat̄ ſiqdē ꝙ ea canebant quæ fecerat dauid dum laudaret deū p manus cantoꝝ. ſacerdoteſqȝ clangebant e regione eoꝝ/ ꝛ tot⁹ iſrael ſtabat. Sāctificauitqȝ ſelomo mediū atrij qḋ erat an̄ domū dn̄i. quod ucȝ erat inter templū & altare. Sanctificauit āt opa ſacerdotū ad offerendū ibi holocauſta & adipes cremādos deo: qa fecit ibi holocauſta ꝛ adipes pacificoꝝ: qa altare eneū quod fecerat ſelomo/nō poterat ſuſtinere holocauſtū ꝛ ſacrificia. Hebraice hr̄. ꝛ munus. hoc eſt ſimilā cremandam deo. ꝛ adipes. Sola ea quæ deo cremabant̄/in altari holocauſtoꝝ erant poſita: ſed tunc tanta fuit multitudo cremandoꝝ deo ut oportuerit partem atrij ſupplere pro altari. ¶ Fecitqȝ ſelomo feſtiuitatem in tp̄e illo ſeptē dieb⁹ ꝛ tot⁹ iſrael cū eo/eccleſia magna valde: ab introitu chamath vſqȝ ad torrentē egypti. Fecerūtqȝ die octauo collectā. Hebraice hr̄. ſtrictionē. de qua al's diximus ſup pētateuchū. ē.n. ſermo de die octō relatiue ad initiū feſti tabnaculoꝝ iuxta legē moſis. eo ꝙ dedicaſſent altare. Hebraice hr̄. domū. hoc ē tēplū. ſeptē dieb⁹/ꝛ feſtiuitatē ſeptē dieb⁹. ſeptē.n. diebus durauit dedicatio tēpli: & iteꝝ ſeptē durauit ſolēnitas tabernaculoꝝ. Die āt vigeſimatertia mēſis ſeptimi dimiſit populū ad tētoria ſua: letos ꝛ alacri corde ſup bono qḋ fecerat dn̄s dauidi ꝛ ſelomoni ꝛ iſraeli poplo ſuo. Feſtū tabernaculoꝝ incipiebat die 15. & conſequenter dies. 22. erat dies octauus: ac per hoc. 23. die populus abijt

perfectis feſtiuitatibus. Reliqua uide expoſita in tertio regum ca.8. Compleuitq́ʒ ſelomo domum domini ⁊ domum regis: ⁊ omne quod venit in cor ſelomonis ad faciendum in domo dñi ⁊ in domo ſua/ proſpere fecit.

APparuitq́ʒ dominus ſelomoni in nocte. Apparitio hæc tractata eſt.3.reg.9. & (ut patet ibidem) apparitio iſta non fuit immediate poſt iſtam ſolennitatem, ſed uigeſimoquarto anno regni ſalomonis: nam fuit poſt ædificatam etiam domum regiam/ut ibidem dicitur. ⁊ ait ei: audiui oratióem tuam/⁊ elegi mihi locum iſtum in domum ſacrificij. Si clauſero celum ⁊ non fuerit pluuia/⁊ ſi precepero locuſte vt deuoret terram: ⁊ ſi miſero peſtilentiam in populum meum. Et humiliauerint ſe populus me⁹ ſuper quos inuocatũ eſt nomen meũ/ ⁊ orauerit ⁊ exq̄ſierint faciem meã/⁊ reuerſi fuerint a vijs ſuis malis: ego exaudiam de celo/⁊ parcam peccato eoꝝ ⁊ ſanabo terrã eoꝝ. Et nũc oculi mei erũt apti ⁊ aures mee attendentes/ad oronem loci hui⁹. Et nũc elegi ⁊ ſanctificaui domũ hãc vt ſit nomẽ meũ ibi vſq́ʒ in ſeculũ: erũtq́ʒ oculi mei ⁊ cor meũ ibi oib⁹ dieb⁹. Tu quoq́ʒ ſi ambulaueris corã me ſicut ambulauit dauid pr̃ tu⁹/ ⁊ faciendo iuxta oia que precepi tibi: ⁊ ſtatuta mea ⁊ iudicia mea ſeruaueris. Firmabo ſoliũ regni tui: ſicut pollicit⁹ ſum dauidi pr̃i tuo dicendo/nõ ſuccidet tibi vir dñans in iſrael. Si aũt auerſi fueritis/⁊ dereliqueritis ſtatuta mea ⁊ precepta mea que propoſui vobis: ⁊ abieritis ⁊ ſeruieritis dijs alienis/⁊ adoraueritis eos. Euellam eos de terra mea quam dedi eis: ⁊ domũ hanc quã ſanctificaui nomini meo proijciã a facie mea/⁊ dabo eã in parabolã ⁊ in exẽplũ in oib⁹ populis. Et dom⁹ iſta erit in prouerbiũ oibus tranſeuntib⁹. Hebraice habetur. Et domus iſta que fuit excelſa/ omni tranſeunti iuxta eam erit in ſtuporem. Sententia clara eſt. reliqua expoſita ſunt in dicto nono capitulo. ⁊ dicet/quare fecit dominus ſic terre huic ⁊ domui huic? Et dicent: eo ꝙ dereliquerunt dominũ deum patrum ſuoꝝ qui eduxit eos de terra egypti ⁊ apprehenderũt deos alienos/⁊ adorauerũt eos ⁊ ſeruierũt eis, ideo adduxit ſuper eos omne malum hoc.

CAPVT .VIII.

EXpletis ãt viginti ãnis poſtq̃ʒ edificauit ſalomon domũ dñi. Hebraice hr̃. Et fuit a fine viginti ãnoꝝ qb⁹ edificauit ſelomo domũ iehouah ⁊ domũ ſuã. ſeptẽ ſiqdẽ ãnis ædificauit domũ dei & tredecim domũ ſuã: ut patet i libro regũ. Ciuitates q̃s dederat churã ſelomoni/edificauit ſelomo: ⁊ hitare fecit ibi filios iſrael. Tertij regũ nono ſcribiť oppoſitũ: uʒ ꝙ ſalomon dedit regi tyri ciuitates uiginti. Solutio ẽ ꝙ hic explicať id qd̃ iplicite ibi ſcribiť: uʒ reſtitutio ciuitatũ

nā ibidē dr̄ q̄ hirā rex tyri deſpexit citates illas: hic āt explicať q̄ dedit eas ſalo-
moni: & ppea ſalomon ædificauit eas/ & habitare ibi fecit filios iſrael. ut hinc ēt
ppendamus ciuitates illas merito diſplicuiſſe regi tyri / utpote male ædificatas.
Quid autem rependerit ſalomon regi tyri loco harū ciuitatum/ non eſt ſcriptum:
ſicut nec eſt ſcriptum an rex tyri dederit ſalomoni ciuitates illas omnes an quaſ-
dam. Et forte ſalomon ædificauit illas ut rex tyri acciperet illas: in cuius ſignum
ſcribitur hic ſignificanter q̄ fecit habitare ibi filios iſrael. ex eo nāq̄ q̄ de iſtis ci-
uitatibus ſpecialiter dicitur & fecit habitare ibi filios iſrael/ inſinuari uidetur q̄ ci
uitates iſtæ diſſimiles erant alijs: utpote agnoſcentes regē tyri pro domino & cū
hoc habitatores erant filij iſrael/ iubente ſic ſalomone. Fuit quoq̄ ſelomo in
chamath ʒobe: ⁊ obtinuit eam. Hebraice habeť. ⁊ roborauit ſup eā.
Quod āt robur adiecerit in regiōe chamath/ ſubiūgiť manifeſtādo ciuitates ibi-
dē ædificatas. edificauitq̄ thadmor in deſerto: ⁊ alias citates mu-
nitiſſimas. Hebraice habetur. ⁊ omnes ciuitates theſaurorum. rerum
ſcilicet ſpectantium ad uictum & ad bellum. quas edificauit in chamath.
Edificauitq̄ beth`choron ſuperiorem ⁊ beth`choron iferiorem:
ciuitates munitas muris oſtijs ⁊ vectibus. Et bahalath ⁊ om-
nes ciuitates theſaurorum qui fuerūt ſelomoni/ ⁊ oēs ciuitates
curruum ⁊ ciuitates equitū: ⁊ quicquid deſiderauit ſelomo edi-
ficare in ieruſalaim ⁊ in lebanon ⁊ in tota terra ditionis ſue.
¶ Totum populum qui remanſerat de chittheis ⁊ emoreis ⁊ pe-
rizeis ⁊ chiuueis ⁊ iebuſeis qui non erant de filijs iſrael. De filijs
eorum qui remanſerant poſt eos in terra quos non deleuerūt filij
iſrael: fecit ſelomo tributarios vſq̄ ad diē hanc. De filijs autem
iſrael non poſuit ſelomo in ſeruos ad op⁹ ſuū: pſi.n. erāt viri bel-
latores / ⁊ principes potentium eius ⁊ principes currū ⁊ equi-
tum ei⁹. Omnes aūt principes exercit⁹ regis ſalomonis/ fuerūt
ducenti quinquaginta qui erudiebant populum. Iuxta hebræū hr̄.
Et iſti principes prefectorꝝ q regi ſelomoni qnq̄ginta ⁊ ducēti:
dn̄antes i poplo. In caplo nono tertij regū ſcribiť q̄ pncipes præfectorꝝ erāt
qnquaginta & qngēti. Solutio ē q̄ ibi eſt ſermo de pncipibus præfectorꝝ populo
opario/ ut clare ibidē dr̄: hic āt ē ſermo de pncipibus præfectorꝝ popli/ ut textus
ipſe manifeſtat. ¶ Filiā vo par`honis trāſtulit ſelomo de citate da-
uid i domū quā edificauerat ei: dixit.n. nō hitabit vxor mea i do-
mo dauid regis iſrael/ qa ſancta ē eo q̄ igreſſa ē i eā arca dn̄i. hoc
eſt quia ad diſtrictum eius ingreſſa eſt arca dei.

TUnc obtulit ſelomo holocauſta domino/ ſup altare domi-
ni quod edificauerat ante porticū. Et in re quotidiana ad of
ferendū iuxta preceptum moſis in ſabbatis ⁊ in calendis ⁊ in fe-
ſtis diebus ter in anno: in ſolennitate azymorum ⁊ in ſolennita-
te hebdomadarum ⁊ in ſolennitate tabernaculorū. hoc eſt offeren-
da donauit holocauſta tā per ſingulos dies q̄ in ſabbatis calēdis & feſtis diebus:

regio enim ſumptu uoluit hæc ſacrificia fieri. Et conſtituit iuxta diſpoſitionem dauid patris ſui diuiſiones ſacerdotum i miniſterio ſuo/ ⁊ leuitas in cuſtodia ſua ad laudandum ⁊ miniſtrandum coram ſacerdotibus ad rem quotidianam/ ⁊ ianitores i diuiſionibꝰ ſuis ad portam ⁊ portam: quia ſic erat preceptum dauid viri dei. Nomē eſt elohim. Vbi nota cōmendari dauidem/ excellenti nomine appellatum uir elohim. Et non declinauerūt a mandato regis ſacerdotes ⁊ leuite in omni re ⁊ in theſauris. Hic eſt punctus. executio ſiquidē diſtinctionum ſacerdotum leuitarum / ianitorum & theſaurariorum iuxta diſpoſitionem dauidis hic finitur. Omnes impenſas preparatas habuit ſalomon. Hebraice habetur. Et directum eſt totum opꝰ ſelomonis/ a die quo fundauit domum domini vſqȝ i diem quo perfecit eā. Recte actū/ uniuerſum ſalomonis opus a principio ædificationis templi uſqȝ ad finem ſignificatur.

¶ Tunc iuit ſelomo. Perfecto templo perſonaliter iuit ſalomon. i hez ion gheber ⁊ in eloth ad oram maris rubri. Supfluit rubri. i terra edom. Miſitqȝ ei chuṙam per manum ſeruorum ſuorū naues ⁊ ſeruos gnaros maris. Salomon ſiquidem fecit propriam claſſem in illo mari: rex āt tyri miſit naues ſuas ad ſeruiendum ſalomoni ſimul cum proprijs nauibus ſalomonis. ⁊ iuerunt cum ſeruis ſelomonis in ophir. Regio indiæ dicitur. Reliqua uide expoſita. 3. reg. 9. aduertēdo duo. Alterū ꝙ qa nauigatio in ophir per mare oceanum erat, ideo ſalomon ad euitandam nauigationem p mare mediterraneum uſqȝ ad oceanū/ perrexit ad oram maris rubri (quod ē quidam ſinus maris oceani) & ibi conſtruxit claſſem: ad hoc enim illuc iuit. Alterum ꝙ rex tyri naues quas miſit/ non niſi per mediterraneū mare mittere ex tyro potuit ad coniungendum illas cum nauibus ſalomonis. ⁊ tulerunt inde quadringenta ⁊ qnquaginta talēta auri/ ⁊ attulerūt ad regē ſelomonem.

CAPVT .IX.

REgina autem ſebe audiuit famam ſelomonis/ ⁊ venit ad tentandum ſelomonē i enigmatibus in ieruſalaim cū magnis opibꝰ. Hebraice habetur. in exercitu graui valde. armata enim (ut par erat) regina uenit. ⁊ camelis qui portabant aromata. Hebraice habetur. ⁊ camelis oneratis aromatibꝰ. quod plus eſt ꝙ̄ portare aromata. ⁊ auro in multitudine ⁊ lapidibꝰ preciosis: venitqȝ ad regem ſelomonem/ ⁊ locuta eſt ei qcquid erat i corde eiꝰ. Et indicauit ei ſelomo omnia verba eiꝰ: neqȝ fuit verbū latens regem quod non indicauerit ei. Viditqȝ regina ſebe ſapientiam ſelomonis: ⁊ domū quam edificauerat. Et cibos menſe eiꝰ ⁊ habitacula ſeruoꝝ eius ⁊ aſſiſtentiam miniſtroꝝ eius ⁊ veſtimenta eoꝝ/ ⁊ pincernas eiꝰ ⁊ holocauſta eiꝰ que offerebat i do-

mo domini. Aduerte prudens lector æquiuocam eſſe literam hanc/ propterea ꝙ hebraice nominatur aſcenſus: & incertum eſt an ſignificetur uia qua aſcendebat rex ad templum/an ſignificetur ſacrificiū quod offerebat rex:eo ꝙ ſcriptura aſcendendi uocabulo ſæpe utitur pro oblatione uictimæ ſuper altare. Scribitur itaqꝫ hebraice. ⁊ aſcenſum eius quem aſcendet domū iehouah. Conſtrue & intellige ut uis. ⁊ non erat vltra in ea ſpiritus. Dixitqꝫ ad regem: verus eſt ſermo quem audiui in terra mea de virtutibus. Hebraice habetur. ſuper verbis tuis. Si tamen legeris ſuper rebus tuis/ nullus erit error. ⁊ ſuper ſapientia tua. Et nō credidi verbis eoꝝ donec veni ⁊ viderunt oculi mei: ⁊ ecce non fuit indicatū mihi dimidiū multiplicis ſapientie tue, addidiſti ſuper famam quam audiui. Beati viri tui ⁊ beati ſerui tui iſti: ſtantes coram te ſemper ⁊ audientes ſapientiā tuā. Sit dominus deꝰ tuꝰ benedictꝰ/ cui complacuit in te ad ponendū te ſuper ſoliū ſuū in regem dn̄i dei tui. Legendum eſſet. iehouah elohe tuo. in caſu datiuo: hoc eſt ad gloriam domini dei tui. eo ꝙ diligit deꝰ tuꝰ iſraelē ad faciendū ſtare eū in ſeculū/ idcirco poſuit te ſuper eū regē ad faciendū iudiciū ⁊ iuſtitiam. Deditqꝫ regi centū ⁊ viginti talenta auri ⁊ aromata multa valde ⁊ lapides precioſos: ⁊ nō fuit ſicut aroma illud quod dedit regina ſebe regi ſelomoni.

Et ēt ſerui churam ⁊ ſerui ſelomonis ꝗ attulerūt auꝝ de ophir: attulerūt ligna thina ⁊ lapides precioſos. Fecitqꝫ rex de lignis thinis gradꝰ domui dn̄i ⁊ domui regis. Hebraice habetur dictio quædam ſignificans neſcio quid quod calcatur. non enim eadem dictio ſcribitur hic & .3. reg. 10. quocirca neſcio diuinare quid factum ex iſtis lignis ſignificetur hic. ⁊ citharas ⁊ pſalteria cantoribus: ⁊ non ſunt viſa ſicut ipſa priꝰ in terra iehude. Rex aūt ſelomo dedit regine ſebe oīa que voluit ⁊ poſtulauit/ ⁊ multo plura q̄ꝫ attulerat ad eū. Hebraice habet̄. a fine quod fecit venire ad regem. Et quia abſurdus eſt ſenſus ut ſignificetur præter id quod regina dederat regi (quoniam ſignificaretur regem reſtituiſſe reginæ quod illa dederat) ideo idem intelligendum eſt ſignificari hic quod ſcriptū eſt .3. reg. 10. ut ſit ſenſus/ præter id quod ſalomon ſua ſponte fecit uenire ut decebat regem. reuerſaqꝫ eſt ⁊ abijt in terram ſuam cū ſeruis ſuis.

Erat aūt pondus auri quod obueniebat ſelomoni per ſingulos annos/ ſexcenta ⁊ ſexagintaſex talenta auri. Excepta ea ſumma quam legati diuerſaꝝ gentiū ⁊ negociatores afferre conſueuerant. Hebraice habetur. Preter viros negociatores ⁊ mercatores faciētes venire. Hæc expoſita uide .3. reg. 10. omneſqꝫ reges harabie ⁊ ſatrape terrarum. Hebraice habetur. omneſqꝫ reges harab ⁊ duces terre/ adducentes aurum ⁊ argentum ſelomoni. ſed nihil refert. Sed ratio qua tam uiri excellentes in mercatura (qui hic appellantur negociatores) ꝙ̄ alij mercatores aurū afferebāt ſalomoni clara eſt: ucꝫ mercatura. Rō

uero qua reges harabum & duces terræ aurum ſalomoni faciebãt uenire (ut hebraica litera ſonat) non eſt manifeſta / ſi notabile quid erat . quod dico propter munera aureorum uaſorum/quæ paruipendenda cenſeo . Fecitq; rex ſelomo ducentas haſtas aureas. Hebraice habetur . ducenta ſcuta auri extenſi. Et immediate ſequitur. ſexcentũ auri extenſi aſcendet ſup̱ ſcutũ vnũ. Puto ſexcentos ſiclos extenſi (hoc eſt ductilis) auri ſignificari in quolibet ſcuto. Trecẽta quoq; ſcuta aurea. Hebraice hr̃. Et trecẽtos clypeos auri extenſi. Et immediate ſequitur. trecentũ auri aſcẽdet ſuper clypeum vnum. quod expone ut antecedens. poſuitq; ea in armamentario quod erat conſitũ nemore. Hebraice habetur . in domo ſalt⁹ lebanon. cuius opificium diffuſe ſcriptum eſt in libro regum .

¶ Fecit quoq; rex ſoliũ eburneũ grãde: ⁊ veſtiuit illud auro mundo. Sex quoq; grad⁹ qb⁹ aſcendebatur ad ſoliũ ⁊ ſcabellũ aureũ: Hebraice habetur. Et ſex grad⁹ ſedi ⁊ pontem in auro ſedi ↄtignantes. In tertio regum deſcriptum eſt hoc ſolium nulla facta mentione iſtius pontis/qui ad ſuſtentandum gradus conſtructus eſt: & propterea officium eius deſcribitur contignare. tigni enim eius contignationem graduum faciebãt. Nec dicitur ꝙ pons eſſet aureus ſed in auro. ex eo enim ꝙ uniuerſa ſpectãtia ad hoc ſolium erãt eburnea/ deaurata tamen, ita intelligendum eſt de ponte ꝙ fuerit eburneus & deauratus. Reliqua intellige ut in tertio regum . et man⁹ hinc ⁊ hinc ſup̱ locũ ſeſſionis: ⁊ due leene ſtantes iuxta man⁹. Et duodecim leones ſtantes ibi ſuper ſex grad⁹ hinc ⁊ hinc : non eſt factũ tale op⁹ in omnib⁹ regnis. Omniaq; vaſa conuiuij. Hebraice habetur. Et omnia vaſa pot⁹. quod minus eſt q̃ uaſa conuiuij. regis ſelomonis erant aurea/ ⁊ omnia vaſa dom⁹ ſalt⁹ lebanon ex auro puro: non reputabatur argentũ in dieb⁹ ſelomonis qcq̃. Naues enim regis ibant in tharſis cũ ſeruis churam: ſemel in trib⁹ ãnis veniebant naues tharſis portantes aur̄ ⁊ argentũ/ ebur. Hebraice habetur . elephantes . animalia enim ipſa ſignificantur quemadmodum ſimiæ & pauones. ⁊ ſimias ⁊ pauos.

Magnificatu ſq; eſt rex ſelomo pre omnib⁹ regib⁹ terre in diuitijs ⁊ gloria. Hebraice habet. ⁊ ſapientia . De qua ſubditur. Et omnes reges terre querebant faciem ſelomonis ad audiendũ ſapientiam ei⁹ quam dederat de⁹ in corde ei⁹. & eſt nomen elohim . Et portabant vnuſqſq; munus ſuũ , vaſa argentea ⁊ vaſa aurea ⁊ veſtes/arma ⁊ aromata/equos ⁊ mulos: p̱ ſingulos ãnos. Hebraice habetur . rem diei in die ſua. hoc eſt unumquodq; t̄pe congruo. Habuit quoq; ſelomo quadraginta millia equorum i ſtabulis ⁊ curruũ . Hebraice habetur. quattuor millia preſepia equorum ⁊ curruũ. Quantus autem eſſet numerus equorum pro curribus/non eſt hic ſcriptum. ⁊ duodecim millia equitum: poſuitq; eos in ciuitatibus curruum ⁊ cum rege in ieruſalaim. Et fuit dominans omnib⁹ regibus/a flumine

Digitized by Google

vſqꝫ ad terrā peliſthim ⁊ vſqꝫ ad terminū egypti. Et prebuit
rex argentū in ieruſalaim ſicut lapides: ⁊ cedros prebuit ſicut ſy-
comoros que naſcūtur ī cāpeſtribꝰ ī multitudine. Educebantqꝫ
equos ex egypto ſelomoni/ ⁊ de oibꝰ terris.
¶ Reliqua aūt verboꝝ ſelomonis prioꝝ ⁊ poſterioꝝ, nonne ipſa
ſcripta ſunt in libro nathan prophete/ ⁊ ī prophetia ach'ie ſilo-
nitis ⁊ in viſionibꝰ ieh'do videntis contra iarobham filiū nebat?
Vide quot libri citantur hic prophetarum quibus caremus. reliqua expoſita ui-
de. 3. reg. 10. Regnauitqꝫ ſelomo ī ieruſalaim ſuper totū iſrael qua-
draginta annis. Dormiuitqꝫ ſelomo cū patribꝰ ſuis/ ⁊ ſepelierūt
eum in ciuitate dauid patris ſui: ⁊ regnauit rechabham filius
eius pro eo.

CAPVT .X.

IUit aūt rechabham in ſechem: qa in ſechem conuene-
rat totꝰ iſrael vt conſtitueret eū regē. Quod cū audiſſet
Hebraice habetur. Et fuit quando audiuit. mortem proculdu-
bio ſalomonis. iarobham filꝰ nebat (qui erat in egypto ⁊
fugerat a facie ſelomōis regis) reuerſus ē de egypto. Miſerūtqꝫ
⁊ vocauerūt eū: ⁊ venit iarobham ⁊ totꝰ iſrael/ ⁊ locuti ſunt ad
rechabham dicēdo. Pater tuꝰ aggrauauit iugū noſtrū: nūc igi-
tur alleuia de ſeruitute pr̄is tui dura ⁊ de iugo eiꝰ graui quod po-
ſuit ſuper nos/ ⁊ ſeruiemꝰ tibi. Et dixit eis/ ite vſqꝫ in diē tertiū
⁊ reuertimini ad me: ⁊ abijt populꝰ. Hiſtoria hæc ſcripta & expoſita ē
3. reg. 12. & propterea pertranſibimus: quoniam ſententia eſt eadem: & non niſi
uerba quædam corrigenda eſſent ad reducendum literam ad hebraicam uerita-
tem/ ſed materia non exigit.
¶ Cōſuluit aūt rex rechabhā ſenes q ſteterāt corā ſelomone pr̄e
eiꝰ cū viueret dicendo: quō vos conſulitis reddendū eſſe populo
huic verbū? Qui dixerunt ei: ſi fueris bonꝰ populo huic ⁊ cōpla-
cueris ei/ ⁊ locutꝰ fueris ad eos verba bona, erūt tibi ſerui oibꝰ
diebꝰ. ¶ Reliqtqꝫ cōſiliū ſenū quod ꝯſuluerant ei: ⁊ ꝯſuluit pue-
ros q creuerant cū eo ⁊ aſſiſtebāt ei. Et dixit ad eos: qd vos cō-
ſulitis/ ⁊ reddemꝰ verbū populo huic q locutꝰ eſt ad me dicendo
alleuia iugū qđ poſuit pr̄ tuꝰ ſup nos? Et locuti ſunt ad eū pueri
q creuerant cū eo dicendo: ſic dices poplo q locutꝰ eſt ad te dicen
do pater tuꝰ aggrauauit iugū nr̄m ⁊ tu alleuia nos: ſic dices ad
eos/ paruꝰ digitꝰ meꝰ maior eſt lūbis pr̄is mei. Et nūc pr̄ meus
poſuit ſup vos iugū graue ⁊ ego addam iugo veſtro: pater me-
us caſtigauit vos flagellis/ ego autem caſtigabo vos ſcorpio-
nibus.

Digitized by Google

¶ Venitq; iarobbam ⁊ tot⁹ popul⁹ ad rechabbam die tertio: ſi-
cut locut⁹ fuerat rex dicendo/reuertimini ad me die tertio. Re-
ſponditq; rex dura/derelicto conſilio ſenioꝝ. Et locut⁹ eſt ad eos
iuxta conſiliũ pueroꝝ dicendo: pater me⁹ aggrauauit iugũ vr̃m
⁊ ego addam ſuper illud/pater me⁹ caſtigauit vos flagellis ⁊ ego
caſtigabo vos ſcorpionib⁹. Et non acqeuit rex populo: qa fuit
factum a deo/ vt firmaret dñs verbũ ſuum quod locut⁹ fuerat ĩ
manu achi'iahu ſilonitis ad iarobbam filium nebat. Totuſq;
iſrael vidit ꝙ non exaudiſſet ſe rex: ⁊ reſpondit popul⁹ ad regem
dicendo/ que nobis pars in dauid ⁊ non hereditas in filio iſai/
vnuſqſq; in tentoria tua iſrael, nũc paſce domum tuam dauid: ⁊
abijt tot⁹ iſrael in tentoria ſua. Super filios autẽ iſrael habitan-
tes in ciuitatib⁹ iehude regnauit rechabbam.
¶ Miſitq; rex rechabbam hadoram q erat ſuper tributum/ ⁊ la-
pidauerunt eum filij iſrael lapidibus ⁊ mortu⁹ eſt: porro rex re-
chabbam feſtin⁹ aſcendit currum/ ad fugiendum in ieruſalaim:
Et rebellauit iſrael contra domum dauid vſq; ad diem hanc.
Factũ eſt autem cum audiſſet omnis iſrael ꝙ reuerſus eſſet ia-
robbam, miſerunt ⁊ vocauerunt eum congregato cetu/ ⁊ cõſti-
tuerunt eum regem ſuper omnem iſrael: nec ſecut⁹ eſt qſpiam do-
mum dauid/ preter tribum iude ſolum. Supfluit tota hæc ultima clau-
ſula/ incipiens factum eſt autem &c. uſq; ad finem capituli: hæc enim non ha-
bentur in hebræo.

CAPVT .XI.

Venit autẽ rechabbam in ieruſalaim/ ⁊ congregauit do-
mum iehude ⁊ bin'iamin/ cẽtum ⁊ octoginta millia ele-
ctoꝝ facientium bellum: ad pugnandum cum iſrael ad
reducendum regnum ad rechabbam. Factuſq; eſt ſer-
mo domini ad ſemah'iahu viꝝ dei dicendo. Nomen eſt elohim. Dic
ad rechabbam filium ſelomonis regem iehude/ ⁊ ad totum iſrael
in iehuda ⁊ in bin'iamin dicendo. Sic dixit domin⁹: non aſcen-
detis neq; pugnabitis contra fratres vr̃os/ reuertimini vnuſ-
qſq; in domũ ſuam, qa a me facta eſt res iſta: audieruntq; verba
dñi, ⁊ reuerſi ſunt ab eundo contra iarobbam.
¶ Habitauitq; rechabbam in ieruſalaim: ⁊ edificauit ciuitates
muratas. Hebraice habetur. ciuitates munitas. fortitudine. ĩ iehuda:
Et edificauit beth'lechem ⁊ hetam ⁊ thecoah. ⁊ beth'ſur ⁊ ſo-
cho ⁊ hadullã. Et ghath ⁊ mareſam ⁊ ziph. ⁊ adoraim ⁊ lachis
⁊ hazecam. Et zor'ham ⁊ a'ialon ⁊ cheb'ron que in iehuda ⁊ in
bin'iamin: ciuitates arcium. Cũq; clauſiſſet eas muris. Hebraice

habetur. Et roboꝛauit arces:⁊ poſuit in eis duces/⁊ theſauros ci
bi ⁊ olei ⁊ vini. Et in ſingulis ciuitatibꝰ ſcuta ⁊ haſtas. Dictio ta⸗
men interpretata arces/non proprie ſignificat arces ſed munitionem ſeu fortitu⸗
dinem loci ex naturali ſitu uel arte.huiuſmodi enim loca roborauit tum principi
bus/tum alimentorum theſauris/tum armis. firmauitqꝫ eas ſumma dili⸗
gentia.Hebraice habetur.⁊ roboꝛauit eas faciendo multiplicare val
de. huiuſmodi res opportunas.⁊ regnauit ſuper iehudam ⁊ bin'iamin.
Sacerdotes aũt ⁊ leuite q erant in toto iſrael: venerunt ad cũ de
cũctis terminis ſuis. Reliquerũt enim leuite ſuburbana ⁊ poſſeſ
ſiones ſuas/⁊ iuerunt in iehudã ⁊ in ieruſalaim:qa abiecit eos ia
robham ⁊ filij eiꝰ a fungendo ſacerdotio domini. Et conſtituit
ſibi ſacerdotes excelſorum ⁊ demonioꝝ ⁊ vituloꝝ quos fecerat.
Et poſt eos de oibꝰ tribubꝰ iſrael/dãtes coꝛ ſuũ ad querẽdũ dñꝫ
deũ iſrael: venerũt i ieruſalaim ad immolandũ dño deo pr̃m ſuo⸗
rũ. Roboꝛauerũtqꝫ regnũ iehude/⁊ confirmauerũt rechabham
filiũ ſelomonis per tres annos:ambulauerũt.n.in via dauidis ⁊
ſelomonis annis tantũ tribꝰ. Superfluit tantum.

Duxit ãt rechabhã vxoꝛẽ machalath filiã ierimoth filij daui⸗
dis:⁊ abichail filiã eliab filij iſai. Peperitqꝫ ei filios: iehus
⁊ ſemar'iam ⁊ ſaham. Et poſt eã accepit mahachã filiã abſalom.
Ne intelligas abſalon filium dauidis: tum quoniam illius filia non poterat eſſe
puella apta nuptijs: cum forte ante annos quinquaginta mortuus fuerit abſalon il
le, tum quia nomen iſtius differt ab illius nomine:ut in.3.reg.ca.15.dictum eſt.
que peperit ei abi'iam ⁊ hatthai ⁊ zizam ⁊ ſelomith. Amauit aũt
rechabham mahacham filiam abſalom ſup omnes vxoꝛes ⁊ con
cubinas ſuas/qa vxoꝛes decẽ ⁊ octo duxerat ⁊ concubinas ſex⸗
aginta:⁊ genuit vigintiocto filios ⁊ ſexaginta filias.

¶ Conſtituit aũt in caput rechabham abi'iam filiũ mahache/ in
ducẽ inter fratres ſuos:ipſum.n.regẽ facere cogitabat. Hebraice
hr̃. Vt faceret regnare ipſum.inchoauit enim regnum abiæ filij/præferen⸗
do ipſum reliquis filijs. Quia ſapientioꝛ fuit ⁊ potentioꝛ ſup omnes
filios eiꝰ/⁊ in cũctis finibꝰ iude ⁊ bin'iamin/⁊ in omnibꝰ ciuitati⸗
bꝰ muratis. Hebraice habetur. Et intellexit ⁊ creuit plus oibꝰ filijs
eiꝰ in cũctis terris iehude ⁊ bin'iamin in cũctis ciuitatibꝰ munũ⸗
tis. De abia eſt ſermo/& narratur progreſſus eius uiuente patre: ucꝫ ꝙ pollebat
intelligentia/& uſus illa creuit ualde plusꝙ̃ reliqui filij patris ſui. creuit aũt uni⸗
uerſaliter in omnibus terris iudæ & ben'iamin/& ſpecialiter in ciuitatibus mu⸗
nitis in quibus conſiſtebat neruus regni. pꝛebuitqꝫ eis eſcas plurimas:
⁊ petiuit turbam vxoꝝ. Duo officia prudẽtiæ quibus creuit abias explican
tur: alterum ꝙ abundantiam annonæ ciuitatibus præbuit: alterum ꝙ multas
petiuit uxores/ut multos coniungeret ſibi affinitatis uinculo. ſic enim parauis

ſibi uiam ſuccedendi in regno / fauente ei patre. Reliqua expoſita uide in tertio regum ca.12.

CAPVT .XII.

CUmq; roboratũ fuiſſet regnũ rechabham ꝛ confortatũ/dereliq̄t legẽ dñi: ꝛ omnis iſrael cũ eo. Vide quantam uim habet peccatum principis. Anno aũt q̄nto regni rechabham aſcẽdit ſiſac rex egypti contra ieruſalaim(q̄a peccauerant dño. Verã uexationis cauſam reddit ſcriptura.)Cũ mille ꝛ ducentis currib9 ꝛ ſexaginta millib9 eq̄tũ: ꝛ non erat numer9 popl'i q̄ venerat cũ eo de egypto/lubim ſucchi'ijm ꝛ chuſim. Cepitq; citates munitas que erãt ĩ iehuda: ꝛ venit vſq; ad ieruſalaim.

¶ Et ſemah'ia propheta venit ad rechabham ꝛ ad principes iehude q̄ congregati erant ĩ ieruſalaim a facie ſiſac: dixitq; ad eos, ſic dixit dñs/Vos dereliq̄ſtis me ꝛ etiam ego dereliq̄ vos in manu ſiſac. Conſternatiq; principes. Hebraice hr̃. Et fuerũt humiliati principes iſrael ꝛ rex: ꝛ dixerũt/iuſt9 dñs. Fructuoſa narrat̃ monitio prophetæ. Cũq; vidiſſet dñs ꝙ humiliati eſſent/fact9 eſt ſermo dñi ad ſemah'iam dicendo: humiliati ſunt non diſperdam eos, ꝛ dabo eis pauxillũ auxilij. Hebraice habetur. ſicut paulũ euaſionis/ꝛ non ſtillabit furor me9 ſuper ieruſalaim per manũ ſiſac. ſaluauit.n. ieruſalem & templum/nec exercuit iuſtitiam ſuam ſuper ieruſalem quam merebantur. Sed ſeruient ei. Hinc habetur ꝙ tributarij effecti ſunt regis ægypti. ꝛ ſcient ſeruitutẽ meã ꝛ ſeruitutẽ regnoꝝ terraꝝ. Receſſit itaq; ſeſac rex egypti ab ieruſalem. Hebraice habetur. Et aſcendit ſiſac rex egypti ſuper ieruſalaim: ꝛ tulit theſauros dom9 dñi ꝛ theſauros dom9 regis/omnia tulit. Non narratur receſſus ſed aduentus regis ægypti in ieruſalem. dediderunt ſiquidem ciuitatem regi ægypti ſub fœdere ſeruitutis tributariæ cum theſauris publicis/templi uidelicet & regis: ut contextus ipſe teſtatur. ꝛ tulit clypeos aureos quos fecerat ſelomo. Fecitq; rex rechabham pro eis clypeos eneos: ꝛ tradidit illos principibus ſcutarioꝝ q̄ cuſtodiebant veſtibulũ palatij. Hebraice habetur. ꝛ conſtituit ſuper manũ principũ curſoꝝ cuſtodientiũ portam domus regis. Cũq; introiret rex domũ dñi: veniebãt curſores ꝛ portabant eos/ꝛ referebant eos ad cameram curſoꝝ. ſic enim uocabantur iſti miniſtri/eo ꝙ diſcurrebant iuſſi ut opus erat. Et quia humiliati ſunt, auerſus eſt ab eis furor dñi/ꝛ non deleti ſunt penit9: ꝛ etiam ĩ iehuda fuerũt bona opera. Duæ cauſæ redduntur diuinæ clementiæ. altera humilitas regis & principum ad uerbum ꝓphetæ: altera bonitas multoꝝ operum in iuda. maluit ſiquidem deus ꝓpter quædam bona opera clementer agere cum regno q̄̃ propter copiam malorum operum uti iuſtitia perdendo regnum.

Confortatuſq;

Digitized by Google

¶ Cōfortatuſq; eſt rex recbabbā in ieruſalaim ⁊ regnauit: quadraginta enim ⁊ vnius annorum erat recbabbam cum regnare cepit/⁊ decē ⁊ ſeptē annis regnauit in ieruſalaim ciuitate quam elegit dn̄s vt confirmaret. Hebraice habetur. vt poneret nomen ſuū ibi de omnibus tribubus iſrael. ſed ſententia eſt clara. ⁊ nomen matris ei⁹/nabama bammonithis. Fecitq; malum: ⁊ nō preparauit. Hebraice habetur. quia non direxit cor ſuum ad querendū dominum. Ideo fecit malum quia nō direxit cor ſuum ad quærendum quæ ſunt mi dei ſunt. Opera āt recbabbā priora ⁊ poſteriora/nōne ipſa ſcripta ſunt in verbis ſemab'ie prophete ⁊ biddo videntis ⁊ diligenter expoſita. Iuxta hebraū hr. recenſendo genealogiā/⁊ bella recbabbam ⁊ iarobbam omnib⁹ dieb⁹. Materia libri cui inſerta ſunt geſta roboham narratur. & iſtis quoq; libris propheta᷑ caremus. Dormiuitq; recbabbam cum patribus ſuis/⁊ ſepultus eſt in ciuitate dauid: ⁊ regnauit abi'ia filius eius pro eo.

CAPVT .XIII.

Anno decimooctauo regis iarobbam regnauit abi'ia ſuper iebudam. Tribus annis regnauit i ieruſalaim/⁊ nomen matris eius micha'iabu filia vriel de gbibba. In ca. xi. mater abiæ dicitur filia abiſalom/hic autem filia uriel. Forte binomius erat pater iſtius: uel alter naturalis/alter legalis pater fuit. ⁊ fuit bellum inter abi'iam ⁊ iarobbam. Cumq; iniſſet abia certamen ⁊ haberet bellicoſiſſimos viros. Hebraice habetur. Et ligauit abi'ia bellum in exercitu potentiū belli. Coactio & ordinatio exercitus narratur. ⁊ quadraginta millium virorum electorum. Superfluit & appoſitiue enim explicatur numerus robuſtorum ad bellum. Et corrigendus eſt numerus: quoniam hebraice habetur numerus quadringentorum millium. ⁊ iarobbam diſpoſuit cum eo prelium in octoginta millibus. Corrupta eſt litera: legendum eſſet iuxta hebræum in octingentis millibus virorum electorum potentium fortitudine. dupla enim narratur multitudo ierobohami regis iſrael.

¶ Surrexitq; abi'ia deſuper in montē ʒemaraim qui eſt in monte eph'raim: ⁊ ait/audite me iarobbam ⁊ omnis iſrael. Nōne veſtrum eſt ſcire q dominus deus iſrael dedit regnū dauidi ſuper iſrael in ſeculum/ei ⁊ filijs eius in pacto ſalis? Alias diximus ignotum nobis eſſe unde firmitas pacti cognominata ſit pactum ſalis apud priſcos: hoc enim ex moſe ſumptum eſt. Et ſurrexit iarobbam filius nebat ſeruus ſelomonis filij dauidis: ⁊ rebellauit contra dominū ſuum. Congregatiq; ſunt ad eum viri vaniſſimi. Hebraice habetur. viri vacui. quales ſunt qui ocio delectāt. filij beli'iabal/⁊ preualuerūt ſup recbabbam filiū ſelomonis: porro recbabbā erat rudis ⁊ corde pauido/

Digitized by Google

nec potuit reſiſtere eis. Hebraice habetur. ⁊ rechabbam puer ⁊ tener corde / ⁊ non roborauit ſe ante eos. Appellatur roboham puer nõ ætate (quoniam quadrageſimum tráſierat annum cum regnare cœpiſſet) ſed ingenio: ut teſtatur reſponſio quam dedit populo quæ fuit cauſa ſciſſionis regni. Animo quoq; puer deſcribitur narrando tenerum cor illius: immo muliebris per hoc deſcribitur animus. Nunc ergo vos dicitis ꝙ reſiſtere poſſitis regno domini quod poſſidet per filios dauidis. Hebraice hr. Et nũc vos dicentes roboratos eſſe coram regno iehouah in manu filioꝝ dauidis. Non contra ſe ſed contra regnum dei rex abia iactare iſraelem robur ſuũ manifeſtat: & propterea conditiones cõtrarias regno dei in iſraelitis / præceptas autem diuina lege, in iuda ſubiungit. eſtiſqꝫ turba multa / ⁊ vobiſcũ ſunt vituli aurei quos fecit vobis iarobbam in deos. Nõne eieciſtis ſacerdotes domini filios aharon ⁊ leuitas / ⁊ feciſtis vobis ſacerdotes ſicut populi terrarũ: quicunqꝫ venerit ⁊ initiauerit manũ ſuam in tauro ⁊ in bob⁹. Hebraice habet. in tauro filio bouis. ad differentiam tauri bubalini. ⁊ arietib⁹ ſeptem / erit ſacerdos non diis. Narratur ꝙ apud eos ſufficiebat ad ſacerdotium ungere manum ſanguine tauri & ſeptem arietum / quemadmodum ſacerdotes gentiliũ conſecrabantur. Noſter aũt dominus deus eſt. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et nos / iehouah elohe noſter. ut ſit punctus poſt pronomen nos. & e regione iſraelitarũ dicit & nos: ſtatimq; incipit ſubiũgere quod præcipuum erat / uidelicet ſummus deus eſt gubernator noſter. ⁊ non dereliquimus eum: ſacerdoteſqꝫ miniſtrant domino filij aharon ⁊ leuite in opere. Et ſuffiunt domino holocauſta per ſingulos dies mane ⁊ veſperi ⁊ thymiama aromatum / ⁊ proponitur panis in menſa munda / eſtqꝫ candelabrum aureum ⁊ lucerne eius vt accendantur ſemper ad veſperam. Hebraice habetur. ad ardendũ i veſpa i veſpa. Nec per hoc excluditur quin arderent etiam tota die / ſed præcipui termini tangũtur: uidelicet ꝙ hora ueſpertina integra opera adhibebatur lucernis / mane autem uiſitabantur ad continuandum lumen uſq; ad ueſperam, in qua iterum parabantur lucernæ. nos quippe cuſtodimus precepta domini dei noſtri. Hebraice habetur. quia nos cuſtodientes cuſtodiam iehouah elohe noſtri / ⁊ vos reliquiſtis eum. Gloriatur (in deo tamen) ꝙ ſeruant cuſtodias præceptas in templo / & illi econuerſo reliquerunt. Ergo in exercitu noſtro dux deus eſt. Hebraice habetur. Et ecce nobiſcum in caput elohim. qui uere eſt elohim. ⁊ ſacerdotes eius ⁊ tube clangoris ad clangendum contra vos: filij iſrael non pugnetis cum domino deo patrum veſtrorum / quia non expedit vobis. Hebraice habetur. qa non proficietis. in bello aduerſus elohim caput noſtrum.

Hec illo loquẽte. Interpres addidit hæc uerba: nã hebraice hr. Et iarobbã gyrauit iſidias ad veniẽdũ poſt tergũ eoꝝ. Deide imediate ſubdit diſtinctio exercitus ierobohã. ⁊ fuerũt corã iehuda / ⁊ iſidie poſt eos. in

Digitized by Google

iſtas.n.duas ptes diſtinctus erat exercitus iſrael:alterā in facie/alterā in tergo iu-
dæ. Reſpicienſq3 iudas. Hebraice habetur. Et verterunt ſe iehuda.
Verterunt autem facies ſpeculando eos qui erant a tergo. ⁊ ecce eis bellū an-
te ⁊ retro/⁊ clamauerunt ad dominum:⁊ ſacerdotes clangebant
tubis. Viriq3 iehude vociferati ſunt: ⁊ illis vociferātibus per-
terruit deus. Hebraice habetur. elohim mortificauit iarobhā ⁊ om-
nem iſraelem coram abi'ia ⁊ iehuda. animos & corpora iſraelis ſupre-
mus gubnator & iudex debilitate affecit/ut cæderēt a iuda. Fugerūtq3 filij
iſrael a facie iehude:⁊ tradidit eos de⁹ i manū co⁊. Nomē ē elohim.
Percuſſerūtq3 eos abi'ia ⁊ popul⁹ ei⁹ plaga magna: ⁊ corruerūt
vulnerati ex iſrael qnqginta millia viro⁊ fortiū. Hebraice hr. ⁊ ceci
derunt interfecti ex iſrael quingenta millia virorum electo⁊. Ma
xima clades fuit: & exceſſiuus numerus uiſus eſt ijs qui ſcripſerunt quinquagin-
ta millia. Humiliatiq3 ſunt filij iſrael in tempore illo: ⁊ confortati
ſunt filij iehude/eo q ſperaſſent in domino deo patrum ſuorum.
Perſecut⁹ ē āt abi'ia iarobhā/⁊ cepit ab eo ciuitates: beth'el ⁊
filias eius/ieſanam ⁊ filias eius/heph'ron ⁊ filias ei⁹. Et non va
luit fortitudo iarobham vltra in diebus abi'iahu: percuſſitq3 eū
dominus ⁊ mortuus eſt.

¶ Igitur abia cōfortato imperio ſuo/accepit vxores quattuor-
decim. Hebraice habetur. Et roborauit ſe abi'ia / ⁊ accepit ſibi vxo-
res quattuordecim:genuitq3 vigintiduos filios ⁊ ſedecim filias.
Non narratur q poſt roboratum imperium accæperit uxores quattuordecim &
genuerit tot filios: ſed narratur & robur regni & multitudo uxorum & genera-
tio tot filiorum. Reliquum autem verborum abi'ie ⁊ viarum eius ⁊
operum eius/ſcriptum eſt in expoſitione prophete hiddo. Dor-
miuitq3 abi'ia cū patribus ſuis ⁊ ſepelierunt eū in ciuitate dauid/
⁊ regnauit aſa filius eius pro eo:in cuius diebus qeuit terra de-
cem annis.

CAPVT .XIIII.

FEcit autem aſa quod bonum ⁊ placitum erat. Hebraice
habetur. bonum ⁊ rectum in oculis domini dei ſui Et rectū
quidem refertur ad iuſtitiam: bonum autem ad utile diuino cultui.
Remouitq3 altaria peregrini cultus ⁊ excelſa. idolorum.
nam excælſa in quibus immolabatur uero deo non abſtulit: ut in calce ſequentis
capituli dicitur. ⁊ confregit ſtatuas/⁊ ſuccidit lucos. Et precepit ie
hude vt quereret dominum deum patrum ſuorum/ ⁊ vt faceret
legē ⁊ mandatū. Et remouit de cūctis citatib⁹iehude aras ⁊ pha
na. Hebraice hr. excelſa ⁊ ſimulachra. Ita q nō ſolū ex ieruſalē ſed ēt de cun
ctis urbibus iudæ hæc abſtulit. ueq; non quæcūq; ſimulachra ſed ea qbus uenera-
banť ſolē ſonat dictio hebraica. ⁊ qeuit regnū añ eū. Edificauit quoq3

ciuitates munitas in iehuda: quia quietus erat ⁊ nulla tempori-bus eius bella ſurrexerant. Hebraice habetur. quia qeuit terra ⁊ non cum eo bellum annis iſtis. ucꝫ prædictis decem. quia dominus re-quieſcere fecit eum. Dixit autem iehude: edificemus ciuitates iſtas/ ⁊ vallemus muris ⁊ turribus ⁊ oſtijs ⁊ feris donec a bel-lis requieſcit terra, quia queſiuimus dominum deum noſtrum/ queſiuimus ⁊ requieſcere fecit nos per gyrum: edificauerũtqꝫ ⁊ proſperati ſunt.

¶ Habuit autem aſa in exercitu ſuo portantium ſcutũ ⁊ haſtam de iehuda trecenta millia/ ⁊ de bin'iamin portantium clypeum ⁊ tendentiũ arcũ ducenta ⁊ octoginta millia: oẽs iſti potentes for-titudine. Egreſſus eſt autem contra eos zerach ethiops cũ exer-citu mille milliũ ⁊ curribus trecentis: ⁊ venit vſqꝫ ad mareſam. Egreſſuſqꝫ eſt aſa contra eum: ⁊ diſpoſuit preliũ in valle zepha-the iuxta mareſam. Clamauitqꝫ aſa ad dominum deum ſuũ/ ⁊ ait: dñe nõ ẽ apud te vlla diſtãtia vtrũ i paucis auxilieris an in pluribꝰ. Iuxta hebræũ hr. iehouah nõ tecum ad auxiliandum cum multitudine nõ forti. hoc ẽ nõ es tu talis ut egeas multitudine ad adiuuã-dum eum cui non eſt fortitudo/ ſed potes ſine multitudine adiuuare. adiuua nos domine deus noſter/ in te enim. Hebraice habetur. in te enim innixi ſumus. Et deinde ſequitur. ⁊ in nomine tuo venimus con-tra turbam hanc: domine/ deus noſter tu, non valebit tecum homo. ſed materia non exigit tam exactam literæ correctionem.

¶ Exterruit itaqꝫ. Hebraice hr. Et mortificauit dñs ethiopes corã aſa ⁊ corã iehuda. & intellige de mortificatione uirium corporꝝ & aioꝝ. ⁊ fugerunt ethiopes. Et pſecutꝰ eſt eos aſa ⁊ populus qui erat cũ eo vſqꝫ ad gherar, ⁊ ruerunt ethiopes vſqꝫ ad internitionem/ quia contriti ſunt coram domino ⁊ corã caſtris eius: tuleruntqꝫ ſpolia multa valde. Et percuſſerunt omnes ciuitates per cir-cumitum gherar/ quia terror domini fuit ſuper eas: ⁊ diripue-rũt omnes ciuitates/ quia preda multa erat in eis. Et etiam ten-toria armentorum percuſſerunt: ⁊ ceperunt oues in multitudine ⁊ camelos/ ⁊ reuerſi ſunt in ieruſalaim.

CAPVT .XV.

Actus eſt aũt ſpiritꝰ dei ſuper hazar'iahu filiũ hodcd.
Qui egreſſus eſt ante aſam ⁊ dixit ei: audite me aſa ⁊
f oĩs iehuda ⁊ bin'iamin/ dñs vobiſcũ cũ eſtis cũ eo: ⁊
ſi queſieritis eũ inuenietur vobis/ ⁊ ſi dereliqueritis
eũ derelinquet vos. Tranſibũt aũt dies multi in iſra-
el abſqꝫ deo vero ⁊ abſqꝫ ſacerdote/ abſqꝫ doctore quoqꝫ ⁊ abſqꝫ

lege. Iuxta hebræum habetur. Et dies multi iſraeli: in non elohe ueritatis ⁊ in non ſacerdote docente/⁊ in non lege. Non dicit tranſibūt multi dies/ſed dicit abſolute dies multi: & propterea ſermo iſte non arctatur ad futurum tempus. & dicendo iſraeli/non arctatur ad regnum iudæ. Et immediate ſequitur non ſicut habet uulgata æditio. Cūq; reuerſi fuerint in anguſtia ſua/⁊ clamauerint ad dñm deū iſrael ⁊ quæſierint eū, inuenient. ſed. Et reuerſus eſt in anguſtia ſibi ad iehouah elohe iſraelis: ⁊ quæſierūt eū/⁊ fuit inuentꝰ eis. Iſta uerba præteriti temporis inſinuant q̃ propheta iſte præterita refert, afferendo in teſtimonium mala præterita populi iſrael/ut efficax ſit exhortatio ad futura bona opera. Quod ergo dicit dies multi iſraeli abſq; uero deo, uerificatum erat in populo iſrael tum in regno iſrael iugiter/tum in regno iudæ ad tempus: uidelicet tempore roboham/ut ca.12. ſcriptū ē. tūc.n. uerificata ſunt oīa hæc: ut patet. 3. reg. 14. quo ad idolatriā & peccata ſine iugo legis/ſine ſacerdotio cōmuni omnibus/ſine doctore ueræ religionis. Reuerſio autem ad ſummum deum in anguſtia/uerificata erat & tempore robohā (ut patet ſuperius ca.12.) & tempore abiæ filij eius: ut patet ca.13. In tempore illo non erit pax. Hebraice habetur. Et in temporibꝰ illis non pax exeunti ⁊ ingredienti: q̃a terrores multi ſuper omnes habitatores terrarū. Non dicit in futuro tempore: quoniam abſq; uerbo dicit in temporibus illis non pax. demonſtrantur enim tempora præterita/quibus coluerāt non uerum deum & abſq; lege uixerant: nam & hæc uerificata fuerunt tempore roboham diripiente ſeſac rege ægypti regnum iudæ: ut ſuperius ſcripta teſtantur. Pugnabit.n. gens in gentem ⁊ ciuitas contra ciuitatem: q̃a dominꝰ conturbabit eos. iuxta hebræum habetur. Et fuerūt ꝯtuſe gēs in gente ⁊ ciuitas in ciuitate: q̃a elohim conturbauit eos ī omni anguſtia. Verba iſta præteriti temporis/teſtantur q̄ res geſtas refert propheta: geſtas inquam tempore roboham iuſto dei iudicio mediante exercitu ſeſac regis ægypti. Phraſi autem hebraicæ tribuendum eſt gens in gente & ciuitas in ciuitate: hoc eſt gens inter gentes & ciuitas inter ciuitates. Et eſt ſenſus q̄ qualibet gens & qualibet ciuitas oppreſſa eſt. Vos ergo confortamini/⁊ non diſſoluantur manus veſtre: erit enim merces. Parui refert q̃ hebraice habetur. Et vos inualeſcite/⁊ non lenteſcent manus veſtre: quia eſt merces operi veſtro. Ab exemplo præteritorum hortatur eos ut inualeſcant ad ea quæ ſunt ſummi dei: quoniam non erit uana opera eorum ſed mercedem in promptu uident/utpote tunc experti.

¶ Cūq; audiſſet aſa verba hec ⁊ prophetiam oded ꝓphete confortatꝰ eſt/⁊ abſtulit abominationes de tota terra iehude ⁊ biniamin/⁊ de ciuitatibꝰ quas cepit de monte ephraim: ⁊ dedicauit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ renouauit altare domini quod ante porticū domini. Qua autem reſtauratione indigebat altare/non eſt ſcriptū. Congregauitq; totū iehudā ⁊ biniamin/⁊ aduenas cū eis de ephraim ⁊ menaſſe ⁊ de ſimeon: q̃a tranſfugerūt ad eū de iſrael in mul-

titudine/cū viderent q dñs de⁹ ei⁹ eſſet cū eo.

¶ Congregatiq; ſunt in ieruſalaim menſe tertio/anno qntodecimo regni aſe. Feſtum pentecoſtes innuitur. Et immolauerūt dño i die illo de preda quam adduxerāt: boues ſeptingentos/ & oviū ſeptē millia. Et intrauit ex more ad corroborandū fed⁹. Iuxta hebraum habetur. Et venerūt in pactū ad querendū iehouah elohe patrū ſuoꝝ in toto corde ſuo & in tota anima ſua. Nouum pactum ſignificatur communi uoto factum. Vnde ſubiuncta uerba. Si qs aūt inqt nō quęſierit dñz deū iſrael/moriat: a paruo vſq; ad magnū/a viro vſq; ad mulierem. legenda ſunt ſine uerbo illo inquit. nam in hebræo non habet & ſed cōmuni ſcribuntur pacto decreta. Iurauerūtq; dño voce magna & in iubilo: & in tubis & in buccinis. Et letat⁹ eſt tot⁹ iehuda ſuper execratione. Hebraice habetur. ſuper iuramento. & eſt ſententia clara. qa i toto corde ſuo iurauerūt/ & in tota volūtate ſua queſierūt eū & inuent⁹ eſt eis: preſtitiq; eis dñs requiem p circuitum

¶ Et ēt mahacham matrem/ aſa rex ex auguſto depoſuit imperio. Hebraice habetur. remouit a principatu. Aliqua regali adminiſtratione narratur priuata in pœnam: q̄uis non exprimatur illa. eo q feccerat in luco ſimulachrū priapi. Hebraice nulla fit priapi mentio: creditur tamen tale ſimulachrum fuiſſe/cui ſacerdos erat mater regis. concidítq; aſa ſimulachrū ei⁹/ & cōminuit ac cōbuſſit in torrente cidron. Excelſa aūt nō abſtulerūt de iſrael: verūtamen cor aſe fuit pfectū oībus dieb⁹ ei⁹. quo ad cultum unius ſummi dei. quamuis enim peccauerit in alijs (ut in ſequenti narratur capitulo) non tamen peccauit colendo alios deos/ aut relinquendo ipſum dei cultum. Eaq; que vouerat pater ſu⁹ & ipſe/ intulit in domū domini: argentū & auꝝ/vaſorūq; diuerſam ſupellectilem. Hebraice habetur. Et intulit ſanctificationes patris ſui & ſanctificationes ſuas i domū elohim: argentū & auꝝ & vaſa. nec aliud ſcribitur in hebræo/q̄uis uulgata æditio aliud ſonet. Sanctificationes aūt appellant res dicatæ deo in templo. Et bellū nō fuit vſq; ad trigeſimū annū regni aſa. Hebraice habetur. vſq; ad annū trigeſimū & qntū regni ei⁹. ſed hanc literam corruptam eſſe apud hebræos/in principio ſequentis capituli manifeſtabitur.

CAPVT .XVI.

In anno trigeſimoſexto regni aſe/aſcendit baaſa rex iſrael contra iehudam. Aduerte prudens lector/& diligenter confer ſcripta. 3. reg. ca. 15. & 16. cum ſcriptis hic: & compe‑
1 ries falſum eſſe quod hic ſcribitur/erroreq; ſcriptorum ſcriptum eſſe annum trigeſimumſextum cum debuiſſet ſcribi annus uigeſimuſſextus. & ſimiliter in calce præcedentis capituli debuit ſcribi annus uigeſimuſquintus: utrobiq; enim decem anni ſunt adiuncti. Conuincitur autem falſitas.

ex eo ꝙ bahaſa rex iſrael incœpit regnare anno tertio aſæ regis iudæ/& regnauit annis uigintiquattuor:& poſt eum multi reges annis fere duodecim/ita ꝙ achab poſt illos regnauit in iſrael anno trigeſimooctauo eiuſdem aſæ.ex hoc itaq; ꝙ inter mortem bahaſæ & initium regni achab āno trigeſimooctauo regni aſæ fluxerunt anni fere duodecim uel circa, manifeſte patet falſum eſſe ꝙ bahaſa mouerit bellum contra aſam anno trigeſimoſexto regni ipſius aſæ. ⁊ muro circundabat. Hebraice habetur. ⁊ edificauit ramam/ad nō dandū egredientem ⁊ ingredientem aſe regi iehude. Hæc hiſtoria tractata eſt.3.reg.15.& ideo pertranſeo.

¶ Protulit aūt aſa argentū ⁊ auꝝ de theſauris domꝰ dñi ⁊ domꝰ regis: ⁊ miſit ad ben'hadad regem ſyrie q habitabat i damaſco dicendo. Fedꝰ inter me ⁊ te eſt ⁊ inter patrem meū ⁊ patrem tuū: ecce miſi ad te argentū ⁊ auꝝ/ vade irrita fedꝰ quod habes cū bahaſa rege iſrael ⁊ fac eū aſcēdere a me. Exaudiuitq; ben'hadad regem aſam: ⁊ miſit principes exercituū ſuoꝝ ad ciuitates iſrael/⁊ percuſſerūt hi'ion ⁊ dan ⁊ abel'maim ⁊ omnes ciuitates muratas. Hebraice habetur. ⁊ oēs theſauroꝝ ciuitates naphthali. quæ erant præcipuæ:utpote ſeruantes pro alijs opportuna. ¶ Quod cū audiſſet bahaſa/deſijt edificare ramam: ⁊ intermiſit opꝰ ſuū. Porro aſa aſſumpſit totum iehudā/⁊ tulerunt lapides rame ⁊ ligna que edificatio ni preparauerat. Hebraice habetur. ⁊ ligna eiꝰ que edificauit bahaſa. ita ꝙ ex ædificio facto lapides & ligna abſtulerunt. ⁊ edificauit ex eis ghebah ⁊ mizpam.

IN tempore aūt illo venit chanani propheta ad aſam regem iehude/⁊ dixit ei: qa innixus es ſuper regē ſyrie ⁊ nō innixus es ſuper dñm deū tuū,idcirco euaſit exercitꝰ regis ſyrie de manu tua. Hinc colligitur ꝙ aſa timebat regem ſyriæ confœderatum regi iſrael aduerſus ipſum aſam: & timore exercitus regis ſyriæ/miſit ad ipſum ſyriæ regem aurum ut frangeret fœdus quod habebat cum rege iſrael.niſi.n.aſa timuiſſet exercitum ſyriæ, nequaq̄ dixiſſet propheta idcirco euaſit exercitus regis ſyriæ de manu tua. Aperit.n.ꝙ ſi innixus fuiſſet ſummo deo, ueniſſent utiq; ſyri cum iſraelitis aduerſus eum/ſed non euaſiſſent de manu ipſius. & hoc conſequenter probat ab exemplo æthiopum de quibus ſupra habitus eſt ſermo. Nonne ethiopes ⁊ lubim fuerūt cū exercitu copioſo/cū curribꝰ ⁊ eqtibꝰ multis valde: ⁊ cū innixꝰ fuiſti ſuper dñm/dedit eos in manū tuā: Oculi.n. dñi contemplantur totam terram/⁊ prebent fortitudinem ijs qui corde perfecto credūt in eū: ſtulte igitur egiſti. Hebraice habetur. inſaniſti ſuper hoc. Diuina authoritate fultus propheta/manifeſtat regi inſaniam eius. ⁊ propter hoc etiam preſenti tēpore aduerſum te bella cōſurgūt. Hebraice habetur. qa ex nūc ſunt tecū bella. Longo ſiqdem tempore pax fuerat: ſed in pœnam diffidentiæ eius factum eſt ut ex tunc bella aduerſus eum conſurgerent.

¶ Iratuſqʒ eſt aſa contra videntem/ ⁊ iuſſit eũ mitti in neruum. Hebraice habetur. ⁊ poſuit eũ in domo carceris. Ecce alterum peccatum regis aſæ. Valde quippe ſuper hoc fuit dñs indignatꝰ. Hebraice habet. quia in ira cum eo ſuper hoc. Nec nominatur deus: ſed interpres eo ꝙ iam ſcripta erat ira regis aduerſus prophetam/ expoſuit de ira dei. & rõnabiliter: quia in ira diuina agebatur cum aſa propter diffidẽtiam eius. rõ ſiqdẽ quare affixerit prophetam/ redditur ex parte diuinæ iuſtitiæ deſerentis aſam. Magna ac peſſima ſpecies iræ dei eſt/ qua deſerit hominem qui peccauit ut peccata peccatis accumulet. ⁊ interfecit de populo in tẽpore illo plurimos. Hebraice hr. ⁊ fregit aſa ex populo in tempore illo. Oppreſſio populi facta tunc ab aſa rege ſcribitur: qualis autem/ non patet.

¶ Et ecce opera aſe priora ⁊ poſteriora/ ſcripta ſunt in libro regũ iehude ⁊ iſrael. Ægrotauitqʒ aſa ãno trigeſimonono regni ſui dolore pedũ/ vehementiſſimo. Hebraice habetur. vſqʒ in ſupra egrotatio eiꝰ. Et ad literã uidetur ſignificari ꝙ ægritudo pedum fuit uſqʒ ad ſummum doloris gradum. ⁊ etiam in infirmitate ſua nõ queſiuit dñm/ ſed magis in medicoꝝ arte confiſus ẽ. Hebraice habetur. quia in medicis. Non arguitur ꝙ uſus fuerit medicis/ ſed ꝙ uſus medicoꝝ fuerit ei rõ ut nõ quæreret ſanitatem a deo: non uituperatur uſus medicinæ/ ſed uti ſic ut obliuiſcamur diuinæ gratiæ. Oportet.n. hoc facere & illud non omittere urgente ægritudine.

¶ Dormiuitqʒ aſa cũ patribꝰ ſuis: ⁊ mortuꝰ ẽ quadrageſimoprimo ãno regni ſui. Et ſepelierunt eũ in ſepulchro ſuo quod foderat ſibi in ciuitate dauid: ⁊ poſuerunt eũ ſuper lectum ſuum. Superfluit ſuum. plenum aromatibꝰ. Hebraice habetur. quẽ impleuit aromatibꝰ. ipſe ſiquidem rex uiuens impleuerat ſibi ſtratum feretri ſeu loculũ aromatibus. ⁊ vnguentis meretricijs que erant pigmentariorum arte confecta. Hebraice habetur. ⁊ aromatibꝰ aromatizatis aromatario ope. Dictio tamen ultimo interpretata aromatibus poteſt interpretari uaſis. & quadrat ut etiam uaſa ſignificentur aromatizata in quibus cadauer erat. ⁊ cõbuſſerunt ſuper eum ambitione nimia. Hebraice habetur. cõbuſtione magna vſqʒ valde. Prima combuſtio regij cadaueris poſt cõbuſtionem corporis ſaulis legitur iſta: ſed qualiter fieret non ſcribitur. ſaulis ſiquidem carnes non oſſa combuſta legimus: de iſta autem hebraica litera habet & combuſſerunt ad eum. ita ꝙ incertum remanet quid eius combuſtum fuerit.

CAPVT .XVII.

RÆgnauit aũt iehoſaphat filiꝰ eiꝰ pro eo: ⁊ inualuit contra iſrael. Et poſuit preſidia in omnibꝰ ciuitatibꝰ iehude munitis: ⁊ poſuit prefectos in terra iehude/ ⁊ in ciuitatibꝰ ephraim quas ceperat aſa pater eiꝰ. Fuitqʒ dñs cum iehoſaphat: quia ambulauit ĩ vijs dauid patris ſui primis. ad differentiam uiarum poſteriorum dauidis / quibus declinauit a recto in facto

uriæ & numeratione populi. ⁊ non queſiuit behalim. Quia deū pr̄is ſui queſiuit/⁊ in præceptis eius ambulauit: ⁊ non iuxta opa iſraelis. Confirmauitq; dominus regnum in manu eius/⁊ dedit totus iehuda munera iehoſaphat: ⁊ fuerunt ei infinite diuitie ⁊ gloria in multitudine. Superfluit infinitæ/& gloria ponit̄ loco honoris: ſed hæc minutula pertranſeunda hic uidentur.

Eleuauitq; cor ſuū in vijs domini: ⁊ adhuc abſtulit excelſa ⁊ lucos de iehuda. Tertio aūt anno regni ſui miſit principes ſuos (ben'chail ⁊ hobad'iā ⁊ zechar'iā ⁊ nethan'el ⁊ micha'iahu)ad docendū in ciuitatib⁹ iehude. Et cū eis leuitas / ſemah'iahu ⁊ nethan'iahu ⁊ zebad'iahu ⁊ haſael ⁊ ſemiramoth ⁊ iehonathan ⁊ adoni'iahu ⁊ tobi'iahu ⁊ tob'adoniam leuitas: ⁊ cū eis eliſamah ⁊ iehoram ſacerdotes. Vere officium religioſiſſimi principis exercuit. Docueruntq; in iehuda/⁊ cum eis erat liber legis domini: ⁊ circūierunt per omnes ciuitates iehude/⁊ docuerunt populum. Factuſq; eſt pauor domini ſuper omnia regna terrarum que erant per gyr iehude: ⁊ non bellauerunt contra iehoſaphat. Benignitas dei ſecuta eruditionem populi monſtratur. Et de peliſthim deferebāt iehoſaphat munus ⁊ vectigal argenti. Hebraice habetur. ⁊ argenti onus. Tributum peliſthinorum (quod appellatum eſt munus) explicatur q̄ erat argenti onus. harabes quoq; adducebāt ei ouiū arietum ſeptem millia ⁊ ſeptingentas/⁊ hircor ſeptē millia ⁊ ſeptingentos.

Fuitq; iehoſaphat vadens ⁊ grandeſcens vſq; in ſublime: ⁊ edificauit in iehuda domos ad inſtar turriū vrbeſq; muratas. Hebraice habetur. palatia ⁊ ciuitates theſaurorum. tum ad alimenta tum ad bella. Opuſq; multum fuit ei in ciuitatib⁹ iehude: ⁊ viri bellatores potentes viribus in ieruſalaim. Et iſti numeri eor per domos pr̄m eor: i iehuda principes milliū/hadna priceps ⁊ cū eo potētiū fortitudine trecēta millia. Poſt hūc. Hebraice hr̄. Et ſup manū ei⁹. hoc eſt & illi initebat̄. iehochanan princeps/⁊ cū eo potētium fortitudine ducenta ⁊ octoginta millia. Poſt illum quoq;. Legendum ſimiliter eſt. Et ſuper manū ei⁹. referturq; ſecundus. hamaſ'ia fili⁹ zich'ri conſecratus domino. Hebraice habetur. deuot⁹ iehouah. ſignificat enim hebraic adictio ſpontaneum ſui datorem: nazaræus ſiquidem uidetur ſignificari. ⁊ cum eo ducenta millia potentium fortitudine. Hunc ſequebatur robuſtus ad prelia eliada. Hebraice habetur. Et de bin'iamin potens fortitudine el iadah. Sententia eſt clara. ⁊ cum eo armator͂ū arcu ⁊ clypeo ducēta millia. Poſt iſtum etiam. Hebraice habetur. Et ſuper manum eius iehozabad. Alter princeps filiorum ben'iamin innixus primo ſupputatur. ⁊ cum eo centum ⁊ octoginta millia expeditor ad exercitum. Hi omnes erant ad manū regis. Hebraice habetur. Iſti ſeruientes cum rege. non cum rege quantum

ad habitationem.non enim omnes iſti ſequebantur perſonã regis:ſed deſcribunt adhærentes regi/ad differentiam aliorum qui manebant in præſidijs urbium qui non egrediebantur cũ rege ad præliũ:ut clare ſubiungitur. exceptis ijs quos poſuerat rex in ciuitatibus munitis in toto iehuda.

CAPVT .XVIII.

Abuitq; iehoſaphat diuitias ⁊ honorẽ in multitudine: ⁊ affinitate coniunctus eſt ach'ab. dando ioram filio ſuo filiam achab regis iſrael in uxorem. Deſcenditq; poſt duos ãnos ad ach'ab in ſomeron / ⁊ mactauit ei ach'ab oues ⁊ boues in multitudine ⁊ populo q erat cum eo:⁊ ſuaſit ei vt aſcenderet ĩ ramoth ghilhad. Dixitq; ach'ab rex iſrael ad iehoſaphat regem iehude/ veni mecum. Hebraice habetur. num ibis mecũ in ramoth ghilhad? Honeſtius petijt.hiſtoria hæc diffuſe tractata eſt.3.reg.22. & propterea uide quæ ſubiunguntur expoſita ibi. ⁊ dixit ei:ſicut ego ſic tu/⁊ ſicut popul⁹ tu⁹ ſic popul⁹ me⁹/⁊ tecũ erimus in bello.

¶ Dixitq; iehoſaphat ad regem iſrael/cõſule queſo hodie ſermonem domini. Congregauitq; rex iſrael prophetas quadringentos viros: ⁊ dixit ad eos/irene debem⁹ ĩ ramoth ghilhad ad bellũ an qeſcere? ⁊ dixerũt/ aſcende ⁊ tradet de⁹ in manũ regis. Nomen eſt elohim. Dixitq; iehoſaphat/an non eſt hic adhuc propheta domini ⁊ ab illo requiremus? Et ait rex iſrael ad iehoſaphat: adhuc eſt vir vn⁹ ad reqrendũ dominũ p eũ/ ſed ego odi eũ q a non ꝓphetat mihi bonũ ſed malũ oĩ tpe. Hebraice habetur. omnib⁹ diebus ſuis. Pronomen omiſerat interpres. ipſe eſt micha'iehu fili⁹ ijmle. Nõ eſt iſte ille micheas qui ſupputatur inter duodecim prophetas: quandoqdẽ ille fuit longe poſt: utpote tempore iotham regis iudæ filij huziæ leproſi/ iſte aũt tempore ioſaphat. dixitq; iehoſaphat/ ne loquatur rex hoc modo.

Uocauitq; rex iſrael eunuchũ vnũ: ⁊ dixit/ voca cito micha'iehu filiũ ijmle. ¶ Porro rex iſrael ⁊ iehoſaphat rex iehude ſedebãt vnuſqſq; ſuper ſoliũ ſuũ veſtiti cultu regio. Hebraice habetur. induti veſtib⁹. Non ſolum ad differentiam armorum (quia ne; non erant armati) ſed etiam ad ſignificandum ornamentum ueſtium dicitur q erant induti ueſtibus. ſedebantq; in area introit⁹ porte ſomeron/⁊ omnes prophete vaticinabãtur corã eis. Fecitq; ſibi zidci'iahu fili⁹ chenahane cornua ferrea:⁊ dixit/ſic dixit dñs/his ventilabis. Hebraice habet. cornupetes ſyros vſq; ad contritionẽ eoꝝ. quod quadrat cornibus. Omneſq; prophete vaticinabantur ſic dicendo: aſcende in ramoth ghilhad ⁊ proſpaberis/⁊ tradet dñs in manũ regis.

¶ Nũci⁹ ãt q ierat ad vocandũ micha'iehu ait ei: ecce verba ꝓphetaꝝ ore vno bonũ annunciant regi/ ſit queſo ſermo tu⁹ ſicut

vni⁹ ex eis ⁊ loquere bonū. Cui reſpōdit micha`iehu: viuit dn̄s q̄ quicquid dixerit de⁹ me⁹. Hebraice habetur, elohe me⁹ illud loquar. regulariter enim cum adiungitur pronomen/ ſcribitur elohe. Venit q̄ꝫ ad regem: ⁊ dixit rex ad eū/ micha irene debem⁹ in ramoth ghilhad ad bellū an quieſcere? ⁊ dixit/ aſcendite ⁊ proſperabimini ⁊ tradentur in man⁹ veſtras. Vide in libro regum expoſitionem ut diximus. Et dixit ad eū rex/ iterū atq̄ꝫ iterū. Hebraice habet̄. vſq̄ꝫ quot vices ego adiuro te/ vt non loquaris mihi niſi veritatem in nomine domini? Et hoc etiam expoſitum eſt ibi cum omnibus ſubiunctis. Et ait/ vidi totū iſrael diſperſum in montib⁹ ſicut oues non habentes paſtorem: ⁊ dixit dn̄s, non habent iſti dn̄os/ reuertatur vnuſq̄ſq̄ꝫ in domū ſuā in pace. Dixitq̄ꝫ rex iſrael ad iehoſaphat: nonne dixi tibi q̄ non prophetaret mihi bonū ſed malum?

Et dixit/ ideo audite verbū domini: vidi dominū ſedentē ſuper ſoliū ſuū/ ⁊ omnem exercitū celi ſtantem iuxta dextram ⁊ ſiniſtram ei⁹. Et dixit dn̄s/ q̄s decipiet ach`ab regem iſrael vt aſcendat ⁊ corruat in ramoth ghilhad? ⁊ dixit iſte ſic ⁊ ille ſic. Proceſſitq̄ꝫ. Hebraice habetur. Et egreſſus eſt ſpirit⁹ ⁊ ſtetit coram domino ⁊ ait/ ego decipiā eū: ⁊ dixit dn̄s ad eū/ in quo? Et dixit/ egrediar ⁊ ero ſpirit⁹ falſus in ore omniū prophetarū ei⁹: ⁊ dixit, decipies ⁊ etiam preualebis/ egredere ⁊ fac ita. Et nūc ecce dedit dominu⁹ ſpiritū falſum in ore omniū prophetarū tuorū iſtorū: ⁊ dn̄s locut⁹ eſt ſuper te malū. Acceſſit aūt ʒidci`iahu fili⁹ chenahane/ ⁊ percuſſit micha`iehu in maxilla: ⁊ dixit/ qua via tranſiuit ſpirit⁹ domini a me ad loquendū tecū? Dixitq̄ꝫ micha`iehu: ecce tu videbis in die illo quo ingredieris cubiculum in cubiculo vt abſcondaris.

Dixit aūt rex iſrael: tollite micha`iehu ⁊ ducite. Hebraice habetur. ⁊ facite reuerti eū ad amon principē ciuitatis ⁊ ad ioas filiū amalech. Quia hebraice habetur. hamelech. ſunt qui putant non eſſe nomē proprium, ſed ſignificari filium regis. forte frater erat ipſius ach`ab filius homri regis præfectus curiæ. Et diceris: ſic dixit rex/ mittite hūc in carcerem ⁊ date ei panis modicū ⁊ aque pauxillū. Hebraice utrobiq̄ꝫ habet̄ dictio ſignificans oppreſſionem. tam panis itaq̄ꝫ q̄ aqua oppreſſionis ſignificat̄. donec reuertar in pace. Dixitq̄ꝫ micha`iehu/ ſi reuerſus fueris in pace nō eſt dn̄s locut⁹ i me: ⁊ ait/ audite populi oēs. Teſtes inuocat uniuerſos uerborum quæ dixerat/ q̄ ſi reuerſus fuerit rex in pace nō fuerat locutus deus per eum.

AScendit itaq̄ꝫ rex iſrael ⁊ iehoſaphat rex iehude in ramoth ghilhad. Dixitq̄ꝫ rex iſrael ad iehoſaphat/ mutabo habitū ⁊ ſic ad pugnā veniā. Hebraice habetur. mutando veſtē ⁊ venire ad preliū. Scribitur enim hic quemadmodum & in libro regum ſine aliquo pro-

nomine uerbis infinitiui modi ſiue gerundij:ſed ſenſus ex ſubiunctis utrobiq; pa‑
tet. tu autem induere veſtibus tuis: mutauitq; ſe rex iſrael & in‑
greſſi ſunt prelium. Rex autē ſyrie preceperat ducib⁹ eqtat⁹ ſui:
Hebraice habetur. principib⁹ curruū ſuoꝝ dicendo: non pugnabitis
cū magno & paruo/ ſed cū rege iſrael ſolū. Et fuit cū vidiſſent prin
cipes curruū iehoſaphat dixerūt/ rex iſrael eſt, & circundederunt
eū dimicantes: clamauitq; iehoſaphat ad dn̄m. Supfluit ad domi‑
num. & auxiliat⁹ eſt ei atq; auertit. Hebraice habetur. & iehouah adiu
uit eū/ & incitauit eos elohim ab eo. Cauſam ſupremam tangit ſcriptura
& modum: uez internæ motionis principum curruum ſyriæ ut declinarent á io‑
ſaphat. Cumq; vidiſſent principes curruū ꝙ non eſſet rex iſrael/
auerſi ſunt ab eo.

Accidit aūt vt vn⁹ e populo ſagittā in incertū iaceret. Hebrai‑
ce hr̄. Et vir iaculat⁹ eſt arcu in puritate ſua. hoc eſt non ad hoc ut p‑
cuteret regē: puritas.n.a regia læſione ſignificat̄. & pcuteret regē iſrael iter
ceruicē & ſcapulas. Hebraice hr̄. & pcuſſit regē iſrael iter iuncturas
& inter loricam. Non dicit inter collum ſed inter iuncturas: ad inſinuandum
ꝙ inter iuncturas corporis (quæ ſunt in parte inferiori loricæ) fuit uulnus. at
ille aurige ſuo ait/ verte manū tuam & educ me de acie. Hebraice ha
betur. & trahe me de caſtris. Trahendum currum iubet extra prælij locum/
qa vulnerat⁹ ſum. Hebraice habet̄. qa egrotaui. Nec aurigæ uoluit ma‑
nifeſtare uulnus: ſed ſimulauit languorem. Et finita eſt pugna. Hebraice ha
betur. Et aſcendit preltū in die illo: & rex iſrael fuit ſtans in cur‑
ru contra ſyros vſq; ad veſperam. Vehementia prælij narratur perſe‑
uerante rege iſrael in curru contra ſyros uſq; ad ueſperam: ad manifeſtandum ꝙ
rex iſrael non fecit ſe trahi extra prælium ſic ꝙ in locum diſtantem currus in quo
erat traheretur/ ſed iuxta exercitū in poſtremis perſeueraret ut uideret exitū præ‑
lij. & mortuus eſt tempore occaſus ſolis.

CAPVT .XIX.

REuerſus eſt āt iehoſaphat rex iehude ad domū ſuam
pacifice. Hebraice habetur. in pace. hoc eſt illæſus atq; incolumis:
per pacem enim ſalutem ſignificant hebræi. i. ieruſalaim. Egreſ
ſuſq; eſt ante eum iehu fili⁹ chanani videns: & dixit ad
regem iehoſaphat/ impio prebes auxilium & ijs qui oderunt do‑
minū amicitia iūgeris. Hebraice habetur. num ipio auxiliari & oſo‑
ribus iehouah diliges? Vnica eſt ſententia/ num diliges auxiliari impio &
oſoribus ſummi dei? & intendit non interrogare, ſed arguere regem ꝙ iuerit ad
prælium cum ach'ab impio & inimico ſummi dei. & idcirco iram quidem
domini merebaris. Hebraice habetur. & in hoc eſt tibi ira a facie ie‑
houah. Ira pro uindicta ſumitur: manifeſtat propheta ioſaphat peccaſſe ex di‑
uina

uina ira aduerſus eum propter hoc. Sed opera bona inuenta ſunt in te: eo ꝙ abſtuleris lucos de terra ⁊ preparaueris. Hebraice habetur. ⁊ direxeris cor tuum. Quod autem ſubiungitur. vt requireres dominum deum patrum tuorum. hebraice habetur. ad requirendum elohim. nec adduntur tot dictiones.

HAbitauit ergo iehoſaphat ĩ ieruſalaim: rurſũq; egreſſus ē: Parui refert ꝙ hebraice hr. ⁊ reuerſus eſt ⁊ egreſſus eſt in populum a beerſebah vſq; ad montem ephraim/ ⁊ reduxit eos ad dominum deum patrum ſuorum. Relatiue ad id quod fecerat tertio regni ſui anno (mittendo doctores/ut ſcriptum eſt in ca. 17.) dicitur & reuerſus eſt. ſimile ſiquidem opus miſſionis ad reducendum populum ad deum ſignificatur per egreſſum: per nuncios ſiquidem egreſſus eſt iterum. Et conſtituit iudices in terra ĩ omnibus ciuitatibus iehude munitis per ſingulas ciuitates. Et dixit ad iudices: videte quid faciatis/ nõ enim hominis exercetis iudicium ſed dei. Hebraice habetur. quia non homini iudicabitis ſed iehouah. datiui caſus: hoc eſt ꝗa non uices hominis ſed uices ſummi dei exercebitis iudicando. Dicitur autem huiuſmodi iudicium non humanum ſed diuinum, tum quia regnum erat dei/tum quia lex erat dei / tũ ꝗa populus iudicandus erat populus dei. ⁊ quodcũq; iudicaueritis in vos redũdabit. Hebraice habetur. ⁊ cum vobis in verbo iudicij. ſubaudi eſt iehouah. Præſentia enim diuina in iudicando deſcribitur ut ratio ſubiuncti timoris: quãuis enim deus omnibus actionibus humanis ſit præſens, quia tamen ſpeciali modo præſens eſt iudicijs proprijs (qualia erãt iſta quæ per proprios uicarios exercebat) ideo deſcribitur ſpecialiter deus præſens. Nũc igitur ſit timor domini ſuper vos: ⁊ cum diligentia cuncta agite. Hebraice habetur. cuſtodite ⁊ facite. Cuſtodite ab iniuriarum ſpeciebus ſubiunctis / & facite quod iuſtum eſt. quia non eſt apud dominum deum noſtrũ iniq̃tas neq; acceptio perſonaꝝ neq; acceptio munerum.

¶ In ieruſalaim quoq; conſtituit iehoſaphat de leuitis ⁊ ſacerdotibus ⁊ principibus familiarum ex iſrael / vt iudicium ⁊ cauſam domini iudicarent habitatoribus eius. Superfluunt duæ ultimæ dictiones: & hebraice habetur. ad iudicium iehouah ⁊ ad litem. Explicatur ſiq̃dem iudicium ſummi dei ſed non lis ſummi dei. lites.n. non ſunt a deo: iudiciũ aũt quãuis omne ſit a deo, peculiariter tamen iudicium ſecundũ legem diuinam attribuitur ſummo deo. ⁊ reuerſi ſunt ĩ ieruſalaim. Præcepitq; eis dicendo: ſic agetis in timore dñi/ĩ fide ⁊ corde ꝑfecto. Et oẽm cãm que venerit ad vos a fratrib⁹ vrĩs q̃ habitant in ciutatib⁹ ſuis inter cognationem ⁊ cognationẽ vbicunq; q̃ eſt de lege/ de mandato/ de cerimonijs/ de iuſtificationib⁹. Hebraice habetur. inter ſanguinem ad ſanguinem / inter legem ad præceptum ad ſtatuta ⁊ ad iudicia. Duo iudiciorum genera tanguntur. alterum inter hominem & hominẽ: & hoc appellaẽ inter ſanguinem ad ſanguinem/eo ꝙ ira quæ eſt mater;

Digitized by Google

ſitis cãtur ex accenſione ſanguinis. alteꝝ iter hominẽ & legẽ: & hoc appellaƭ iter
legem uel ad præceptũ morale uel ad ſtatuta cerimonialia uel iudicialia. oſten-
dite. Hebraice habetur. ſolicitate eos/ ⁊ non peccabunt domino. Non
ſolum ut iudicent ſed etiam ut ſolicitent ſubditos ne peccent/ mandatur. ⁊ non
erit ira ſuper vos ⁊ ſuper fratres veſtros: ſic faciatis ⁊ non pec
cabitis. Et ecce amar'iahu ſacerdos ſummus in omni re domi-
ni ſuper vos/ ⁊ zebad'iahu filius iiſmahel dux domus iehude in
omni re regis. Suprema duo capita iudiciorum decernit: alterum eorũ quæ
ad deum pertinent/ alterum eorum quæ pertinẽt ad regem: ille pontifex/ iſte dux
dicitur. habebitiſq; magiſtros leuitas. Hebraice habetur. ⁊ prefecti le-
uite coram vobis. Declarauit iudicibus ut agnoſcant pro capitibus ponti-
ficem & ducem: declarat eiſdẽ ut conſulant in ambiguis leuitas præfectos in do-
mo dei. confortamini ⁊ agite diligẽter/ ⁊ erit dominus vobiſcum
in bonis. Hebraice habetur. inualeſcite ⁊ facite/ ⁊ erit iehouah cum
bono. proculdubio iudice/ fouendo & adiuuando eum.

CAPVT .XX.

POſt hec autem venerũt filij moab ⁊ filij hãmon ⁊ cum
eis de hãmonitis contra iehoſaphat ad bellum. Vt ſub-
iuncta teſtantur/ idumæi ſignificantur ꝑ hoc quod diciƭ de hãmoni-
tis: ſed non ſub nomine proprio ſed tanq̃ ducti ab hãmonitis, eo ꝙ
non ipſa idumæa (quæ ſubdita erat regi ioſaphat) rebellauerat/ ſed aliqui (ut ſæpe
contingit) ex idumææ regno ſeducti uel conducti ab hãmonitis uenerunt contra
ioſaphat. ¶ Veneruntq; nuncij ⁊ indicauerunt iehoſaphat dicen-
do/ venit contra te turba magna de trans mare. Mare mortuũ ſigni
ficari dicitur. ⁊ de ſyria: ⁊ ecce conſiſtũt in chazzon'thamar/ ipſa eſt
henghedi. Iehoſaphat ãt timuit/ ⁊ poſuit faciem ſuam ad requi-
rendũ dñm: ⁊ indixit ieiunium ſuper totũ iehudam. Congrega-
tuſq; eſt iehuda ad requirendũ dñm: ſed ⁊ omnes de vrbibꝰ ſuis.
Hebraice habetur. etiã ex oibꝰ ciuitatibꝰ iehude venerũt ad reqrendũ
dñm. Non ſolũ tribus iudæ ſed quarũcunq; tribuũ habitatores in urbibus iudæ
uenerunt ad quærendum ſummum deum in ieruſalem.

¶ Stetitq; iehoſaphat in cetu iehude ⁊ ieruſalaim in domo dñi/
añ atriũ nouũ. Crediderim ego inſtauratũ atriũ magnũ appellari atriũ nouũ.
Et ait: dñe deꝰ pr̃m nr̃oꝝ nõne tu es deꝰ in celo. Nomen eſt elohim.
⁊ dñaris oibꝰ regnis gentiũ: ⁊ in manu tua ẽ fortitudo ⁊ potẽtia/
⁊ nõ eſt q tibi poſſit reſiſtere? Nõne tu deꝰ nr̃ interfeciſti. Hebraice
habeƭ. expuliſti habitatores terre huiꝰ a facie populi tui iſrael. &
(ut ſæpe dictũ eſt) quoties dicitur deus noſter ſeu cum alio ꝓnomine/ elohe ſcri-
bitur. ⁊ dediſti eam ſemini ab'raham amici tui in ſeculum? Habi-
taueruntq; in ea ⁊ extruxerunt tibi in ea ſanctuarium nomini
tuo dicendo: ſi venerit ſuper nos malum/ gladius iudicij ⁊ pe-

Digitized by Google

ſtilentia ⁊ fames, ſtabimus coram domo hac ⁊ corã te. Cõmemoratis beneficijs diuinis/cõmemorat fructum recurſus ad domũ dei in dedicatione templi ſperatum: citat enim ſalomonis orationem tunc publice ad deum fuſam/ut nunc recurrentes ad templum dei exaudiantur. in qua inuocatũ eſt nomen tuum. Superfluit inuocatum. templum enim erat domus nominis diuini. ⁊ clamabimus ad te in tribulationibus nr̃is/⁊ exaudies nos ⁊ ſaluos facies. Nunc igitur ecce filij hãmon ⁊ moab ⁊ mons ſehir. Hinc apparet quod paulo ante diximus/ idumæos ſignificari tertio loco. per quos non conceſſiſti filijs iſrael vt tranſirent. Hebraice habetur. ad veniendum cum veniret de terra egypti. Hiſtoria citatur ſcripta deute. 1. & eſt ſenſus ꝙ deus inhibuit filijs iſrael cũ egreſſi eſſent de ægypto/ut non pugnarent aduerſus iſtas tres nationes. Vnde & ſubditur. ſed declinauerunt ab eis/⁊ non deleuerunt eos. E contrario agunt/⁊ nituntur eijcere de poſſeſſione quam tradidiſti nobis. Hebraice habetur. Et ecce ipſi retribuentes ſuper nos/ad veniendum ad expellendũ nos ab hereditate tua quam feciſti hereditare nos. nos pepercimus eis te iubente, ipſi autem mala pro bonis retribuũt uenientes ad expellendum nos &c. Deus noſter ergo non. Hebraice habetur. Elohe noſter nonne iudicabis eos? tam male meritos. in nobis. n. non eſt tanta fortitudo vt poſſim⁹ huic multitudini reſiſtere que irruit ſup̱ nos: ſed cũ ignoremus quid agere debeamus/hoc ſolum habem⁹ reſidui vt oculos noſtros dirigamus ad te. Breuiſſime habetur in hebræo. ⁊ nos neſciemus quid faciem⁹/ quia ſuper te oculi noſtri. Interpres extendit hæc. Et uere utrũꝗ ſignificatur: uez & ignorare quid faciendum/ & expectare diuinum auxilium ſuſpenſis ad deum oculis. Totus vero iehuda ſtabat coram domino/cum familijs ⁊ vxoribus ⁊ filijs ſuis.

SVper iachaziel autem filium zechar'iahu filij bena'ie filij iehiel filij matthan'ie leuitam de filijs aſaph/factus eſt ſpiritus dñi in medio cetus. Vide ſpiritum diuinum tunc infuſum in medio populi huic leuitæ. Et ait/attendite omnis iehuda ⁊ habitatores ieruſalaim ⁊ rex iehoſaphat: ſic dixit domin⁹ vobis, nõ timeatis neqꝫ paueatis a facie turbe huius magne/quia non vobis eſt bellu ſed deo: Nomen eſt elohim. Cras deſcendetis contra eos: ecce ipſi aſcendũt per cliuum ziz/⁊ inuenietis eos in ſummitate. Hebraice habetur. in fine torrentis contra ſolitudinem ieru'el. Deſcribit locum in quo inuenient hoſtes/ut credibilior reddatur diuinus ſermo. Non enim eritis vos qui dimicabitis: ſed tantummodo confidenter ſtate/⁊ videbitis auxilium domini ſuper vos. Hebraice habetur. Non vobis pugnandum eſt in hoc: ſtate ſtate ⁊ videte ſalutem iehouah vobiſcum, iehuda ⁊ ieruſalaim non timete neqꝫ pauete/ cras egredimini contra eos ⁊ dominus erit vobiſcum. Magna promiſſio, quam euentus comprobauit ſequenti die.

¶ Iehoſaphat ergo ⁊ tot⁹ iehuda ⁊ ieruſalaim ceciderũt ꝓni i terram coram domino, ⁊ adorauerunt eum. Deuotus rex primus gratias agendo deo ſe proſtrauit/credens uerbis prophetæ: & ſic uniuerſi ſe proſtrauerunt imitantes regem. Porro leuite. Hebraice habet᷒. Et ſurrexerũt leuite de filijs cehathitarum ⁊ de filijs corchitarum/ad laudãdum dominum deum iſrael voce magna in excelſum. proſtrauerant enim ſe etiam leuitæ: & propterea dicitur ꝙ ſurrexerunt. Surrexeruntq3 mane ⁊ egreſſi ſunt per deſertum thecoah: profectiſq3 eis ſtans ioſaphat. Hebraice habetur. ⁊ exeuntibus eis ſtetit iehoſaphat ⁊ dixit. Obedientibus uniuerſis ꝓphetico mandato/ religioſus rex accendit animos egredientium ad confidẽdum in deo. audite me iehuda ⁊ habitatores ieruſalaim, credite domino deo veſtro ⁊ ſecuri eritis. Iuxta hebræum habetur. ⁊ verificabimini. non fallemini / non eueniet aliter ꝙ͂ creditis. credite prophetis eius/ ⁊ proſicietis. Monet quoq3 ut credant uerbis leuitæ q prophetauerat heſterno die/ne incredulitas obicem poneret diuinæ gratiæ. Deditq3 conſilium populo. Hebraice habetur. Et conſiliatus eſt ad populum. hoc eſt ad conſortationem populi. Quod autem fuerit hoc conſilium/ ſubiungitur narrando. ⁊ conſtituit cantores domini vt laudarẽt eum in turmis ſuis. Hebraice habetur. ⁊ laudantes in decore ſanctuarij exeundo ante armatos. Ecce conſilium regis pro populo/ut cantores templi laudarent deum ante armatos progrediendo: laudarent autem non qualitercunq3/ſed cum eodem decore qui ſeruabatur in tẽplo, ut ſic populus deuoto animo perſeueraret expectans diuinum auxilium. ⁊ voce conſona dicerent/ confitemini domino quoniam in ſeculum miſericordia eius. Hebraice habetur. ⁊ dicentes confitemini domino quoniam in ſeculum gratia eius. ut ſæpe dictum eſt.

¶ Cumq3 incepiſſent laudes canere. Vide diuinã benignitatem ſtatim adfuiſſe executioni ſancti conſilij regis. vertit dominus inſidias eorum ĩ ſemetipſos. Hebraice habetur. dedit iehouah inſidioſos ſuper filios hãmon ⁊ moab ⁊ montis ſehir venientes ad iudã, ⁊ fuerũt mortificati. More ſolito narratur prius res geſta tota ſummarie/deinde diſtinguendo per partes. Narrantur itaq3 tria. primum ꝙ uniuerſæ iſtæ tres nationes congregatæ aduerſus regnum iudæ fuerunt mortificatæ: & dicitur uenientes ad iudam/ad differentiam eorum qui remanſerant in locis proprijs qui non uenerant ad bellum. ſecundum ꝙ huiuſmodi percuſſio fuit a ſummo deo. tertio explicatur modus quo uſus eſt deus ad percutiendum iſtas nationes: uidelicet ꝙ dedit inſidioſos inter eos/ad excludendum alios modos quibus deus uti potuiſſet. Silet᷒ tñ tã cã inſidiãdi ꝙ͂ quæ natio incœperit iſidiari: & an initiũ fuerint aliq ꝑticulares uiri unius nationis(ad quoꝝ poſtea ꝓtectionẽ tota natio paulatim cõmota fuerit)an a ꝑncipio fuerit inſidiæ ex cõmuni uoto natiõis. Nãq3 filij hãmon ⁊ moab ꝯſurrexerũt aduerſum hitatores mõtis ſehir vt iterficerẽt ⁊ delerent eos. Declarat᷒ per partes huiuſmodi diſſidiũ. primũ.n. hãmo-

nitæ & moabitæ ex una/& idumæi ex altera parte conflixerunt. Et huius initiũ neſcitur: ex qua uez parte inſidiæ incœperint. modus tamẽ quo ſcripta ſunt hæc in litera/innuit ꝙ idumæi inſidias inchoauerint: eo ꝙ ſcribit̃ hebraice. Et ſteterũt filij hãmon ⁊ moab ſup hitatores mõtis ſehir ad interficiendũ ⁊ deſtruendũ. hinc enim innuitur ꝙ iſti ꝯtra nationẽ ſehir quaſi uindictã exercentes/concordarunt aduerſus inſidioſos. cunqz hoc opere perpetraſſent, etiam in ſemetipſos verſi mutuis ſe concidere vulneribus. Hebraice habetur. ⁊ cũ conſumpſiſſent habitatores ſehir, adiuuerũt vnuſquiſqz i ſocio ſuo ad deſtructionẽ. Altera pars diſſidij deſcribit̃: uez hammonitarum & moabitarum inter ſe. & modus cõfligendi deſcribitur/ unoquoqz adiuuante proximum ſuum ad interficiendũ. Per quod inſinuatur ꝙ particulares oboriebantur diſcordiæ inter ipſos, & aliqui ſe mutuo iuuabant ad occidendum alios & econuerſo. Cauſa autem ſiletur.

¶ Porro iudas cũ veniſſet ad ſpeluncam que reſpicit ſolitudinem. Hebraice habetur. Et iehuda venit ſuper ſpeculam deſerti. hoc eſt ſuper locum excælſum unde uidebatur ſolitudo: inde enim uidit cadauera hoſtium in terra. Vidit procul omnem late regionem plenam cadaueribꝰ/nec ſupereſſe quẽqz q necem potuiſſet euadere. Mirabilis & uere teſtis diuinæ actionis/et nullius euaſio. hebraice enim breuiſſime hoc deſcribitur dicendo. ⁊ non euaſio. ſubaudi cuiuſqz fuit. Et ſic adimpleta eſt prophetia leuitæ: uez ꝙ iudæis non pugnantibus deus pugnaret pro eis & ſaluaret eos. Venit ergo iehoſaphat ⁊ populꝰ eius ad detrahenda ſpolia eoꝝ, inueneruntqz inter cadauera in multitudine ſubſtantiam ⁊ veſtes ⁊ vaſa precioſa/⁊ diripuerunt ſibi ſine pondere: nec potuerunt ꝑ tres dies ſpolia auferre pre magnitudine prede. Hebraice habetur affirmatiua/ꝙ tres dies durauit præda.

¶ Die aũt quarto congregati ſunt in valle benedictionis/ qa ibi benedixerunt domino. Et eſt ſermo de benedictione laudis quam fecerant uenientes aduerſus hoſtes: quæ ſupius narrata eſt. idcirco vocauerũt nomẽ loci illiꝰ vallem benedictionis vſqz i preſentem diem. Reuerſiqz ſunt omnis vir iehude ⁊ ieruſalaim ⁊ iehoſaphat ante eos i ieruſalaim cum letitia: qa dederat eis dñs letitiam de inimicis eoꝝ. Ingreſſiqz ſunt ieruſalaim cũ pſalterijs ⁊ citharis ⁊ tubis/in domũ domini. ad gratias agendum deo.

¶ Irruit aũt timor dei ſuper vniuerſa regna terraꝝ. intellige uicinarum quæ intelligebant hæc. cũ audiſſent ꝙ pugnaſſet dominꝰ contra inimicos iſrael. Quieuitqz regnũ iehoſaphat: ⁊ requiem prebuit ei dominus. Hebraice habet̃. elohe eius. cuius eſt gubernare. ꝑ circumitũ. Regnauitqz iehoſaphat ſuper iehudam: filiꝰ trigintaquinqz annoꝝ erat cũ regnare cepit/⁊ vigintiquinqz annis regnauit in ieruſalaim, ⁊ nomen matris eiꝰ hazuba filia ſilchi. Et ambulauit in via aſe patris ſui nec declinauit ab ea: faciendo rectum in ocu-

lis dñi: Verũtamẽ excelſa nõ abſtulerũt: & adhuc popul⁹ nõ di-
rexerat cor ſuũ ad deũ patrũ ſuor. Cerne quanta erat induratio cordis populi: q cum tanta exemplaritate doctrinaq; regis cum tot miraculis/non di-
rigebatur corde integro ad deum. Et niſi multitudo magna in hac culpa fuiſſet/ non deſcriberetur populus in hoc peccato. Reliqua ãt geſtor iehoſaphat
prior & poſterior: ecce ipſa ſcripta ſunt in verbis iehu filij cha-
nani que digeſſit in libro. Hebraice habetur. q fuit eleuatus ſuper li-
brum regũ iſrael. De ipſo ioſaphat dicitur q fuit eleuatus in libro regũ iſrael/ & non ſolum in libro regum iudæ. Et dictio interpretara eleuatus (ſi dici liceret) interpretanda fuiſſet aſcenſus paſſiue: ſingularis enim eſt hæc laus ioſaphat.

ET poſt hec iunxit ſe iehoſaphat rex iehude cũ achazia rege
iſrael: ipſe impie fecit faciendo. Iunxitq; ſe cũ eo ad facien-
dũ naues que irent in tharſis: & fecerũt naues in hezion gheber.
Hinc apparet q in libro regum taceatur hæc participatio/ & hic taceatur negatio. prima enim uice ſocietatem inierunt nauigationis, ſed infœlix euentus iuxta p-
phetæ uaticiniũ continuit ioſaphat ut ſecũda uice nõ admitteret regẽ ochoziam in ſocium negociationis. Prophetauit aũt elihezer fili⁹ dodauahu de
mareſa/ſuper iehoſaphat dicendo: quia iunctus es cũ achazia-
hu diuiſit domin⁹ opera tua/ & contrite ſunt naues & non potue-
runt ire in tharſis. Res iam facta prophetiæ aſcribitur propter diſtantiã lo-
corum & cauſam: ſpectat ſiquidem ad prophetiæ ſpiritũ manifeſtare in uno lo-
co quæ procul ſunt facta anteq̃ humano nuncio ſciri poſſint/ſpectat ad pphe-
tiæ ſpiritum manifeſtare cauſam diuini iudicij, utrunq; autem interueniſſe hic intelligimus.

CAPVT .XXI.

DOrmiuit ãt iehoſaphat cũ patrib⁹ ſuis/ & ſepultus eſt
cũ eis in ciuitate dauid: & regnauit iehoram fili⁹ ei⁹ pro
eo. Qui habuit fratres filios iehoſaphat/hazariam &
iechiel & zechariahu & hazariahu & michael & ſephat-
iahu: omnes iſti filij iehoſaphat regis iude. Hebraice habetur. iſrael. Ita q ioſaphat appellatur rex iſrael/iuxta id quod ſcriptũ eſt in calce præceden-
tis capituli q eleuatus eſt in libro regũ iſrael. forte enim q̃a mons eph raim ſub-
ditus erat ei, hanc laudem promeruit ut nõ ſolum appellaretur rex iudæ ſed etiã rex iſrael. Deditq; eis pater eor munera multa in argento & auro
& penſationes. Hebraice habetur. & in pomis. ſed hoc nomine intelligunt hebræi precioſas res. Quod aũt ſubditur. cum ciuitatibus munitiſſimis
in iehuda. præter hoc q hebraice habetur munitis, ambiguum eſt an ſignifi-
centur urbes munitæ datæ alijs filijs ioſaphat/an poma (hoc eſt precioſa) mu-
nitis urbibus annexa data ſcribantur. regnum autem dedit iehoram/ q̃a
ipſe erat primogenitus. Surrexitq; iehoram ſuper regnum
patris ſui: roborauitq; ſe & occidit omnes fratres ſuos gladio.

longe peior ꝗ̃ cain/nullaq; iniuria laceſſitus. ⁊ quoſdam de principib⁹ iude. Hebraice habetur. ⁊ etiam de principib⁹ iſrael. regnabat enim non ſolum in iuda ſed etiam in parte iſraelis. ¶ Filius triginta duoꝝ annorum erat iehoram cum regnare cepit: ⁊ octo annis regnauit in ieruſalaim. Ambulauitq; i via regū iſrael ſicut fecerat domus ach`ab/ quia filia ach`ab erat ei vxor. Quarti regum octauo ſcribitur ꝙ uxor ioram hathalia fuit filia homri regis iſrael: ac per hoc non filia ſed ſoror ach`ab. Solutio eſt ꝙ ſecūdum naturam hathalia fuit filia homri & ſoror ach`ab/ſecundum uero officium & imitationem appellať filia ach`ab. officio ſiqdem paterno uſus eſt ach`ab tradendo eam nuptui/& ipſa imitata eſt idolatriā ach`ab. ⁊ fecit malum in oculis domini. Noluit autem dominus diſperdere domū dauid/propter fedus quod pepigerat cum dauid: ⁊ ſicut dixerat ꝙ daret ei lucernam ⁊ filijs ei⁹ omnibus diebus. Alias dictum eſt ſucceſſionem regiam appellari lucernam/ut tanꝗ̃ lux domus dauidicæ ſplenderet in regno.

¶ In dieb⁹ ei⁹ defecit edom ne eſſet ſubditus iehude: ⁊ conſtituit ſibi regem. Tranſiuitq; iehoram cū principibus ſuis/⁊ oēs curruſ cū eo: ſurrexitq; nocte/ ⁊ ꝑcuſſit idumeos q eū circūdederāt ⁊ principes curruū. Et defecit edom a iehuda vſq; ad diē hanc/ tunc defecit libna in tempore illo ab eo: quia dereliqt dn̄m deum patrū ſuoꝝ. Vide hæc expoſita. 4. reg. 8. Inſuper ⁊ excelſa fabricat⁹ eſt in vrbib⁹. Hebraice habetur. Etiā ipſe fecit excelſa in mōtib⁹ iehude. Et eſt ſermo de excælſis pro idolatria. ⁊ fornicari fecit habitatores ieruſalaim/⁊ preuaricari iudam. Hebraice habetur. ⁊ impulit iehudam. Impyſſimus rex cogebat iudæos ad idolatriam.

Venerunt autē ad eum litere ab eli`iahu propheta dicendo. Alterum eſſe hunc eliā ab illo magno elia, manifeſtum fit ex eo ꝙ tempore ioſaphat patris iſtius ioram eliſæus florebat/elia iam rapto in cœlum: ut clare patet. 4. reg. 3. ſic dixit dn̄s deus dauid patris tui/quoniam nō ambulaſti i vijs iehoſaphat patris tui ⁊ i vijs aſe regis iehude. Et ambulaſti per viam regū iſrael / ⁊ fornicari feciſti iehudā ⁊ habitatores ieruſalaim ſicut fornicata eſt dom⁹ ach`ab: ⁊ etiam fratres tuos domū patris tui meliores te occidiſti. Ecce domin⁹ percutiet plaga magna cū populo tuo. Hebraice habetur. in populo tuo/⁊ in filijs tuis ⁊ in vxorib⁹ tuis ⁊ in tota ſuba tua. Prius enim prophetatur ei malū in ſuis: hoc eſt in populo/ filÿs /uxoribus & rebus. deinde in propria perſona. Tu āt egrotabis peſſimo languore vteri/donec egrediantur vitalia tua paulatim per dies ſingulos. Hebraice habetur. Et tu in egritudinib⁹ multis egritudine viſceꝝ tuoꝝ: vſq; egredientur viſcera tua ab egritudine die in diē. Sententia eſt clara.

¶ Suſcitauit ergo dn̄s contra iehoram ſpiritū pelitthim ⁊ harabū q confines ſunt ethiopibus. Aſcenderuntq; in iehudam ⁊

Digitized by Google

vaſtauerunt eã/ diripueruntq; omnẽ ſubſtantiã que inuenta eſt in domo regis/ ⁊ etiam filios eius ⁊ vxores eius: ⁊ non remanſit ei filiꝰ niſi iehoachaz minimꝰ filioꝝ eiꝰ. Cerne executionẽ prophetiæ quo ad primam partem factam per peliſthinos & harabes. ¶ Et poſt hec omnia percuſſit eũ dñs alui languore inſanabili. Hebraice habetur. in viſceribus eius ad egritudinem incurabilẽ. Cætera ſubiuncta de hac ægritudine ꝗuis extenſa ſenſum tamen ſeruant. Cunq; diei ſuccederet dies ⁊ tempoꝝ ſpatia voluerentur, duoꝝ annoꝝ expletꝰ eſt circulus: ⁊ ſic longa conſumptus tabe ita vt egrederentur etiã viſcera eiꝰ, lãguore pariter ⁊ vita caruit/ mortuuſq; eſt in infirmitate peſſima. Hebraice habetur. ⁊ mortuꝰ eſt in egritudinibus malis. quemadmodum propheta prædixerat. ⁊ non fecit ei populꝰ eiꝰ combuſtionẽ iuxta combuſtionẽ patrũ eius. Vt ſupra diximus/ quales erãt iſtæ combuſtiones quæ cadaueribus regum exhibebantur ignotum eſt. ¶ Silius triginta duoꝝ annoꝝ erat cũ regnare cepit/ ⁊ octo annis regnauit in ieruſalaim. Bis in hoc eodem capitulo repetitur hæc ſententia/ ut perpendamus octo dũtaxat annis regnaſſe ſiue bene ſiue male. ambulauitq; non recte. Hebraice habetur. ⁊ iuit in abſq; deſiderio. hoc eſt & uixit uita non deſiderabili/ duxit uitã infœlicem, deo illum etiam in hac uita puniente. ⁊ ſepelierunt eũ in ciuitate dauid/ ſed nõ in ſepulchris regũ.

CAPVT .XXII.

ET conſtituerũt regẽ habitatores ieruſalaim achaz'iahu filium eius minimum pro eo. Iſtemet in calce præcædentis capituli nominatus eſt ioachaz, qui ſolus e filys regis remãſerat/ minimus fratrum ſuorum ſecundum ætatem. omnes enim maiores natu q ante eũ fuerãt interfecerunt latrones harabũ q irruerant in caſtra. Hebraice habetur. qa omnes priores occiderat ſocietas veniens in harabibꝰ ad caſtra. de qua in capitulo præcedente habitus ẽ ſermo. ⁊ regnauit achaz'iahu filiꝰ iehorã regis iehude.

¶ Filiꝰ quadragintaduorum annoꝝ erat achaz'iahu cũ regnare cepit/ ⁊ anno vno regnauit in ieruſalaim. Inſolubilis quæſtio naſcitur: tum quia. 4. reg. 8. de iſto ochozia ſcribitur uigintiduorum annorum erat ochozias cum regnare cœpit & uno ãno regnauit i ieruſalem. Tum quia ſequitur ꝙ ochozias natus fuiſſet biennio ante natiuitatẽ patris ſui: quod non ſolũ eſt impoſſibile/ ſed omnino alienum a quocũq; ſcriptore: & tamen litera iſtius libri hoc impoſſibile ſonat. nam in præcedenti capitulo bis dictum eſt ꝙ ioram pater ochoziæ trigintaduorum annorum erat cum regnare cœpit & octo annis regnauit: uixit ergo annis quadraginta: & hic ſcribitur ꝙ filius eius quadragintaduorum annorum erat cum regnare cœpit & uno ãno regnauit. ¶ Solutio utriuſq; difficultatis eſt ꝙ litera errore ſcriptoris corrupta eſt. legendum enim eſt uigintiduorum annorum erat ochozias/ ut ſcribitur in quarto libro regũ: ita ꝙ ubi

debuit ſcribere uigintiduo/ſcripſit quadragintaduo. Cõuincitur autem error ex
eo q̄ in libro regum anni utriuſq; regni (ſcz ioram patris & ochoziæ filij) cõm-
præhendũtur ſub annis quibus regnauit in iſrael alter ioram filius ach'ab: quem
ex quarti reg. tertio duodecim duntaxat annis regnaſſe perſpicuũ eſt. Ex hac itaq;
collatione annorum regni in iuda tam ioram patris q̃ ochoziæ filij ad ãnos io-
ram filij ach'ab/clare patet ultimos octo annos uitæ ioram regis iudæ ſupputa-
ri pro octo annis regni eiuſdem. Quod ideo annotãdum duxerim ne quis fallat
ex illa adinuentione ſine ſcripturæ teſtimonio: q̄ ioram rex iudæ regnauerit bene
primis octo annis & male alijs uiginti annis/qui ꝓpterea ſubtracti ſunt a regno
eius. clare enim ſcriptura ultimos uitæ ãnos ipſius iorã regis iudæ octo & unum
ochoziæ compræhendit ſub annis regni iorã regis iſrael: ut patet legenti initium
& finem utriuſq;. Cõcludẽ igitur q̄ corrupta eſt hebraica litera paralipomenon:
in cuius ſignum tam hic q̃ in libro regum dicitur q̄ ochozias regnauit uno an-
no. Accedit ad hæc q̄ iſte ochozias in litera narratur minor natu reliquis fratri-
bus: non eſt aũt uériſimile q̄ uir quadraginta annorum fuerit ultimus filius pa-
tris non ſenis habentis multos filios & multas uxores. ⁊ nomen matris eius
hathal'iahu filia homri.

¶ Etiam ipſe ambulauit in vijs domus ach'ab: mater enim eius
cõſuluit ei vt ipſe ageret. Feciťq; malũ ĩ oculis domini ſicut do-
mus ach'ab: ipſi enim fuerunt ei conſiliari poſt mortẽ patris ei9
in interitum eius. Etiam in conſilio eorum ambulauit: ⁊ perrexit
cũ iehora filio ach'ab rege iſrael ad bellũ ꝯtra chazaelẽ regẽ ſyrie
in ramoth ghilhad. Creditur ſupfluere cum: ſignificatur enim q̄ ipſe ioram
filius ach'ab rex iſrael iuit ad bellum/& nihil dicit̃ de ſocietate ochoziæ. ⁊ vul-
nerauerunt ſyri iehoram. Qui reuerſus eſt vt curaretur in iżre-
hel a vulneribus quibus vulnerauerunt eum ſyri in rama dũ pu-
gnaret cõtra chazaelem regem ſyrie: igitur ochozias. Hebraice ha
betur. ⁊ hazar'iahu filius iehoram rex iehude deſcendit ad viden-
dum iehoram filium ach'ab in iżrehel/q̄a ipſe egrotabat. Ille met
qui primum nominatus eſt ioachaz/deinde ochozias: modo nominat̃ hazarias.
Voluntatis quippe fuit dei aduerſus ochoziam. Hebraice habetur.
Et ab elohim fuit ĩtricatio achaz'iahu ad veniendum ad ioram.
Iudicium diuinum pro ratione redditur q̄ ochozias rex iudæ inuolueretur conſi-
lio ueniendi ad uiſendum ioram ut ſic occideretur. Hiſtoria hæc ſcripta eſt. 4. reg.
ca. 8. & . 9. Et licet ibi aliter ſcripſerim, ex hoc q̄ hazarias rex iudæ uenit diuino
actus iudicio ad uiſendũ regem iſrael/inſinuatur q̄ non iuerit cum eo ad bellum
in quo percuſſus eſt rex iſrael. ſi enim ſimul fuiſſent in bello illo/uidiſſet ibidem
percuſſum ioram: & non aſſignaretur pro ratione deſcenſus a iudæa quia ægro-
tabat ibi/ſed cum percuſſo ueniſſet in izrehel. cũq; veniſſet/egreſſus ẽ cũ
iehoram ad iehu filium nimſi quem vnxerat dominus vt deleret
domum ach'ab. Cũq; iudicium faceret iehu cum domo ach'ab,
inuenit principes iehude ⁊ filios fratrum achaz'iahu miniſtran-

Digitized by Google

tes achaz'iahu/⁊ interfecit eos. In ca.10.quarti regum ſcripta eſt occiſio iſtorum. Queſiuitqꝫ achaz'iahu,⁊ comprehenderunt eũ latentem in ſomeron/⁊ adduxerunt eum ad iehu ⁊ occiderunt eum:⁊ ſepelierũt ipſum/dixerunt enim filius iehoſaphat eſt qui queſiuit dominum in toto corde ſuo. In.9.ca.quarti regum tractata eſt hæc hiſtoria. multa enim hic ſcribuntur tacita ibi/quæ expoſita ſimul ibidem uide. nec erat vltra ſpes aliqua vt de ſtirpe quis regnaret ochozie. Hebraice habetur. ⁊ non domui achaz'iahu vis ad retinendum regnum. Defectum uirium in filijs occiſi regis deſcribit ad ſuccedendũ in regno paterno/præualente matre regis occiſi aduerſus nepotes.

¶ Et hathal'iahu mater achaz'iahu vidit ꝙ mortuus eſſet filius ſuus. Admiranda impietas: nulla ſiquidem alia cauſa redditur tantæ crudelitatis niſi mors filij. ſurrexitqꝫ ⁊ interfecit. Dictio interpretata interfecit/nõ ſonat iugulationem ſeu occiſionem quæ fit gladio, ſed potius occiſioné uelut peſtiferam: propter quod ſuſpitio eſt ꝙ ueneno interfecit eos. omnem ſtirpé regiam domus ioram. Hebraice habetur. omne ſemen regni domui iehude. quod longe plus eſt: ſignificatur enim extinctum omne ſemen regiæ ſucceſſionis in regno iudæ. Scripta quoqꝫ eſt hæc hiſtoria.4.reg.xi. Tulit autem iehoſabhath filia regis/ioas filium achaz'iahu, ⁊ furata eſt eum de medio filiorum regis qui interficiebantur/⁊ poſuit eũ ⁊ nutricem eius in cubiculo lectorum. Vnus atqꝫ idem locus ſignificat camera lectorum & domus dei. erat enim pars habitationum in domo dei camera lectorum: & prius nominatur locus particularis camera lectorum/ deinde locus continens cameram illam domus elohim. abſconditqꝫ eũ iehoſabhath filia regis iehorã vxor ieho'iadah ſacerdotis (quia ipſa erat ſoror achaz'iahu) a facie hathal'iahu ⁊ non interfecit eum. Fuitqꝫ cum eis in domo dei abſcõdit⁹ ſex ãnis:⁊ hathal'ia regnabat ſup terrã.

CAPVT .XXIII.

ANno autem ſeptimo confortatus eſt. Hebraice habetur. roborauit ſe ieho'iadah:⁊ aſſumpſit centuriones (bazar'iahu filium ierochã ⁊ iiſmahel filiũ iehochanan ⁊ hazar'iahu filiũ hobed ⁊ mahaſe'iam filium hada'iahu ⁊ eliſaphat filium zich'ri) ſecum in federe. Hiſtoria hæc ſcripta eſt.4.reg.xi. multa tamen ibi tacentur quæ hic explicant. Qui circũierunt per iehudam/⁊ congregauerunt leuitas de omnibus ciuitatibus iehude ⁊ principes familiarum iſrael:⁊ venerunt in ieruſalaim. Et percuſſit totus cetus fedus in domo dei cum rege. Nomen eſt elohim. dixitqꝫ eis ieho'iadah / ecce filius regis regnabit ſicut locutus eſt dominus ſuper filios dauid. Hec eſt res quã facietis: tertia pars veſtrum qui veniũt ad ſabbatum ſacerdotum ⁊ leuitarum ⁊ ianitorum erit in portis. Hebraice habetur. pro ſacer-

dotibus ⁊ leuitis/pro ianitoribus liminũ. Hæc limina in quarto regũ appellantur porta curſorum: quemadmodum porta fundamenti appellatur ibidem porta ſur. & ibi hæc expoſita uide. Et tertia pars in domo regis/⁊ tertia pars in porta fundamenti: ⁊ totus populus ĩ atrijs domus domini. Et non ingrediantur domum domini niſi ſacerdotes ⁊ qui miniſtrant de leuitis/ipſi ingrediantur quia ſanctificati ſunt: ⁊ totus populus obſeruet cuſtodiam domini. Leuite autem circũdent regem habentes ſinguli arma ſua/⁊ ingrediens domum moriatur: ſintqꝫ cum rege ingrediente ⁊ egrediente.

FEcerũtqꝫ leuite ⁊ totus iehuda iuxta omnia que preceperat iehoˋiadah pontifex: ⁊ tulerũt vnuſqſqꝫ viros ſuos venientes ſabbati cum exeũtibus ſabbati/qa non dimiſit iehoˋiadah ſacerdos diuiſiones. Deditqꝫ iehoˋiadah ſacerdos centurionibus lanceas ⁊ clypeos ⁊ peltas que fuerũt regis dauid. Species ſcuti eſt pelta. que erãt in domo dei. Nomen eſt elohim. Conſtituitqꝫ totum populum(⁊ vnuſqſqꝫ habebat arma in manu ſua)a parte domꝰ dextera vſqꝫ ad partem domꝰ ſiniſtram altari ⁊ domui: iuxta regem ꝑ circuitum. Et eduxerũt filium regis/ ⁊ impoſuerũt ei diadema ⁊ teſtimonium: dederũtqꝫ in manu eius tenendam legem: In hebræo non habentur hæ ultimæ ſeptem dictiones. ⁊ conſtituerũt eũ regẽ: vnxerũtqꝫ eũ iehoˋiadah ⁊ filij eiꝰ. Aduerte hoc, ut uideas zachariã filium ioiadæ adiuuiſſe patrem ad ungendũ regem qui poſtea occidit ipſum zachariam. ⁊ dixerunt viuat rex.

¶ Audiuit autem hathalˋia vocem populi currẽtis ⁊ laudantis regem: ingreſſaqꝫ eſt ad populum in domum dei. Viditqꝫ ⁊ ecce rex ſtabat ſuper colũnam ſuam. hoc eſt ſuper ſuggeſtum fultum columnis factum pro loco regis in templo. in introitu. Hinc habetur ꝙ ſuggeſtum illud erat in introitu atrij magni: hoc eſt declinans uerſus introitum. ⁊ principes ⁊ tube iuxta regem/⁊ totꝰ populꝰ terre gaudens ⁊ clangens tubis/ ⁊ cantores cum inſtrumentis cantus/⁊ ſcientes laudare: ⁊ ſcidit hathalˋiahu veſtimenta ſua/⁊ ait ꝯiuratio ꝯiuratio. Et uerum dixit aduerſus ſe. ¶ Egreſſus eſt autem iehoˋiadah pontifex ad centuriones ⁊ prefectos exercitꝰ. Ex loco pontificis egreſſus ſignificatur ad locum ubi erant centuriones. ⁊ dixit eis/educite eam extra ſepta ⁊ interficiatur foris gladio. Hebraice habetur. ⁊ veniens poſt eam occidetur gladio. Manifeſte mandat occidi ſiquis fauiſſet ei/ut nullus ſequeretur eam. dixerat enim ſacerdos/non interficiatis eam in domo domini. Et impoſuerunt ceruicibus eius manus. Hebraice nihil dicitur de ceruicibus: ſed ſolũmodo ꝙ impoſuerunt ei manus. Venitqꝫ ad introitum porte equorum domus regis: ⁊ interfecerunt eam ibi.

¶ Pepigit autem iehoˋiadah fedus inter ſe ⁊ inter totum populum ⁊ inter regem: vt eſſet in populum domini. Ingreſſiqꝫ ſunt

tot⁹ popul⁹ domū babal ⁊ diruerūt eā/⁊ altaria ac imagines ei⁹ confregerūt:⁊ matthan ſacerdotē babal occiderūt coram altari b⁹. Conſtituitq́ʒ iebo'iadab prepoſitos dom⁹ dn̄i in manu ſacerdotū leuitarꝫ quos diſtribuit dauid ſuper domū dn̄i ad offerendū holocauſta dn̄o ſicut ſcriptū eſt ī lege moſis in letitia ⁊ cantu: iuxta diſpōnem dauid. Niſi tempore quo regnauit hathal'ia omiſſa fuiſſent huiuſmodi holocauſta, nequaq̄ narraretur ꝙ pontifex gubernator regni ordinauit miniſtros templi ad offerendum holocauſta ſecundum legem adhibitis ſolēnitatibus ordinatis a dauide. Reliqua expoſita uide in quarto regum. Conſtituit quoq́ʒ ianitores ad portas dom⁹ domini: vt non ingrederet imud⁹ in q̄libet re. ¶ Aſſumpſitq́ʒ centuriones ⁊ fortiſſimos viros ⁊ dominantes in populo ⁊ totū populū terre:⁊ deſcendere fecerūt regē de domo dn̄i/⁊ venerūt per mediū porte ſuperioris in domū regis,⁊ ſedere fecerūt regē ſuper ſoliū regni. Letatuſq́ʒ eſt tot⁹popul⁹terre/⁊ citas q̄euit:⁊ hathal'iabu interfecta ē gladio. Dixerat ꝙ interfecerunt eam ſed non dixerat ſpeciem mortis: & propterea explicat ꝙ gladio eſt interfecta.

CAPVT .XXIIII.

Filii⁹ ſeptem annorꝫ erat ioas cū regnare cepit/⁊ quadraginta annis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen mr̄is ei⁹ ʒib'ia de beerſebah. Fecitq́ʒ ioas rectū in oculis domini/oib⁹ dieb⁹iebo'iadab ſacerdotis. Accepit aūt ei iebo'iadab vxores duas:⁊ genuit filios ⁊ filias. ¶ Et poſt hec fuit in corde ioas inſtaurare domū domini. Congregauitq́ʒ ſacerdotes ⁊ leuitas ⁊ dixit eis:egredimini ad citates iehude. Hiſtoria hæc ſcripta eſt.4.reg.12.⁊ colligite a toto iſrael pecuniā ad ſartatecta templi dei veſtri. Hebraice habet.ad fortificandū domū elohe veſtri de anno in annū/⁊ vos accelerabitis rem. egebant enim ædificia templi reparatione. porro leuite egere negligenti⁹. Sententia recte redditur/ut etiam in quarto regum dicitur.

¶ Vocauitq́ʒ rex iebo'iadab principem/⁊ dixit ei: q̄re nō coegiſti leuitas inferre de iehuda ⁊ de ieruſalaim pecuniam que conſtituta eſt a moſe ſeruo domini ⁊ a congregatione iſrael:in tentoriū teſtimonij: De pecunia ſoluenda in numeratione populi eſt ſermo. hæc.n. ab uniuerſo iſraele ſoluebatur pro templo/& decreta ſcribitur exo.30.in prima ſiquidem tabernaculi cōſtitutione a moſe ſoluta primum legitur exo.ca.38. Ha thal'iabu enim īpia ⁊ filij ei⁹ deſtruxerūt domū dei. Nomen eſt elohim.⁊ ex oib⁹ ſanctificationib⁹ dom⁹ dn̄i ornauerūt phanū behalim. Precepitq́ʒ rex/⁊ fecerūt arcam. Hebraice habetur. thecam vnam. ut in libro regum ſcribitur perforatam ſuperius. poſuerūtq́ʒ eam ī porta dom⁹ dn̄i forinſec⁹. Et predicatū eſt in iehuda ⁊ in ieruſalaim

ſalaim vt deferrent domino preciū. Hebraice habetur. eleuationem ⁊
Dimidius ſiclus qui a quolibet ſoluebatur / appellatur eleuatio qa erat tanꝙ tes
offerendo eleuata deo. quā conſtituit moſes ſeruꝰ dei. Nomen eſt elohim.
ſuper totum iſrael in deſerto.

¶ Letatiqȝ ſunt omnes principes ⁊ totus populus: ⁊ attulerunt
⁊ proiecerunt in arcam ita vt impleretur. Hebraice habetur. vſqȝ ad
finiendum. oblatā pecuniā: ita ꝙ nihil oblatæ pecuniæ remanebat extra the-
cam. Cumqȝ tempus eſſet vt deferrent arcam corā rege. Hebraice
habetur. ad ordinationem regis. hoc eſt ad locum ordinatum a rege / ubi
erat aperienda theca. in manu leuitarum / Videbant enim multam pe
cuniam. Hæc uerba præ ſe ferūt ꝙ de termino oblati argenti fuit ſermo. poſtꝙ
enim ſuperintendentes poſuerant publice totam pecuniam oblatam in theca per
foramen ſupernū, cum uiderent pecuniā poſitā eſſe multā / dicebant tempus eſſe
ut theca portaretur ad locum decretum a rege & aperiretur &c. ingrediebat
ſcriba regis ⁊ prepoſitus ſacerdotis primi / effundebantqȝ pe-
cuniam que erat in arca / ⁊ reportabant arcam ad locū ſuū: ſicqȝ
faciebant per ſingulos dies / ⁊ congregata eſt infinita pecunia.
Hebraice habetur. pecunia in multitudine. ſed interpres poſuit infinita.

Quam dederunt rex ⁊ iehoˋiadab ijs qui preerant operibus do-
mus domini: ⁊ illi conducebant ceſores lapidum ⁊ artifices ope-
rum ſingulorum. Hebraice habet. ceſores ⁊ artifices. nec aliud ſcribit.
ad inſtaurandū domum dn̄i: ⁊ etiā fabros ferri ⁊ eris / vt quod
cadere ceperat fulciretur. Hebraice habetur. ad fortificandū domum
iehouah. Quod uero ſubiungit de inſtauratione & cicatrice domus ꝗuis he-
braica uerba aliter ſonent / ſenſus tamen in idem redit: nec materia exigit tā exa-
ctam diſcuſsionem. Egeruntqȝ ij qui operabantur induſtrie / ⁊ ob-
ducta eſt parietum cicatrix per manus eorum: ac ſuſcitauerunt
domum domini in ſtatum priſtinum / ⁊ firmiter eā ſtare fecerūt.
Cumqȝ compleſſent, detulerunt coram rege ⁊ iehoˋiadab reſidu-
um pecunie / ⁊ fecerunt ex ea vaſa templi in miniſterium ad holo-
cauſta. Hebraice habetur. vaſa domꝰ iehouah / vaſa miniſterij ⁊ mor
taria ⁊ crateras ⁊ vaſa auri ⁊ argenti. ſed parui refert. ⁊ offerebant
holocauſta in domo dn̄i iugiter omnibus diebus iehoˋiadab.

SEnuit āt iehoˋiadab plenꝰ dierꝫ. Hebraice hr̄. ⁊ ſaturatꝰ ē die-
bus. ſolus enim poſt ætatem iacob legitur uixiſſe centum & triginta annis.
ntius centum ⁊ triginta annorum erat quando mortuus eſt. Se
pelierūtqȝ eū i citate dauid cū regibꝰ: qa fecit bonū cū iſrael ⁊ cū
domo eiꝰ. Deficit una particula: legendū eſt. ⁊ cū elohim ⁊ domo eius.
cōmemoratur enim feciſſe bonum tum cum populo tum cum deo tum cum tem
plo. liberauit enim populum a tyrānide hathaliæ / deſtruxit bahal, & fœdus cum
deo reſtaurauit / domūꝗ dei ad diuinum cultum reduxit.

¶ Poſtqȝ autem mortuus eſt iehoˋiadab, venerūt principes ie-

hude ⁊ adorauerunt regem. Non ꝙ prius non adoraſſent eum, ſed quia
prius adorabant eum non ſolum ſed cum ioiada põtifice tanq̃ patre regis/mor
tuo autem ioiada adorauerunt regem ſolum: hoc eſt ſine relatione ad pontifi-
cem/ipſius regis duntaxat uenerabantur authoritatem: quod non audebant fa-
cere uiuente ioiada. Erat enim rex uiuente ioiada agens tanq̃ ſub curatore: & il
lo mortuo uenerari cœperunt regem tanq̃ liberum a tutore. qui delinitus ob
ſequijs eorum acquieuit eis. Iuxta hebræum habetur. tunc audiuit
rex eis. hoc eſt tunc mortuo ioiada / & oblata a principibus agnitione autho-
ritatis regiæ ſolius, audiendo acquieuit eis: ut uideli3 ſola regis authoritas agnoſce-
retur/ & non dependeret in regimine a põtifice. niſi enim ad hoc tetendiſſet prin
cipum incuruatio noua/nequaq̃ ſcriberetur ꝙ rex audiuit eis. Et hinc ſubſecu-
tum eſt quod ſubiungitur: uideli3 ꝙ dereliquerunt templũ dei. poſtergata enim au-
thoritate pontificis, rex quaſi liber a curatore pontifice/monſtrando ſe iam libe-
rum dominum declinauit a templo & inſtituit lucos & ſculptilia. Et dereli-
querunt domum domini dei patrum ſuorum/ſeruieruntq3 lucis
⁊ ſculptilibus: ⁊ facta eſt ira ſuper iehudam ⁊ ieruſalaim propter
peccatum eorum hoc. Miſitq3 eis prophetas ut reducerent eos
ad dominum: proteſtatiq3 ſunt eis ⁊ non auſcultauerunt.
¶ Spiritus itaq3 dei. Nomen eſt elohim. induit zechar'iam filiũ ie-
ho'iadah ſacerdotis. Vere ſpiritus ſummi iudicis ueſtiuit zachariam: quo-
niam exterius apparuit in actione eius publica. ⁊ ſtetit in conſpectu po-
puli/ ⁊ dixit eis: hec dicit dominus deus. Hebraice habetur. ſic dixit
elohim. Sepæ diximus interpretem aduerbium mutare in pronomen. quare
vos tranſgredimini precepta domini ⁊ non proderit/quia dere-
liquiſtis dominum dereliquit vos. Qui cõgregati aduerſus eũ
miſerunt lapides. Hebraice habetur. Et coniurarunt aduerſus eum
⁊ lapidauerunt eum lapidibus iuxta preceptum regis. Deliberata
ac matura fuit hæc lapidatio: utpote procedens & a coniuratione & ab imperio
regis. in atrio domus domini. In euangelio declaratur atrium hoc fuiſſe
inter altare holocauſtorum & templum. erat enim ibidem atrium uiginti cubito-
rum: ut ſuperius ſcripta teſtantur. Hic eſt zacharias qui uocatur filius barachiæ.
Et nõ eſt recordatus ioas rex miſericordie. Hebraice hr̃. gr̃e quã fe-
cit ieho'iadah pr̃ eius cũ ipſo/ ⁊ interfecit filiũ eius. Exaggerat peccatũ
ex ingratitudine ad patrẽ zachariæ/q fecerat eũ regẽ. ⁊ cũ moreret dixit/ vi
deat dñs ⁊ requirat. Hebraice hr̃. videbit iehouah ⁊ requiret. Propheta-
uit ultionem diuinã/quæ ſubiũgitur ſubſecuta reuoluto anno.
¶ Cũq3 euolutus eẽt ãnus, aſcẽdit cõtra eũ exercitus ſyrie/ ⁊ venerũt i
iehudã ⁊ i ieruſalaim ⁊ iterfecerũt oẽs pricipes populi: ⁊ oĩa ſpo
lia eorum miſerũt regi damaſcũ. Et cũ modicus veniſſet exercitus ſy-
rorum, dñs tradidit i manũ eorum ĩfinitã multitudinẽ. Hebraice hr̃. exer
citũ in multitudine valde/quia dereliquerũt dñm deũ prm ſuorum. ad
manifeſtãdũ ꝙ ultio erat diuina. i populũ quidẽ eo ꝙ dereliquerunt diuinũ cultũ: i regẽ

Digitized by Google

uero & pp hoc & propter ſanguinẽ zachariæ. in ioas quoqȝ ignominioſa exercuere iudicia. Superfluit ignominioſa: nec ſcribitur qualia fuerint hæc iudicia. Et abeuntes dimiſerunt eum in languoribus magnis. Hebraice habetur. Et cũ abirent ab eo quia dimiſerunt eũ in malis multis. Et forte mala perſonæ illata a ſyris ſignificantur. ſurrexerunt autem. Hebraice habetur. coniurauerunt contra eum ſerui eius: Et ſimiliter quod ſubditur. in vltionem ſanguinis zacharie filij ioiade. Hebraice habetur. propter ſanguines filiorum ieho'iadah ſacerdotis: Per quod inſinuatur ꝙ multi filij ioiadæ pontificis occiſi fuerint a rege. ⁊ occiderunt eum in lecto ſuo ⁊ mortuus eſt: ſepelieruntqȝ eum in ciuitate dauid / ſed non in ſepulchris regum. Inſidiati vero ſunt ei. Hebraice habetur. Et iſti coniurantes aduerſus eum. declarantur enim nomina eorum qui occiderunt regem. zabad filius ſimhath hammonithidis / ⁊ iehozabad filius ſimrith moabithidis. Porro filij eius ac ſumma pecunie que adunata fuerat ſub eo. Hebraice habetur. ⁊ multitudo oneris ſuper eum. Nec explicatur quale fuerit onus: nec male antiquus interpres expoſuit onus pecuniarium. ⁊ inſtauratio domus dei. Hebraice habetur. ⁊ fundamentum domus elohim. Per quod inſinuatur ꝙ non ſolum in parietibus ſed etiam in fundamentis domus dei rex inſtaurauerat. ſcripta ſunt diligentius in libro regum. Hebraice habetur. ecce ſcripta ſunt ſuper declarationem libri regum. Quis ſit autem liber iſte declarationis neſcio. ⁊ regnauit amaz'iahu filius eius pro eo.

CAPVT .XXV.

f Ilius viginti quinqȝ annorum erat amaz'iahu cum regnare cepit / ⁊ vigintinouem annis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eius iehohaddan de ieruſalaim. Fecitqȝ rectum in oculis domini: veruntamen non in corde perfecto. Euentus enim manifeſtauit imperfectum cor eius. ualde enim facile declinauit: ut teſtantur ſubiuncta. Cũqȝ roboratum eſſet regnum ſuper eum: occidit ſeruos ſuos qui perculſſerunt regem patrem eius. Filios autem eorum non interfecit: quia ſicut ſcriptum eſt in lege in libro moſis / præcepit dominus dicendo, non morientur patres pro filijs ⁊ filij non morientur pro patribus / ſed vnuſquiſqȝ in peccato ſuo morietur. Profitebatur tunc amazias rex iuſtitiam legis: & propterea iudicialiter puniuit eos qui occiderant patrem: utpote non habentes publicam poteſtatem nec diuinum mandatum. quamuis enim pater propter ſanguinem zachariæ meruerit occidi / ad ipſos tamen non ſpectabat huiuſmodi punitio. Hæc autem & ſubiuncta de amazia ſcripta ſunt. 4. reg. 14. & propterea uide ibi reliqua.

CONgregauitqꝫ amazˋiahu iehudam:⁊ conſtituit eis per fa-
milias tribunos ⁊ centuriones in toto iehuda ⁊ binˋiamin:
Et recenſuit eos a filio viginti annorum ⁊ ſupra: inuenitqꝫ tri-
ginta millia iuuenum. Hebraice habetur. trecenta millia electorum
egredientium ad exercitum / tenentium haſtam ⁊ clypeum. Et
conduxit mercede de iſrael centum millia potẽtium fortitudine /
centum talentis argenti.
¶ Venit ãt vir dei ad eũ. Nomẽ eſt elohim tã hic ꝗ̃ cũ ſæpe inferius repetit
hic uir dei. ⁊ dixit: o rex nõ veniat tecũ exercitꝰ iſrael/ qa nõ ẽ dñs cũ
iſrael ⁊ omnibus filijs ephˋraim. Quod ſi putas in robore exerci-
tus bella conſiſtere / ſuperari te faciet dominus ab hoſtibus.
Hebraice habetur. Nõ ſi eundo tu / fac roborare ad bellum: faciet
impingere elohim coram inimico. Et eſt ſenſus ꝙ ſi tu iueris cum iſrae-
litis ad bellum tanꝗ̃ tu ſis qui facias & qui roboreris ex multitudine ad bellum,
faciet deus ſummus iudex te quaſi impingentem cadere coram inimico. Dei
quippe eſt ⁊ adiuuare ⁊ in fugam conuertere. Hebraice habetur.
quia eſt fortitudo in elohim ad adiuuandum ⁊ ad faciendum im-
pingere. Manifeſta ratio redditur obſequendi deo. Dixitqꝫ amazˋiahu
viro dei / quid ergo fiet de centum talentis que dedi militibus
iſrael? ⁊ dixit vir dei habet dominꝰ vnde tibi det plus ꝗ̃ꝫ hoc.
¶ Separauit itaqꝫ amazˋiahu exercitum qui venerat ad eum de
ephˋraim vt reuerteretur in locum ſuum: iratiqꝫ ſunt valde con-
tra iehudam / ⁊ reuerſi ſunt in regionem ſuam. Deficit. in ira fu-
roris. Reuerſi quidem deſcribuntur ſed in ira furoris / qui inferius ſubiungitur
aduerſus terram iudæ. Porro amazˋiahu confidenter eduxit popu-
lum ſuum/ ⁊ iuit in vallem ſalis: ⁊ percuſſit de filijs ſehir decem
millia. Et decem millia viuorum ceperunt filij iehude/ ⁊ addu-
xerunt ad verticem petre: precipitaueruntqꝫ eos de vertice pe-
tre/ ⁊ omnes hi crepuerunt. At ille exercitus quem remiſerat
amazˋiahu ne iret ſecum ad bellum/ diffuſus eſt in ciuitatibus ie-
hude a ſomeron vſqꝫ ad bethˋchoron: percuſſitqꝫ ex eis tria mil-
lia / ⁊ diripuit predam magnam.
¶ Poſtꝗ̃ꝫ autem venit amazˋiahu a cedendo edomeos, attulit
deos filiorum ſehir ⁊ ſtatuit illos ſibi in deos: adorabatqꝫ eos/
⁊ illis thurificabat. Quamobrem iratus eſt furor domini con-
tra amazˋiahu: ⁊ miſit ad eum prophetam qui diceret ei/ cur ado-
raſti deos qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua?
Cumqꝫ hec ille loqueretur/ reſpondit ei: an conſiliarius regis fa-
ctus es? ceſſa ne interficiam te: ⁊ ceſſauit propheta ⁊ dixit / ſcio
ꝙ cogitauerit deus perdere te. Nomen eſt elohim. quia feciſti hoc
⁊ non acquieuiſti conſilio meo. ut ſaltem pœniteret te facti.

ET inito conſilio amaz'iahu rex iehude miſit ad ioas filium ie⸗hoachaz filij iehu regem iſrael dicendo: veni & videamus nos facie. Hiſtoria hæc. 4. reg. 14. ſcripta eſt & expoſita. Remiſitq; ioas rex iſrael ad amaz'iahu regem iehude dicendo: carduus qui eſt in lebanon miſit ad cedrum que eſt in lebanon dicendo da fili⸗am tuam filio meo in vxorem / & tranſiuit beſtia agri que eſt in lebanon & conculcauit carduum. Dixiſti ecce percuſſi edom / & idcirco erigitur cor tuum in ſuperbiam. Hebraice habetur. in ag⸗grauare. hoc eſt non leuiter ſed firmiter inſtar rei grauis eleuatum cor ha⸗bes. igitur ſede in domo tua / cur prouocas in malum vt cadas tu & iehuda tecum? Et noluit audire amaz'iahu: quia a deo erat vt traderet eos in manum hoſtium / quia quæſierant deos edom. Nomen eſt elohim: & ab elohim fuiſſe dicitur / ut impleretur uerbum prophetæ prærecitatum.

Aſcendit igitur ioas rex iſrael: & viderunt ſe facie ipſe & amaz iahu rex iehude in bethſemes que eſt in iehuda. Corruitq; iehu⸗da coram iſrael: & fugit vnuſquiſq; in tentoria ſua. Et amaz'ia⸗hu regem iehude filium ioas filij ieho'achaz, cepit ioas rex iſrael i bethſemes: adduxitq; eum in ieruſalaim / & rupit murum ieruſa⸗laim a porta eph'raim vſq; ad portã anguli quadringentis cu⸗bitis. Tulitq; omne aurum & argentum & omnia vaſa inuẽta in domo dei apud hobed'edom. hoc eſt filios hobed'edom cuſtodis theſauri. & eſt hic quoq; nomen elohim. & theſauros dom⁹ regis & filios obſidũ. Hebraice habetur. & filios fideiuſſorum. quemadmodum etiam habetur in quarto regum. & reuerſus eſt in ſomeron.

Vixit autem amaz'iahu filius ioas rex iehude poſtq̃; mortuus eſt ioas filius ieho'achaz rex iſrael / qndecim annis. Reliqua aũt verborum amaz'iahu priorum & poſteriorum: nõne ipſa ſcripta ſunt i libro regum iehude & iſrael? Qui poſtq̃; receſſit a domino / tetenderunt ei inſidias in ieruſalaim. Hebraice clarius habetur. Et a tempore quo receſſit amaz'iahu a poſt iehouah / coniurauerunt contra eum coniurationem in ieruſalaim & fugit ad lachis. Ini⸗tium coniurationis deſcribitur ex merito receſſus a deo: q̃uis coniuratio non fuerit tunc manifeſtata / ſed poſtq̃ ſuccubuit in prælio aduerſus regem iſrael. miſeruntq; poſt eum in lachis / & interfecerunt eum ibi. Aſpor⸗tauerunt q; eum ſuper equos: & ſepelierunt eum cum patribus ſuis in ciuitate dauid. Hebraice habetur. in ciuitate iehude. Vt pa⸗tet. 4. reg. 14. ſepultus eſt in ciuitate dauid: ſed author libri priuauit nomine dauidis propter ipſius amaziæ demerita / tanq̃ non meruerit dauidis ciuitatem ſed iudæ. Reliqua uide expoſita in libro regum.

TUlit autem totus populꝰ iehude huzzi'iahu (qui erat filius ſedecim annorum) ⁊ regem conſtituit eũ pro patre eius amaz'iahu. Ipſe edificauit eloth/⁊ reſtituit eam iehude: poſtqꝫ dormiuit rex cũ prĩbus ſuis. Filius ſedecim ãnoꝝ erat huzzi'iahu cum regnare cepit/⁊ quinquaginta duobꝰ ãnis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eiꝰ iechol'ia de ieruſalaim. Fecitqꝫ rectum in oculis domini: iuxta omnia que fecerat amaz'iahu pater eius. in principio anteq̃ adoraret deos edom. Et exquiſiuit deum. Nomen eſt elohim. in diebꝰ zechar'iahu intelligentis ⁊ videntis deum. Iuxta hebræum habetur. intelligentis in videre elohim. & eſt genitiui caſus elohim. Laudat̃ iſte zacharias filius zacharíæ occiſi inter templum & altare ꝙ fuerit intelligens uiſiones elohim. Recole danielis dictum ꝙ intelligentia opus eſt in uiſione: & ꝑpendes ꝙ iſte zacharias pollebat dono intelligentiæ in uiſionibus: utpote intelligendo quid ſignificarent uiſiones habitæ in ſomnis / & diſcernendo illas quæ erant a deo uel ſomnijs uanis. cũqꝫ requireret dñm/direxit eũ in oĩbꝰ. Hebraice habetur. fecit proſperari eũ elohim. Sentẽtia eſt clara. unde & effectus ꝓſpitatis ſubiungitur.

¶ Egreſſuſqꝫ eſt ⁊ pugnauit ꝯtra peliſthim/⁊ rupit muꝝ ghath ⁊ murum iabne ⁊ murum aſdod: edificauitqꝫ ciuitates in aſdod ⁊ in peliſthim. Et adiuuit eum deus. Nomen eſt elohim. contra peliſthim ⁊ contra harabes habitantes in gurbahal ⁊ contra hammonitas. Hebraice habetur. ⁊ mehunim. nomenq; ſonat loci. Dederũqꝫ hãmonite munꝰ huzzi'iahu. De munere tributi eſt ſermo. ⁊ diuulgatũ eſt nomen eiꝰ vſqꝫ ad introitũ egypti / propter crebras victorias. Hebraice habetur. qa fecit roborare vſqꝫ in excelſum. hoc eſt quia fecit ea quæ fortitudinis erant uſq; ad ſummũ. Edificauitqꝫ huzzi'iahu turres ĩ ieruſalaim ſuper portã anguli ⁊ ſuper portam vallis ⁊ ſup̃ angulũ: ⁊ roborauit eas. Exſtruxitqꝫ turres in ſolitudine. pro tutela gregum. ⁊ fodit ciſternas multas, qa armentũ multũ erat ei ⁊ in cãpeſtribꝰ ⁊ in planicie: agricole ⁊ vinitores in montibꝰ ⁊ in charmel/qa diligebat terram.

¶ Habuit aũt huzzi'iahu robur facientiũ bellũ ingredientium in exercitũ per turmas in numero deſcriptionis ſue in manu iehiel ſcribe ⁊ mahaſe'iahu prefecti: ſub chanan'iahu de principibꝰ regis. Omnis numerꝰ capitũ familiaꝝ potẽtium fortitudine duo millia ⁊ ſexcenti. Et ſub eis robur exercitꝰ trecentoꝝ milliũ ⁊ ſeptem milliũ ⁊ qngentorũ q erant apti ad bella: ⁊ pro rege cõtra aduerſarios dimicabant. Defectiua eſt litera: nam hebraice habetur. factoꝝ belli in virtute fortitudinis: ad adiuuandũ regẽ contra inimicũ. laudantur enim militares uiri. Preparauitqꝫ eis huzzi'iahu toti exercitui clypeos ⁊ haſtas ⁊ galeas/⁊ loricas ⁊ arcꝰ: ⁊ lapides fundaꝝ. Fecitqꝫ in ieruſalaim diuerſi generis machinas / vt eſ-

ſent in turribus ⁊ in angulis ad iaciendū ſagittas ⁊ ſaxa grādia: Machinas ad iaciendū lapides magnos artificioſe factas deſcribit. egreſſumq; eſt nomen ei⁹ procul/eo ꝙ auxiliaret ei dñs ⁊ corroboraſſet illū. Deficiunt hic quædam: nam hebraice habetur. qa fecit admirari dū adiutus eſt vſq; quo inualuit. Admirandū ſe exhibuit ꝙ diu adiutus eſt a deo ad prævalendum: & propterea nomen eius diuulgatum eſt procul.

ET cū roborat⁹ eſſet, eleuatū eſt cor ei⁹ vſq; ad interitum ei⁹/ ⁊ neglexit dominū deū ſuū. Hebraice habetur. ⁊ mentit⁹ eſt in iehouah elohe ſuū. non uerbo ſed facto. peccare enim mentiri appellant pro quanto contrarium eſt ueritati diuinæ legis uoluntarie factum. igreſſuſq; eſt in templum dñi ad thurificandum ſuper altare thymiamatis: Non ſat erat ei dignitas regia/ſed uſurpare uoluit dignitatē ſacerdotalē in actione præclara: uez ſuper altare thymiamatis/quod erat internum altare. Ingreſſuſq; eſt poſt eū hazar'iahu ſacerdos: ⁊ cū eo ſacerdotes domini octoginta filij fortitudinis. Reſtiteruntq; huzzi'iahu regi ⁊ dixerunt ei, non eſt tui officij huzzi'iahu thurificare dño qa ſacerdotū filioꝝ aharon ſanctificatoꝝ eſt thurificare: egredere de ſanctuario. erat enim altare thymiamatis in extrema parte templi ante ſanctū ſanctorum. ne contempſeris. Hebraice habetur. qa mentit⁹ es. hoc eſt quia peccaſti in hac attentatione. Primum reddiderant rationem ex conſecratione filiorum aharon: deinde addunt rationem peccati. & tertio ignominiæ apud deū/ ſubiungendo. ⁊ non tibi i honorem a iehouah elohim. Et in hoc directe percutiunt intentionem regis qui ad honorem pontificium aſpirabat. Iratuſq; eſt huzzi'iahu: ⁊ tenens in manu thuribulū vt adoleret incenſum/minabat ſacerdotib⁹. Hebraice habetur. ⁊ in manu ei⁹ thuribulū ad thurificandū: ⁊ in iraſci ei⁹ cū ſacerdotib⁹/ ⁊ lepra orta eſt i fronte ei⁹ coram ſacerdotib⁹ in domo domini deſuper altare thymiamatis. Mirabilis ac ſubita ultio diuina deſcribitur. Reſpexitq; eū hazar'iahu pontifex ⁊ omnes ſacerdotes/ ⁊ viderunt leprā in fronte ei⁹, ⁊ feſtinato expulerunt eum. Hebraice habetur. ⁊ fecerunt feſtinare eum illinc. Non explicatur expulſio: ſed uiſa lepra ſacerdotes regem leproſum ad feſtine egrediendum monuerūt. ſed ⁊ ipſe perterritus accelerauit egredi/eo ꝙ ſenſiſſet ilico plagam domini. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ etiā ipſe fuit impulſus ad exeundū/qa percuſſit eū iehouah. Ita ꝙ non ſolum a ſacerdotibus, ſed etiam a ſeipſo ſentiente plagam dei impulſus eſt ad egrediendum e templo.

¶ Fuitq; huzzi'iahu rex leproſus vſq; ad diem mortis ſue/ ⁊ habitauit in domo ſeparata plen⁹ lepra. Hebraice habetur. leproſus. nihilq; dicitur de plenitudine. qa exciſus fuerat de domo domini: porro iotham filius eius erat ſuper domum regis / iudicans populum terre. Reliquum autem verborum huzzi'iahu priorum ⁊ poſteriorum/ ſcripſit ieſah'iahu filius amoz propheta. ſed non in libro eſa-

iæ quē habemus/ut patet legenti. Dormiuitqȝ huzzi'iahu cū patribus ſuis,⁊ ſepelierūt eū cū eis ī agro ſepulchri regū/eo ꝙ eſſet leproſus. Sepelierunt eum non in ipſis ſepulchris regum ſed in illo agro/propter lepram:ut ſeparatus in uita ſeparatus etiam eſſet mortuus.Reliqua expoſita uide 4.reg.ca.15. ⁊ regnauit iotham filius eius pro eo.

CAPVT .XXVII.

Fíliꝰ uigintiqnqȝ annoꝝ erat iotham cū regnare cepit/⁊ ſedecim annis regnauit in ieruſalaim:⁊ nomen mr̄is eiꝰ ieruſa filia zadoc. Fecitqȝ rectū in oculis dn̄i iuxta omnia que fecerat huzzi'iahu pr̄ eiꝰ/verūtamen non eſt ingreſſus templū dn̄i. proculdubio ad fungendum officio ſacerdotis. ⁊ adhuc populꝰ delinquebat. Hebraice habetur. ⁊ etiam populꝰ facientes deſtruere. Laudatur rex ꝙ imitatus eſt patrem in omnibus rectis operibus coram deo & non in præſumptione ſacerdotij.Cum rectitudine tamen eius erant multi in populo facientes deſtruere: hoc eſt uacantes idolatriæ: ac per hoc ꝗntum in ſe erat cooperantes ad deſtructionem populi & diuini cultus.

¶ Ipſe edificauit portā domꝰ dn̄i excelſam:⁊ in muro hophel edificauit multū. Ciuitateſqȝ edificauit in monte iehude:⁊ in ſaltibꝰ edificauit caſtella. Hebraice habetur. palatia. pro recreatione & uenatiōis tempore. ⁊ turres. ¶ Ipſeqȝ pugnauit cū rege filioꝝ hāmon/⁊ vicit eū:⁊ dederūt ei filij hāmon in anno illo centū talenta argenti ⁊ decem millia choroꝝ tritici ⁊ hordei decem millia/hec reddiderūt ei filij hammon anno ſecūdo ⁊ tertio. Roboratuſqȝ eſt iotham: ꝗa direxit vias ſuas coram dn̄o deo ſuo.

¶ Reſiduū aūt verboꝝ iothā ⁊ oīa bella eiꝰ ⁊ opera. Hebraice habetur.⁊ vie eiꝰ.ſed in idem redit. ecce ipſa ſcripta ſunt ī libro regū iſra el ⁊ iehude. Filiꝰ vigintiqnqȝ annoꝝ erat cū regnare cepit:⁊ ſedecim ānis regnauit ī ieruſalaim. Dormiuitqȝ iotham cū patribꝰ ſuis/⁊ ſepelierūt eū ī ciuitate dauid:⁊ regnauit achaz filiꝰ eiꝰ pro eo. Reliqua uide quarti regum. 15.

CAPVT .XXVIII.

f Filiꝰ viginti ānoꝝ erat achaz cū regnare cepit/⁊ ſedecim ānis regnauit ī ieruſalaim:⁊ non fecit rectū ī oculis dn̄i ſicut dauid pater eiꝰ. Ambulauitqȝ ī vijs regū iſrael:⁊ ēt ſtatuas fudit behalim. Ipſeqȝ thurificauit ī valle ben'hinnom:⁊ luſtrauit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ combuſſit filios ſuos in igne. Manifeſte ſignificatur cōbuſtio filiorum ſecundum morem gentilitatis.Et quoniam pluraliter dicitur filios ſuos/ non unicum tantum combuſſiſſe filium narratur. non auſim tamen propterea affirmare ꝙ fuerit cōbuſtio occidens filios/ſed cōſecrans eos: tum quia filij multi

explicantur combuſti, tum quia modificatur cõbuſtio ſubiungendo. ſicut abominationes gentiũ quas expulit iehouah a facie filioꝝ iſrael. Ita ꝙ non dicitur abſolute ꝙ combuſſit filios ſuos in igne/ſed modificatur ſicut idolatriæ ritus habebat. alienum autem a ratione uidetur ut multos filios proprios unus pater combureret occidendo, ſed non ꝙ aliquantulam uſtionem quodam per ignem tranſitu inferret: ut idem ſignificetur hic quod alibi nominatur fecit tranſire per ignem. Sacrificabat quoqꝫ ⁊ thurificabat in excelſis ⁊ ſuper colles: ⁊ ſub omni arbore frondoſa.

¶ Tradiditqꝫ eũ dñs deꝰ eiꝰ in manũ regis ſyrie/q percuſſit eũ ⁊ cepit de regno eiꝰ predam magnam ⁊ adduxit in damaſcũ. Quarti. reg. 16. res geſtæ tẽpore achaz ſcriptæ ſunt/ubi rex iſte ſyriæ nominatur rezin. ⁊ etiam in manũ regis iſrael traditꝰ eſt / ⁊ percuſſit eũ plaga magna. phacee filius romeliæ. Iſti enim duo reges conuenerant aduerſus achaz regem iudæ tempore eſaiæ prophetæ/promittentis diuinã opem regi achaz quã ille renuit: ut ſcribitur eſa. 7. unde & diuino iudicio paſſus eſt tot & tanta ab iſtis duobus regibus. multo tamen peiora a rege iſrael: quia regem ſyriæ oportuit reuerti ad defendendum regnum ſuum a rege aſſyriorum inuocato ab achaz. Occiditqꝫ pecach filiꝰ remal'iahu in iehuda centũ ⁊ viginti millia in die vno omnes filios fortitudinis: eo ꝙ reliqſſent dominũ deum patrũ ſuoꝝ. Occidit quoqꝫ zich'ri potẽs eph'raim maha'ſeiahu filiũ regis. achaz. ⁊ hazricam ducẽ domꝰ/ ⁊ elcanam ſecundũ a rege. Narrantur tres excellentes perſonæ regis achaz occiſæ. Ceperũtqꝫ filij iſrael de fratribꝰ ſuis ducenta millia mulieꝝ filioꝝ ⁊ filiaꝝ / ⁊ infinitam predam. Sæpe interpres utitur infinitate pro multitudine. pertulerũtqꝫ eam in ſomeron.

¶ Ea tempeſtate erat ibi propheta domini obed nomine. mortuo ſiquidem eliſæo florebat propheta iſte in regno ſamariæ. ꝑpter quod dicitur hebraice. Et fuit ibi propheta domino/hoded nomen eiꝰ. Nec ponitur aliqua limitatio temporis: nec dicitur ꝙ aliunde uenerit. ⁊ egreſſus eſt obuiã exercitui venienti ĩ ſomeron/⁊ dixit eis: ecce iratꝰ dñs deꝰ patrũ veſtroꝝ contra iehudam tradidit eos in manꝰ veſtras/ ⁊ occidiſtis eos atrociter ita vt vſqꝫ ad celũ pertingeret veſtra crudelitas. Hebraice habetur. ⁊ occidiſtis eos in ira / vſqꝫ ad celos peruenit. ſed interpres uocabulis exaggerauit. Clades. n. tanta dicit̃ ꝙ uſqꝫ ad cœlos peruenerit: utpote centũ & uiginti millium uno die. Et nũc filios iehude ⁊ ieruſalaim vultis vobis ſubijcere in ſeruos ⁊ ancillas: quod nequaqꝫ facto opꝰ eſt/peccaſtis enim ſuper hoc domino deo veſtro. Iuxta hebræũ hr. nõne tantũ vos vobiſcũ delictoꝝ ad iehouah elohe veſtrũ (ſubaudi hctis. Et ẽ ſenſus ꝙ ſufficere debẽt uobis iniqtates quas cõmiſiſtis uos inter uos aduerſus ſummum deum/& nõ debetis addere hanc iniqtatem inter uos & fratres ueſtros filios iudæ. Nũc igitur audite me/⁊ reducite captiuos quos adduxiſtis de fratribꝰ veſtris: qa magnꝰ

Digitized by Google

furor domini imminet vobis. Hebraice habetur. quia ira furoris ie- houah ſuper vos. hoc eſt uindictam diuinam inſtar furoris ſuper uos me- remini. Surrexeruntq; viri de capitibus filiorum ephraim (ha- zar'iahu filius iehochanan / berech'iahu filius meſchillemoth & ie- chizc'iahu filius ſallum & hamaſa filius chad'lai) contra venien- tes de exercitu. Et dixerūt eis: nō introducetis huc captiuos ne peccemus domino / vos vultis adijcere ſuper peccata noſtra & vetera cumulare delicta. Hebraice habetur. & ſuper delictū noſtrū. Agnoſcunt principes & peccata quibus a recta ratione declinauerāt / & iniqui- tatem idolatriæ propriæ. grāde quippe peccatū eſt / & ira furoris domi- ni imminet. Hebraice habetur. quia multū delictū nobis / & ira furoris ſuper iſrael. Agnoſcunt iuxta prophetæ uerbum propriam iniquitatem non ſolum ſufficere ſed eſſe multam, & mereri iram atque furorem diuinum ſuper popu lū iſrael. Dimiſerūtq; viri bellatores prædam & vniuerſa que ce- perant. Hebraice habetur. captiuitatem & prædam. ueſtes & huiuſmodi. coram principib9 & tota congregatione. Surrexerūtq; viri qui nominati ſunt per nomina / & apprehenderunt captiuos & omnes nudos eorū veſtiuerunt de ſpolijs / & calciauerūt eos / & comedere ac bibere fecerūt eos / & vnxerūt eos / & omnem infirmū eorū duxe rūt in aſinis, & adduxerūt eos in iericho ciuitatē palmarū ad fra- tres eorū: & reuerſi ſunt in ſomeron.

TEmpore illo miſit rex achaz ad regem aſſur vt auxiliaretur ſibi. Pronomen illo / non demonſtrat tempus poſt tantā cladem, ſed tem- pus quo iſti duo reges cōuenerunt aduerſus achaz. author enim prius refert quæ paſſus eſt achaz / & deinde narrat inuocationem regis aſſyriorum: quia aduen- tus regis aſſyriorum non præuenit hæc mala regni iudæ. Et adhuc edomei venerūt: & percuſſerūt multos ex iehuda / & ceperūt prædam ma- gnam. Peliſthim quoq; diffuſi ſunt per ciuitates campeſtres & ad meridiē iehude: ceperūtq; bethſemes & a'ialon & ghederoth & ſocho & filias ei9 & thimnam & filias eius & ghimzo & filias ei9 / & habitauerūt ibi. Non ſolum iſti duo reges (rezin & phacee) percuſſerunt regnum iudæ ſed & idumæi & peliſthini percuſſerunt prædati ſunt cæperuntq; ciuitates / uidentes regnum iudæ tam depreſſum. Humiliauerat enim do- min9 iehudam propter achaz regem iehude. Hebraice habetur. iſra- el. Noiat achaz rex iſrael. forte titulū regis iſrael retinebat: aut potius pp imita- tionē regū iſrael recedendo penitus a cultu ſūmi dei / author noiauit ipſum regē iſrael tractando illius punitionē. eo quod nudaſſet eū auxilio & cōtēpti ui ha- buiſſet dominū. Hebraice habetur. quia fecit detegere i iehuda / & præ- uaricando præuaricatione in iehouah. Ratio redditur quare humi- liauit deus iudam propter regem achaz, quia detexit achaz regnum iudæ the- ſauris protegentibus illud confidendo in rege aſſyriorū / & præuaricatus eſt præ- uaricatione maxima aduerſus ſummum deum: ut teſtantur ſupraſcripta.

¶ Adduxitqꝫ contra eũ. Iuxta hebræum habetur. Et venit ſuper eũ thillegath pilneeſer rex aſſur. Inuocatio regis aſſyriorum ſupraſcripta ad adiuuandum ipſum achaz, trahit intellectum lectoris ad intelligendũ ꝙ nõ contra achaz uenerit/ſed uenerit innixus uocationi eius. q ⁊ afflixit eũ/ ⁊ nullo reſiſtente vaſtauit. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fecit anguſtare ei ⁊ non roborauit eũ. Duo effectus ex aduentu regis aſſyriorum narrãtur: alter ꝙ generauit anguſtias ipſi achaz/alter ꝙ non contulit robur eidem. Et anguſtia quidem in exactione pecuniarum intelligitur /ut tanta fuerit exactio ut anguſtaret rex achaz ad inueniendam tantam pecuniam: non collatio autem roboris intelligitur in eo ꝙ non fecit ei reſtitui ciuitates ablatas ab eo/ſed dimiſit eũ in ſua debilitate. Igitur achaz ſpoliata domo domini ⁊ domo regũ ⁊ principũ. Hebraice habetur. Quia diuiſit achaz domũ iehouah ⁊ domũ regis ⁊ principũ. Quãuis diuidere pro diſsipare intelligi poſsit (quoniam in libro regum ſcribitur theſauros inuentos tam in domo dei q̃ regis/dediſſe regi aſſyriorum) ut tamen non ſolum ueritas ſed proprietas hebraici ſermonis ſeruetur, partitus dicitur domum dei & regis & principum: non ꝙ partem accæperit & partem dimiſerit (quoniam tam liber regum q̃ anguſtia hic ſcripta ſonat cõtrarium) ſed diuiſit onus ſoluendi regi aſſyriorum in domum dei domum regis & principes. ita ꝙ non aggrauauit populum/qui tam afflictus erat. ⁊ dedit regi aſſyriorum munera. Superfluit munera. ⁊ tamen nihil ei profuit. Hebraice habetur. ⁊ non in adiutoriũ ei. Anguſtatus & oppreſſus tãta exactione ſoluit quidem/ſed nõ obtinuit auxiliũ pro ſe ſed oppreſsionem inimicorum ita ꝙ hoſtes eius fuerunt depreſsi ſed ipſe non fuit adiutus/immo etiã ſub tributo ſeruiens regi aſſyriorum.

¶ Inſuper ⁊ tempore anguſtie ſue/ adiunxit preuaricationem in dominum/ipſe per ſe rex achaz. Superfluit per ſe. hebræi tamen ponderãt hoc in loco pronomen ipſe/ad ſignificandum quod interpres expoſuit. Et immolauit dijs damaſci percuſſoribus ſuis/ ⁊ dixit: dij regũ ſyrie auxiliantur eis immolabo eis ⁊ auxiliabuntur mihi: cum econtrario ipſi fuerint ruine ei ⁊ toti iſraeli. Direptis itaqꝫ achaz omnibus vaſis domus dei atqꝫ cõfractis. Hebraice habetur. Et cõgregauit achaz vaſa domus elohim ⁊ concidit vaſa domus elohim: Duo manifeſtantur. alterum ꝙ etiam uaſa domus dei abſtulit: alterum ꝙ concidit illa ut pecunia fieret ex eis. Et nomine uaſorum ſignificantur more hebraico uniuerſa (puta menſa/candelabrum/altare aureum) & non ſolum quæ nos uaſa dicimus. ⁊ clauſit ianuas domus domini. ut nec ueſtigium diuini cultus in templo remaneret. ⁊ fecit ſibi altaria in omnibus angulis in ieruſalaim. In omnibus quoqꝫ ciuitatibꝰ iehude extruxit aras ad cremandum thus. Hebraice habetur. fecit excelſa ad ſuffiendũ elohim alijs. Nulla materia ſuffitus (hoc eſt cremanda inſtar thuris) determinatur: poterat caro ſic cremari ut fiebat in holocauſto. atqꝫ ad iracundiam prouocauit dominum deum patrum ſuorum.

¶ Reliqua autem verborum eius priorum ⁊ poſteriorum ⁊ omnium viarum eius: ecce ipſa ſcripta ſunt in libro regum iehude ⁊ iſrael. Dormiuitqꝫ achaz cum patribus ſuis/ ⁊ ſepelierũt eum in ciuitate in ieruſalaim/ neqꝫ enim receperũt eum. Hebraice habetur. qa non fecerũt venire ipſum in ſepulchra regum iſrael. Nullus refutans recipere ſcribitur/ ſed ſine nomine multi iudicauerunt ipſum indignum ſepulchris regum iſrael: & propterea non eſt in ſepulchris regum ſepultus. Nec te moueat nomen iſrael: nam ſepulchra regum in ciuitate dauidis/ erant ſepulchra non ſolum regum iudæ ſed etiam regum iſrael: dauidis/ ſalomonis ioſaphat. regnauitqꝫ chizci'iahu filius eius pro eo.

CAPVT .XXIX.

Chizci'iahu regnare cepit filius vigintiquinqꝫ annorũ/ ⁊ vigintinouem ãnis regnauit in ieruſalaim: ⁊ nomen matris eius abi'ia filia zechar'iahu. Fecitqꝫ quod erat placitum. Hebraice habetur. Fecitqꝫ rectum. ſecundum regulam diuinam. in oculis domini: iuxta omnia que fecerat dauid pater eius.

¶ In ipſo ãno ⁊ menſe primo regni ſui. Trãſpoſita eſt litera: nã hebraice hr. Ipſe in anno primo regni ſui in menſe primo. Vbi clare annus primus refertur ad regnum eius: menſis autem primus non arctatur ad regnũ/ ſed abſolute narratur. & propterea ambiguum eſt an ſignificetur menſis primus regni/ an ſignificetur menſis primus in ordine menſium anni. aperuit valuas domus domini/ ⁊ inſtaurauit eas. Adduxitqꝫ ſacerdotes ⁊ leuitas: ⁊ congregauit eos in plateam orientalem. Hæc eſt quæ ſuperius appellata eſt atrium magnum: erat enim ex parte orientali ipſius templi. Et dixit ad eos/ audite me leuite: nũc ſanctificamini ⁊ mundate domũ domini dei patrum veſtrorum/ ⁊ auferte omnem immundiciam de ſanctuario. Dictio interpretata omnem immundiciam/ eſt dictio ſignificans menſtruatam. ita ꝙ hebraice habetur. ⁊ facite exire menſtruatam e ſanctuario. Inſtar enim menſtruatæ (quæ non ſolum polluta erat ſed polluebat alia) deſcribitur immundicia templi: ut per hoc intelligamus ꝙ erat immundicia idolatriæ/ quæ non ſolum polluta erat ſed & polluebat alios. Ita ꝙ nõ eſt ſermo de immundicia luti & huiuſmodi corporearum ſordium/ ſed de immundicia ſacrilegarum rerum & idolatriæ. unde & pro ratione ſubiũgitur peccatum patrum. Quia peccauerunt patres noſtri/ ⁊ fecerunt malũ in oculis domini dei noſtri ⁊ dereliquerunt eum: auerteruntqꝫ facies ſuas a tabernaculo domini ⁊ prebuerunt dorſum. Ad literam achaz quemadmodum reliqua ita & modum orandi ordinauit contra legem moſis: ut uc3 adoraret populus uerſus ad orientem/ & ſic auerterent facies ſuas a tabernaculo diuino terga præbentes illi: nam coram tabernaculo adorãtes/ habebant facies ad occidentem ſecundum legem moſis. Clauſeruntqꝫ oſtia porticus

⁊ extinxerũt

⁊ extinxerunt lucernas/ ⁊ incenſum non adoleuerunt: ⁊ holocauſtum non obtulerunt in ſanctuario deo iſrael. Hebraice habetur. elohe iſraelis. more ſolito. Fuitqꝫ ira domini ſuper iehudam ⁊ ieruſalaim: ⁊ tradidit eos in commotionem. Hebraice habetur. in tremitum. Et utrunqꝫ fuit uerum: quia & dati ſunt in prædam atqꝫ abducti in captiuitatem / & ſpoliati ſunt ita ut tremuerint nudati. in deſolationem ⁊ in ſibilum/ ſicut vos cernitis oculis veſtris. Et ecce corruerunt patres noſtri gladio: ⁊ filij noſtri ⁊ filie noſtre ⁊ vxores noſtre captiue ducte ſunt propter hoc. Nunc cum corde meo eſt percutere fedus cum domino deo iſrael: ⁊ auertet a nobis iram furoris ſui. Filij mei nolite me negligere. Hebraice habetur. Filij mei nunc non errabitis. a rectitudine diuinæ legis. quia vos elegit dominus vt ſtetis coram eo ad miniſtrandum ei/ ⁊ vt colatis eũ ⁊ thurificetis ei.

¶ Surrexerunt ergo leuite / machath filius hamaſai ⁊ ioel filius hazar'iahu de filijs cehathitarum ⁊ de filijs meraritarum/ cis filius habdi ⁊ hazar'iahu filius iehallel'el: ⁊ de gherſunitis ioach filius zimme/ ⁊ heden filius ioach. Et de filijs elizaphan/ ſimri ⁊ iehiel: ⁊ de filijs aſaph/ zechar'iahu ⁊ matthan'iahu. Et de filijs heman/ iechiel ⁊ ſimhi: ⁊ de filijs iedutħun/ ſemah'ia ⁊ huziel. Congregaueruntqꝫ fratres ſuos ⁊ ſanctificati ſunt. ſecundum legis ritum. ⁊ venerunt iuxta mandatum regis in verbis domini/ vt mundarẽt domũ domini. Sacerdotes quoqꝫ ingreſſi ſunt templum domini vt ſanctificarent illud. Clarius habetur hebraice. Et venerunt ſacerdotes intra domum iehouah ad mundandum. Narrata obedientia leuitarum/ narratur cõſequenter obedientia ſacerdotũ cũ obſeruatione legis: uidelicet ꝙ ſoli ſacerdotes intra domum domini ingreſſi ſunt / leuitis non præſumentibus intrare iuxta legem moſis. extuleruntqꝫ omnem immundiciam quam inuenerunt in templo domini / in atriũ domus domini. hoc eſt in atrium inter altare holocauſtorum & domum dei. illuc enim uſqꝫ educebant ſacerdotes quæcũqꝫ ſacrilega erant intus/ & leuitæ ex illo atrio ad torrentem cedron educebant ut ſubiungitur. tulerũtqꝫ leuite ad efferendum ad torrentẽ cid'ron foras. Ceperũt autẽ prima die menſis primi mundare. Narrata mundatione/ narratur tẽpus diſtinguendo dies. Et ex hoc ꝙ primo die menſis primi inchoarunt mundare, facile intelligimus ꝙ ſuperius nomine menſis primi ſignificatur primus menſis regni. niſi quis dixerit ꝙ eodem die quo rex congregauit ſacerdotes & leuitas in atrio magno icœperũt mũdare: qđ a ꝓmptitudine ſacerdotũ & leuitaꝝ alienũ nõ eſſet, ſed ſanctificatio pſonaꝝ quæ in litera præponit᷑ obſtare uidet᷑: narrãt᷑.n. ſanctificati leuitæ & ingreſſi ad obſequendũ regi. unde tẽpus mediũ inter pmũ mẽſem ſupraſcriptum & primum menſem hic ſcriptum inſinuatur. Si quis tamen præpoſte-

rum ordinem familiarem hebraicæ phraſi etiam hic ſeruatum crediderit / non errat. ꝛ in die octauo menſis ingreſſi ſunt porticum domini/ ꝛ mundauerunt domum domini diebus octo : ꝛ die ſextodecimo menſis primi compleuerunt. Octo ergo dies conſumpſerunt mundando exteriores partes templi uſq; ad atrium quod erat inter templum & altare / alios autem octo dies expiando ipſam templi domum. Et ſcripta ſunt hæc ut intelligamus magnam multitudinem idolatriæ fuiſſe intra domum dei ab achaz collocatam.

¶ Ingreſſiq; ſunt ad ezechiam. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et ingreſſi ſunt intro ad chizci'iahu regem. Non intelligas die decimoſeptimo adyſſe regem : quoniam nec litera hoc dicit, nec ſanctificatio uaſorum quam profitentur ſe feciſſe præter mundationem templi / uſq;quaq; quadrat. ꝛ dixerunt : mundauimus totam domum domini/ ꝛ altare holocauſti ꝛ omnia vaſa eius / ꝛ menſam propoſitionis ꝛ omnia vaſa eius. Cum uaſa menſæ propoſitionis eſſent aurea/ & ipſa menſa ſaltem ueſtita auro ſecundum legem, nõ eſt intelligendum ꝙ achaz reliquerit ea: ſed quemadmodum altare holocauſti nouiter erectum eſt (nam achaz illud amouerat) ita noua propoſitionis menſa aut forte lignea deaurata uetus/mundata dicitur. Vaſa autem non niſi ærea intelligi poſſunt / poſt tot direptiones domus dei & theſaurorum & uaſorum eius. Cunctamq; templi ſupellectilem quam polluerat rex achaz. Hebraice habetur. Et omnia vaſa que fecit obliuiſci rex achaz in regno ſuo. Dictio tñ interpretata obliuiſci/ab alys interpretatur elongare. ſed ſententia eadem redit : quia uaſa referũtur quæ achaz per elongationem ab uſu fecit tradi obliuioni. poſtq̃ preuaricatus eſt. Hebraice habetur. in preuaricari ſuo. nunq̃ enim legitur bonus. ꝛ ecce expoſita ſunt omnia coram altari domini. Hebraice habetur. preparauimus ꝛ ſanctificauimus: ꝛ ecce ipſa coram altari iehouah. Dicendo præparauimus & ſanctificauimus/ præter ſanctificationẽ multa ipſos reparaſſe ſignificatur.

SUrrexitq; diluculo chizci'iahu rex/ ꝛ adunauit principes ciuitatis : ꝛ aſcendit in domum domini. Adduxeruntq; tauros ſeptẽ ꝛ arietes ſeptẽ ꝛ agnos ſeptẽ ꝛ hircos capraꝝ ſeptẽ ꝓ pctõ/ pro regno ꝛ pro ſanctuario ꝛ pro iehuda. Quamuis lege non fuerit ſancitus numerus iſte, decretus tamen eſt a rege & principibus quia numerus ſeptenarius in lege ſacratus erat / & immenſum pelagus peccatorum numero deo conſecrato compræhendendum putarunt. dixitq; filijs aharon ſacerdotibus vt offerrent ſuper altare domini. Et mactauerunt bouẽ/ ꝛ receperunt ſacerdotes ſanguinem ꝛ aſperſerunt ſuper altare : mactaueruntq; arietes / ꝛ aſperſerunt ſanguinem ſuper altare. Et applicuerunt hircos pro peccato coram rege ꝛ cetu. tanq̃ offerentibus hircos pro peccato. impoſueruntq; manus ſuas ſuper eos. deputati ad hoc uice regis & uniuerſæ multitudinis. Et immola-

Digitized by Google

uerunt eos ſacerdotes. Interpres utitur immolare pro iugulare: ſacerdotes enim iugulauerunt illos. ⁊ aſperſerunt ſanguine eorum altare propiaculo totius iſraelis: pro toto enim iſrael preceperat rex ut holocauſtum fieret pro peccato. Deficit coniunctio: legendum eſt. dixit rex holocauſtum ⁊ chatath. hoc eſt & pro peccato. utrunq; enim mandauerat rex fieri pro uniuerſo iſraele. Conſtituitq; leuitas in domo domini cum cymbalis ⁊ pſalterijs ⁊ citharis ſecundum diſpoſitionem dauid regis ⁊ ghad uidentis regis ⁊ nathan prophete. Vterq; donum prophetiæ habuerat: ſed ghad appellatur uidens antiquo prophetarum nomine / nathan autem propheta quod fuit nomen poſterius. quia ghad antiquior propheta erat: utpote qui cum dauide fuerat tempore quo dauid profugus erat a facie ſaulis: ut patet. 1. reg. 22. & ipſe appellabatur uidens regis dauidis: ut patet. 2. reg. ult. & 1. para. 21. qa domini preceptum fuit per manum prophetarum eius. Hinc habetur ꝙ ordinata per dauidem non omnia fuerunt ei reuelata immediate a deo ſed multa per medios prophetas. Steteruntq; leuite cum organis dauid / ⁊ ſacerdotes cum tubis. Cerne differentiam: ſacerdotes ſecundum ordinem moſis utebantur tubis / leuitæ autem ſecundum ordinem dauidis utebantur alijs inſtrumentis muſicis.

¶ Et iuſſit chizci'iahu ut offerrent holocauſtum ſuper altare: cunq; inciperet holocauſtum / inceperunt laudes canere domino ⁊ clãgere tubis ⁊ diuerſis organis que dauid rex iſrael inuenerat concrepare. Totaq; congregatio adorabat: ⁊ cantores ⁊ ij qui tenebant tubas erant in officio ſuo donec cõpleretur holocauſtum. Cunq; finita eſſet oblatio, incuruatus eſt rex ⁊ omnes qui erant cum eo. Hebraice habetur. genuflexerunt rex ⁊ omnes inuenti cum eo ⁊ adorauerunt. Hinc mos perpenditur ut in fine holocauſti genuflecterent & adorarent. Precepitq; chizci'iahu rex ⁊ principes leuitis ut laudarẽt dominum ſermonibus dauid ⁊ aſaph uidentis. Appellatione ſermonum intelliguntur pſalmi. Et hinc habetur ꝙ nõ ſolus dauid fuit author pſalmorum ſed etiam aſaph. quod eſt intelligendũ quo ad materiam: multorum enim pſalmorum materiæ reuelatæ ſunt aſaph & alijs prophetis in titulis pſalmorum nominatis, ſed quo ad formam & metrum dauid author fuit pſalmorum omnium: ut ex appendice ſeptuageſimiſecundi pſalmi probauimus in præfatione ſuper pſalterium. qui laudauerũt cum magna letitia / ⁊ incuruato genu adorauerunt. Hebraice habetur. ⁊ incuruarunt ſe ⁊ adorauerunt. Caput humiliter inclinarunt leuitæ coram rege uenerando illum: ut ſubiuncta teſtantur. nam in hebræo non ſubiungitur. Ezechias autem etiam hec addidit. ſed. Et reſpondit chizci'iahu ⁊ dixit. Dicendo & reſpondit (proculdubio leuitis) manifeſtat ꝙ leuitarum incuruationi corã ſe reſpondit rex. impleſtis manꝰ veſtras domino: Parui refert ꝙ hebraice habetur. nũc impleſtis manum veſtram iehoͣ

uah. Appellatur implere manum ſummo deo / conſecrare & dicare opus deo.
Laudat itaqꝫ rex leuitas ꝙ modo obtulerunt operas ſuas ſummo deo. acce-
dite ⁊ offerte victimas ⁊ laudes in domo domini. Dictio inter-
prætata laudes (quæ etiam repetitur in ſequenti linea) ſignificat munera quæ
offerebantur pro beneficio recæpto manifeſtæ gratiæ diuinæ. obtulitqꝫ tota
congregatio victimas ⁊ laudes / ⁊ holocauſta mente deuota.
Hebraice habetur. ⁊ omnis voluntarius corde holocauſta. Nec uo-
luntarius corde arctatur ad holocauſta / ſed præcedentia etiā cōpræhendit.

¶ Fuit autem numerus holocauſti quod obtulit congregatio,
boues ſeptuaginta / arietes centum / agni ducenti: ſanctifica-
ueruntqꝫ domino boues ſexcentos. Manca eſt litera: nam poſt agnos
ducentos immediate ſubditur. pro holocauſto ad iehouah omnia hec.
Et immediate ſequitur. Et ſanctitates: boues ſexcenti / ⁊ ouium
tria millia. Inter oblata pro holocauſtis & oblata deo in genere ut dicata
eſſent deo / differentia ſcribitur. Sacerdotes vero pauci erant / ⁊ non
poterant excoriare omnia holocauſta. Hinc clare habetur ꝙ exco-
riare holocauſta erat officium ſacerdotum / & in articulo duntaxat neceſſitatis
cōmunicatum leuitis. Et quia claritas derogat coniecturæ, ideo quod in leui-
tico ex coniectura ſcripſimus ſpectare ad offerentem excoriare holocauſtum
per ſe uel alium / retractamus: & de ſacerdote ibi eſſe ſermonem intelligimus
hinc. Et idem intellige de iugulatione & actionibus reliquis / excæpta ma-
nuum impoſitione. ſola ſiquidem hæc actio ſpectabat ad ipſum offerentem /
reliquæ uero ad ſacerdotem: ꝗuis ibidem oppoſitum ſcripſerim. iuue-
runtqꝫ eos fratres eorum leuite donec impleretur opus ⁊ ſan-
ctificarentur antiſtites. Hebraice habetur. ſacerdotes. ſufficientes
ad opus excoriandi. leuite quippe faciliori ritu ſanctificantur q̃ꝫ ſa-
cerdotes. Iuxta hebræum habetur. quia leuite recti corde vt ſan-
ctificarentur pre ſacerdotibus. Oratio comparatiua eſt, rationem red-
dens quare multi leuitæ erant ſanctificati ſacerdotes uero pauci / quia cor le-
uitarum rectius fuerat q̃ꝫ ſacerdotum ad hoc ut ſanctificarentur. Arguuntur
ergo ſacerdotes minoris rectitudinis. & hoc implicite paulo ſuperius inſinua-
tum fuit: dum ad exhortationem regis narrantur nomina familiarum multa-
rum leuiticarum ex quibus ſurrexerunt leuitæ ad ſanctificationem / de ſacer-
dotibus uero dicitur in genere ꝙ etiam ſacerdotes &c. in hoc eodem capitulo.
quia enim pauci ſacerdotes fuerunt prompti ad ſanctificationem / ideo ibi im-
plicite dictum hic explicatur. Fuerunt igitur holocauſta in multi-
tudine cum adipibus pacificorum ⁊ libaminibus holocauſto-
rum: ⁊ completus eſt cultus domus domini. Hebraice habet̃. ⁊ di-
rectum eſt miniſterium domus iehouah. quamuis deeſſet ſufficiens
ſacerdotum numerus, diuini tamen miniſterij officia directione non carue-
runt.

¶ Letatuſqꝫ eſt chizciiahu ⁊ totus populus / eo ꝙ miniſterium

Digitized by Google

domini eſſet expletum. Hebraice habetur. eo ꝙ direxiſſet elohim populo: quia repente fuit res. Materia gaudij regis & populi narratur diuina directio qua direxit populum ad cultum diuinum / ſeu direxit ea quæ diuini cultus erant proſpera populo. Et eo magis deo attribuitur directio hæc quia repente fuit res iſta / ut hebraica habet ueritas: hoc eſt ſine præuijs nũcijs / prophetis / prædicatoribus & huiuſmodi præparatorijs.

CAPVT .XXX.

Miſit quoqʒ chizci'iahu ad totum iſraelem ⁊ iehudam. Fuiſſe hoc poſt ſextum annum regni ezechiæ / apparet ex eo ꝙ miſit ad omnem iſrael carentem rege: utpote reliquias iſraelis ducti in captiuitatem a rege aſſyriorum anno ſexto ezechiæ / ut ſcribitur 4. reg. 18. profugi ſiquidem iſraelitæ reuerſi erant iſti ad quos miſit ezechias. ſcripſitqʒ epiſtolas ad eph'raim ⁊ menaſſem. Specialis mentio fit iſtarum duarum tribuum ſpecialiqʒ officio uocatæ narrantur / uidelicet per literas: eo ꝙ magis unitæ inueniebãtur. quod ideo accidit, qa ſub ditione regis iudæ aliquæ eph'raim & menaſſis ciuitates exiſtentes / nõ ſunt inuaſæ a ſalmanaſar rege aſſyriorum. Vt venirent ad domum domini in ieruſalaim / ad faciẽdũ paſcha dño deo iſrael. Inijtqʒ cõſiliũ rex ⁊ principes ⁊ tot⁹ cet⁹ i ieruſalaim / ad faciendũ paſcha i mẽſe ſecũdo. ꝑculdubio ſecundum ordinem menſium anni. Non enim occurrerat facere in tempore ſuo. Hebraice habetur. Quia non potuerunt facere illud tempore ſuo. Tempus celebrandi paſcha ſecundũ legem erat menſis primus (ut patet exo. 12.) ita tamen ut impediti primo mẽſe celebrarent paſcha menſe ſecundo / ut patet numeri capitulo nono: & proptẽrea impedimẽtum ſcribitur primi menſis pro ratione celebrandi paſcha menſe ſecundo. quia ſacerdotes q poſſent ſufficere non fuerant ſanctificati / ⁊ popul⁹ nõ fuerat congregatus in ieruſalaim. Prima ratio impedimenti redditur ex parte ſacerdotum / altera autem ex parte populi. Placuitqʒ ſermo in oculis regis ⁊ in oculis totius cetus: ⁊ decreuerunt mittere nuncios in vniuerſum iſrael a beerſebah vſqʒ dan / vt venirent ad faciendũ paſcha domino deo iſrael in ieruſalaim: multi enim nõ fecerant ſicut in lege ſcriptum eſt. Iuxta hebræum habetur. quia non in multitudine fecerunt ſicut ſcriptum eſt. Explicatur illud paulo ante ſcriptum: ucʒ quia non potuerunt facere paſcha tempore ſuo. explicatur inquam manifeſtando ꝙ multitudo non fecerat celebritatem paſchalem tempore ſuo. Et dicitur hoc tum ad differentiam aliquorum qui fecerant paſcha tempore ſuo: tum ad commemorandum præcæptum legis non ſeruatum fuiſſe. nam exo. 12. mandatur ꝙ uniuerſa multitudo congregationis iſrael celebret paſcha quartadecima die menſis primi.

¶ Perrexeruntqꝫ curſores cũ epiſtolis ex regis imperio. Hebraice
habetur. de manu regis ⁊ principum eius in totum iſrael ⁊ iehu-
dam. Subſcriptæ manu regis & principum narrantur literæ/ut eſſent efficacio
res. iuxta preceptum regis dicentes: filij iſrael reuertimini ad do-
minũ deum ab'rabam ijzchac ⁊ iſrael / ⁊ reuertetur ad reliquias
que effugerunt manus regum aſſur. Hinc apparet ꝙ poſt captiuita-
tem ultimã regni iſrael hæc geſta ſunt. Et ne ſitis ſicut patres veſtri ⁊
fratres veſtri qui preuaricati ſunt in dominum deũ patrũ ſuoꝝ:
tradiditqꝫ eos in deſolationem/ vt vos cernitis. Igitur non in-
duretis ceruices veſtras ſicut patres veſtri: tradite manus ve-
ſtras domino. tum ad fœdus/tum ad eleuationẽ adorando qui eleuatis eas
idolis. ⁊ venite ad ſanctuarium eiꝰ quod ſanctificauit in eternum/
⁊ ſeruite domino deo veſtro, ⁊ auertetur a vobis ira furoris eiꝰ:
Si enim vos reuerſi fueritis ad dominum / fratres veſtri ⁊ filij
veſtri miſericordiam inuenient coram eis qui captiuos duxerũt
eos/ ⁊ reuertentur ad terram hanc: pius enim ⁊ clemens. Hebrai-
ce habetur. quia miſericors ⁊ miſerator eſt dominus deus noſter:
ſed parui refert. ⁊ nõ auertet faciem ſuam a vobis ſi reuerſi fueritis
ad eum. ¶ Et curſores pergebant velociter. Superfluit uelociter.
de ciuitate in ciuitatem in terra eph'raim ⁊ menaſſis vſqꝫ ad ze-
bulun: illis irridẽtibus ⁊ ſubſannantibus eos. Attñt viri de aſer
⁊ menaſſe ⁊ zebulun acquieſcentes conſilio. Hebraice habetur. fue-
rũt humiliati. interno diuino munere, quemadmodũ de iudæis ſubiungitur.
⁊ venerũt in ieruſalaim. Etiam in iehuda fuit manus elohim ad
dandum eis cor vnum ad faciendum preceptum regis ⁊ princi-
pum in verbo domini. Diuina gratia deſcribitur cõmunis prædictis & iu-
dæis: diſparitas autem penes hoc ꝙ cõmunicata eſt gratia iudæis omnibus, di-
ctarum autem tribuum quibuſdam.

Congregatiqꝫ ſunt in ieruſalaim populi multi. Hebraice habe-
tur. populus multus. Et poſt illa uerba ſubiuncta. ad faciendum
ſolennitatem azymorum in menſe ſecundo. ſcriptum eſt. aduna-
tio in multitudine valde. Sententia eſt clara. Surrexeruntqꝫ ⁊ abſtu
lerunt altaria que erant in ieruſalaim: ⁊ omnia in quibus adole-
batur incenſum idolis abſtulerunt/ ⁊ proiecerunt in torrentẽ cid'
ron. Immolaueruntqꝫ paſcha quartadecima die menſis ſecun-
di. iuxta decretum moſis nu. 9. ſacerdotes quoqꝫ ⁊ leuite tandem ſan-
ctificati. Hebraice habetur. ⁊ ſacerdotes ⁊ leuite fuerũt verecũdati ⁊
ſanctificauerunt ſe. Minor ſacerdotum & leuitarum multorum amor ad di
uinum cultum manifeſtatur/ex eo ꝙ uerecundia ducti ſanctificauerunt ſe. uide-
bant enim populum deuote concurrentem ad diuinum cultum: & ſic in ſeipſis
confundebantur & ſanctificarunt ſe. ⁊ obtulerunt holocauſta in domo
domini. Steterũtqꝫ in ordine ſuo iuxta morẽ ſuum/ iuxta legem

Digitized by Google

moſis viri dei. Nomen eſt elohim. ſacerdoteſqʒ ſuſcipiebant ſanguinem aſpergendum de manibus leuitarum. Quia multi erant in cõgregatione qui non ſanctificauerant ſe. Non de ſanguine agni paſchalis eſt ſermo/ſed de ſanguine uictimarum quæ offerebantur in templo. nam agnus paſchalis ubiqʒ in omnibus domibus ieruſalem offerebaẗ: & ſanguis eius in ſuperliminaribus & poſtibus domus ponebatur/nec aſpergebatur per ſacerdotes in altari. Eſt itaqʒ ſenſus literæ/ꝙ quia multi ſanctificati nõ erant qui tamen offerebant uictimas,ideo in actu offerendi leuitæ ſupplebant officium quod debebat fieri per offerentes mundos. & proptera corrigenda eſt continuatio literæ ſubiunctæ. ⁊ idcirco immolabant leuite phaſe ijs qui non occurrerãt ſanctificari domino. nam hebraice habetur. ⁊ leuite ſuper iugulationem paſchatum in omni immundo ad ſanctificandũ iehouah. Diuerſa a præcedenti eſt hæc ſententia tractans de alio officio ſuppleto a leuitis: ucʒ officio iugulandi agnos paſchales apud immundos. iuxta legis ſiqdem ritum nec ſacerdos nec leuita requirebatur ad immolandum paſcha in domo in qua immolabatur, ſed paterfamilias mundus iugulabat agnum: uerum exiſtente multitudine immunda deerat mũdus iugulator in multis domibus, qa nec paterfamilias nec alius in illa domo mundus aderat: & ꝑpterea leuitæ ſuppleuerunt officium iugulandi apud immundos. Magna enim pars populi. Hebraice habetur. Quia multitudo populi multitudo de ephraim ⁊ menaſſe iſaſchar ⁊ zebulun non ſe mundauerunt. Ratio quare oportuit leuitas ſupplere officiũ iugulandi paſcha / redditur multitudo immundorum. Deinde immediate ſubiungitur. quia comederunt paſcha non ſicut ſcriptum. Vide diſparitatem. multitudo immunda non præſumpſit iugulare paſcha, comedit tamen paſcha non ſecundum ꝙ ſcriptum eſt: hoc eſt carens mundicia requiſita a lege ſcripta. Et ratio diſparitatis fuit/qa iugulatio paſchæ erat præcipua actio paſchalis ſacrificij. quia igitur multitudo immunda comedit paſcha & non præſumebat iugulare, leuitæ officium iugulandi ſuppleuerunt. ⁊ orauit pro eis. Hebraice habetur. qa orauit iechizci'iahu ſuper eos dicẽdo. Cõtextus inſinuat ꝙ prius ezechias orauit pro eis q̃ iſti immundi præſumerent comedere paſcha: nam ratio comeſtionis redditur dicendo quia orauit ezechias. dominus bonus propitiabitur cũctis q in toto corde reqrunt dominũ deũ patrũ ſuorũ. Deficit una dictio: legendũ ẽ. Oi q direxit cor ſuũ ad querẽdũ elohim iehouah elohe prm ſuorũ. Deſcribit immundos qui uenerant ad diuinũ cultũ ſecundum cor: ꝙ ucʒ totum cor direxerint ad quærendum in gubernatorem & iudicem / fontem eſſendi iudicem & gubernatorem patrum ſuorum. ⁊ non imputabit eis ꝙ minꝰ ſanctificati ſunt. Iuxta hebræum habetur. ⁊ nõ ſicut mũdificatio ſanctitatis. Confidit ezechias (ſupplicando tamen) ꝙ ſummus deus bonitate ſua præferet integritatem cordis mundiciæ requiſitæ ſecũdum ſanctitatem legitimã: ita ꝙ propitiabitur iſtis immundis legaliter / mundis autem corde. Exaudiuitqʒ dominus iechizci'iahu. Teſtimonium hoc ſufficit. ⁊ placatꝰ eſt

populo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſanauit populum. Quia nullius ægritudinis mentio facta eſt/ſed ſolius immundiciæ legalis, ignotum remanet a quo morbo ſanauerit deus populum. Senſibile tamen ſanitatis ſignū interueniſſe credendum eſt: alioquin orationis ezechiæ exauditio occulta fuiſſet / nec ſecuri comediſſent iſti paſcha/nec magna letitia ſubiuncta uerificaretur.

¶ Feceruntq̃ filij iſrael qui inuenti ſunt in ieruſalaim ſolennitatem azymorum ſeptem diebus in letitia magna: ⁊ laudabant dominum per ſingulos dies leuite ⁊ ſacerdotes in vaſis fortitudinis domino. Et locutus eſt iechizcriahu ad cor omnium leuitarum qui habebant intelligentiam bonam ſuper dominum. hoc eſt locutus eſt uerba penetrantia uſq; ad cor/ut curam populi inſtruendi ſuſciperent & continuarent: ideo enim leuitarum duntaxat pollentium bona dei intelligentia fit mentio. Vnde & duo effectus ſubiunguntur. alter ꝙ ſeptem diebus perſeuerauit populus uacando ſacrificijs & confeſsioni: alter ꝙ ſeptem alios dies addiderunt. ⁊ comederunt ſeptem diebus ſolennitatis. Iuxta hebræū habetur. ⁊ comederunt preparationem ſeptem diebus. Præparatio comedenda ſeptem diebus paſchæ/eſt panis azymus ſecundum legem moſis. immolantes victimas pacificorum/⁊ laudantes dominum deum. Hebraice habetur. ⁊ confitentes ſe domino deo patrum ſuorum. procuidubio peccaſſe ſummo deo.

¶ Placuitq̃ vniuerſe multitudini vt celebrarēt. Hebraice habetur. Et conſiliati fuerunt totus cetus facere ſeptem diebus alijs. inſtruentibus leuitis prædictis / ut magis firmaretur populus in cultu ſummi dei & magis ſimul doceretur quæ ſunt diuinæ legis. ⁊ fecerunt ſeptem diebus in letitia. Quia chizcriahu rex iehude dedit cetui mille tauros ⁊ ſeptem millia ouiū/⁊ principes dederūt cetui tauros mille ⁊ ouiū decem milia: ſanctificatiq̃ ſunt ſacerdotes in multitudine. Et letati ſunt totus cetus iehude ⁊ ſacerdotes ⁊ leuite / ⁊ tot⁹ cetus qui venerat de iſrael: proſelytiq̃ qui venerant de terra iſrael / ⁊ habitantes in iehuda. Factaq̃ eſt celebritas. Hebraice habetur. letitia magna in ieruſalaim: quia a dieb⁹ ſalomonis filij dauid regis iſrael non ſicut hec in ieruſalaim. Ita ꝙ non celebritas ſed letitia narratur excedēs omnem aliam letitiam paſchalem a tempore ſalomonis. Et in promptu erat ratio: quia tot ānis intermiſſa fuerat / & iſrael poſt mortē ſalomonis nunq̃ conuenerat ad paſcha inhibentibus regibus iſrael. Surrexerunt autem ſacerdotes atq̃ leuite. Iuxta hebræum legitur abſq; nota coniunctionis. ſacerdotes leuite. hoc eſt leuiticæ tribus. ⁊ benedixerūt populo. ad ſacerdotes enim filios aharon ſpectabat benedicere populo: ut patet nu. 6. ⁊ exaudita eſt vox eorum / ⁊ peruenit oratio eorum ad habitaculum ſanctum eius ad celum. Teſtimonium ſcripturæ ſat eſt. ſi quæris quomodo cognitū eſt, reſpondeo ꝙ ſpiritus ſanctus eſt author ſcripturæ ſacræ qui omnia nouit & ſcriptori reuelauit ex illa oratione deum benedixiſſe populo. Et bene nota

Digitized by Google

ꝙ multiplicatio frugum ſcripta in ſequenti capitulo nota fuit ad ſenſum: ſed ꝙ fuerit fructus iſtius ſacerdotalis benedictionis/ex reuelatione cognitum fuit.

CAPVT .XXXI.

CVmq; perfeciſſent totum hoc,egreſſus eſt totus iſrael qui inuentus eſt in ciuitatibus iehude/ꝛ fregerunt ſimulachꝛa ꝛ ſucciderunt lucos ꝛ demoliti ſunt excelſa ꝛ altaria de toto iehuda ꝛ bin'iamin ꝛ in eph'ꝛaim ꝛ menaſſe vſq; ad conſumptionem. Hinc quoq; apparet ꝙ poſt deſtructum regnum ſamariæ hæc geſta ſunt. reuerſiq; ſunt oẽs filij iſrael vnuſquiſq; ad poſſeſſionem ſuam ad ciuitates ſuas.

¶Iechizci'iahu vero conſtituit diuiſiones ſacerdotum ꝛ leuitarum ſuper diuiſiones eoꝛum/vnũquenq; in officio pꝛopꝛio tam ſacerdotum q̃ leuitarum ad holocauſtũ ꝛ pacifica:ad miniſtrandum ꝛ confitendum ꝛ ad laudandum in poꝛtis caſtroꝛum domini. Caſtra domini appellantur ſepta templi in quibus habitabant miniſtrantes diuino cultui. Pars aũt regis eoꝛum erat. Superfluit eorum. Vt de eiꝰ ſubſtantia offerrentur holocauſta mane ꝛ veſperi ꝛ holocauſta ſabbatoꝛũ ꝛ calendarum ꝛ ſolennitatũ:ſicut ſcriptũ ẽ in lege domini. Manifeſtatur ꝙ ezechias ſuſcæpit in ſe onus prouidendi de iugi holocauſto/& de holocauſtis ſabbatoꝝ calendaꝝ & reliquaꝝ ſolẽnitatũ legis. Pꝛecepitq; populo habitanti in ieruſalaim. Cœpit facere/deinde docere & præcipere. Vt daret ptes ſacerdotibꝰ ꝛ leuitis. Hebraice hĩ. dare partem ſacerdotum ꝛ leuitarum. hoc eſt ea quæ ſecundum legem debebant dare tum ſacerdotibus tum leuitis: quæ ſcripta ſunt in lege moſis diffuſe. Vt poſſent vacare legi domini. Hic eſt finis & ratio quare miniſtris diuini cultus debentur ſubſidia a populo. Quod cum percrebuiſſet in auribus multitudinis. Hebraice habetur. Et ſicut multiplicabitur res, multiplicauerunt filij iſrael pꝛimitias frumenti vini ꝛ olei ꝛ mellis. Narratur ꝙ inchoata & multiplicata oblatione ab habitatoribus ieruſalem/moti eorum exemplo filij iſrael alibi habitantes multiplicauerunt & ipſi offerendo primitias. ꝛ omnium que gignit humus. Hebraice habetur. ꝛ omnis fructus agri. quod minus eſſe perſpicuum eſt. Deinde immediate ſequitur. ꝛ decimam omnis in multitudine attulerunt. Prius dixit de primitijs/& poſtea ſubiunxit de decimis. & quemadmodum prius narrauit primitias oblatas ab habitatoribus ieruſalem & deinde ab alijs,ita & de decimis intelligendum eſt. Vnde & ſubiungitur imitatio habitatorum extra ieruſalem quo ad decimas animalium. Filijq; iſrael ꝛ iehude habitantes in ciuitatibus iehude etiam ipſi decimam boum ꝛ ouium decimãq; ſanctoꝛum que vouerant domino deo ſuo/obtulerunt. Hebraice habetur. ꝛ decimam ſanctitatum ſanctificatarum iehouah elohe eoꝛum/attulerunt. Leuitæ debebant ſacerdotibus decimam decimæ:& hæc ſacerdotũ por-

tio appellatur ſanctitas ſanctificatorum, quoniam ex ſanctificatis deo decimis datis a populo leuitis/ſumebatur hæc decima ſanctificata deo pro ſacerdotibus. Et manifeſtatur per hoc ꝙ leuitæ quoqꝫ attulerunt debitam decimam ſacerdotibus. ⁊ poſuerunt aceruatim. Menſe tertio ceperunt aceruorũ iacere fundamenta. Hebraice habetur. inceperunt aceruos in fundamẽto. hoc eſt prima principia aceruorum. ⁊ mẽſe ſeptimo cõpleuerũt.

¶ Veneruntqꝫ autẽ iechizci'iabu ⁊ principes/⁊ viderũt aceruos: benedixerũtqꝫ domino ⁊ populo eius iſrael. Et interrogauit iechizci'iabu ſacerdotes ⁊ leuitas de aceruis. Reſponditqꝫ ei hazar'iabu ſacerdos primꝰ de domo zadoc/⁊ dixit: ex quo cepit oblatio afferri in domũ dñi comedimꝰ ⁊ ſaturati ſumꝰ ⁊ ſuꝑfuit in multitudine/eo ꝙ benedixit dñs populo ſuo ⁊ ſupereſſe fecit copiam hanc. Ecce fructus diuinæ benedictionis per ſacerdotes factæ/ut narratum eſt in præcedenti capitulo. ¶ Precepitqꝫ iechizci'iabu preparare cellaria ĩ domo domini: ⁊ preparauerũt. Intulerũtqꝫ oblationes ⁊ decimas ⁊ quecunqꝫ vouerant. Hebraice habetur. ⁊ ſanctitates in fide. Significantur autem decimæ decimarum ſupradictæ. fuitqꝫ prefectus ſuper ea chanan'iabu leuita ⁊ ſimbi frater eius ſecundus. Et iechiel ⁊ hazaz'iabu ⁊ nachath ⁊ haſael ⁊ ierimoth ⁊ iozabad ⁊ eliel ⁊ iiſmach'iabu/⁊ machath ⁊ bena'iabu: prepoſiti de manu chanan'iabu ⁊ ſimbi fratris eius/ex imperio iechizci'iabu regis ⁊ hazar'iabu pontificis domꝰ domini. Hebraice habetur. ducis domus elohim. caput enim domus dei ſignificatur. ad quos omnia pertinebant. Non habetur hæc adiectio in hebræo.

¶ Core vero filius iimne leuita ianitor orientalis porte/prepoſitus erat iis que ſponte offerebantur domino. Nomen eſt elohim. primitiiſqꝫ ⁊ conſecratis in ſancta ſanctorum. Iuxta hebræum habetur. ad dandum eleuationem iehouah/⁊ ſanctitatẽ ſanctitatum. Exponitur inter ſponte oblata comprehendi tunc tam primitias quæ eleuabantur deo q̃ꝫ decimas decimarum: ad manifeſtandum ꝙ q̃uis hæc ſecũdum legem deberentur, non tamen tunc exigebantur ſed ſponte offerebantur. Et ſub cura eius. Non male interpretatur quod hebraice ſcribitur. Et ſuper manũ eiꝰ. quia ſignificatur ꝙ manui (hoc eſt gubernationi eius) innitebantur ſubiũcti uiri diſtributores in urbibus ſacerdotum in fide: hoc eſt abſqꝫ exacta ſupputatione. heden ⁊ min'iamin ⁊ ieſuah ⁊ ſemah'iabu ⁊ amar'iabu ⁊ ſechan'iabu in ciuitatibus ſacerdotum in fide: ad dandum fratribꝰ ſuis in diuiſionibus/ſicut magno ſic paruo. Exceptis maribꝰ ab annis tribus ⁊ ſupra. Hebraice habetur. Abſqꝫ genealogia eorum maribus a filio trium annorum ⁊ ſupra. Aduerte & diſcerne diſparitatẽ inter ſacerdotes ac leuitas abſqꝫ diſcuſſa illorum genealogia & eoſdem diſcuſſa eorum genealogia/penes hoc ꝙ ſine diſcuſſione genealogiæ diſtributio fiebat miniſtris actualiter miniſtrantibus & illorum filiis maribus trium annorum & ſupra dum

itized by Go

taxat: miniſtris aũt ſacerdotibus(hoc eſt filijs aharon) & leuitis a uigeſimo anno & ſupra diſcuſſa eorum genealogia diſtributio fiebat etiam pro uxoribus & filiabus. Et non eſt ſermo de genealogia quo ad patres auos & atauos: ſed quo ad numerum filiorum. Hanc ſententiam ſonat hebraica litera ſubiungendo. omni venienti ad domum iehouah rem de die in diem ſuam: ad miniſterium ſuum in cuſtodijs ſuis / in diuiſionibus ſuis. Conditiones narrantur eorum quibus abſqꝫ diſcuſſa genealogia diſtribuebatur res eis debita & modus/ucꝫ de die in diem. Deinde immediate ſequitur. Et cum genealogia ſacerdotes per domum patrum ſuorum ⁊ leuite/a filio viginti annorum ⁊ ſupra: in cuſtodijs ſuis in diuiſionibus ſuis. Alterũ e regione præcedentis membrum ſubiungitur: ucꝫ leuitæ a uiginti annis & ſupra iuxta ordinem decretũ a dauide & ſacerdotes: utriqꝫ tamen in cuſtodijs ſuis (hoc eſt temporibus illis deputatis iuxta diuiſiones ſtatutas tempore dauidis) utriqꝫ inquam genealogia eorum diſcuſſa. Et de iſtis ſubiungitur. Et exiſtentibus cum genealogia vniuerſe familie eorum/ vxoribꝰ eorum ⁊ filijs eorum ⁊ filiabꝰ eorum: omni congregationi / qa in fide eorũ ſanctificabũt ſe ſanctitate. Duo ſcribuntur. alterum ꝙ iſtis quoꝝ genealogia erat diſcuſſa diſtribuebatur pro tota familia/uxoribus &c. alterum toti congregationi tam primi membri q̃ꝫ ſecundi diſtribuebatur quia fideles habebantur ad ſanctificationis mundiciam / ita ut non permitterent immundos participare nec fraudem in his committi.

¶ Sed ⁊ filioꝝ aharon. Hebraice habetur in caſu datiuo. Et filijs aharon ſacerdotibꝰ in agris ſuburbani ciuitatũ eoꝝ in oĩ citate ⁊ ciuitate. Hactenus tractatum eſt de diſtributione quæ fiebat ſacerdotibus & leuitis miniſtrantibus: modo tractatur de diſtributione quæ fiebat ſacerdotibus & leuitis in agris ſuburbanorum & ciuitatibus habitantibus. diſpoſiti erant viri. Hebraice habetur. viri qui fuerunt nominati nominibꝰ. hoc eſt uiri optime noti/bonæ famæ diſtributores erant. q partes diſtribuerent vniuerſo ſexui maſculino de ſacerdotibꝰ ⁊ leuitis. Non ſolum male contexta ſed manca eſt litera: nam præcedentis ſententiæ pars eſt de ſacerdotibus. clare enim in hebræo dicitur omni maſculo ſacerdotũ: deinde immediate ſubditur. ⁊ omni exiſtenti cum genealogia in leuitis. Clara diſparitas exprimitur: ucꝫ ꝙ in genere ſacerdotali dabatur pars omni maſculo/in genere aũt leuitico non niſi exiſtenti cum genealogia diſcuſſa.

¶ Fecitqꝫ ſicut hoc iechizcˀiahu in toto iehuda: ⁊ fecit bonum. ſibi & alijs. ⁊ rectũ. in actione. ⁊ verum. ſecundum intellectum. coram domino deo ſuo. teſte deo. In vniuerſa cultura miniſterij domus domini iuxta legem ⁊ cerimonias/ volens requirere deũ ſuum in toto corde ſuo: fecitqꝫ ⁊ proſperatus eſt. Hebraice habetur. Et in omni opere quod incepit in miniſterio domus elohim ⁊ in lege ⁊ in precepto ad querendũ elohe ſuũ: i toto corde ſuo fecit ⁊ ꝓſpera-

bitur. Effectus operis proſpitas ſignificat in futuro/qa futura fuit reſpectu boni operis: ſic enim infinities hebræi loquuntur.

CAPVT .XXXII.

POſt res ⁊ veritatem iſtas venit ſancherib rex aſſur. Significāter poſt ueritatem uitæ iuſtitiæ & doctrinæ ezechiæ ſuperueniſſe bellum deſcribitur/ne peccato ezechiæ imputaretur huiuſmodi afflictio ſubiuncta. ⁊ ingreſſus eſt iehudā/⁊ obſedit ciuitates munitas. Hebraice habetur. ⁊ caſtrametatus eſt ſuper ciuitates arcium. Non uenit recto tramite ad ieruſalem/ſed ad ciuitates fortes regni iudæ. volens eas capere. Hebraice habetur. ⁊ dixit ad ſcindendum eas ſibi. hoc ē decreuit ſeparare ciuitates munitas a ieruſalem ad hoc ut ſubyceret eas ſibi ſimul cum reliquo regno iſrael. erat enim dominus regni iſrael: nam quartodecimo anno regni ezechiæ hoc geſtum eſt. Vidit autē iechizciiahu veniſſe ſancherib/⁊ faciem eius eſſe ad bellum contra ieruſalaim. Quarti reg.18. narratur ꝙ iſte rex aſſyriorum cæpit ciuitates munitas regni iudæ/quod hic tacetur. & ſimiliter tacetur ezechiam petyſſe ueniam a rege aſſyriorum/& dediſſe ei magnam auri & argenti ſummam quam ſancherib petyt. Poſt hæc enim adhuc ſancherib obſidente ciuitatem lachis/& accæpta tanta auri & argenti ſumma frangente fidem, geſtum eſt quod hic ſcribit͛: ucȝ ꝙ uidit ezechias faciem regis aſſyriorum ad bellandum contra ieruſalem. Et inito cū principibꝰ ꝯſilio viriſqȝ fortiſſimis vt obturarēt capita fontiū q erāt extra vrbē: ⁊ hoc omniū decernēte ſentētia. Hebraice hr̄. Et ꝯſiliatus eſt cū principibus ſuis ⁊ potentibus ſuis ad obturandū aquas fontiū q erat extra citatē: ⁊ adiuuerūt eū. principes uiriq fortes. Congregatuſqȝ eſt populus multus, ⁊ obturauit omnes fontes/⁊ riuum qui fluebat. Hebraice habetur. ⁊ torrentem inūdantem in medio terre. proculdubio extra ciuitatem. dicendo: cur veniēt reges aſſur/⁊ inuenient aquas multas? Confortatuſqȝ eſt, ⁊ edificauit omnem murum dirutum ⁊ extruxit turres deſup ⁊ forinſecus murum alterum/⁊ roborauit millo ciuitatis dauid: ⁊ fecit vniuerſi generis armaturam. Hebraice habetur. ⁊ fecit armaturam in multitudine ⁊ clypeos. nec uniuerſæ ſpecies armorum explicantur. Conſtituitqȝ principes bellatorum in exercitu. Hebraice habetur. Et poſuit principes bellorum ſuper populum. cuncta enim ſecundū humanam prouidentiam recte diſpoſuit & extra & intus. ⁊ conuocauit eos ad ſe in plateam porte ciuitatis/⁊ locutus eſt ad cor eorum dicendo. hoc eſt uerba penetrantia corda dixit. Roboramini ⁊ confortamini/non timeatis nec paueatis a facie regis aſſur ⁊ a facie totius turbe que eſt cum eo: quia plures ſunt nobiſcum q̄ȝ cum eo. Verbis eliſæi prophetæ uſus eſt/confiſus in diuino auxilio: quod & rei probauit euentus. ſonant enim uerba hæc multitudinem angelorum adeſſe illis/ut eliſæus. 4. reg. 6.

eiſdem

Digitized by Google

eiſdem uerbis ſignificauit. Cum ipſo eſt brachium carneum/ ⁊ nobiſcum eſt dominus deus noſter qui auxiliator eſt noſter pugnatqꝫ pro nobis. Hebraice habetur. ad adiuuandum nos ⁊ ad preliandum prelia noſtra. ſed ſententia in idem redit. Confortatuſqꝫ eſt populus huiuſcemodi verbis. Hebraice habetur. Et fuerũt innixi populus ſuper verba iechizci'iahu regis iehude. Fructus uerborum ezechiæ manifeſtatur tantus ꝙ populus innixus eſt diuino auxilio per uerba ezechiæ prolaro.

¶ Poſt hec miſit ſancherib rex aſſur ſeruos ſuos in ieruſalaim (ipſe enim cum vniuerſo exercitu obſidebat lachis. Quæſtio oritur: quoniam quarti regum decimooctauo contrarium ſonat litera/dicens ꝙ rex aſſyriorum miſit de lachis rabſacem cũm exercitu graui in ieruſalem ad ezechiam: quomodo ergo uerificatur ꝙ ipſe ſancherib cum uniuerſa potentia ſua obſidebat lachis? Solutio eſt ꝙ rabſaces miſſus tanq̃ nuncius tempore obſidionis lachis uenit ſine exercitu ut hic ſcribitur: ſed ſtatim capta ciuitate lachis miſit rex partem exercitus poſt rabſacem ad ieruſalem ut in libro regum ſcribitur: & ipſe rex cum parte exercitus iuit ad debellandum ciuitatem libnam/ut ex ſcriptis quarti regum decimonono colligitur.) ad iechizci'iahu regem iehude ⁊ ad totum iehudam qui erat in ieruſalaim dicendo. Sic dixit ſancherib rex aſſur: in quo habetis fiduciam/ ⁊ ſedetis obſeſſi in ieruſalaim? Nonne iechizci'iahu decipit vos vt tradat vos ad moriendum fame ⁊ ſiti/ dicendo dominus deus noſter liberabit nos de manu regis aſſur? Nonne ipſe iechizci'iahu abſtulit excelſa ⁊ altaria eius: ⁊ precepit iehude ⁊ ieruſalaim dicendo/corã altari vno adorabitis ⁊ ſuper illud thurificabitis? Vide hæc expoſita quarti regum decimooctauo. Nonne cognoſcitis que fecerim ego ⁊ patres mei omnibus populis terrarum? an valendo valuerunt dij gentiũ terrarum liberare terram ſuam de manu mea? Quis eſt in omnibus dijs gentium iſtarum quas vaſtauerunt patres mei qui potuerit liberare populum ſuum de manu mea/ vt poſſit deus veſter liberare vos de manu mea? Nunc ergo non decipiat vos chizci'iahu ⁊ non perſuadeat vobis ſicut hoc neqꝫ credatis ei: ſi nullus deus cuiuſuis gentis ⁊ regni potuit liberare populum ſuum de manu mea ⁊ de manu patrum meoꝝ/ quanto magis dij veſtri non liberabunt vos de manu mea? Et adhuc locuti ſunt ſerui eius contra dominum deum/ ⁊ contra iechizci'iahu ſeruum eius. ¶ Epiſtolas quoqꝫ ſcripſit blaſphemie plenas in dominum deum iſrael: ⁊ locutus eſt contra eum dicendo/ſicut dij gentium terrarum non potuerunt liberare populum ſuum de manu mea ſic deus iechizci'iahu non poterit liberare populũ ſuũ de manu mea. Hoc fuit in receſſu ſancherib de iudæa ad reſiſtendũ regi æthiopiæ: & geſta circa hãc epiſtolã ſcripta ſunt. 4. reg. 19. Et clamauerũt

voce magna iehudaice ↄtra populū ieruſalaim q erat ſup murꝫ. Author libri non ſeruat ordinem rei geſtæ: nam hoc fuit ante miſſas literas / ut liber regum ſonat. Vt terreret eos. Deficit. ⁊ ad attonitos redden‐dum eos. ita ꝙ & timidos & attonitos efficere nitebantur iudæos. Vt cape‐rent ciuitatem. Et locuti ſunt ↄtra elohe ieruſalaim ſicut contra deos populorum terre / opera manuum hominis...

¶ Orauitq́ꝫ iechiʒci'iahu rex ⁊ ieſah'iahu filius amoꝫ propheta aduerſum hanc blaſphemiam: ⁊ vociferati ſunt vſq́ꝫ in celum. non clamore corporalis uocis / ſed interno affectu cordis. Miſitq́ꝫ domi‐nus angelum / ⁊ excidit omnem potentem viribus ⁊ ducem ⁊ principem in caſtris regis aſſur. Iſta angeli miſsio fuit non tunc / ſed poſt biennium quando rex aſſyriorum iterum miſit exercitum ſuum contra ie‐ruſalem: ut in. 4. reg. ca. 19. ſcribitur. reuerſuſq́ꝫ eſt cum ignominia. Hebraice habetur. ⁊ reuerſus eſt in verecundia facierum in terram ſuam. confuſus ſiquidem ad inſtar erubeſcentium reuerſus deſcribitur qui ia‐ctauerat ſe contra deum iſrael præualiturum. cumq́ꝫ ingreſſus eſſet do‐mum dei ſui / qui exierant de viſceribus eius ibi interfecerunt eum gladio. Saluauitq́ꝫ dominus iechiʒci'iahu ⁊ habitatores ieruſalaim de manu ſancherib regis aſſur ⁊ de manu omnium: ⁊ præſtitit eis requiem per circumitum. Multi etiam deferebant hoſtias ⁊ ſacrificia. Hebraice habetur. Et multi afferentes munus domino in ieruſalaim. nec deſcenditur ad ſpeciem muneris. ⁊ munera. Hebraice habetur. ⁊ poma iechiʒci'iahu regi iehude: ⁊ exaltatꝰ eſt in oculis omnium gentium poſt ſic. Sed ut alias dictum eſt appellatione pomorum intelliguntur precioſa. effectus ſiquidem ſubſecuti ex mirabili occi‐ſione exercitus ſancherib / deſcribuntur in alijs tum relatiue ad deum tum relati‐ue ad ezechiam.

In diebus illis egrotauit iechiʒci'iahu vſq́ꝫ ad mortem. Quar‐ti reg. 20. hiſtoria hæc tractata eſt: ubi uide expoſitum etiam ſignum datum. orauitq́ꝫ dominum / ⁊ exaudiuit eum ⁊ dedit ei ſignum. Et non iuxta beneficia que acceperat retribuit iechiʒci'iahu: quia eleua‐tum eſt cor eius. Teſtatur ſcriptura non ſolum exteriori uanitate ſed etiam interna elatione animi peccaſſe ezechiam cum uenerunt ad eum legati a rege ba‐bylonis. hiſtoria tractata eſt. 4. reg. 20. ⁊ facta eſt contra eum ira ⁊ con‐tra iehudam ⁊ ieruſalaim. Vindicta per eſaiam prophetam annunciata ezechiæ ibidem ſcripta / commemoratur. Humiliatuſq́ꝫ eſt iechiʒci'ia‐hu in exaltatione cordis ſui / ipſe ⁊ habitatores ieruſalaim. Humi‐litas ipſius ezechiæ ibidem legitur: humilitas autem habitatorꝫ ieruſalem hic pri‐mum ſcribitur. Et per hoc ſimul inſinuatur ꝙ etiam habitatores ieruſalem elati ſunt corde in aduentu illorum legatorum: ita ꝙ peccatum fuit commune regi & habitatoribus ieruſalem. Irrepſit autem elatio ex hoc ꝙ a tam remotis par‐tibus uenirent legati admirantes cælſitudinem regis ezechiæ apud deum iſrael

tantam ut ſol retroceſſiſſet propter eum. ⁊ idcirco non venit ſuper eos ira domini in diebus iechizci'iahu. Ratio redditur dilatæ uindictæ ex diuina clementia ſuſcipiente pœnitens cor regis & populi. Dilata autem fuit uſq; ad tempus filiorum ioſiæ regis: ut inferius patebit.

¶ Habuitq; iechizci'iahu diuitias ⁊ honorem multum valde: ⁊ theſauros fecit ſibi argenti ⁊ auri ⁊ lapidum precioſorum ⁊ aromatum ⁊ armorum vniuerſi generis. Hebraice habetur. ⁊ clypeorum. nec aliud dicitur de armis. ⁊ omnium vaſorum deſiderabilium: Et apothecas frumenti ⁊ vini ⁊ olei: ⁊ preſepia omnium iumentorum / ⁊ caulas pecorũ. Ciuitateſq; fecit ſibi/ ⁊ greges ouium ⁊ boum in multitudine: quia dederat ei deus ſubſtantiam multã valde. Et ipſe iechizci'iahu obturauit exitum aquarum ghichon ſuperiorẽ / ⁊ direxit eas ſubter ad occidentem ciuitatis dauid: ⁊ proſperatus eſt iechizci'iahu in omni opere ſuo. Attamen in legatione principum babylonis qui miſſi fuerant ad eum vt interrogarent de portento quod acciderat ſuper terram / dereliquit eum de⁹: vt tentaretur ⁊ nota fierent omnia que erant in corde eius. Iuxta hebræum habetur. Et ſic in interpretibus principum babel miſſis ad eum ad querendum mirabile quod fuit in terra/ reliquit eum elohim: ad tentandum eum ad ſciendũ omne in corde eius. Multa hic manifeſtantur. primum ꝙ per interpretes habitus eſt ſermo cũ legatis. Scito tamẽ ꝙ dictio interpretata miſſis/poteſt referri ad principes & ad interpretes. poteſt enim legi miſſorum: ita ꝙ uenerint magnates cum interpretibus/uel uenerint interpretes miſſi a principibus. Nec eſt dubium ꝙ de mirabili retroceſſione ſolis quæſituri uenerint ad agnoſcẽdum ſeriem rei geſtæ ex ore ipſius ezechiæ regis. Derelictio autem ezechiæ a ſupremo iudice nihil aliud eſt ꝙ̃ negatio gratuiti auxilij / relinquendo ezechiam ipſimet ezechiæ in aduentu illorum legatorum. & hoc ad tentandum ipſum ezechiam (hoc eſt ad inſtar tentantis quantum ualent uires ezechiæ ad benefaciendum/ad non peccandũ in huiuſmodi laudibus) ut hinc ad inſtar experientia comprobantis ſciret quicquid erat in corde ezechiæ. ¶ Aduerte prudens lector ꝙ iſtarum trium actionum attributarum deo (uidelicet relinquere / tentare & ſcire) prima duntaxat conuenit deo proprie: aliæ uero duæ metaphorice attribuuntur deo hic / quemadmodum & iraſci & pœnitere. dicitur enim deus tentaſſe ezechiam & inde cognouiſſe cor eius elatum, quia ad inſtar tentantis & experientia cognoſcentis/effectum fecit: uidelicet in manifeſtum producere ualorem rei quæ probatur. manifeſtauit enim quantum ualeret cor ezechiæ ad aliorum exemplum/ & ut ipſe ezechias noſſet ſeipſum & humilis corde pœnitens emergeret.

¶ Reliqua autem verborum iechizci'iahu ⁊ gratie eius: ecce ipſa ſcripta ſunt in viſione ieſab'iahu filij amoz prophete ⁊ in libro. Legendum eſt ſine &. in libro regum iehude ⁊ iſrael. ſonat ſiquidẽ litera

eſaiam feciſſe librum regum iudæ & iſrael / quo caremus. Dormiuitqꝫ iechizci'iabu cum patribus ſuis / ⁊ ſepelierũt eum ſupra ſepulchra. Hebraice habetur. in optimo ſepulchrorum filiorum dauid. Electus locus cæteris ex ſtirpe dauidis præſtantior propter ezechiæ merita narratur. ⁊ celebrauit exequias eius. Hebraice habetur. ⁊ honorem fecerunt ei in morte eius totus iehuda ⁊ habitatores ieruſalaim. ita ꝙ a toto regno honoratus eſt mortuus / & non ſolum a ieroſolyma. ⁊ regnauit menaſſes filius eius pro eo.

CAPVT .XXXIII.

Filius duodecim annorum erat menaſſes cum regnare cepit: ⁊ quinquagintaquinqꝫ annis regnauit in ieruſalaim. Fecitqꝫ malum in oculis domini: iuxta abominationes gentium quas expulit dominus a facie filiorum iſrael. Et conuerſus. Iuxta hebræum habetur. Et reuerſus ē ⁊ edificauit excelſa que demolitus fuerat iechizci'iabu pater eius. Quatenus rex / reuerſus dicitur ad idolatriam aui a qua receſſerat pater eius ezechias. ⁊ erexit aras behalim ⁊ fecit lucos / ⁊ adorauit omnem militiam. Hebraice habetur. exercitum celi. ſolem uidelicet lunam & ſtellas. ⁊ coluit eos. Edificauitqꝫ altaria in domo domini: de qua dixerat dominus / in ieruſalaim erit nomen meum in eternum. Et edificauit aras toti exercitui celi / in duobꝰ atrijs domus domini. Tranſireqꝫ fecit filios ſuos per ignem in valle ben'hinnom / ⁊ obſeruabat ſomnia. Hebraice habetur. tempora. Deinde immediate ſubiunguntur incãtationes / maleficia / pythones & magi, quæ interpres alijs uocabulis ꝑtulit. ⁊ ſectabatur auguria ⁊ maleficis artibus inſeruiebat / ⁊ habebat ſecũ magos ⁊ incãtatores: multiplicauit facere malũ in oculis domini irritando eum. Sculptile quoqꝫ ⁊ conflatile ſignum quod fecerat. Hebraice nihil habetur de conflatili. poſuit in domo domini. Nomen ē elohim tã hic ꝙ̃ cum ſubiungitur locutus eſt dominus. De qua dixit deus ad dauid ⁊ ad ſelomonem filium eius / in domo hac ⁊ in ieruſalaim quam elegi de omnibus tribubus iſrael ponã nomen meum in eternum. Et non addam vt mouere faciam pedé iſrael de terra quam tradidi patribus eorum: duntaxat ſi cuſtodierint facere omnia que precepi eis / totam legem ⁊ ſtatuta ⁊ iudicia i manu moſis. Igitur menaſſes ſeduxit. Hebraice habetur. Et fecit errare menaſſes iehudam ⁊ habitatores ieruſalaim: vt facerent malum pre gentibus quas ſubuerterat dominus a facie filiorum iſrael. Maior iniquitas ꝙ̃ fuerit iniquitas ethnicorum attribuitur regi / tanꝙ̃ inducenti populum ad tantum ſcelus.

¶ Locutuſqꝫ eſt dominus ad menaſſem ⁊ ad populum eius. proculdubio per prophetas. ⁊ attendere noluerunt. Et adduxit dominꝰ ſuper eos principes exercitus regis aſſurꝰ: ceperũtqꝫ menaſſem/ ⁊ vinxerunt eum compedibus ⁊ duxerunt eum in babel. Hiſtoria manaſſis ſcripta eſt & tractata quarti regum. 21. ſed iſta captiuitas ibi non fuit ſcripta. non ipſe rex aſſyriorum uenit, ſed principes exercitus eius uenerunt aduerſus manaſſem. Modus autem quo cæperunt manaſſem/nõ eſt authentice ſcriptus. Ioſephus tamen dicit fuiſſe eum dolo captum. nihil enim ſcribitur de conflictu bellico, ſed duntaxat ꝙ captus & uinctus ductus eſt in babylonem. Nec ſcitur quoto anno regni eius hoc acciderit. qui poſtq̃ꝫ coanguſtatus eſt. Hebraice habetur. Et anguſtando eum/orauit faciem domini dei ſui. Quales fuerint anguſtiæ illatæ uincto regi neſcimus: ſed ꝙ anguſtantibus eum orauit ſummum deum. ⁊ egit penitentiam valde coram deo. Hebraice habetur. ⁊ humiliatus eſt valde a facie elohe patrum ſuorum. Vexatio dedit intellectum ut reſipiſceret.

¶ Orauitqꝫ ad eum ⁊ obſecrauit intente/⁊ exaudiuit deprecationem eius. Vere clementiſſimus deus & promptus ad miſerendũ. reduxitqꝫ eum in ieruſalaim in regnum ſuum. Modus quo rex aſſyriorum reſtituit eum in regnum/non eſt ſcriptus. tempus autem carceris inſinuatur breuiſſimum, ex eo ꝙ nullus legitur electus rex interim in ieruſalem. ⁊ cognouit menaſſes ꝙ iehouah ipſe elohim. Collata idolatria priore cũ beneficio accæpto a ſummo deo ſtatim ut reſipuit, cognouit ꝙ iehouah in lege moſis & in ꝑphetis prædicatus creator cœlorũ et terræ/ipſe eſt gubernator & iudex omniũ. Et hinc inſinuatur ꝙ manaſſes prius non credebat ſummum deũ gubernare hæc humana: & propterea tantam iniquitatũ molem conſtruxit. Et poſt hec edificauit murum extra ciuitatem dauid ad occidentem ghichon in torrente ⁊ ad introitum in portam piſcium ⁊ circũdedit hophel/ ⁊ exaltauit ipſum valde: conſtituitqꝫ principes exercitus in omnibus ciuitatibus munitis in iehuda. Et abſtulit deos alienos ⁊ ſimulachrũ de domo domini. Ecce effectus ueræ pœnitentiæ. ⁊ omnes aras quas extruxerat in monte domꝰ domini. hoc eſt in monte moriiah. ⁊ in ieruſalaim: ⁊ proiecit extra ciuitatẽ. Edificauitqꝫ altare domini ⁊ immolauit ſuper illud victimas pacificorum ⁊ laudem: hoc eſt munera pro libertatis beneficio recæpto. precepitqꝫ iehude vt ſeruiret domino deo iſrael. alioqn non fuiſſet integra pœnitentia. Attamen adhuc populꝰ imolabat in excelſis/dũtaxat dño deo ſuo.

¶ Reliquum autem verborum menaſſis ⁊ oratio eius ad deum ſuum/⁊ verba videntium qui loquebantur ad eũ in nomine domini dei iſrael: ecce continentur ĩ ſermonibꝰ regũ iſrael. Oratio quoqꝫ eiꝰ exauditio ⁊ oĩa peccata ⁊ preuaricationes eiꝰ/ ⁊ loca in qbꝰ edificauit excelſa ⁊ fecit lucos ⁊ ſtatuas anteq̃ꝫ ageret penitentiã: ecce ipſa ſcripta ſunt in ſermonibꝰ chozai. Hoc libro caremus.

Dormiuitqꝫ menaſſes cum patribus ſuis/⁊ ſepelierunt eũ in domo ſua: ⁊ regnauit amon filius eius pro eo.

Filius viginti annorum erat amon cum regnare cepit: ⁊ duobus annis regnauit in ieruſalaim. Fecitqꝫ malũ in oculis domini ſicut fecerat menaſſes pater eius: ⁊ omnibus idolis que fecerat menaſſes pater eius immolauit amon/⁊ coluit ea. Et non eſt reueritus faciem domini/ſicut reueritus eſt menaſſes pater eius: ⁊ multo maiora deliquit. Hebraice habetur. quia ipſe amon multiplicauit delictum. Pater eius amputauerat delictum pœnitendo / ipſe uero impœnitens multiplicauit. De coniuratione autem contra amon facta/idem hic ſcribitur & in quarto regum. Coniurauerunt qꝫ contra eum ſerui eius: ⁊ interfecerunt eum in domo ſua. Percuſſitqꝫ populus terre omnes qui coniurauerant contra regem amon: ⁊ regem conſtituit ioſi'iahu filium eius pro eo.

CAPUT .XXXIIII.

f Filius octo annorum erat ioſi'iahu cũ regnare cepit: ⁊ triginta ⁊ vno annis regnauit in ieruſalaim. Fecitqꝫ rectum in oculis domini: ⁊ ambulauit in vijs dauid patris ſui/neqꝫ declinauit ad dexteram ⁊ ſiniſtrã. Octauo autem ãno regni ſui cum adhuc eſſet puer/cepit querere deum pãtris ſui dauid: ⁊ duodecimo anno cepit mũdare iehudam ⁊ ieruſalaim ab excelſis ⁊ lucis ⁊ ſimulachris ⁊ ſculptilibus. Deſtruxerũtqꝫ corã eo aras behalim/⁊ ſimulachra que erãt ſuper eas demoliri fecit. Aiũt p dictionẽ redditã ſimulachra ſignificari q̃dã dicata ſoli i excelſis ualde. ⁊ lucos ⁊ ſculptilia. Deficit & conflatilia: legendũ eſt. ⁊ ſculptilia ⁊ conflatilia fregit ⁊ cõminuit. Sed de his nõ oportet eẽ ſolicitũ: i quarto. n. regum geſta ioſi e diffuſe ſcripta ſunt ca. 22. & . 23. ⁊ ſuper tumulos eorum q eis immolare conſueuerant/fragmenta diſperſit. Oſſaqꝫ ſacerdotũ combuſſit ſuper altaria: ⁊ mundauit iehudam ac ieruſalaim. Et in ciuitatibus menaſſis ⁊ eph'raim ⁊ ſimhon vſqꝫ ad naphthali/ in deſolationibus eorum per circũitum. Demolituſqꝫ eſt altaria ⁊ lucos/⁊ ſimulachra cõtriuit i fruſta/⁊ omnia ſimulachra demolitus eſt in tota terra iſrael: ⁊ reuerſus eſt in ieruſalaim.

¶ Anno aũt decimooctauo regni ſui mundata iam terra ⁊ tẽplo: ab idolatrijs renouatis a patre ſuo amon. miſit ſaphan filiũ azal'iahu ⁊ mahaſe'iahu principem ciuitatis ⁊ ioach filiũ ioachaz a cõmentarijs/ad inſtaurandũ domũ domini dei ſui. Venerũtqꝫ ad chilc'iahu ſacerdotẽ magnũ/acceptãqꝫ pecuniã ab eo que illata fuerat in domũ domini. Hebraice habetur. ⁊ dederũt argentũ illatũ in domũ elohim. Collectores dederunt argentũ coram pontifice & nuncys regis: collectores autem ſubiungũtur leuitæ cuſtodes malluuij. q̃uis uulgata ædi-

Digitized by Google

tio habeat leuitæ & ianitores. quod cõgregauerãt leuite ianitores de menaſſe ⁊ eph'raim ⁊ de toto reſiduo iſrael. Ab uniuerſis iſraelitis qui ſupererant in partibus illis narratur collecta pecunia per leuitas. ⁊ de toto iehuda ⁊ bin'iamin: ⁊ habitatoribꝰ ieruſalẽ. Hebraice habetur. ⁊ reuerſi ſunt ad ieruſalaim. Collectores leuitæ diſcurrerunt per manaſſem eph'raim iudam & ben'iamin & uniuerſas reliquias/& reuerſi ſunt in ieruſalem. prius enim more ſolito narratum eſt q̄ dederunt argentum: & deinde narratus eſt modus quo collectum eſt argentum. Tradiderũtqꝫ in manũ eorum q̄ preerãt operibꝰ in domo domini ad ſarciendũ ⁊ roborandũ domũ. Et illi dederũt ipſum artificibꝰ ⁊ cemẽtarijs ad emendũ lapides exciſos/⁊ ligna ad cõmiſſuras: ⁊ ad contignandũ domos quas deſtruxerãt reges iehude. Et viri faciebant fideliter in opere: ⁊ ſuper eos ordinati erant iachath ⁊ hobad'iahu leuite de filijs merari/ ⁊ zechar'ia ⁊ meſullam de filijs cehathitarum ad ſolicitandũ: ⁊ omnes leuite in inſtrumentis cantꝰ intelligentes. Super baiulos vero ⁊ ſolicitatores omniũ laborantiũ ĩ quolibet opere/erãt de leuitis ſcribe ⁊ prefecti ⁊ ianitores.

¶ Cumqꝫ efferrent pecuniam que illata fuerat in domũ domini, repperit chilci'iahu ſacerdos librũ legis dñi q̄ datꝰ fuerat in manu moſis. Superfluit qui datus fuerat: hebraice enim habetur. librũ legis iehouah in manu moſis. Et refertur ad legem manus moſis. eſt enim ſenſus/librum legis diuinæ nõ latæ a deo per prophetam quemcũqꝫ ſed per moſem. Reſponditqꝫ chilci'iahu ⁊ dixit ad ſaphan ſcribam/librũ legis repperi in domo dñi: ⁊ tradidit ei. Saphan autẽ attulit librũ ad regem/⁊ retulit preterea regi verbũ dicendo: omne quod dediſti in manũ ſeruorum tuorum ipſi faciũt. Conflauerũtqꝫ argentũ quod inuentũ eſt ĩ domo domini: ⁊ tradiderũt illud prefectis ⁊ facientibꝰ opꝰ. Nũciauit quoqꝫ ſaphan ſcriba regi dicendo/librũ dedit mihi chilci'iahu ſacerdos: ⁊ legit in eo ſaphan corã rege.

¶ Cũqꝫ audiſſet rex verba legis, ſcidit veſtimenta ſua. horrore offenſarum cõmiſſarum in deum a patribus ſuis & populo/adiũcto timore pœnarum in libro cõminatarum. Et precepit rex chilci'iahu ⁊ achicam filio ſaphan ⁊ habdon filio miche ⁊ ſaphan ſcribe ⁊ haſa'ie ſeruo regis dicendo. Ite conſulite dominũ pro me ⁊ pro reliquijs ĩ iſrael ⁊ in iehuda ſuper verbis libri qui repertꝰ eſt: magnꝰ enim furor domini ſtillauit ſuper nos. Rectius legeretur. q̄a magna ira iehouah que adiecta eſt in nos. ſtillatio enim minorem punitionem inſinuat. eo q̄ non cuſtodierũt patres noſtri verbũ domini vt facerẽt iuxta omne quod ſcriptum eſt in libro hoc.

¶ Abijtqꝫ chilci'iahu ⁊ qui erant regis ad chuldam ꝓphetiſſam vxorem ſallum filij thoc'bath filij chaſ're cuſtodis veſtium. Non mulier ſed maritus eius cuſtos ſignificatur: eſt enim maſculini generis. que ha-

by Google

bitabat in ieruſalaim in ſecũda. Vt in quarto regum diximus/dictio hebraica interpretanda erat. in repetitorio. uide ibi ca.22. ⁊ locuti ſunt ad eã iuxta hoc. ¶ Que reſpondit eis/ſic dixit dñs deꝰ iſrael: dicite viro q miſit vos ad me. Sic dixit dñs: ecce ego adduco malum ſuper locũ iſtũ ⁊ ſuper habitatores eiꝰ/oĩa maledicta que ſcripta ſunt ĩ libro quẽ legerũt coram rege iehude. Pro eo ꝙ dereliquerũt me ⁊ thurificauerũt diis alienis/vt me ad iracũdiam prouocarent in omnibꝰ operibꝰ manuũ ſuaꝝ: ſtillabitq; furor meꝰ ĩ locũ iſtũ ⁊ non extinguetur. Ad regem aũt iehude q miſit vos ad conſulendũ dñm ſic diceris: ſic dixit dñs deꝰ iſrael quoniã audiſti verba voluminis. Hebraice habetur. verba que audiſti. tum ex libro tũ a me/ſic dixit iehouah elohe iſrael. Deinde immediate ſequitur. Pro eo ꝙ tenerũ factũ eſt cor tuũ ⁊ humiliatꝰ es a facie elohim cũ audiſti verba eiꝰ ſuper locũ iſtũ ⁊ ſuper habitatores eiꝰ/⁊ humiliatꝰ es corã me ⁊ ſcidiſti veſtimenta tua ⁊ fleuiſti corã me: ⁊ etiã ego exaudiui te dicit dñs. Sententia eſt clara. Iã.n. Parui referr ꝙ hebraice habetur. Ecce ego colligã te ad patres tuos ⁊ colligeris ad ſepulchrũ tuũ in pace. Beneficium dilationis tantæ ruinæ promittit. nec videbũt oculi tui. corporei. oẽ malũ quod ego adduco ſuper locũ iſtũ ⁊ ſuper habitatores eiꝰ. Per oculos uniuerſi ſenſus ſignificantur. promittitur enim ioſiæ ꝙ a ſenſibili notitia (qualis eſt quæ habetur in præſenti uita) exemptus erit: quoniam pœnalis ualde fuiſſet. nec ꝓpterea priuatus eſt intellectuali notitia in limbo exiſtens malorum quæ paſſi ſunt in hac uita filÿ eius. Et bene nota ꝙ nõ dico animam ioſiæ in limbo nouiſſe mala filiorum: ſed dico ex hac prophetia non ſignificari ipſum priuatum tali notitia. ⁊ retulerũt regi verbũ.

¶ Miſitq; rex: ⁊ congregauit omnes ſeniores iehude ⁊ ieruſalalaim. Et aſcendit rex in domũ domini ⁊ omnis vir iehude ⁊ habitatores ieruſalaim ⁊ ſacerdotes ⁊ leuite/⁊ totꝰ populꝰ a magno vſq; ad ꝑuũ. Sãctus rex q̃uis a muliere prophetico ſpiritu loquente audierit firmatam eſſe diuinam ſententiam, non deſtitit tamen cum uniuerſo populo facere quod in ſe eſt ad placandum ſummum deũ. ⁊ legit in auribꝰ eoꝝ omnia verba voluminis. Deficit. federis inuenti in domo iehouah. liber enim legis inuentus in domo appellatur liber fœderis/quia continebat fœdus inter deum & populum. Stetitq; rex in loco ſuo/⁊ percuſſit fedꝰ corã domino vt ambularet poſt dominũ ⁊ cuſtodiret precepta ⁊ teſtimonia ⁊ ſtatuta eiꝰ in toto corde ſuo ⁊ in tota anima ſua: faciendo verba federis ſcripta in libro hoc. Optimus rex ipſe primus ſe obligat/ut alios ab exemplo trahat ad idem. Adiurauit quoq; ſuper hoc. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et fecit ſtare omnem inuentũ in ieruſalaim ⁊ bin'iamin. Abſq; adiuratione fecit ꝙ populus quoq; fœdus iniret cum ſummo deo. ⁊ fecerunt habitatores ieruſalaim iuxta pactum dei/dei patrum ſuoꝝ. Vtrobiq; eſt nomen elohim. Abſtulitq; ioſi'iahu

omnes abominationes de omnibꝰ terris filiorū iſrael/ ⁊ fecit om-
nes q̄ reſidui erāt in iſrael ſeruire domino deo ſuo. Hebraice habe-
tur. i. ihouah elohe eorū. Deinde immediate ſequitur. cūctis diebꝰ eiꝰ nō
receſſerūt a domino deo patrū eorū. Vide q̄ efficax ſit exemplaritas prin
cipis perſeuerans.

CAPVT .XXXV.

Fecitq; ioſi'iahu in ieruſalaim paſcha domino: ⁊ im-
molauerūt paſcha quartadecima die menſis primi.
f Et cōſtituit ſacerdotes in cuſtodijs ſuis: hortatuſq;
ē eos ad miniſteriū domꝰ dñi. Leuitiſq; ad quorū eru-
ditionē oīs iſrael ſanctificabatur dño/ locutꝰ eſt: po-
nite arcā in ſanctuario tēpli. Hebraice habetur. ponite arcā ſancti-
tatis in domo quā edificauit ſelomo filiꝰ dauid rex iſrael. Niſi fuiſ-
ſet prius extracta arca dei e templo/ non dixiſſet ioſias leuitis ut ponerēt arcam
ſanctitatis in domo quam ædificauit ſalomon. quando autem fuerit inde edu-
cta & ubi interim manſerit/ ſcriptura tacet. Ex hoc autem q̄ arca dei quæ erat
maximum ſacrum extracta narratur de templo, inſinuatur q̄ omnia alia aut ex-
tracta aut prophanata fuerint. timuerūt autem idolatræ prophanare arcam dei/
memores eorum quæ acciderant peliſthinis & bethſemitis & ozæ, quæ ſcripta
ſunt in primo libro regum: & propterea maluerunt ut ex templo educeretur. io-
ſias autem religioſiſsimus fecit eam reduci in templum. nequaq̄; n. eā vltra
portabitis/ nūc ſeruite dño deo veſtro ⁊ populo eiꝰ iſrael. Eandem
ſententiam protulerat olim dauid ad eundem finem: uidelicet q̄ quia non eſſent
ſubituri onus uehendi arcam humeris collocata iam arca in templo/ uacarent di
uinis officijs. Innuunt autem uerba hæc q̄ redierant leuitæ ad priſtinū onus/ ſci-
licet uehendi arcam humeris ſicut ante ædificationem templi faciebant. & pro-
pterea coniectura hinc habetur, q̄ non paruo tempore nec in uno duntaxat lo-
co fuerit arca extra templum poſt idolatriam regum iudæ: reditus enim leuitarū
ad officium priſtinum hoc innuit. Leuitæ autem hoc in loco non diſtiguūtur con
tra ſacerdotes: nam geſtare humeris arcam dei/ plus ſacerdotum erat q̄ leuitarū.
Et preparate vos per domos patrū veſtrorū in diuiſionibꝰ ve-
ſtris: ſicut ſcripſit dauid rex iſrael/ ⁊ iuxta ſcripturam ſelomonis
filij eiꝰ. Dauid ergo principaliter/ ſalomon autem conſequenter ſcripſit diuiſio-
nes ſacerdotum & leuitarum. Et miniſtrate in ſanctuario eiꝰ per fami-
lias turmaſq; leuiticas. Iuxta hebræum habetur. Et ſtabitis in ſan-
ctuario ad diuiſionem domꝰ patrū/ fratribꝰ veſtris filijs populi:
⁊ diuiſionem domꝰ patris leuitis. Ita iacet in hebræo. Et q̄uis obſcura
ſit litera, ſenſus tamen eſt q̄ leuitæ ſtēt in ſanctuario ſecundum diuiſiones patrū/
diuiſiones inquam domorum ſecundum patres leuitarum/ ſtent autem ad mini-
ſteria diuina opportūa fratribus ſuis filijs populi: hoc eſt uniuerſis iſraelitis. hoc
enim ad euitandam confuſionem miniſtrorum cum populo ſanctiſsime decretū

Digitized by Google

eſt. Deinde immediate ſequitur. Et iugulabitis paſcha: ⁊ eritis ſancti-
ficati ⁊ facietis preparare fratres veſtros/ ad faciendũ ſicut ver-
bum iehouah in manu moſis. Sententia clara eſt. mandat enim executio-
nem decretorum per moſem/ quæ ſcripta ſunt in libro exodi principaliter.

¶ Dedit preterea ioſias oĩ populo q̃ ibi fuerat iuentꝰi ſolẽnitate
phaſe agnos ⁊ hedos de gregibꝰ et reliq̃ pecoris triginta mil-
lia. Hebraice hr̃. Et largiꝰẽ ioſi'iahu filijs popli ouiũ/ agnoꝝ ⁊ filio-
rum caprarum (omnium pro paſchatibus) omni iuuento in nu-
mero triginta millia/ ⁊ boũ tria millia: hec de ſubſtantia regis.
Priorum triginta millia & tria millia boum dedit rex, non ꝙ boues neqꝫ oues im-
molarentur pro agno paſchali/ ſed ut in illis diebus ſolennitatis paſchalis habe-
rent feſtiuas uictimas. Et ad hunc eundem uſum intellige ſubiunctas largitiones.
Duces quoqꝫ eiꝰ ſponte quod vouerant obtulerunt tam populo
q̃ꝫ ſacerdotibꝰ ⁊ leuitis. Hebraice habetur. Et principes eius vo-
luntati populi ſacerdotibꝰ ⁊ leuitis eleuauerunt. appellant enim ele-
uationem/ largitionem relatam in deum. Et hæc clauſula initium eſt ſubiuncto-
rum. inchoat ſiquidem a largitione quam principes regis profuſe fecerunt tum
populo quantum uoluit/ tum ſacerdotibus tum leuitis. & ſubiungũtur poſtea in
ſpecie diuerſi principes diuerſa largientes. Sufficientia autem oblatorum ſigni-
ficatur dicendo uoluntati populi ſacerdotibus & leuitis: inſinuat̃ enim ꝙ quan
tum uolebat populus largiti ſunt. porro chilci'ia ⁊ zechar'iahu ⁊ iechi-
el duces domꝰ elohim. Abſqꝫ alia nota continuatiua ſubiunguntur imme-
diate iſti tres. ſacerdotibꝰ dederunt pro paſchatibꝰ duo millia ⁊ ſex-
centa/ ⁊ boues trecentos. Chonan'iahu aũt ⁊ ſemah'iahu ⁊ ne-
than'el fratres eius/ ⁊ chaſab'iahu ⁊ iehiel ⁊ iozabad principes le
uitarũ: eleuauerunt leuitis pro paſchatibꝰ quinqꝫ millia/ ⁊ boues
quingentos. Dixerat in genere principes eius/ dicit modo in indiuiduo ꝙ iſti
tres duces domus elohim dederunt ſacerdotibus: præter id quod principes regis
dederunt/ narratur in ſpecie quid dederint principes regis ex tribu leuitica, pri-
mum principes ſacerdotũ ſacerdotibus & deinde principes leuitaꝝ leuitis.

¶ Preparatũqꝫ eſt miniſteriũ: ⁊ ſteterunt ſacerdotes in loco ſuo
⁊ leuite in diuiſionibꝰ ſuis iuxta preceptũ regis. Immolauerũtqꝫ
paſcha: ⁊ aſperſerũt ſacerdotes manꝰ ſuas ſanguine. Hebraice ha-
betur. ⁊ aſperſerũt ſacerdotes de manu eoꝝ. Pronomen eorum populũ
demonſtrat/ ad differentiam temporis ezechiæ quo ſacerdotes aſperſerũt de ma
nu leuitarum ſupplentium uices immundorum. ad inſinuandum itaqꝫ ꝙ popu-
lus non erat immundus (ſicut fuerat tempore phaſe celebrati ſub ezechia) ſed ꝙ
tempore ioſiæ populus erat ſanctificatus, ſcribitur ꝙ ſacerdotes aſperſerunt ſan
guinem ſecundum legis ritum circa altare de manu eorum qui immolabant. ⁊ le
uite detraxerũt pelles holocauſtoꝝ. Hebraice habetur. ⁊ leuite ſpo-
liantes. proculdubio animalia quæ offerebantur. hoc enim propter multitu-
dinem magnam etiam tempore ezechiæ factum legitur. Et ſeparauerũt ea

vt daret per domos & familias ſingulorum. Hebraice habet. Et re
mouerunt holocauſtum in terminando ea. Et appellatione holocauſti
intelligitur adeps animalium qui cremabat deo in modum holocauſti. Et eſt ſen
ſus q sacerdotes remouerunt a multitudine uictimarum portionem illã quæ cre
mabat deo uſq quo terminata eſſet huiuſmodi remotio ab omnibus uictimis. Et
immediate ſubditur. diuiſionibus domui patrum filijs populi ad of
ferendum iehouah/ſicut ſcriptum eſt in libro moſis: & ſic bobus.
Ordinata oblatio deſcribitur: ita q ſecundum diuiſiones familiarum populi of
ferebant uictimas iuxta ritum legis/ſacerdotibus remouentibus portionem cre
mandam deo. Et hoc non ſolum in uictimis ex ouibus & capris/ſed etiam ex bo
bus ſeruatum ſcribitur. Et coxerunt paſcha in igne iuxta ritum: paci
ficas vero hoſtias coxerunt in lebetibus & cacabis & ollis/& feſti
nato diſtribuerũt omnibus filijs populi. Sibi autem & ſacerdo
tibus poſtea præparauerũt/quia ſacerdotes filij aharon in oblatio
ne holocauſti & adipũ vſq ad noctẽ fuerunt occupati: leuitę
præparauerunt ſibi & ſacerdotibus filijs aharon. Porro cantores
filij aſaph ſtabant in ordine ſuo iuxta præceptum dauid & aſaph &
heman & iedutbun prophetarum regis. Hebraice habetur. videntis
regis. Singularis numeri eſt, & ad iedutbun directe refertur. & ianitores ad
ſingulas portas obſeruabant: non erat eis recedendũ a miniſte
rio ſuo/quia fratres eorum leuite præparauerunt eis.

¶ Præparatũq eſt oẽ miniſteriũ domini ĩ die illa ad faciendum
paſcha/ & ad offerendũ holocauſta ſup altare domini: iuxta præ
ceptum regis ioſiahu. Feceruntq filij iſrael inuenti paſcha in
tempore illo: & ſolennitatem azymorum ſeptem diebus. Et non
eſt factum paſcha ſimile huic in iſrael a diebus ſemuel prophete.
Præfertur celebritas paſchalis tempore ioſiæ reliquis præteritis tam tempore iu
dicum(quorum ultimus fuit ſamuel) q̃ tempore regum/non ſolum iudæ ſed etiã
iſrael: ut fuerũt ſaul dauid & ſalomon. præfertur autẽ quo ad hoc q fuit celebra
tum ſolenniter ab omnibus iſraelitis qui erant in terra promiſſionis: in alijs enim
celebrationibus nunq̃ conuenerunt omnes/ſed aliqui remanebant qui non cele
brabant paſcha. hanc enim ſingularitatem ſignificant ſubiuncta uerba iuxta he
braicam ueritatem. & omnes reges iſrael non fecerunt ſicut peſach
quod fecit ioſiahu & ſacerdotes & leuite & omnis iehuda & iſrael
inuentus/& habitatores ieruſalaim. ſignificanter enim dicitur & omnis
iuda & iſrael inuentus, ut hinc intelligamus hanc fuiſſe ſingularitatẽ huius pha
ſe q celebratum eſt ab omnibus iſraelitis inuentis in terra promiſſionis. Deci
moctauo anno regni ioſiahu factum eſt paſcha hoc.

Poſtq̃ inſtaurauerat ioſias templum. Hebraice habetur. Poſt
omne iſtud q fecit præparare ioſiahu domum. procul du
bio dei. Et eſt ſenſus/poſt omne iſtud & q præparauit etiam domum dei aſcen
dit necho rex ægypti &c. Poſt tot bona opera deſcribit ſubſecutus modus quo

mortuus eſt rex ioſias: ut intelligamus diuinam gratiã ẽt tempore ueteris teſtamenti conceſſam amicis dei non ſecundum temporalem uitam ꝗuis concupitã. aſcendit necho rex egypti ad pugnandum in charchemis iuxta euphratẽ. Aiũt charchemis eẽ nomẽ ciuitatis: ſed an ſit in terra ꝓmiſsionis nõ inuenio: & propterea incertum reſtat an ſignificetur terminus quo tendebat rex ægypti/an locus ad quem peruenerat tunc. ⁊ egreſſus eſt i occurſum eiꝰ ioſi iahu. Miſitqꝫ ad eum nuncios dicendo/quid mihi ⁊ tibi eſt rex iehude. ſubaudi cõmune eſt litigandum: nulla inter nos materia belli. non contra te hodie venio ſed contra aliam domum pugno. Hebraice habetur. non ſuper te hodie quia ad domum belli mei. Et eſt ſenſus/non contra te uenio quia ad domum materiam belli mei propero. Et appellat domum belli ſui/domum hoſtem ſibi. ad quam deꝰ feſtinato me ire præcepit. Hebraice hr̃. ⁊ elohim dixit ad ſtupefaciendum. Dictio hebraica ſignificat nõ qualecũqꝫ ſtupefacere/ſed ſtupefacere reddẽdo attonitos. Et ẽ ſenſus ꝙ deus diſpoſuit me in hoc ꝓgreſſu ad reddendũ alios attonitos: hoc eſt ad tã mirabile opus faciendum ut alij ſtupeant quaſi attoniti. deſine aduerſum deum facere qui mecum eſt/ne interficiat te. Hebraice habetur. declina tibi ab elohim qui mecum/⁊ non perdet te. Congreſſum ſuum deo tribuit rex ægypti/monendo ioſiam ut non occurreret ſibi.

❡ Noluit autem ioſi iahu reuerti ſed præparauit cõtra eum prælium/nec acquieuit ſermonibus necho ex ore dei. Nomen eſt elohim. Si inculpabilis fuiſſet occurſus ioſiæ aduerſus regem ægypti, non diceret ſcriptura ꝙ non audiuit uerba necho ex ore elohim. affirmat̃ itaqꝫ & ꝙ uerba regis ægypti proceſſerunt ex ore elohim ſummi uniuerſorum iudicis/& imputatur ioſiæ ꝙ non audiuit huiuſmodi uerba. Ratio autem imputationis non eſt ꝙ debuerit credere uerba illa eſſe uerba dei: ſed ꝙ audita diuina legatione qua ſe fungi dicebat rex ægypti, debebat deum conſulere/& non abſqꝫ diuino oraculo perſiſtere in cœpto occurſu. ſed perrexit vt dimicaret in campo megiddo. Megiddo nomen eſt ciuitatis cuius regem cæpit ioſua: ut ſcribitur ioſuæ. 12. Et hinc apparet ꝙ infra terminos terræ ꝓmiſsionis tranſibat rex ægypti. & hac occaſione motus creditur ioſias ad bellum contra regem ægypti: ꝗuis rationabilior belli cauſa uideatur timor ne expugnato uicino regno ab ægyptijs/expugnaretur poſtea regnum iudæ.

❡ Ibiqꝫ vulneratꝰ a ſagittarijs/dixit pueris ſuis: educite me de prælio quia oppido vulneratus ſum. iuxta hebræum habetur. facite tranſire me quia egrotaui valde. Et tranſire fecerunt eum ſerui eius de curru/⁊ equitare fecerunt eum ſuper currum ſecundum qui ei. Nõ manifeſtauit ſe uulneratum ſed quaſi ægrum ſe transferri in alterum currum præcæpit/ne exterreret exercitum ſuum. ⁊ aſportauerunt eũ in ieruſalaim/⁊ mortuꝰ eſt ⁊ ſepultꝰ in ſepulchris patrũ ſuoꝝ. Non caret quæſtiõe ꝙ in quarto reg. ca. 23. legit̃ ioſias occiſus in megiddo/hic uero narratur ductus in ieruſalem & mortuus. Solutio eſt ꝙ licet ioſias uiuus migrauerit

de curru

de curru in currum / non tamen uiuus peruenit in ieruſalem : nam clare ibidem dicitur ꝙ de megiddo mortuum adduxerunt. nec hic dicitur ꝙ uiuus uenerit in ieruſalem q̄uis narretur prius ductio ieruſalem q̄ mors : ſæpe enim ordo rei geſtæ non eſt ſecundum ordinem narrationis. totiſq; iehuda ꝛ ieruſalaim luxerunt eum. Lamentatuſq; eſt ijrme'iahu ſuper ioſi'iahu, ꝛ dixerunt omnes cantores ꝛ cantatrices in lamentationibus ſuis de ioſi'iahu vſq; hodie / ꝛ dederunt hoc in ſtatutum ſuper iſrael: ꝛ ecce ſcriptum eſt in lamentationibus. ieremiæ prophetæ.

¶ Reliqua autem verborum ioſi'iahu ꝛ gratie eius que lege precepta ſunt domini. Hebraice habetur. ſicut ſcriptum in libro iehouah. Et refertur ad reliqua geſta ioſiæ. declaratur enim ꝙ fuerunt recta ſicut ſcriptum eſt in libro iehouah: hoc eſt in libro moſis continente diuinā doctrinam. opera quoq; eius priora ꝛ poſteriora / ecce ipſa ſcripta ſunt in libro regum iſrael ꝛ iehude.

CAPVT .XXXVI.

Tulitq; populus terre iehoachaz filium ioſi'iahu : ꝛ conſtituit eum regem pro patre eius in ieruſalaim. Filius viginti trium ānorum erat ioachaz cum regnare cepit : ꝛ tribus menſibus regnauit in ieruſalaim. Amouit autem eum rex egypti cum veniſſet in ieruſalem. Iuxta hebræum habetur. ꝛ amouit eum rex egypti in ieruſalaim. In quarto li. reg. ca. 23. ſcribitur ꝙ rex ægypti in reblatha uinxit eum: ſed & ioſephus dicit ꝙ rex ægypti miſit pro eo &c. Solutio eſt ꝙ q̄uis poſsit dici ꝙ rex ægypti uenerit in ieruſalem & ibidem priuauerit ioachaz regno / non tamen ibidem eum ligauerit ſed in ciuitate reblatha (& ſic concordare hanc literam cum libro regum) poteſt tamen dici ꝙ ſcriptus hic locus (uidelicet in ieruſalem) non deſignat locum regis ægypti : ita ꝙ non eſt ordo literæ & rex ægypti in ieruſalem amouit eum. ſed deſignat locum ꝓnominis : & eſt ordo literæ ꝙ rex ægypti amouit cū in ieruſalem. ut ſit ſenſus ꝙ in ipſa ciuitate ieruſalem facta eſt amotio eius a regno authoritate regis ægypti. mandauit ſiquidem rex ægypti abſens a ieruſalem / ut ioachaz regnans in ieruſalem non regnaret ſed frater eius maior: & ſic eſt priuatus regno in ipſa ciuitate ieruſalem. Et hic ſenſus complectendus eſt ad literam. reliqua expoſita uide in libro regum. ꝛ condemnauit terram centum talentis argenti ꝛ talento auri. Et regem conſtituit rex egypti el'iacim fratrem eius ſuper iehudam ꝛ ieruſalaim / ꝛ vertit nomen eius ieho'iacim: iehoachaz vero fratrem eius tulit necho / ꝛ adduxit eum in egyptum.

¶ Filius vigintiquinq; annorum erat ieho'iacim cum regnare cepit / ꝛ vndecim annis regnauit in ieruſalaim : fecitq; malum in oculis domini dei ſui. Contra hūc aſcendit nabuchodonoſor rex chaldeorum. Iuxta hebræum habetur. Super eum aſcendit ne-

bu'chadnezar rex babel. Et nihil dicitur de chaldæa. ⁊ vinctum catenis duxit in babylonem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ligauit eum in catenis ad faciendum ire ipſum ad babel. Aduerte prudens lector ꝙ de iſto ioacim filio ioſiæ rege iudæ ſcribitur iere.22. ſepultura aſini ſepelietur ultra portas ieruſalem. & propterea ꝙ hic dicitur uinctus ad hoc ut duceretur in babylonem, intellige factum fuiſſe quo ad uincula ſed non quo ad ductionem in babylonem: ſed iuxta prophetæ uaticinium occiſus eſt & inhumatus relictus iuxta muros ieruſalem/ut ioſephus narrat. Ad quam ⁊ vaſa domini. Iuxta hebræum habetur. Et ex vaſis domus iehouah adduxit nebu'chadnezar ad babel: ⁊ poſuit ea in templo ſuo in babel. Dicendo ex uaſis/inſinuat ꝙ non omnia uaſa ex templo abſtulit. Reliqua autem verborum iehoiacim ⁊ abominationes eius quas fecit ⁊ quod inuentum eſt in eo/ecce ipſa ſcripta ſunt in libro regum iſrael ⁊ iehude: ⁊ regnauit iehoiachin filiꝰ eiꝰ pro eo.

Filius octo annorum erat iehoiachin cum regnare cepit. Hic numerus annorum ſcribitur in hebræo: ſed errore ſcriptorum factum eſſe/teſtatur liber regum capitulo uigeſimoquarto dicens ꝙ octo & decem annorum erat iſte ioachin. teſtatur & ſubiuncta hic clauſula dicens de iſto & fecit malum in oculis iehouah: filius enim octo annorum uix eſt capax doli. ⁊ tribus menſibus ⁊ decem diebus regnauit in ieruſalaim: fecitqꝫ malum in oculis domini. Cunqꝫ anni circulus volueretur. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et in reuerſione anni. ab occiſione ioacim patris iſtius. ita ꝙ a tempore quo nabuchodonoſor uenerat in ieruſalem facturus ſupraſcripta/ſupputatur iſta reuerſio anni. Et ex hac ſupputatione habetur ꝙ iſte ioachin non cœpit regnare in ieruſalem ſtatim mortuo patre: quia regnauit tantum menſibus tribus & diebus decem. interregnum enim multis menſibus fuit propter cladem quam fecerat rex nabuchodonoſor in ieruſalem. miſit rex nebu'chadnezar. In libro regum ſcribitur & ꝙ miſit & ꝙ etiam ipſe ſuperuenit: quod ultimum hic tacetur. nuncios qui ⁊ adduxerunt eum in babylonem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fecit venire eum in babel/cum vaſis deſiderabilibus domus domini. Et hæc litera quadrat ſcriptis in libro regum. regem vero conſtituit ſedechiam patruum eiꝰ. Iuxta hebræum habetur. zidci'iahu fratrem eius ſuper iehudam ⁊ ieruſalaim. Reuera ſedechias patruus erat iſtius ioachin ut in quarto regum ſcribitur: ſed hic appellatur frater eius ea ſcripturæ conſuetudine qua conſanguinei appellantur fratres.

Filius viginti ⁊ vnius annorum erat zidci'iahu cum regnare cepit: ⁊ vndecim annis regnauit in ieruſalaim. Fecitqꝫ malum in oculis domini dei ſui: nec erubuit faciem ieremie prophete loquentis ad ſe in ore domini. Iuxta hebræum habetur. non fuit humiliatus a facie ijrme'iahu prophete ex ore iehouah. ſubaudi loquentis ad eum. Diffuſe hæc ſcripta ſunt in libro ieremiæ. Et etiam a re-

Digitized by Google

ge nebu'chadnezar defecit qui adiurauerat eum per deum. Nomen eſt elohim. & fit ſpecialis mentio huius iuramenti, eo ꝙ nomen hoc ſonans illi impoſuit nabuchodonoſor / ut iugiter præ oculis haberet diuinæ iuſtitiæ fidem: ut in libro regum declarauimus. ⁊ indurauit ceruicem ſuam ⁊ cor. Manca eſt litera: legendum eſt. ⁊ roborauit cor ſuum / ne reuerteretur ad dominum deum iſrael. Ceruicem indurauit ut non flecteretur ſub iugo dei: cor autem roborauit ad perſiſtendũ in malo. Etiam omnes principes ſacerdotum ⁊ populus multiplicauerunt preuaricationes iuxta omnes abominationes gentium: ⁊ polluerunt domum domini / quam ſanctificauerat in ieruſalaim. Manifeſtatur peccatum fuiſſe cõmune regi/principibus ſacerdotum omnibus & populo: ut cognoſcamus iuſtiſsimam fuiſſe pœnam ſubiunctam.

¶ Miſit autem dominus deus patrum eorum ad eos per manũ nunciorum ſuorum de nocte conſurgens ⁊ quotidie cõmonens. Iuxta hebræum habetur. diluculo ſurgendo. nec aliud adiungitur. & inſtar ſoliciti patris deſcribitur deus ſurgens diluculo ad mittendũ nuncios regi & populo ut reſipiſcerent. eo ꝙ parceret. Iuxta hebræum habetur. ⁊ miſit quia miſerebatur populo ſuo ⁊ habitaculo ſuo. Ratio mittendi prophetas diuina miſericordia ſuper templũ ac ciuitatem ieruſalem deſcribit. At illi ſubſannabant nuncios dei. Nomen eſt elohim. ⁊ paruipendebãt ſermones eius: illudebantq; prophetis. Hebraice habetur. ⁊ errãtes in ꝓpheris eius. negando uel ueros dei prophetas eſſe dei nuncios/immo & imponendo eis ꝙ non eſſent miſsi a deo: ut patet de ieremia. donec aſcenderet ira domini in populum eius ⁊ eſſet nulla curatio. Clarius hebraice ſcribitur ꝙ tamdiu miſit deus prophetas uſq;quo ex parte dei eſſet tempus iræ eius/& ex parte iſraelitarum eſſet morbus inſanabilis.

¶ Et adduxit ſuper eos regem chaldeorum/⁊ interfecit iuuenes eorum gladio in domo ſanctuarij ſui. Legẽdum eſt. ſanctuarij coꝝ. Acſi apertius dixiſſet/non ſanctuarij dei ſed ſanctuarij eorum: quoniã non erat amplius dei. ⁊ non eſt miſertus adoleſcentis ⁊ virginis/ſenis ⁊ decrepiti: omnes tradidit in manum eius. Et omnia vaſa domus dei magna ⁊ parua. Dictio interpretata dei eſt nomen elohim. ⁊ theſauros domus domini ⁊ theſauros regis ⁊ principum eius: omnia tranſtulit in babel. Incenderuntq; domum dei. Nomen eſt elohim. Et hæc fuit ultima captiuitas iſraelis/in qua cõbuſtum eſt templum. ⁊ deſtruxerunt murum ieruſalaim / vniuerſas turres combuſſerũt. Iuxta hebræum habetur. ⁊ omnia palatia eius combuſſerunt igni. quemadmodum & templum. ⁊ quicquid precioſum erat demoliti ſunt. Et qui euaſerat gladium ductus eſt in babel: ſeruiuitq; regi ⁊ filijs eius donec imperaret rex perſarum. Iuxta hebræum habetur. vſq; ad regnandum regnum perſarum. hoc eſt uſq;quo regnum babylonis ſubiectũ fuit regno perſaꝝ: & conſequenter iudæi trãſlati in babylonem

ſubiecti fuerunt regno perſarum. **Et compleretur ſermo domini ex ore hieremie & celebraret terra ſabbata ſua: cunctis enim diebus deſolationis egit ſabbatum vſqʒdum implerentur ſeptuaginta anni.** Iuxta hebræum habetur. **Ad implendum verbum iehouah in ore ijrme'iabu / vſqʒ voluit terra ſabbata ſua: omnibus diebus deſolata vacauit / ad implendum ſeptuaginta annos.** Sic iacet in hebræo. Et hinc manifeſtantur tria. primum ꝙ ſeruitus captiuorũ iudæorum ſub regno babyloniæ ſeu chaldæorum durauit uſqꝫ ad regnum perſarum. ſecundum ꝙ terra iudææ deſolata/durauit inculta eodem tempore. tertium ꝙ hoc tempus fuit ſpatium ſeptuaginta annorũ. Sed aduerte ꝙ (ut patet iere. 25. & 29.) ãni iſti ſeptuaginta tã ſeruitutis babylonicæ q̃ꝫ deſolatæ terræ iudææ nõ ſupputantur ab ultima captiuitate quando templum fuit combuſtum: dirigit enim ſermonem ieremias ad populum tum captiuandum tum captiuatum cum rege ioachin nepote ioſiæ. A prima ergo captiuitate iudæ ſupputantur anni ſeptuaginta. & uerificat̃ tã ſeruitus babylonica ſeptuaginta ãnis (qa ex tũc fuit rex cũ decẽ millibus captiuus ĩ babylõe) q̃ꝫ ꝙ terra cœpit eẽ ĩculta: utpote ſublatis habitatoribus/ & nõ ſurrogatis alijs loco eoꝶ quẽadmodũ ſurrogati fuerãt ĩ regno ſamariæ. & pp hoc terra iudæ dicitur deſolata & quieſcens ãnis ſeptuaginta.

ANno autem primo cyri regis perſarum. Hinc clare habetur ꝙ ſeptuaginta anni prædicti a ieremia/completi ſunt cum regno babyloniorum. primus enim iſte annus cyri fuit primus annus regni perſarum/non abſolute ſed ſuper babyloniam & reliqua quæ erant ſubiecta regi babyloniæ / immo (ut aiunt) monarchiæ perſarum. ita ꝙ cum dicitur anno primo cyri/intelligitur de anno primo monarchiæ cyri regis perſarum: ut reſtantur ſubiuncta ipſius cyri uerba/ſonantia ipſum dominum regnorũ omnium. **ad explendum ſermonem dñi quẽ locut⁹ fuerat per os ijrme'iabu/ ſuſcitauit dñs ſpiritũ cyri regis perſaꝝ.** Modus quo mouit deus animũ cyri quatenus iudicat ſecundũ ſupremã ſpiritualẽ cãm, non eſt ſcriptus in ſcriptura ſacra/ſed a ioſepho explanatus: ucꝫ ꝙ oſtenſa fuit ei prophetia eſaiæ ꝓphetæ longo ante tẽpore ædita, in qua nominat̃ ipſe cyrus eleuãdus a deo iſrael creatore cœlorum & ædificaturus templum & ciuitatem dei & reducturus populum captiuum. hæc enim in calce ca. 44. & in ca. 45. eſaiæ ſcripta ſunt. Verba autem ipſius cyri ſubiuncta quadrãt huic mõ. nã cõfitetur ꝙ iehouah elohe cœloꝶ dedit ei oĩa regna terræ/quæ ucꝫ poſsidebat. agnoſcit ſibi data a ſummo deo: & ſubiũgit ꝙ ipſe deus ordinauit ſibi ut ædificaret illi domũ ĩ ieruſalẽ: & tertio ſubiũgit liberã facultatẽ cuilibꝫ ex populo dei uolenti ire in ieruſalẽ. hæc.n. tria in eſaia ɔtinent̃: & inde cyrus accæpit & agnouit prædicta eſſe a ſummo deo ꝑ os eſaiæ ꝓphetæ. ¶ Aduerte tñ hic ꝙ libertas eũdi in ieruſalẽ cõceſſa cuilibꝫ iſraelitæ/intelligit̃ ſine præiudicio tertij: hoc ẽ ſine præiudicio ꝑticulariũ hominũ q emerãt aliquos iudæos ĩ ſeruos. diſcernendũ ſiqdẽ ẽ inter iſraelitas q erãt ſerui dũtaxat regis & eos q erãt ſerui alioꝶ uiroꝶ: nã ſerui regis abſqꝫ auro & munere quocũqꝫ libtate donati ſunt/ ut eſaias prædixerat: ſerui uero ꝑticulariũ dñoꝶ redẽpti ſunt a iudæis diuitibus/

ut nehemias ipſe teſtatur ca. 5. ⁊ trāſire fecit vocē per totum regnum ſuum/⁊ etiam per ſcripturam dicendo. Sic dixit cyrus rex perſarum: omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi/⁊ ipſe precepit mihi vt edificarem ei domum in ieruſalaim que eſt in iehuda, qui inter vos eſt de toto populo eius/ſit dominus de⁹ ei⁹ cum eo ⁊ aſcendat. Et ſic finitur ſecundus liber paralipomenon: Romæ die quinto martij. 1532.

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XYSTI/IN librum hezræ commentarij.

IN anno primo cyri regis perſarum: Principiū hoc expoſitum eſt in fine paralipomenon. Et cyrus iſte eſt ille qui occiſus eſt in bello apud ſcythas: & caput eius a tomir regina in utre ſanguinis poſitum/ſanguinem ſitiſti ſanguinem bibe inſultante. Vt compleretur verbum domini ex ore iirmeiahu: de reductione captiuitatis iudæ poſt annos ſeptuaginta: ut ſcribitur iere. 25. & 29. Vbi ſcito ꝙ quia authentica ſcriptura non tradit numerum annorum quibus reges babyloniæ regnauerunt a captiuitate ioachim nepotis ioſiæ uſq; ad eorum deſtructionem a cyro, ideo non poſſumus adamuſſim monſtrare decurſum iſtorum ſeptuaginta annorum: & uarie a diuerſis ſupputantur. ſuſcitauit dominus ſpiritum cyri regis perſarū/⁊ tranſire fecit vocem per totum regnum ſuum ⁊ etiā per ſcripturā dicendo. Sic dixit cyrus rex perſarū: omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi. Solita ſunt nomina iehouah elohe cœlorum. ⁊ ipſe precepit mihi vt edificem ei domum ī ieruſalaim que eſt in iehuda. Ex modo loquēdi ac ſcribendi/ magnum habetur argumentum ꝙ ex uerbis eſaiæ prophetæ prærecitatis motus fuerit cyrus. non enim tam aſſertiue dixiſſet atq; ſcripſiſſet cyrus hæc niſi certior redditus fuiſſet ex antiquo codice eſaiæ prophetæ: interior enim diuinus impulſus non fuiſſet accæptatus ab eo ad ſic aſſerendum ſine certo ſenſibili teſtimonio antiquæ prophetiæ. Qui eſt in vobis de toto populo eius/ſit deus eius cum eo, ⁊ aſcendat ad ieruſalaim que eſt in iehuda: ⁊ edificet domū domini dei iſrael. Hinc patet ꝙ cyrus non ſolum hebræis ex ieruſalem ſed etiam ex ſamaria & breuiter uniuerſis iſraelitis conceſsit ut irent in ieruſalem ad ædificandū templum dei. ipſe eſt deus. Hebraice habetur. ipſe elohim q in ieruſalaim. hoc eſt ipſe eſt gu-

bernator & iudex uniuerſorum , ꝙ colitur in ierusalem/ꝙ elegit ſibi templum in
ieruſalem. hoc enim pro ratione reddidit cyrus quare inuitat ad ædificandū tem
plum in ieruſalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicūqȝ babi⸗
tant/adiuuent eum viri de loco ſuo. Iuxta hebræum habetur. Et om
nem reliquū ex omnibꝰ locis in qbus habitat ibi/ſubleuabūt viri
loci eiꝰ argento ⁊ auro ⁊ ſubſtantia ⁊ iumēto. Et eſt ſenſus ꝙ alij iſrae⸗
litæ non aſcēdentes in ieruſalem/adiuuent euntes: ita ut remanentes in aliqua ci⸗
uitate ſeu oppido adiuuent euntes ex illo oppido ſeu ciuitate/adiuuent autem ar
gento auro &c. excepto quod voluntarie offerūt in templo dei. Iuxta
hebræum habetur. cum volūtate ad domum elohim que in ieruſala⸗
im. Ratio opem ferendi redditur uoluntas ad reſtaurandum domum dei in ie⸗
ruſalem. ſubiuncta tamen executio inſinuat ꝙ opi euntium adiūgatur ſpontanea
quoqȝ oblatio ad inſtaurandum templum dei.

¶ Et ſurrexerunt capita patrum iehude ⁊ bin'iamin/ ⁊ ſacerdo⸗
tes ⁊ leuite ⁊ omnis. Superfluit ultima coniunctio : nam hebraice habetur
appoſitiue. omnis cuius ſuſcitauit elohim ſpiritum vt aſcendat ad
edificandum domum domini que in ieruſalaim. narratur enim ꝙ ex
tribus duntaxat tribubus ſurrexerunt principes ad eundum in ieruſalem : iuda /
ben'iamin & leui. Et appoſitiue adiungitur quo ſpiritu fuerunt moti iſti/ dicēdo
omnis cuius elohim ſuſcitauit ſpiritum ad ædificandum domū ſummi dei in ie⸗
ruſalem. Quamuis ergo cyrus inuitauerit omnium tribuum iſraelitas ad eundū
in ieruſalem, ex tribus tamen duntaxat tribubus moti ſunt/deo in eorum cordi⸗
bus operante. Et omnes qui erant in circumitu eorum roboraue⸗
rūt manꝰ eoꝝ. Narrato effectu epiſtolarum cyri quo ad uolentes ire/ſubiun⸗
gitur effectus quo ad remanentes qui opem tulerunt eūtibus. in vaſis argen
teis ⁊ aureis/in ſubſtantia ⁊ iumentis/in ſupellectili. Iuxta hebræū
habetur. ⁊ i precioſis. puta gēmis. exceptis ijs que ſponte obtulerūt:
Sponte oblara appellantur ea quæ ad reſtaurandum templum donabantur: ob⸗
lata autem ad adiuuandum eūtes appellantur donata tum pro uiatico tum pro
redemptione euntium qui erant ſerui particularium perſonarum.

¶ Rex quoqȝ cyrꝰ protulit vaſa domꝰ domini: que tulerat nebu
chadnezar de ieruſalaim/⁊ poſuerat in domo dei ſui. Protulit
āt ea cyrꝰ rex perſarum per manum mitridatis filij ghizbar. Iux⸗
ta hebræum habetur. ſuper manum mith'redath theſaurarij. nomina⸗
tur enim & proprio & officij nomine miniſter regius qui dedit ſubiuncta uaſa re⸗
gis nomine. ⁊ numerauit ea ſaſabaſar principi iude. Parui refert ꝙ legen
dum eſſet. ſeſbazar duci iehude. Et quoniam princeps iudæ hic dicitur/in⸗
telligendus eſt zorobabel alio nomine uocatus ſeſbazar: nam ipſe fuit princeps
iudæ. ℣ Et iſti numeri eorū: phiale auree triginta/phiale argentee
mille. Dictio hebraica ſignificat uas ad abluendum manus / quæ malluuia ſeu
pollubra uocantur. erant enim & aurea & argentea in tanta multitudine ut ſuffi⸗
cerent & multitudini oblationum (in his enim offerebatur ſimila) & multitudi⸗

Digitized by Google

ni uictimarum/quarum ſanguis in huiuſmodi uaſis recipiebatᷣ & circa altare ef-
fundebatur. cultri uigintinouem. Scyphi aurei triginta/ſcyphi ar
gentei ſecundi quadringenti ⁊ decem. Quod dicit ſecundi/refertur tam
ad ſcyphos aureos quã ad ſcyphos argenteos. & dicendo ſecundi / inſinuat ꝙ etiã
hæc uaſa erant malluuia ſecundi ordinis : forte quia minora uel alterius formæ.
Vaſa alia mille. Omnia uaſa aurea ⁊ argẽtea/quinqꝫ millia ⁊ qua-
dringenta. Non ſurgit hæc ſumma ex numeratis : ſed author libri numeratis
quibuſdam/omiſsis alijs narrauit omnium ſummam. omnia aſcendere fecit
ſesbazar cum ijs qui aſcenderunt de tranſmigratione babel in
ieruſalaim.

CAPVT .II.

Isti autem ſunt filij prouincie qui aſcenderunt de ca-
ptiuitate tranſmigrationis quam tranſmigrare fecit
i nebu`chadnezar rex babel in babel: ⁊ reuerſi ſunt in ie
ruſalaim ⁊ in iehudam/ unuſquiſqꝫ in ciuitatẽ ſuam.
Deſcribuntur & numerantur illi qui uenerunt in ieruſalem. Qui
uenerunt cũ zerubabel/ieſuah/nechem`ia/ſera`ia/rehela`ia/mor-
dochai/bilſan miſpar/big`uai/rechum/bahana. De zorobabel nulla
eſt quæſtio quin ipſe ſit ex ſtirpe regia filius ſalathiel: ut ſcribitur infra ca. 5. & ꝓ-
pterea præfectus eſt a rege perſarum in principem populi redeuntis in ieruſalem.
ieſua uero ipſe ẽ ſummus ſacerdos filius iozadac. Sed nehemias iſte in quæſtionẽ
uertitur an ipſe ſit cuius totus ſecundus liber hezdræ meminit. ſed cõſideratis ac
libratis officijs/geſtis & temporibus, clare apparet ꝙ iſte nehemias nõ eſt ille ne-
hemias qui inſtaurauit muros ieruſalẽ. iſte enim aſcendit cum zorobabel/ille au
tem longe poſt uenit in ieruſalem: ille fuit dux populi poſt alios duces ut in ſecun
do libro clare ſcribitur/iſte autem fuit ſub zorobabel primo duce. cum illo quoqꝫ
non leguntur aſcendiſſe iudæi: cum iſto autem comitante zorobabel ſubiungun-
tur aſcendiſſe tot millia iudæorum. numerus uirorꝫ populi iſrael.
¶ Filij phar`hos duo millia/centum ⁊ ſeptuagintaduo. Aduerte ꝙ
ſubiunctorum nominum quædam ſunt nomina patrum/quædam nomina loco-
rum: ſed hodiernæ notitiæ (a qua longe ſunt huiuſmodi genealogiæ) parum aut
nihil cõfert huiuſmodi diſcuſsio. Filij ſephat`ie/trecenti ⁊ ſeptuaginta-
duo. Filij arach/ſeptingẽti ⁊ ſeptuagintaquinqꝫ. Filij pachath`
moab de filijs ieſuah`ioab: duo millia octingenti ⁊ duodecim.
Filij helam/mille ducenti ⁊ quinquagintaquattuor. Filij zattu/
nongẽti ⁊ quadragintaquinqꝫ. Filij zacchai/ſeptingenti ⁊ ſexa-
ginta. Filij bani/ſexcenti ⁊ quadragintaduo. Filij bebai/ſexcen
ti ⁊ uigintitres. Filij hazghad/mille ducenti ⁊ uigintiduo. Filij
adonicam/ſexcenti ⁊ ſexagintaſex. Filij big`uai/duo millia ⁊ qn-
quagintaſex. Filij hadin/quadringẽti ⁊ quinquagintaquattuor.
Filij ater ex iechizci`ia/nonagintaocto. Filij bezai/trecenti ⁊ ui-

gintitres: Filij ioꝛe/centũ ⁊ duodecim. Filij chaſum/ducenti ⁊
vigintitres. Filij gibbar/nongenti ⁊ q̃nq;. Filij beth'lechem/
centũ ⁊ vigintitres. ¶ Viri netophe/q̃nquagintaſex. Viri
hanathoth/centũ ⁊ vigintiocto. Filij hazmaueth/quadragin-
taduo. Filij cir'iath'harim'chephire ⁊ beeroth/ſeptingenti ⁊ qua-
dragintatres. Filij rame ⁊ gabah/ſexcenti ⁊ vigintiunꝰ. Viri
michmas/centũ ⁊ vigintiduo. Filij beth'el ⁊ hai/ducenti ⁊ vi-
gintitres. Filij nebo/q̃nquagintaduo. Filij magbis/centum
⁊ q̃nquagintaſex. Filij helam alterius/mille ducenti ⁊ quinqua-
gintaquattuoꝛ. Filij charim/trecenti ⁊ viginti. Filij lod chadid
⁊ ono/ſeptingenti ⁊ vigintiquinq;. Filij iericho trecenti ⁊ qua-
dragintaquinq;. Filij ſenae tria millia ⁊ ſexcenti ⁊ triginta.
¶ Sacerdotes: filij iedah'ie de domo ieſuah/nongenti ⁊ ſeptua-
gintatres. Filij immer/mille ⁊ q̃nquagintaduo. Filij paſchur/
mille ducenti ⁊ quadragintaſeptem. Filij charim/mille ⁊ ſeptẽ-
decim. ¶ Leuitę: filij ieſuah ⁊ cadmiel de filijs hodau'ie/ſeptua-
gintaquattuoꝛ. ¶ Cantoꝛes: filij aſaph/centum ⁊ vigintiocto.
Filij ianitoꝝ: filij ſallum filij ater filij talmon filij haccub filij cha-
tite filij ſobai/omnes cẽtum ⁊ trigintanouẽ. ¶ Nethinei. hoc eſt
dati/ghabaonitæ ſunt qui in ritum iudæorum tranſierant a tempore ioſuæ dati
in ſeruitutem lignorum & aquæ pro templo: iſti inter iſraelitas ſupputãtur cum
genealogijs ſuis. filij zicha/filij chaſuphe/filij tabahoth. Filij ceros/
filij ſih'ahe/filij padon. Filij lebane/filij chagabe/filij haccub. Filij
chagab/filij ſamlai/filij chanan. Filij giddel/filij gachar/filij rea'
ie. Filij rezin/filij necode/filij gazam. Filij huzze/filij paſeach/filij
beſai. Filij aſne/filij mehunim/filij nephuſim. Filij bacbuc/filij
chacuphe/filij charchur. Filij hazluth/filij mechide/filii charſe.
Filii barcom/filii ſiſre/filii thamach. Filii neziach/filii chatiphe.
¶ Filii ſeruoꝛum ſelomonis. Ex eo ꝙ poſt nethinæos ſupputantur iſti/&
paulopoſt ſimul ſummantur nethinæi & filij ſeruorũm ſalomonis, inſinuatur ꝙ
etiam iſti filij ſeruorum ſalomonis non erãt iſraelitæ ſecundum naturalem origi-
nem/ſed ſecũdum legem ac fidem. & hoc ipſum ſeruitutis nomen indicat: nam
tempore ſalomonis nullus originaliter filius iſrael erat ſeruus: ut ſcribitur. 3. reg.
9. ex hoc ergo ꝙ dicuntur iſti filij ſeruorum ſalomonis, manifeſtatur ꝙ alienige-
næ erant ſecundum genus/iſraelitæ autem ſecundum profeſsionem fidei & legis
a tempore ſalomonis, ſicut nethinæi a tempore ioſuæ. filii ſotai/filii ſophe-
reth/filii perude. Filii iahalc/filii darcon/filii giddel. Filii ſephat'
ie/filii chattil/filii pochereth de zebaim/filii ami. Omnes nethi-
nei ⁊ filii ſeruoꝛum ſelomonis/trecenti ⁊ nonagintaduo.
¶ Et iſti aſcendentes de thel'melach thel'charſa/cherub addan
immer: ⁊ non potuerũt indicare domũ patrũ ſuoꝛũ ⁊ ſemen ſuũ/
an ex iſrael eſſent. Filii dela'ie/filii tobi'ie/filii necode: ſexcenti ⁊

qnquagitaduo. Et de filiis ſacerdotũ/filii chaba'ie/filii haccoȝ:fi-
lii barȝillai q accepit de filiabꝰ barȝillai ghilhaditis vxorẽ/⁊ vo-
catus eſt nomine eorum. Iſti queſierunt ſcripturam genealogie
ſue ⁊ non inuenerunt:⁊ eiecti ſunt a ſacerdotio. Duo genera non in-
uenientium origines ſuas narrãtur. alterum ſexcentorum quinquagintaduorum:
alterum ſacerdotũ filiorum chabaie. illi incerti an eſſent ex genere iſrael: iſti uero
incerti an eſſent ex genere aharon. Et dixit thirſatha eis vt non come-
derent de ſancto ſanctorum. Iſte (ut inferius in li.2.ca.8.dicitur) eſt nehe-
mias dux qui inſtaurauit muros ieruſalem. Ex quo colligitur ꝙ diſcuſſio iſta fa-
cta fuit longe poſt aduentum iudæorum in ieruſalem ꝗuis prius recitetur. nehe-
mias enim dux anno uigeſimo xerxis uenit in ieruſalem quãdo iam iudæi fuerãt
in ieruſalem per annos quinquaginta. Authoritate itaqȝ ducali nehemias eiecit
iſtos incertos a ſacerdotio/ non penitus ſed ut nõ comederent de ſancto ſancto-
rum: hoc eſt de ijs quæ in lege moſis appellantur ſancta ſanctorum: qualia erãt
quæcunqȝ immolabãtur pro peccato/& quæcunqȝ offerebant́ ſic ꝙ pars eorum
cremanda erat deo per modum holocauſti. ita ꝙ non ſolum fuerunt eiecti ab of-
ficio ſacerdotali (hoc eſt a ſacrificando ut ſacerdotes) ſed etiam a participando
ſacrificata quæ appellabantur ſancta ſanctorum: reliqua autẽ uidentur eis per-
miſſa. Donec ſurgeret ſacerdos doctus atqȝ perfectus. Iuxta hebræ-
um habet́. in vrim ⁊ in thummim. hoc eſt uſqȝquo ſtabit ſacerdos in illu-
ſtrationibus & perfectionibus. Expectandũ cenſuit iudicium ſacerdotis lumine
diuino illuſtrati ad illuminandum alios & perficiendum ea quæ diuini ſunt cul-
tus. Nomina hæc exo.28.expoſuimus.

¶ Tota congregatio quaſi vir vnus. Vnanimitas tantæ multitudinis
deſcribitur. quadragintaduo millia trecẽti ſexaginta. Exceptis ſer-
uis eorum ⁊ ancillis eorum/qui erant ſeptẽ millia trecenti ⁊ tri-
gintaſeptem:⁊ eis erãt cantores ⁊ cantatrices ducenti. Equi
eorum ſeptingenti ⁊ trigintaſex:muli eorũ ducenti ⁊ quadragin-
taquinqȝ. Cameli eorum quadringenti ⁊ trigintaqnqȝ: aſini ſex
millia ſeptingenti ⁊ viginti. Et de capitibus patrum cũ ingre-
derentur domum domini que eſt in ieruſalaim. Pendet conſtructio li-
teræ uſqȝ ad ſubiuncta uerba. ſponte obtulerunt in domum dei ad ex-
truendam eam in loco ſuo. Quæ iuxta hebræũ ſonant. ſpontanei fue-
rũt domui elohim ad faciendum ſtare ipſam ſuper directionem
ſuam. Eſt itaqȝ ſenſus literæ ꝙ cum uenirent in domum iehouah quæ in ieruſa
lem ſpõtanei domui elohim ad faciendum ſtare ipſam prout ratio domus exige-
bat/obtulerunt ſecundum uires ſuas. Nec clare liquet an ſit ſermo de aduentu ad
conſtruendã domum dei/an de aduentu in ipſam domum conſtructam ad ſup-
plendum opportuna. primus tamen ſenſus magis quadrat ſubiunctis. Secun
dum vires ſuas dederunt impenſas operis/auri ſolidos quadra-
ginta millia ⁊ mille. Iuxta hebræum habetur. dederunt theſauro ope-
ris auri ſolidos ſexies decem millia ⁊ mille/ ⁊ argẽti minas qnqȝ

millia. Nec nim facias in uerbo ſolidos: quoniam incertũ eſt genus illius num-
mi. ⁊ veſtes ſacerdotales centum. Veſtes iſtæ ante conſtructionem tem-
pli ſimiliter datæ uidentur, quando conſtructum eſt altare holocauſtorũ & pau-
ci ſacerdotes erant in ieruſalem.
¶ Habitaueruntq; ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ de populo ⁊ cantores ⁊
ianitores ⁊ nethinei in ciuitatibus ſuis: ⁊ totus iſrael in ciuitati-
bus ſuis. Hic clare redit author ad texendam hiſtoriam rei geſtæ in principio
quando uenerũt ex captiuitate in terram promiſsionis: ꝙ ſcilicet tunc unuſquiſq;
iuit ad ciuitatem ſuam & ibidem habitauerunt.

CAPVT .III.

Iamq; venerat menſis ſeptimus. Parui refert ꝙ hebraice
habetur. Et attigit menſis ſeptimus. Aduentus menſis ſe-
i ptimi quo ad illius initium ſignificatur. & eſt ſermo de mẽſe ſepti-
mo primi anni ab habitatione in terra iudæ poſtꝙ̃ redierunt ex ca-
ptiuitate. ⁊ filij iſrael erãt in ciuitatibus: ⁊ congregat⁹
eſt populus tanq̃; vir vnus in ieruſalaim. ¶ Et ſurrexit ieſuab
filius iozadac ⁊ fratres eius ſacerdotes/⁊ zerubabel fili⁹ ſealthiel
⁊ fratres eius: ⁊ edificauerunt altare dei iſrael ad offerendum ſu-
per ipſum holocauſta ſicut ſcriptum eſt in lege moſis viri dei.
Proculdubio ædificauerũt altare holocauſtorum anteꝙ̃ ædificaretur templum:
erat enim ſecundum legem ſub diuo. Collocauerũt autem altare dei ſu-
per baſes ſuas. Quãuis alijs uerbis/eadem tamen redit ſententia: uc; ꝙ fir-
mauerunt altare ſuper firmitates ſuas: hoc eſt ædificauerunt altare immobile ex
lapidibus quos ferrum non tetigit iuxta legem moſis uiri elohim. Et huius ratio
ſubditur timor a populis per circumitum/ ne facile ab eis altare deſtrui poſſet ſi-
cut ſi fuiſſet altare mobile. deterrentibus eos per circumitum popu-
lis terrarum: ⁊ obtulerũt ſuper illud holocauſta domino / holo-
cauſta mane ⁊ veſperi. Iuge ſacrificium (matutinum uc; & ueſpertinum)
ex tunc inchoatum ſignificatur. Feceruntq; ſolennitatem tabernacu-
lorum ſicut ſcriptum eſt: ⁊ holocauſta ꝑ ſingulos dies in nume-
ro/iuxta ritum opus diei in die ſuo. Seruata ſcribitur lex de holocauſtis
in diebus ſolẽnitatis tabernaculorum: ſingulis enim diebus uariabatur holocau-
ſtum ſecundum legem moſis. Et poſt hec holocauſtũ iuge tã in calen-
dis. Legendum eſt. Et poſt ſic holocauſtum iuge ⁊ in calendis ⁊ in
omnibus ſolennitatibus domini ſanctificatis: ⁊ in omnib⁹ in q-
bus vltro offerebatur munus domino. narratur enim ꝙ deinceps ſer-
uata eſt lex immolandi ſuper illud altare tum quotidie iuge holocauſtum/ tum in
calendis/tum in ſolẽnitatibus omnibus/tum in ſpontaneis ſacrificijs. A primo
die mẽſis ſeptimi ceperũt offerre holocauſta domino: porro tem-
plum domini nondũ fundatũ erat. Clare manifeſtatur etiã dies quo in-
cœperũt ſacrificare ante fundatũ templum.

Digitized by Google

¶ Dederunt autem pecuniam latomis ꝛ artificib⁹: cibūq; ꝛ potum ꝛ oleum ſidonijs ꝛ tyrijs vt deferrēt ligna cedrina de lebanon ad mare iapho. Imitati regem ſalomonem in hoc opere ſunt. iuxta ꝙ præceperat cyrus rex perſaꝝ eis. Iuxta hebræum habetur. ſicut conceſſio cyri regis perſarum ſuper eos. ita ꝙ non præceptum ſed gratia conceſſa recitatur. Anno autem ſecundo aduentus eoꝛum ad domū dei in ieruſalaim. Nomen eſt elohim. Et hinc manifeſte patet ꝙ author iſtius libri appellat aduentum ad templum dei in ieruſalem/ipſum aduentum ad ædificandum templum. quod ideo notandum duximus/ut uerba præcedentis capituli quæ ambiguitatis aliquid præ ſe ferebant hinc clareſcant. menſe ſecundo. iuxta ordinem menſium in anno: hoc eſt ſole exiſtente in tauro/ quotus eſt apud nos aprilis. ceperūt. fundare templum/& ſtatuerunt leuitas ſuperintendentes operi. zerubabel filius ſealthiel ꝛ ieſuah filius ioſadac ꝛ reliqui fratres eoꝛum ſacerdotes ꝛ leuite ꝛ omnes qui venerant de captiuitate in ieruſalaim/ꝛ conſtituerunt leuitas a filio viginti annorum ꝛ ſupꝛa. iuxta decretum dauidis. vt pꝛeeſſent ſuper opus dom⁹ domini. Stetitq; ieſuah filij eius ꝛ fratres ei⁹/ cadmiel ꝛ filij ei⁹ filij iehude tanq; vir vnus/ vt inſtarent ſuper eos qui faciebant opus i domo dei. Nomen eſt elohim. filij chenadad/filij eoꝛum ꝛ fratres eoꝛum leuite.

¶ Fundato igitur a cementarijs templo domini. Legendum eſt. Et fundarunt edificatoꝛes templum domini: ꝛ ſteterunt ſacerdotes induti cum tubis ꝛ leuite filij aſaph cum cymbalis/ad laudandū dominum ſuper manus dauid regis iſrael. Deſcribitur ſolennitas fundationis templi: ucȝ ꝙ fabris fundamenta iacientibus templi/ apparatus conuenit ſacerdotum leuitarum & populi &c. Et cecinerūt in hymno ꝛ confeſſione domino quoniam bonus quoniam in ſeculum miſericoꝛdia eius. Sæpe dictum eſt ꝙ hebraice habetur. gratia eius ſuper iſrael: ꝛ totus popul⁹ vociferati ſunt vociferatione magna in laudando dominum/eo ꝙ fundata eſſet dom⁹ domini. Plurimi etiam. Legendum eſt. Et multi ex ſacerdotib⁹ ꝛ leuitis ꝛ capitib⁹ patrū ſenes qui viderunt domum pꝛimā, dum fundarent hanc domum in oculis eoꝛum/flebant voce magna. Hinc inſinuatur ꝙ ſeptuaginta anni ſeruitutis babylonicæ prædicti a ieremia prius incœperunt ꝙ̄ fuerit combuſtio tēpli. ex eo enim ꝙ in fundatiōe ſecundi templi narrātur præſentes multi ſenes memores primi templi/non qualitercūq; ut pueri ſed diſtincte memores excellentis fabricæ & precioſitatis primi templi ita ut flerent, apparet ꝙ fuerant tempore combuſtionis tēpli perfectæ ætatis qui tempore fundationis noui templi flebant ſenes. ꝛ multi vociferantes in letitia eleuabant vocem. Nec poterat quiſq; agnoſcere. Iuxta hebræum habetur. Et non populus cognoſcentes vocem clamoꝛis letitie a voce flet⁹ populi: quia populus vociferantes vociferatione magna/ꝛ vox audie

batur vſq; ad longinquum. Non negatur diſcretio a quolibet: ſed q̄ populus non diſcernebat propter magnum clamorem.

CAPVT .IIII.

Audierunt autem hoſtes iehude ⁊ bin'iamin. ſamaritani. q̄ filij tranſmigrationis edificarent templũ domino deo iſrael. Et acceſſerũt ad zerubabel ⁊ ad capita patrũ/ ⁊ dixerunt eis: edificemus vobiſcum qa ſicut vos querimus deũ veſtrũ/ ⁊ ei immolamus a diebus eſar'chadon regis aſſur qui aſcendere fecit nos huc. Lege quartum regum: & inuenies ſamaritanos coluiſſe quidẽ deum cœli ſed non ſolum ſed ſimul coluiſſe etiã deos ſuos: & propterea & ucq; ex parte dicunt/ & merito repelluntur. Et dixit eis zerubabel ⁊ ieſuah ⁊ reliqua capita patrũ iſrael/ nõ ẽ veſtrũ ⁊ noſtrũ edificare domũ deo noſtro, ſed nos ſoli edificabimus domino deo iſrael/ ſicut precepit nobis rex cyrus rex perſarũ. Authoritatẽ regis afferunt ut minus eos deſpicere uideantur. Et fuit/ populus terre impediebat manus populi iehude: ⁊ tui babat eos in edificando. Ecce primum impedimentum ædificandi templum: terror uidelicet ſamaritanorũ. Cõduxerũt quoq; contra eos conſiliarios vt deſtruerent conſilium eorum. Ecce ſecundum impedimentum/ quo ſamaritani corruperunt cõſiliarios regis trans fluмẽ ad frangendum conſilium iudæorum. nec aliter explicatur in hebræo: ſed intelligimus regios miniſtros fregiſſe conſilium iudæorum factis potius q̃ uerbis/ ſubtrahendo uidelicet ſumptus regios quos ordinauerat cyrus dãdos ad ædificandum domum dei: ut clare continetur in epiſtola cyri recitata inferius ca. 6. quamuis tacitum hoc fuerit in ca. 1. omnibus diebus cyri regis perſarũ/ ⁊ vſq; ad regnum darij regis perſarum. Quanto tempore præualuerit ſamaritanorum pecunia ad corrumpendum conſiliarios regios deſcribitur: uſq; durãte regno cyri (q regnauit ãnis triginta) & uſq; ad regnũ dary/ inter quẽ & cyrum medius fuit cambyſes cyri filius & quidam alius tyrannus.

¶ In regno autem aſſueri ipſe eſt artaxerxes. Iuxta hebræũ habetur. Et in regno achas'ueros in principio regni eius. Iſte uocatus aſſuerus eſt cambyſes filius cyri. diſtulerunt enim uiuente cyro ſcribere cõtra iudæos: quia ſciebant cyrum mandaſſe ut etiam ſumptu regio ædificaret templum in ieruſalẽ: ſed mortuo cyro crediderunt opportunũ aduenisſe tempus ſcribendi aduerſus iudæos. ſcripſerunt accuſationem. Hebraice habetur. odiũ contra habitatores iehude ⁊ ieruſalaim. non enim per modũ accuſationis ſcripſerunt ſed odioſa iudæis, tum quia exoſa erant iudæis/ tum quia ex odio ſamaritanorum prodibant/ tum præcipue quia erant prouocantia regem ad odiũ iudæorum habitantium in iudæa & in ieruſalem. Et in diebus artaxerxis: Deſcripturus author modum quo ſcripſerũt/ reſumit hebraico more tempus nominando eundem regem altero nomine. ſcripſit beſellam. Iuxta hebræum habetur.

betur. ſcripſit in pace mithredath tabeel ⁊ reliqui ſocij eius ad artaxerxem regem perſarum. Modus ſcribendi narratur/uidelicet in pace: hoc eſt nulla turbatione oſtenſa iudæis / nihil de hoc ſuſpicantibus iudæis. & hoc aſtute ne iudæi præuenirent regem aut mitterent reſpõdentes. epiſtola aũt accuſationis ſcripta erat ſyriace/⁊ legebatur ſermone ſyro. Narratur ꝙ epiſtola erat ſcripta characteribus ſyris / & ꝙ etiam ſermo ſcriptus erat ſyrus: ita ꝙ tam ſermo ꝗ̃ character epiſtolæ erat ſyrus. Rechum behelteẽ ⁊ ſimſai ſcripſerũt epiſtolã vnã ſup ieruſelẽ/artaxerxi regi huiuſcemodi. Non ſum ſolicitus circa nomina: ſed duo qui dictauerunt epiſtolam deſcribi uidentur. alter (ut hebraica ſonant) caput cauſæ/præcipuus in regimine, qui in uulgara æditione uocatur rehum behelteem: rehũ enim eſt nomen proprium/behelteem uero eſt nomen officij. alter ſcriba. Tunc rechum behelteem ⁊ ſimſai ſcriba/⁊ reliqui ſocij eoꝝ: dina'ie ⁊ apharſathcha'ie/tarpela'ie/apharſa'ie/archeua'ie/bab'la'ie/ſuſancha'ie / dehaue'helma'ie. Et reliquę gentes quas tranſtulit aſnapar magnus ⁊ glorioſus/⁊ habitare fecit eas in ciuitatibꝰ ſomrain: ⁊ reliquę trans flumen ⁊ chebeneth.

¶ Hoc eſt exemplar epiſtole quam miſerunt ad eum/ ad artaxerxem regem: ſerui tui viri trans fluuiũ ſalutẽ dicũt. Iuxta hebræũ habetur. viri trans fluuium ⁊ chebeneth. Ex quibus apparet ꝙ nomẽ proprium eſt chebeneth: & quia utrobiq; apponitur poſt trans flumen, nomẽ proprium regionis diſtinctæ a regione trans flumen uel fluminis alterius ab euphrate præ ſe fert. & ſignificantur uniti iſti cum gentibus trans euphratẽ aduerſus fabricã ieruſalem. Notũ ſit regi ꝙ iehudei q aſcenderunt a te ad nos. Pronomen te / non demonſtrat perſonam ſed maieſtatem regiam: non enim a cambyſe ſed a cyro rege aſcenderant. Venerunt in ieruſelem: ciuitatem rebellem ⁊ peſſimam. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ malam edificantes / ⁊ muros eius fundauerunt ⁊ parietes compoſuerunt. Vide aſtutiam inuertentium ædificium templi in ædificium ciuitatis: de cuius ciuitatis inſtauratione nec cyrus in ſua epiſtola meminit / nec ſcriptum eſt ꝙ iudæi tunc temporis inchoauerint reparare muros ieruſalem: ut patet infra ex libro nehemiæ. Nunc notum ſit regi ꝙ ſi ciuitas illa edificata fuerit ⁊ muri eius fundati fuerint: tributum / vectigal ⁊ reditum non dabunt / ⁊ vſq; ad reges hec noxa perueniet. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tributum regum damnum patietur. in regem ſiquidem damnum emergere narrant. Nos autem memores ſalis quod in palatio comedimus. Iuxta hebræum habetur. Nunc omne pro viciſſitudine quia deſertionem templi deſertauimus. Imputant iudæis ꝙ ad uindicandum deſtructionem templi quam nos ſerui regis olim fecimus/ædificium hoc aggrediuntur. ⁊ quia leſiones regis videre nefas ducimus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ vilipenſionem regis non hone-

ſtum nobis videre: propterea miſimus ⁊ notificauimus regi. Non ſolum uindictam ſed paruipenſionem regis fingunt interuenire / ideo nunciandum cenſent regi. Ut queras in libro hiſtoriarum patrum tuorum / ⁊ inuenies in libro hiſtoriarum ⁊ ſcies ꝙ ciuitas illa ciuitas eſt rebellis ⁊ nocens regibus ⁊ prouincijs / ⁊ bella concitantur in ea ex diebus antiquis. Iuxta hebræum habetur. ⁊ rebellionem facientes intra eam a diebus ſeculi. Verum dicunt quo ad multas rebelliones contra extraneos reges factas: ut patet in hiſtoria regum iudæ. quamobrem ⁊ ciuitas hec deſtructa eſt. Notificamus nos regi ꝙ ſi ciuitas hec edificata fuerit ⁊ muri ipſius fundati fuerint: poſſeſſionem trans fluuium non habebis. Deficiunt hic duæ dictiones: legendum eſt. pro hoc pars trans flumen non veniet tibi. Priuatio prouentus regij ex regione trans flumen euētura narratur pro hoc ædificio ſi permittitur.

VErbum miſit rex ad rechum behelteem ⁊ ſimſai ſcribam ⁊ reliquos ſocios eorum qui habitabant in ſomrain ⁊ ceteros trans fluuium / ſalutem dicens ⁊ pacem. Hebraice habetur. ſelam ⁊ cheheth. Nomina fluuiorum udentur hæc / dicendo trans fluuium ſelam & cheheth. Accuſationem. Hebraice habetur. Epiſtola quam miſiſtis ad nos / manifeſte lecta eſt coram me. & nulla fit mentio accuſationis. Et a me preceptum eſt, ⁊ queſierunt ⁊ inuenerunt ꝙ ciuitas illa a diebus antiquis. Legendum eſt. a diebus ſeculi contra reges rebellat. Hebraice habetur. eleuans. Primum inuentum eſt ꝙ ciuitas ieruſalem eleuabatur aduerſus reges. ⁊ ſeditiones ⁊ prelia concitantur in ea. Hebraice habetur. ⁊ rebellio ⁊ refutatio fiebat in ea. Hebraico more maius præponitur: uidelicet rebellio refutationi. ſenſus eſt ꝙ recuſabāt ſubijci & rebellabant & eleuabāt aduerſus reges. Et uerū eſſe hiſtoria regum teſtatur & tēpore ezechiæ & alioꝝ regū. Et reges fortes fuerunt in ieruſelē / ⁊ dominati ſunt in omni regione trans flumen: tributumq; vectigal ⁊ reditus dabatur eis. Nunc ergo audite ſententiam: prohibeatis viros illos vt vrbs illa non edificetur / donec ſi forte a me iuſſum fuerit. Iuxta hebræum habetur. Nunc ponite edictum vt ceſſent homines iſti: ⁊ ciuitas illa non edificetur / donec a me preceptum poſitum fuerit. Ecce tertium impedimentum ædificandi templum: q̄uis epiſtola regia nihil dicat de templi ſed ciuitatis ædificio. Uidete ne negligenter hoc impleatis: ⁊ paulatim creſcat malum contra reges. Hinc apparet commotus regis animus aduerſus ieruſalem.

¶ Tunc poſtq̄; exemplar epiſtole artaxerxis regis lectum eſt coram rechum ⁊ ſimſai ſcriba ⁊ ſocijs eorum: iuerunt feſtinanter in ieruſelem ad iehudeos / ⁊ ceſſare fecerūt eos in brachio ⁊ robore. Tūc itermiſſum ē. Legendū eſt. Tunc ceſſauit opus domus elohim que i ieruſelē: ⁊ ceſſauit vſq; ad annū ſcd̄m regni darij regis

pſ.12. Rex inhibuit ædificari citatẽ/executores ãt ĩhibuerũt ædificari tẽplũ:& ex tũc ceſſauit continuatio ædificandi templũ uſq; ad annũ ſecundũ regni darij, quod tempus fuit ſpatium decem annorum uel circa. Et hinc habetur q̃ q̃uis ſamaritanorum ſuggeſtione principes trans flumen impedimentum dederint ædificio tẽpli, non tamen iudæi ceſſauerunt ædificare templũ ſecundũ uires ꝓpriaſq; facultatum: ſʒ iubente cambyſe/interrupta eſt ædificatio templi.

CAPVT .V.

PRophetauerunt autem chaggai propheta ⁊ zechar'ia filius hiddo prophete ſuper iehudeos q erant in iehud ⁊ in ieruſelem: in nomine dei iſrael ſuper eos. ſecundo darij anno: ut paret in principio aggei & zachariæ. Tunc ſurrexerunt zerubabel filius ſcalthiel ⁊ ieſuah filius iozadac. Tempus prædictum ſecundi anni darij demonſtratur. ⁊ ceperunt edificare domũ dei que eſt in ieruſelem. Non abſolute cœperunt / ſed poſt interruptionem iterũ cœperunt ædificare. ⁊ cum eis prophete dei adiuuantes eos. Cauſa redditur incitans ad ædificandum exhortatio prophetarum in nomine dei.

¶ In illo tempore venit ad eos thatthenai dux trans flumen ⁊ ſethar'bozenai ⁊ ſocij eorum. Mutatus erat dux regionis trans flumen: & hæc quoq; mutatio animæquiores reddidit principes iudæorum ad ædificandũ templum. forte mortui erant illi qui tempore cambyſis ſcripſerãt contra eos. ⁊ ſic dixerunt eis/quis dedit vobis conſilium. Legendum eſſet. authoritatem domum hanc edificandi ⁊ muros hos fundandi? quærũt enim qua authoritate ædificant templum illud. Tũc ſic dixerunt eis: que ſunt nomina virorum qui hoc edificium edificant? Et ocul9 dei eorum fuit ſuper ſenes iehudeorũ / ⁊ non potuerũt inhibere eos placuitq; vt res ad dariũ referretur. Iuxta hebræum habetur. ⁊ non ceſſauerunt ipſi donec cauſa ad darium ibit. Oculus diuinæ gratiæ ſuper ſenes iudæorum/cauſa deſcribitur q̃ non ceſſauerũt ab ædificãdo donec conſuleret darius rex. effectus enim diuinæ gratiæ fuit q̃ thatthenai dux annuit petitioni iudæorum ut non impediretur ædificium uſq; ad conſultationem darij. ⁊ tunc ſatisfacerent aduerſus accuſationem illam. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tunc reſpondebũt reſponſionem ſuper hoc. hoc eſt & tunc reſpondebunt prout reſpondendum erit iuxta darij uoluntatem.

¶ Exemplar epiſtole quam miſit thatthenai dux trans flumen ⁊ ſethar'bozenai ⁊ ſocij eius aphar ſecha'ie qui erant trãs flumen: ad darium regem. Verbum miſerũt ad eum: ⁊ ſic ſcriptum erat in eo / dario regi pax omnis. Notum ſit regi q̃ iuimus in iehud prouinciam ad domum dei magni / que edificatur lapide impoſito. Iuxta hebræum habetur. lapide marmoreo. non deſunt tamen defendentes impolitum. ⁊ ligna ponuntur in parietibus: ⁊ opus hoc feſtinanter fit ⁊ proſperatur in manibus eorum. Tunc in-

terrogauimus ſenes illos/ſic diximus eis: quis dedit vobis au-
thoritatem domum hanc edificandi / ⁊ muros hos fundandi?
Et etiam nomina eorum queſiuimus ab eis ad notificandum ti-
bi: vt ſcriberemus nomina virorum qui ſunt duces eorum. Et
huiuſmodi verbum reſponderunt nobis dicendo: nos ſumꝰ ſer-
ui dei celi ⁊ terre. Authoritatem a deo in primis ſe habere confeſſi ſunt/cōfi-
ſi in uerbis prophetarum. ⁊ edificamus domum que fuit edificata an-
te hos annos multos/⁊ rex iſrael magnus edificauerat ⁊ funda-
uerat eam. Poſtq̃ autem ad iracundiam prouocauerūt patres
noſtri deum celi, tradidit eos in manum nebu'chadnezar regis
babel chaldei: ⁊ domum hanc deſtruxit/⁊ populum eius tranſtu-
lit in babel. Anno autem primo cyri regis babel, cyrꝰ rex poſuit
edictum vt domus dei hec edificaretur. Et etiam vaſa domꝰ dei
aurea ⁊ argentea que nebu'chadnezar tulerat de tēplo quod erat
in ieruſelem ⁊ aſportauerat ea in templum babel, protulit cyrus
rex de templo babel/⁊ data ſunt ſesbazaro quē cōſtituit ducem:
Adiungunt diuinæ authoritati/regis cyri authoritatem: quam & probant facto
donationis uaſorū templi. Dixitq̃ ei: hec vaſa tolle ⁊ vade ⁊ pone ea
in templo quod eſt in ieruſelem/⁊ domꝰ dei edificetur in loco ſuo:
Ordo præpoſterus: nam prius ædificanda erat domus dei/& deinde uaſa erant
in ea ponenda. Tunc ſesbazar ille venit ⁊ poſuit fundamēta domꝰ
dei in ieruſelem: ⁊ ex tunc vſq̃ nunc edificatur. ſed non continue:
intermiſſum ſiquidem fuit opus ut prædictum eſt circa decēnium. ⁊ nondum
completa eſt. Nunc ergo ſi videtur regi bonum/queratur in do-
mo ſcripturarum regis que eſt in babel vtrum fuerit a cyro rege
poſitum edictum vt edificaretur domus dei hec in ieruſelē: ⁊ vo-
luntatem regis ſuper hoc mittat ad nos.

CAPVT .VI.

TUnc darius rex precepit: ⁊ queſierunt ī domo ſcriptu-
rarum que repoſite erant in babel. Nō ciuitatis ſed regni eſt
hic nomen babylon. Et inuentum eſt in egbathanis quod
eſt caſtrum. Iuxta hebræum habetur. in ſacculo in palatio.
ſacculus enim loculus ſcripturarum exiſtens in palatio publico (puta in palatio
cancellariæ regiæ) ſignificatur. in medena prouincia. Iuxta hebræum
habetur. quod in madai prouincia. ſeu ciuitate. volumen vnum:
taliſq̃ ſcriptus erat in eo commentarius. Anno primo cyri re-
gis/cyrus rex decreuit vt domus dei que eſt in ieruſelem edifi-
caretur in loco. Legendum eſt. locus in quo immolant victimas:
Ipſius domus uſus exprimit̄ dicēdo locus ubi immolāt hoſtias. ⁊ muri eiꝰ fun-
darēt: altitudo eiꝰ cubitoꝝ ſexaginta/⁊ latitudo eiꝰ cubitoꝝ ſexa-

Digitized by Google

ginta. Quadratũ conceſsit cyrus ædificiũ ꝯpræhendendo ſepta templi. templũ enim ipſum credimus non eſſe reſtauratũ maius templo ſalomonis. Ordines de lapidibus impolitis tres. Iuxta hebræum habetur Parietes ex lapide marmoreo terno. Groſsitudo parietum quæ deſcribenda reſtabat deſcrib ẽ: ut uez ex tribus lapidibus marmoreis cõſtet. ⁊ ſic ordines de lignis nouis. Iuxta hebræum habetur. ⁊ parietem ligni noui. Explicat ligna noua pro interno pariete templi / ne miniſtri regis ligna non noua dent iudæis pro interno pariete templi quod ſalomon fecerat. ſumptus autem de domo regis dabuntur. Omnia hæc tacita fuerant ſuperius in principio huius libri recitando epiſtolam cyri. Et ẽt vaſa domus dei aurea ⁊ argentea que nebu'chadnezar tulerat de templo quod erat ĩ ieruſelem ⁊ detulerat in babel: reddãtur ⁊ referantur in templũ quod ẽ ĩ ieruſelem ad locũ ſuũ / que ⁊ poſita ſunt. Hebraice habeẽ. ⁊ poſita erũt in domo dei. uerba ſiquidem ſunt cõmentary cyri: quæ autem ſubiunguntur uerba ſunt epiſtolæ dary.

Nunc thatthenai dux trans flumen ⁊ ſetharbozenai ⁊ ſocij vri / apharſecha'ie q eſtis trans flumen: longinq eſtote inde. Dimittite fieri domũ dei hanc a duce iehudeoꝝ ⁊ ſenioꝛib⁹ eoꝝ: ⁊ domũ dei hanc edificẽt in loco ſuo. Sed ⁊ a me preceptũ eſt quid opoꝛteat fieri a pꝛesbyteris iudeoꝝ illis. Iuxta hebræum habetur. Et a me poſitũ ẽ decretũ ad qd quod facietis cũ ſenib⁹ iehudeoꝝ iſtis ad edificandũ domũ dei hãc: ⁊ de ſubſtãtia regis que ẽ tributũ trãs flumen. adiungitur. n. decretum de eo quod faciẽdum eſt ab ipſis ducibus trãs flumen / & ad quid: uez ut de ærario regis tribuant ad ædificandum domum dei &c. ſtudioſe. Iuxta hebræum habetur. cito. ſeu feſtine. ſumptus dabitur viris his vt nõ ceſſent. moras. n. tollit. Quod ſi neceſſe fuerit. Iuxta hebræum habetur. Et quod curantes. ſubauditur ſitis ut dentur ſubiuncta pro ſacrificio. ⁊ filij tauroꝝ ⁊ arietes ⁊ agni ĩ holocauſtum deo celi / frumentũ ſal vinũ ⁊ oleũ iuxta dictũ ſacerdotũ q ſunt in ieruſelẽ dabũtur eis ꝑ ſingulos dies / ne ſit in aliquo querimonia. Iuxta hebræum habetur. abſq; defectu. uult. n. efficaciter adimpleri iuſſa. Et offerant oblationes deo celi: oꝛentq; pꝛo vita regis ⁊ filioꝝ ei⁹. A me ergo. Legendum eſt. Et a me poſitũ eſt decretũ. Tertiũ decretum adiungiẽ. vt oĩs hõ q mutauerit hãc iuſſionẽ, tollaẽ lignũ de domo ei⁹ ⁊ erigatur ⁊ ꝯfigatur ĩ eo: dom⁹ ãt ei⁹ publicetur. Iuxta hebræũ habeẽ. ſterquiliniũ fiat ꝑꝑ hoc. qd erat maioris ignominiæ. Et deus q hitare fecit nomen ſuum ibi / diſſipet omnia regna. Iuxta hebræum habetur. omnem regem ⁊ populum qui miſerit manum ſuam ad mutandum ad euertendum domum dei hãc que eſt in ieruſelem. Imprecatio eſt cum profeſsione diuinæ prouidentiæ. ego darius poſui decretum quod ſtudioſe impleri volo. Iuxta hebræum habetur. feſtinanter fiat. ſubſcriptio ſiquidem eſt manu dary regis.

Tunc thatthenai dux trãs flumẽ ⁊ ſetharbozenai ⁊ ſocij eoꝝ ſecundum ꝙ miſit darius rex/ſic diligenter executi ſunt. Hebraice habetur. ſic cito fecerũt. ut darius iuſſerat. Aduerte ꝙ ex toties repetita celeritate in hac darij epiſtola & executione, innuiť ꝙ principes trans flumẽ impedierunt fabricam templi tempore cyri / non penitus negando dare iuſſa a cyro ſꝫ tardãdo ſed differẽdo de tpe in tp̃s/ut paꝝ poſſent iudæi fabricare. Seniores ãt iehudeoꝝ edificabãt ⁊ ꝓſpabãtur iuxta ꝓphetiã chaggai ꝓphete ⁊ zechar'ie filij hiddo: ⁊ edificauerũt ⁊ ꝯſtruxerũt. Legendũ ẽ. ⁊ edificauerũt ⁊ fundauerũt ex precepto dei iſrael. Sed non caret quæſtione qđ ſeqť. ⁊ ex decreto cyri ⁊ darij ⁊ artaxerxis regũ ꝑſarum. quo nãqꝫ pacto uerificari poteſt ꝙ templum perfectum fuerit ãno ſexto darij ut ſtatim ſubiungitur/& ꝙ iubente artaxerxe darij ſucceſſore ædificatũ ſit. copulatiue enim dicitur cyri & darij & artaxerxis/ut intelligamus tres reges ſecundum planũ literæ ſenſum. Solutio eſt ꝙ hic ſummantur primi authores ædificij non arctando ad ædificium templi ſed abſolute: hoc eſt ut cõprehendit ædificium tam templi ꝙ̃ ciuitatis ieruſalem. cyrus enim & darius eius gener authores fuerunt ædificij templi: artaxerxes autem darij filius author fuit reſtaurationis murorum ieruſalem/ut inferius ſcribitur. Et compleuerũt domũ iſtã. Narratur in ſpecie tempus quo conſummata eſt fabrica templi. Uſqꝫ ad diẽ tertium menſis adar. hoc eſt menſis duodecimi in ordine ãni inchoantis ab æquinoctio uernali. qui eſt annus. Legendum eſt. qui ipſe ãnus ſextus regni darij regis. ubi clare dicitur templum finitum tempore darij. Et hinc apparet ratio ſermonis iudæorum apud ioannem euangeliſtam ca.2. quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templũ hoc. a ſecundo enim ãno cyri uſqꝫ ad ſextum annum darij/quadraginta & ſex anni fluxerunt.

¶ Fecerunt autem filij iſrael (ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ reliq filij trãſmigrationis) dedicationem domus dei huius cum gaudio. Non eſt ſcriptus aliter dies huius dedicationis: ſed & rationi conſonat & euangelicæ hiſtoriæ quadrat ꝙ dicto menſe facta fuerit. nam dedicationis feſtum hyemali tempore celebratum fuiſſe ioannes euangeliſta ca.10. narrat. Et obtulerũt in dedicatione domus dei huius tauros centum/arietes ducẽtos/agnos quadringentos: ⁊ hircos caprarum pro peccato pro toto iſrael duodecim iuxta numerum tribuum iſrael. Et ſtatuerũt ſacerdotes in ordinibus ſuis ⁊ leuitas in diuiſionibꝰ ſuis ſup opera dei in ieruſelem: ſicut ſcriptum eſt in libro moſis. Feceruntqꝫ filij tranſmigrationis paſcha quartadecima die menſis primi. Purificati enim fuerant ſacerdotes ⁊ leuite quaſi unus/omnes fuerunt mundi: ⁊ immolauerunt paſcha omnibus filijs trãſmigrationis/⁊ fratribus ſuis ſacerdotibus ⁊ ſibi. Et comederũt filij iſrael qui reuerſi erant de tranſmigratione: ⁊ omnes qui ſe ſeparauerant a coinquinatione gentium terre ad eos/ ut quererẽt dominum deum iſrael. De iudæis & proſelytis eſt ſermo qui cõiuncti erãt

ijs/qui uenerant ex tranſmigratione. diſperſi enim multi ſignificantur conueniſſe ad eos. Et fecerũt ſolennitatẽ azymoꝝ ſeptẽ diebus in letitia: quia letificauerat eos dominus,⁊ conuerterat coꝛ regis aſſur ad eos ad roboꝛandum manus coꝛum in opere domus dei / dei iſrael. Regem perſarum nominat regem aſſur/quia reuera erat rex etiam aſſyriorum: a quo aſſyriorum regno prima uenit uaſtatio iudæorum/& propterea dicitur conuerſum cor regis aſſur ad iudæos.

CAPVT .VII.

POſt res autem iſtas in regno artaxerxis regis perſarum: hezra filius ſera'ie/filij hazar'ie/filij chilci'ie. Filij ſallum/filij zadoc/filij achitub. Filij amar'ie / filij hazar'ie/ filij mera'ioth. Filij zerach'ie/filij huzzi/filij bucci. Filij abiſuah/filij pinchas/filij elhazar/filij aharon ſacerdotis pꝛimi. Ipſe hezra aſcendit de babel. Iſte artaxerxes eſt darij filius/qui communi nomine uocatᷣ xerxes: & eſt rex ille potentiſsimus a tot ſcriptoribus nominatus. & quantum litera tradit/hezdras xerxis tempore poſt ædificatum templũ e babylone aſcendit in ieruſalem fultus authoritate & fauore regio: clare enim in hac litera dicitur & ꝙ poſt ſupradicta & ꝙ non regnãte dario ſed artaxerxe hezdras aſcendit de babylone. Ita ꝙ ſecunda perſona fulta authoritate regia aſcendẽs de babylone in ieruſalẽ/fuit hezdras cũ multitudine infraſcripta: primũ enim aſcenderat zorobabel cum multitudine ſupraſcripta. tertia autem perſona fuit nehemias pincerna huius xerxis/ut inferius patet: qui & dux fuit iudæoꝝ in iudæa. ⁊ ipſe ſcriba velox in lege moſis, quam dedit domin⁹ deus iſraelis. Non a uelocitate exterioris actus ſcribendi cõmendatur, ſed a uelocitate ingenij ac doctrinæ in lege moſis laudatur: utpote qui reſpondendo de ijs quæ legis moſis ſunt promptiſsimus erat & in ſoluendis dubijs uelociſsimus. quid enim laudis cõtineret uelociter ſcribere characteres in lege moſis potius ꝙ̃ in alijs uoluminibus? ex hoc enim ꝙ ſcriba uelox cõmendatur non abſolute ſed in lege moſis quã dominus deus iſraelis dedit, manifeſtatur ꝙ quantum ad notitiã & ſenſum legis diuinæ ſcriba uelox dicitur. ¶ Cum his tamen ſcito ꝙ dictio interpretata ſcriba non a ſcribendo ſed a libro deriuatur, & ſignificat eum qui ſcit librum: & propterea legendum eſſet & ipſe literatus uelox in lege moſis. & ſimiliter corrige inferius: quia ſæpe repetitᷣ. Et hic ſenſus quadrat ubiq;: quadrat & hieronymo/ exponenti ſcribas hoc eſt doctiſsimos. ¶ At ſi quiſpiam cõtendat dictionem illam deriuari a numero/& legendum eſſe & ipſe numerator uelox in lege moſis, ſenſus in idem redit: quoniam a numero antiqui etiam poetas nominabãt, ea forte ratione quia ſuprema inter certas ſcientias eſt de numero. Vndecunq; ergo deriuatio nominis trahatur/ſignificat præditum ſcientia uirũ abſq; determinatione ad hanc uel illam materiam: & propterea adiungitur in lege moſis. ⁊ dedit ei rex ſecundum manum domini dei eius bonam ſuper eum. Superfluit bonam. omnem petitionem eius. Sermone metaphorico diuina gratia

appellatur manus dei: eo ꝙ operabatur reddendo hezdram gratioſum regi ad obtinendum quicquid petijt.

¶ Et aſcenderunt de filijs iſrael ⁊ de ſacerdotibus ⁊ leuitis ⁊ cantoribus ⁊ ianitoribus ⁊ nethineis in ieruſalaim: in anno ſeptimo artaxerxis regis. Aſcendente zorobabel tempore cyri aſcenderunt de tribu iudæ & beniamin & leui/ut in primo cap. ſcriptum eſt: aſcendente autem hezdra tempore xerxis ſcribitur hic ꝙ aſcenderunt de filijs iſrael/ad ſignificandū ꝙ promiſcue de quibuſcunq; tribubus iſrael aſcenderunt cum hezdra. Et venit in ieruſalaim menſe quinto: ipſe eſt annus ſeptimus regis. Repetitio iſta ad conſummationem itineris refert̃. prius enim ſcriptum eſt ꝙ anno ſeptimo artaxerxis inchouauerūt iter/& nunc ſcribitur ꝙ eodē āno appulerunt. Quia in primo die menſis primi cepit aſcēdere de babel: ⁊ in primo die menſis quinti venit in ieruſalaim/ ſecundum manum dei eius bonam ſuper eum. Quia hezra parauit cor ſuum ad querendū legem domini ⁊ ad faciendum: ⁊ ad docendum in iſrael ſtatutum ⁊ iudicium. Aduerte prudens lector ꝙ hinc non habetur ꝙ hezdras reſtaurauerit legem moſis combuſtam/ſed potius oppoſitum: quoniam ſi hæc uerba referuntur ad uolumen legis/ſignificatur uolumen legis ſubſiſtere: quod enim non exiſtit/a nullo querit̃. & ideo ex hocipſo ꝙ hezdras quæſiuit legem/hoc ē uolumen legis, infert̃ ꝙ uolumē legis extabat. Verūtamē literalis ſenſus eſt ꝙ hezdras parauit cor ſuum ad tria: ſcʒ ad quærendum ſenſum legis & ad faciendū & ad docendum: hæc enim cōmendatione magna digna ſunt. b

Et hoc exemplar epiſtole quam dedit rex artaxerxes hezre ſacerdoti/ſcribe erudito in ſermonibus ⁊ preceptis domini ⁊ cerimonijs eius in iſrael. Iuxta hebræum habetur bis ſcribæ: ita ꝙ legendū eſt. hezre ſacerdoti ſcribe: ſcribe verborum preceptorum iehouah ⁊ ſtatutorū eius ſuper iſrael. Vt dictum eſt legendū e literato literato uerborum &c. & propterea hezdras poſtq̃ dictus eſt literatus, explicatur materia circa quam uerſabātur literæ eius dicēdo literatus præcæptorum ſummi dei &c. Ex hoc tamen loco ſuſpicor ſumptum eſſe ꝙ hezdras reſtaurauerit legem moſis: cum tamen uolumen legis moſis fuiſſe unicum quod cū templo combuſtum eſt/incredibile ac abſurdum ſit. nam nulla authentica ſcriptura hoc tradit/ nulla ratio diuina aut humana ſuadet ut uolumen legis moſis non fuerit tranſcriptum in multa exemplaria tot ſæculis defluxis a moſe uſq; ad cōbuſtionem templi. quonam pacto ſacerdotes habitantes non in ieruſalem perfectam potuiſſent habere notitiam legis ſi priuati fuiſſent cōmoditate uoluminis? quis rex quæ lex hoc incōmodo affecit ſacerdotes & leuitas ac alios ſtudioſos in lege dei? tam abſurdum eſt hoc ut nec cogitare liceat. Multis itaq; exiſtētibus exemplaribus legis moſis/trahi nequeo ad credendū ꝙ hezdras reſtaurauerit legē moſis combuſtā, careamuſq; lege & prophetis/habentes duntaxat id quod hezdras ex eis tradidit. Accedit ad hæc ꝙ āno pmo cyri præſentatus fuit eſaiæ codex cyro/ quādo hezdras forte nec natus erat: nam a primo cyri anno uſq; ad tempus quo floruit hezdras/

fluxerunt plusq̃ anni quinquaginta: ut patet ſupputanti annos regum perſarum uſq; ad xerxem.

¶ Artaxerxes rex regum: hezre ſacerdoti ſcribe legis dei celi doctiſſimo ſalutē. Iuxta hebræū duæ ultimæ dictiones ſonāt neſcio qd. cōtextus enim requirit ut ſonent regiam ſalutationem in principio epiſtolarum ſolitā: nullum autem inueni interpretem ſatisfacientem mihi: chaldaica ſiquidem ſunt uerba. A me poſitum eſt decretū ut cuicūq; placuerit in regno meo de populo iſrael ⁊ de ſacerdotibus ⁊ leuitis ire in ieruſelem tecū, vadat. A facie enim regis ⁊ ſeptem conſiliariorum eius miſſus es ad viſitandū iehud ⁊ ieruſelem: in lege dei tui que eſt in manu tua. hoc eſt quam in promptu habes docendam ſicut ea quæ habentur in manu. Ad inſtruendum ergo ſecūdum legem dei in primis miſſus declarat̃ hezdras. Et ad ferendum argentum ⁊ aur̃ quod rex ⁊ conſiliarij ei⁹ ſponte obtulerunt deo iſrael cuius in ieruſelem eſt tabernaculū. Hinc apparet q̄ primates regni non incredulos ſe exhibebāt diuinæ prouidentiæ quā iudæi prædicabant. Et omne argentum ⁊ aurum quod inueneris in tota prouincia babel: ⁊ populus offerre voluerit. Legendum eſt. cū voluntate populi ⁊ ſacerdotū qui ſponte offerent domui dei ſui que eſt in ieruſelem. non enim eſt ſermo de omni argento & auro babylonis abſolute, ſed de inuento cum uoluntate populi ad offerendum. libere accipe. Superfluunt hæ duæ dictiones. Et feſtinanter emas hac pecunia tauros arietes agnos, ⁊ munera ⁊ libamina eorum: ⁊ offer ea ſup altare domus dei veſtri que eſt in ieruſelem. Et qcquid tibi ⁊ fratribus tuis placuerit de reſiduo argento ⁊ auro facere: iuxta voluntatem dei veſtri facite. Et vaſa que data ſunt tibi in miniſterium domus dei tui: redde coram deo in ieruſelem. Et cetera neceſſaria domui dei tui que tu dare habebis: dabis de domo theſaurorum regis. Et ex me ego artaxerxes rex poſui decretum omnibus theſaurarijs qui ſunt trans flumen: vt omnia que petierit a vobis hezra ſacerdos ſcriba legis dei celi, abſq; mora detis. Vſq; ad argenti talenta centum, ⁊ vſq; ad tritici choros centum, ⁊ vſq; ad vini bathos centū, ⁊ vſq; ad bathos olei centum: ſal vero abſq; menſura. Omne quod eſt ex decreto dei celi, fiat cito domui dei celi: ne forte iraſcatur contra regnum regis ⁊ filiorum eius. Vobis quoq; notum facimus de omnibus ſacerdotibus ⁊ leuitis cantoribus ianitoribus nethineis ⁊ miniſtris domus dei huius: q̄ non eſt facultas imponendi ſuper eos tributum vectigal ⁊ reditum. Aduerte q̄ etiam reges perſarum exemptos faciebant ſacerdotes & miniſtros diuini cultus a publicis oneribus. ¶ Tu autem hezra ſecundum ſapientiam dei tui que eſt in manu tua, conſtitue iudices ⁊ preſides qui iudicēt totum populum q eſt trans flumen, omnes ſcientes legem dei tui: ⁊ eos qui neſciunt ſcire fa-

cite. Et omnis q non fecerit legem dei tui ⁊ legem regis/diligen
ter iudiciũ. Parui refert ꝙ hebraice habetur. cito iudiciũ fiat de eo: ſiue
ad mortem. ſtatuit enim ꝙ iudices conſtituendi ab ipſo hezdra dãnent tranſ-
greſſorem legis ſiue diuinæ ſiue regiæ uel ad pœnam mortis &c. Et per hoc pa-
tet ꝙ maiorem facultatem habebãt iudices iudæorum ſub perſis ꝙ̃ ſub romanis.
nam ſub romanis non licebat iudæis damnare ad mortem/ut euangelica teſtat̃
hiſtoria: ſub perſis autem concedebatur eis etiam iudicium mortis. ſiue in exi-
liũ. Quãuis hebraice habeat̃ in eradicationem/tamen exiliũ ſignificatur: quod
eſt uelut eradicatio ex proprio ſolo. ſiue in condemnationem ſubſtan-
tie ⁊ in carcerem.

Et dixit hezra ſcriba: benedictꝰ dñs deꝰ patrũ noſtroꝝ, q de-
dit hoc in corde regis vt glorificaret domũ dñi que eſt ĩ ieru-
ſalem. Et ſuper me inclinauit miſericordiam ſuam. Legendum eſt.
gratiam coram rege ⁊ conſiliarijs eiꝰ ⁊ omnibꝰ principibꝰ regis
potentibꝰ. gratiarum enim actio ſcribitur pro beneficio talis epiſtolæ. ⁊ ego
cõfortatꝰ manu dei mei ſup me/cõgregaui de iſrael principes ad
aſcendendũ mecũ. Executio ſcribitur clare.

CAPVT .VIII.

Et iſti ſunt principes familiaꝝ eoꝝ ⁊ genealogie eoꝝ.
Quẽadmodũ in aſcenſu zorobabel recenſiti ſunt aſcendentes cũ eo/
ita in aſcenſu hezdræ recenſentur aſcendentes cum eo. q aſcende-
rũt mecũ in regno artaxerxis regis de babel. Hinc patet
ꝙ ipſe hezdras fuit author huius libri: & ex hoc ꝙ deſcribendo aſcendentes pri-
ma uice tempore cyri in ca. 2. non dicit ꝙ aſcenderunt mecum ſed dicit cum zo-
robabel & multis alijs inter quos non numeratur ipſe hezdras/hic autem mani-
feſte dicit qui aſcenderunt mecum, inſinuatur quod ſupra diximus: uidelicet ꝙ
hezdras tempore xerxis primum aſcendit in ieruſalem de babylone. De filijs
pichas gherſom/de filijs ithamar daniel: de filijs dauid chattꝰ.
De filijs ſechan'ie/de filijs par'hos zechar'ia: ⁊ cũ eo nũerati ſunt
maſculi centũ ⁊ qnquaginta. De filijs pachath'moab/el'iehohe-
nai filiꝰ zerach'ie: ⁊ cũ eo ducenti maſculi. De filijs ſechan'ie/filiꝰ
iachaziel: ⁊ cũ eo trecenti maſculi. De filijs hadin/hebed filiꝰ io-
nathan: ⁊ cum eo quinquaginta maſculi. Et de filijs helam/
ieſah'ia filiꝰ hathal'ie: ⁊ cũ eo ſeptuaginta maſculi. Et de filijs ſe-
phat'ie zebad'ia filiꝰ michael: ⁊ cũ eo octoginta maſculi. De filijs
ioab/hobad'ia filiꝰ iechiel: ⁊ cũ eo ducẽti ⁊ octodecim maſculi. Et
de filijs ſelomith/filiꝰ ioſiph'ie: ⁊ cũ eo cenũ ⁊ ſexaginta maſculi.
Et de filijs bebai/zechar'ia filiꝰ bebai: ⁊ cũ eo vigintiocto maſcu
li. Et de filijs hazghad/iochanan filiꝰ catan: ⁊ cũ eo centũ ⁊ decẽ
maſculi. Et de filijs adonicam nouiſſimis, ⁊ hec nomina eoꝝ/eli-
phelet iehiel ⁊ ſemah'ia: ⁊ cum eis ſexaginta maſculi. Et de filijs

bigꝰuai/buthai ⁊ zabbud: ⁊ cū eis ſeptuaginta maſculi.
¶ Congregaui aūt eos ad fluuiū venientem ad ahauam/⁊ manſimꝰ ibi tribꝰ diebꝰ: queſiuiqꝫ in populo ⁊ in ſacerdotibꝰ de filijs leui/⁊ non inueni ibi. Legendum eſt. ⁊ in ſacerdotibꝰ/⁊ ex filijs leui non inueni ibi. eſt enim ſenſus ꝙ inſpexit tam in populo ꝗꝫ in ſacerdotibus & non inuenit inter eos aliquos ex filijs leui. Et eſt ſermo de leuitis ut diſtinguuntur a ſacerdotibus: utriqꝫ enim ſunt filij leui, hic tamen appropriatur filiatio leuitis q non erant ſacerdotes & erant de tribu leui. Miſiqꝫ elibezer ⁊ ariel ⁊ ſemah'iam ⁊ elnathan ⁊ iarib ⁊ elnathan ⁊ nathan ⁊ zechar'iam ⁊ meſullam principes: ⁊ io'iarib ⁊ elnathan ſapientes. Et miſi eos ad iddo caput in caſiph'ia loco. Iddo nomen uiri eſſe ſubiuncta innuūt nominando fratres eius. caput itaqꝫ exiſtentium iudæorum in loco caſphiæ ſignificatur/ad quem præcipue miſſa eſt legatio. ⁊ poſui in ore eoꝝ verba que loquerētur ad iddo ⁊ frēs eiꝰ nethineos i chaſiph'ia loco/ad adducendū nobis miniſtros pro domo dei nr̄i. Adduxeruntqꝫ nobis ſecundū manū dei noſtri bonā ſuper nos viꝝ doctiſſimū. Hebraice habetur. viꝝ intellectꝰ. hoc eſt ingenio pollentem. de filijs mach'li/filij leui filij iſrael: ⁊ ſereb'iam ⁊ filios eiꝰ ⁊ fratres eiꝰ octodecim. Et chaſab'iam/ ⁊ cū eo ieſah'iam de filijs merari: fratres eiꝰ ⁊ filios eoꝝ viginti. Et de nethineis quos dederat dauid ⁊ principes ad miniſteriū leuitaꝝ/nethineos ducentos ⁊ viginti. Hinc apparet ꝙ nethinæus non eſt nomē proprium ghabaonitarum/ſed cōmune omnibus non leuitis addictis diuino miniſterio ab alijs: quales fuerūt ghabaonitæ dati a ioſua/& iſti dati a dauide & principibus/& filij ſeruorum ſalomonis. omnes iſti nominati ſunt per nomina.

¶ Et predicaui ibi ieiuniū iuxta fluuiū ahaue/ vt affligeremur corā deo noſtro: ad querendū ab eo viā rectā/nobis ⁊ paruulis noſtris ⁊ toti ſubſtantie noſtre. Erubui enim petere a rege robur ⁊ eqtes ad defendendū nos ab inimico i via: qa dixeramꝰ regi/manꝰ dei noſtri eſt ſuꝑ omnes querētes eū in bonitate ⁊ fortitudo eiꝰ ⁊ furor eiꝰ ſuper omnes derelinquētes eū. Ieiunauimuſqꝫ ⁊ queſiuimꝰ a deo noſtro ſuꝑ hoc. Ne minuere uideretur coram ethnicis/diuinæ prouidentiæ gloriam in cura peculiari erga iſraelitas rectos, timuit: & ꝓpterea ad ieiunij auxilium ſe cōuertit, prudenter cūcta diſponens/& ea quæ erāt diuinæ gloriæ & ea quæ erant neceſſitatis populi. ⁊ euenit nobis proſpe. Iuxta hebræum habetur. ⁊ exaudiuit nos. quod eſt ſignum recti timoris in hezdra.

Et ſeparaui de principibꝰ ſacerdotū duodecim: ſereb'iam chaſab'iam/ ⁊ cū eis ex fratribꝰ eoꝝ decē. Appēdiqꝫ eis argentū ⁊ auꝝ ⁊ vaſa conſecrata. Hebraice habetur. eleuationē domꝰ dei noſtri. hoc eſt uaſa oblata domui dei noſtri. que obtulerant rex ⁊ conſiliarij eiꝰ ⁊ principes eiꝰ/⁊ totꝰ iſrael inuentꝰ. Et appendi ſuper ma-

Digitized by Google

nū,eoꝝ argenti talenta ſexcenta ⁊ qnquaginta/ ⁊ vaſa argentea
centum talentoꝝ:auri centū talenta. Et crateres aureos vigin-
ti/drachmarum mille: ⁊ vaſa eris fulgentis optimi duo/pulchra
vt auꝝ. Et dixi eis: vos ſancti domino ⁊ vaſa ſancta/⁊ argentū
⁊ auꝝ quod ſponte oblatū eſt domino deo patrū veſtroꝝ. Vigi-
late ⁊ cuſtodite donec appendatis coꝛam principibꝰ ſacerdotum
⁊ leuitaꝝ ⁊ principibꝰ familiaꝝ iſrael in ieruſalaim : in theſauros
domus domini. Suſceperuntqꝫ ſacerdotes ⁊ leuite pondus ar-
genti ⁊ auri ⁊ vaſoꝛum:ad deferendum in ieruſalaim in domum
dei noſtri.

¶ Et profecti ſumus a flumine ahaue duodecimo die mēſis pri-
mi vt pergeremꝰ ieruſalaim:manuſqꝫ dei noſtri fuit ſuper nos/⁊
liberauit nos de manu inimici ⁊ inſidiatoꝛis in via. Venimuſqꝫ
ieruſalaim: ⁊ manſimꝰ ibi tribꝰ diebꝰ. Die aūt quarta appenſum
eſt argentū ⁊ auꝝ ⁊ vaſa in domo dei noſtri ſuper manum mere-
moth filij vꝛie ſacerdotis/⁊ cū eo elhazar filiꝰ pinchas : ⁊ cū eis
iozabad filius ieſuah ⁊ nohad'ia filiꝰ binnui/ leuite. In numero ⁊
pondere omnia: ⁊ ſcriptū eſt omne pondꝰ in tempoꝛe illo. Et qui
venerant de captiuitate filij trāſmigrationis obtulerūt holocau-
ſta deo iſrael, tauros duodecim pꝛo toto iſrael/ arietes nonagin
taſex / agnos ſeptuagintaſeptē/hircos pꝛo pctō duodecim : om-
nia in holocauſtum domino. Quamuis ea quæ offerebantur pro peccato
non eſſent regulariter holocauſta, quia tamen iſta pro multitudine offerebantur
populi/ſacratiora eſſe uoluerunt: & propterea ſcribitur ꝙ omnia fuerunt oblata
domino in holocauſtum. Dederuntqꝫ edicta regis ſatrapis regis ⁊
ducibus trans flumen: ⁊ eleuauerunt populum ⁊ domū elohim.
Fructus ſubſecutus ex aduentu hezdræ narratur eleuatio tum populi tum tem-
pli propter edictum regium.

CAPVT .IX.

POſtqꝫ autem hec completa ſunt. Quātum interceſſerit tem-
poris ſpatium/ ignotum eſt. acceſſerunt ad me pꝛincipes di-
cendo : non ſunt ſeparati populus iſrael ⁊ ſacerdotes
⁊ leuite a populis terrarum in abominationibus eoꝛum,
chenahaneoꝛum/chittheoꝛum/perizeoꝛum/iebuſeoꝛū/hammoni
tarum/moabitarum/egyptioꝛum. habitantium in terra chanahan. ⁊
emoꝛeoꝛum. Tulerunt enim de filiabus eoꝛum ſibi ⁊ filijs ſuis/ ⁊
miſcuerunt ſemen ſanctum. hoc eſt dicatum ad propagandum populum
dei. cum populis terrarum. propter periculum enim auerſionis a diuino
cultu prohibita erat huiuſmodi cōmixtio. manuſqꝫ pꝛincipū ⁊ magiſtra-
tuum fuit in pꝛeuaricatione iſta pꝛima. Manus principū narratur pri-
ma in hac tranſgreſsione/eo ꝙ exemplo eorum alij inierunt cōnubia cum alieni-

genis

genis. ⁋ Cūq; audiſſem ſmonē iſtū/ſcidi palliū meū ⁊ tūicā meā: ⁊ euulſi capillos capitis mei ⁊ barbe mee/⁊ ſedi merēs. Conuene-rūt āt ad me oēs q timebāt verba dei iſrael pp trāſgreſſionē eoꝝ q de captiuitate venerant: ⁊ ego ſedebam merens vſq; ad ſacri-ficium veſpertinum.

ET in ſacrificio veſptino ſurrexi de afflictione mea/⁊ ſcidi pal-lium meum ⁊ tunicam meā: curuauiq; genua mea/⁊ expan-di man⁹ meas ad dominū deū meū. Et dixi: deus mi confundor ⁊ erubeſco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates no-ſtre multiplicate ſunt ſupra caput/⁊ delicta noſtra creuerūt vſq; ad celum. A dieb⁹ patrum noſtrorum fuimus in delicto magno vſq; ad diem hanc. Adhuc enim ſuperſtites erant multi qui fuerant tem-pore quo templum combuſtum fuerat & populus in captiuitatem ductus: & propter hoc ſubdit. ⁊ in iniquitatibus noſtris. hoc eſt in iniquitatibus noſtris ſecundum patres & ſecundum noſipſos. traditi ſum⁹ nos ⁊ reges nr̄i ⁊ ſacerdotes nr̄i ī manū regū terraꝝ/ ī gladiū ⁊ ī captiuitatē ⁊ in rapinam ⁊ in confuſionem vultus ſicut die hac. adhuc enim durabat effectus harum pœnarum. Et nunc quaſi parum ⁊ ad momen-tū facta eſt deprecatio noſtra apud dn̄m deū noſtrū. Iuxta hebræ-um habetur. Et nunc ſicut modico momento fuit deprecatio a ie-houah elohe noſtro. ſubaudi admiſſa. Quid autem intendat per modicum momentum/declarat ſubiungendo. Vt dimitterentur nobis reliquie. Le-gendum eſt. ad faciendum ſupereſſe nobis euaſionem. Modicus popu-lus qui ex gratia regum perſarum libertate donatus euaſit de exilio ad habitan-dum in terra promiſſionis/tanq; modicum momentum appellatur. ⁊ daretur pax illius in loco ſancto eius. Errore ſcriptorum corrupta eſt litera: non enim pax illius ſed paxillus habetur iuxta hebræum. Et hoc ad modicum ſpectat momentum ut in loco ſanctitatis eius (hoc eſt in ieruſalem) dederit deus clauum unum. id enim modicum boni quod inſtauratio templi comprænhendebat/ ap-pellat clauum in loco ſanctitatis eius: eo ꝙ q̄uis initium modicum/tamē firmi-tatis bonū erat: ciuitas enim abſq; muris erat & inhabitata & patens hoſtibus. Vt illuminaret oculos noſtros deus noſter/⁊ daret nobis vitam modicam in ſeruitute noſtra. Quia ſerui ſumus. erant enim ſerui re-gis perſarum/ q̄uis liberati a ſeruitutibus particularibus. ⁊ ī ſeruitute noſtra nō dereliq̄t nos de⁹ nr̄: ⁊ iclinauit ſup nos miſicordiā corā regi-b⁹ pſaꝝ. Sæpe dictū ē gr̄am legendū eſſe. Vt daret nobis vitā/ vt ſubli-maret domū dei nr̄i ⁊ extrueret ſolitudines ei⁹ ⁊ daret nobis ſpē. Legendū ē. ſepē ī iehuda ⁊ ī ieruſalaim. Quia ſepibus potius q̄ muris cin-gebant ciuitates, ideo dicit ad dandū nobis ſepē in iuda & ieruſalem.

⁋ Et nūc qd dicem⁹ de⁹ nr̄ poſt hoc? Hactenus ꝯtulit præterita delicta cū ſubſecutis bn̄ficijs ꝯceſſis a regibus pſaꝝ: mō ꝯfert præſens crimē cōnubioꝝ cū extraneis/cū prædictis bn̄ficijs, inchoādo ab agnitione peccati ꝯtra legē dei.

qa dereliqm⁹ mādata tua que precepiſti. deute. ca. 7. i manu ſeruoꝝ tuoꝝ ꝓphetaꝝ dicendo, terra quā vos ingredimini ad poſſidendū ea terra inmūda ē i imūdicia poplo͛ꝝ terraꝝ: i abominationib⁹ eorum qui repleuerunt eam ab ore ad os in imundicia ſua. Nūc ergo filias veſtras ne detis filijs eorum ⁊ filias eorum ne accipiatis filijs vr̄is / ⁊ nō queratis pacē eoꝝ ⁊ bonū eoꝝ vſq₃ in eternū. Nō ad tp̄s ſ₃ ſemp ſeruandā hāc legē ut nō ꝯmiſcerent̄ cū extraneis ſignificat. vt ꝯfortemini ⁊ comedatis bona terre / ⁊ hereditarī faciatis filios vr̄os vſq₃ i eternū. Et poſt oīa. mala pœnæ: captiuitatis / cladis &c. que venerūt ſup nos in opib⁹ nr̄is malis ⁊ i delicto nr̄o magno: qa tu de⁹ nr̄ liberaſti nos de iniqtate nr̄a. Iuxta hebræū habet̄. qa tu elohe nr̄ prohibuiſti in deorſum ex iniqtatib⁹ nr̄is. Exaggeratio eſt peccati in hmōi cōnubijs cōmiſsi: ex eo ꝙ poſt has oēs punitiones iuſtiſsime ꝑpeſſas qa tu deus ēt beneficio ereptiōis noſtræ / ne ſecūdū iniqtates nr̄as eſſemus deorſum ſeu ſubter ut eramus ante gratiā iſtoꝝ regū. ⁊ dediſti nobis ſalutē ſicut eſt hodie. Quāuis hebraice legatur in futuro. ⁊ dabis nobis euaſionē ſicut hāc. ſenſus tamē in idē redit: qm̄ futuꝝ refert̄ ad præteritū ꝓhibuiſti. prius. n. dedit eis deus ſubleuationē corā regibus pſaꝝ / & deinde euaſionē de alieno ad ꝓpriū ſolū quale tūc habebāt. Ut nō ꝯuerteremur ⁊ irrita facerem⁹ mandata tua. Iuxta hebræū habet̄. Nunqd reuertemur ad frangendū precepta tua ⁊ affinitatē ꝯtrahendū cū populis abominationū iſtaꝝ? Ecce exaggeratio. qa poſt tot mala cōtuliſti nobis hæc beneficia, nunq̄ i reddemus tibi hanc uiciſsitudinē ut reuertamur ad frangendū mandata tua &c. nunqd irat⁹ es nobis. Iuxta hebræū habet̄. nunqd nō iraſceris nobis vſq₃ ad ꝯſumptionē / vt nō relinq̄ ⁊ euaſio? Cōfitet̄ ꝙ reſcidiuū hoc meretur ut deus iraſcatur uſq₃ ad conſumptionē omniū ita ut nec reliquus ſit aliqs / ita ut nullus euadat. Dn̄e de⁹ iſrael iuſtus tu. Rōnem affert dicti meriti diuinā iuſtitiā. quoniā derelicti ſum⁹ qui ſaluaremur ſicut die hac. Beneficium euaſionis a deo collatum poſtremo rememorat & citat carens meritis bonorum operum. & ab inchoato beneficio diuino ſupplicare intendit ut ignoſcat proſequendo bona cœpta: & propterea ex parte eorum ſubiungit. ecce corā te ſum⁹ i delicto nr̄o. non in bonis opibus / nō in nr̄is precibus. nō. n. ſtari pōt. iuſte. corā te ſuꝑ hoc. tanto exceſſu.

CAPUT .X.

Hic ergo orante hezra ⁊ implorante deum ⁊ flente ⁊ iacente ante templum dei. Iuxta hebræum habetur. ⁊ conſeſſo ipſo flente ⁊ cadente ante domum elohim. De confeſſione peccatorum ad diuinam laudem deq₃ caſu uolūtario proſternentis ſe ſuper terram in faciem ſuam / eſt ſermo. & deſcribitur ſimul locus in quo orabat: uidelicet ante templum / non intus in templo ſed ſub diuo publice ante faciem templi. collectus eſt ad eum de iſrael cetus magnus valde virorum ⁊ mulierum ⁊ puerorum / quia fleuit populus fletu multo. Et reſpondit ſechan̄ia filius iechiel

de filijs helam/⁊ dixit hezre: nos preuaricati ſumus in deum no-
ſtrum ⁊ duximus vxores alienigenas de populis terre/⁊ nunc ſi
eſt penitentia in iſrael ſuper hoc. Iuxta hebræum habetur. ⁊ nunc eſt
ſpes iſraeli ſuper hoc. De ſpe ueniæ de ſpe pœnitentiæ & emendationis lo-
quitur: & propterea remedium ſubiūgit percutiendi fœdus cum ſummo deo ad
abijciendum uxores alienigenas. Nunc igitur percutiamus fedus cum
deo noſtro vt eijciamus omnes vxores ⁊ natos ex eis iuxta vo-
luntatē domini. Iuxta hebræum habetur. in conſilio iehouah. Appellat
conſilium non ut diſtinguitur contra præcæptum/ ſed ut diſtinguitur cōtra im-
prudens & præceps: offert enim ſecuturos ſe non uoluntarios impetus ſed pru-
dentiam ſummi dei. ⁊ eorū qui tenent. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tremen-
tium preceptum dei noſtri. Sectaturos ſe promittit eorum qui timent of-
fendere deum/conſilium. ⁊ ſecundum legem fiat. Surge/tuum eſt di-
ſcernere. Iuxta hebræum habetur. quia ſuper te res. ſubaudi pendet. ⁊ nos
erimus tecum: conforta re ⁊ fac.

¶ Surrexitqꝫ hezra/⁊ adiurauit principes ſacerdotum ⁊ leuita-
rum ⁊ totum iſrael vt facerent ſecundum verbum hoc: ⁊ iuraue-
runt. Quæſtio oritur quonam pacto licuit hezdræ exigere iuramentū ut exe-
querentur præpoſitam ſententiam: uidelicet abijciendi tum uxores alienigenas
tum natos ex eis. hoc enim poſtremum non erat lege ſancitum/& impietatem ſa-
pit. ¶ Solutio eſt ꝙ iuramentum hoc intelligitur iuxta ſenſum oblatæ pœniten-
tiæ: non fuit autem propoſita abiectio natorum abſolute ſed cum moderamine
ſecundum conſilium dei & timentium eum: & propterea non iurauerunt abſolu-
te ſed cum dicto moderamine. Et ſurrexit hezra ante domū dei. Legen-
dum eſt. a facie domus elohim. Terminus a quo receſſit narratur. ⁊ iuit
ad cubiculum iehochanan filij eliaſib: ⁊ iuit illuc, panem non co-
medit ⁊ aquam non bibit/lugebat enim tranſgreſſionem eorum
qui redierant de captiuitate. Et miſſa eſt vox. præconis. in iehu-
dam ⁊ ieruſalaim omnibus filijs tranſmigrationis vt cōgrega-
rentur in ieruſalaim. Et omnis qui nō venerit in tribus diebus
iuxta conſilium principum ⁊ ſeniorum/auferetur tota ſubſtantia
eius: ⁊ ipſe eijcietur de cetu trāſmigrationis. Pœna excōmunicatiōis
ſignificat. Conuenerūt igitur oēs viri iehude ⁊ biniamin ī ieruſa-
laim ī trib⁹ dieb⁹/ipſe eſt mēſis non⁹. in anni ordine inchoantis a ſole in
ariete/ quem nos dicimus mēſem nouembriū. ī vigeſima die mēſis: ⁊ ſede-
rūt totus populus in platea domus dei. Nomen eſt elohim. tremen-
tes propter rem ⁊ pluuias.

¶ Surrexitqꝫ hezra ſacerdos ⁊ dixit ad eos: vos preuaricati
eſtis ⁊ duxiſtis vxores alienigenas vt adderetis ſuper delictum
iſrael. Declarat hezdras facta ab eis cōnubia eſſe ꝯtra legē ſummi dei. Et nūc
date confeſſionem domino deo patrum veſtrorum. hoc eſt cōfitea-
mini uos peccaſſe ad diuini nominis laudē. ⁊ facite volūtatē ei⁹: ⁊ ſepara-

mini a populis terre ⁊ ab vxoribus alienigenis. Aduerte hic duo. alterum ꝙ non dicit hezdras ut ſeparentur a filijs proprijs natis ex uxoribus alienigenis/ſed ꝙ ſeparentur a populis terrarum: ut uidelicet non habeant eos in ſoceros generos & huiuſmodi. Alterum ꝙ q̄uis in lege moſis non fuerit ſancitum ut uxores iam ductæ quæ erant alienigenæ eijcerentur, quia tamen inhibita erāt connubia cum alienigenis habitantibus in terra chanahan/ideo hezdras connubia illa (utpote illegitima) dirimenda cenſuit. ¶ Et reſpondit totus cetus ⁊ dixit voce magna/iuxta verbum tuum ad nos ſic fiat. Sed populus multus ⁊ tempus pluuiarum eſt/⁊ nō eſt vis ſtandi foris: ⁊ opꝰ nō eſt diei vnius neq̄ duoꝝ/vehementer quippe peccauimus in ſermone iſto. Iuxta hebræum habetur. quia multiplicauimus rebellionem in re iſta. Ratio redditur ꝙ multo eſt opus tempore propter multitudinem eorum qui in hoc peccauerunt. Stēt obſecro principes noſtri in omni congregatione/⁊ omnes qui in ciuitatibus noſtris duxerunt vxores alienigenas veniant in temporibꝰ ſtatutis/⁊ cum eis ſeniores ciuitatis ⁊ ciuitatis ⁊ iudices eius: donec auertatur ira furoris dei noſtri a nobis propter peccatū hoc. ¶ Igitur ionathan filius haſael ⁊ iachaz'ia filius thic'ue conſtituti fuerunt ſuper hoc: ⁊ meſullam ⁊ ſabbethai leuite adiuuerūt eos. Fecerunt q̄ ſic filij tranſmigrationis: ⁊ ſeparati ſunt hezra ⁊ viri capita familiarum per domos patrum ſuorum/⁊ omnes per nomina ſua, ⁊ ſederunt in die primo menſis decimi vt quererent rem. Et conſummati ſunt omnes viri. Legendum eſt. Et finierunt in oī/ viros qui duxerunt vxores alienigenas: vſq̄ ad diem primū menſis primi. Conſummatio inquiſitionis deſcribitur ad primam diem menſis primi: tribus itaq̄ menſibus (decimo/undecimo & duodecimo) durauit inquiſitio.

¶ Et inuenti ſunt de filijs ſacerdotū qui duxerunt vxores alienigenas: de filijs ieſuah filij iozadac ⁊ fratrum eius/ mahaſe'ia ⁊ elihezer ⁊ iarib ⁊ gedal'ia. Filij ioſuæ ſummi ſacerdotis/inuenti in hoc crimine narrant, ſed nō ptinaces: nā de ipſis ſubditur ꝙ promiſerunt eijcere uxores alienigenas, & pter hoc offerre arietē pro delicto. Et dederūt manū ſuā vt eijcerēt vxores ſuas: ⁊ pro delicto ſuo arietem de ouibꝰ offerrēt. Et de filijs imer/chanani ⁊ zebad'ia. Et de filijs charim/mahaſe'ia ⁊ eli'ia ⁊ ſemah'ia ⁊ iechiel ⁊ huzzi'ia. Et de filijs paſchur: el'iohenai/mahaſe'ia/ijſmael/nethan'el/iozabad ⁊ elhaſa. Et de leuitis: iozabad ⁊ ſimhi ⁊ cela'ia (ipſe ē celita) pethach'ia/iehuda ⁊ elihezer. Et de cantoribꝰ el'iaſib: ⁊ de ianitoribꝰ/ſallū ⁊ telē ⁊ vri. Et de iſrael: de filijs par'hos ram'ia ⁊ ijz'ia ⁊ malchi'ia ⁊ mi'iamin ⁊ elhazar/⁊ malchi'ia ⁊ bena'ia. Et de filijs helam: matthan'ia/zechar'ia ⁊ iechiel ⁊ habdi/⁊ ieremoth ⁊ eli'ia. Et de filijs zatthu: el'iohenai/el'iaſib/matthan'ia ⁊ ieremoth ⁊ zabad ⁊ haziza.

Digitized by Google

Et de filijs bebai: iehochanan/chanan'ia/zabbai/ath'lai. Et de filijs bani: meſullā/malluch ⁊ hada'ia/iaſub ⁊ ſeal ieramoth. Et de filijs pachath'moab: hadna ⁊ chelal, bena'ia/mahaſe'ia mat-than ia/bezal'el ⁊ binnui ⁊ menaſſes. Et de filijs charim: eliezer/iſſi'ia/malchi'ia/ſemah'ia/ſimhon. bin'iamin malluch/ſemar'ia. De filijs chaſum: matthenai/matthatha/zabad/eliphelet/ieremai/menaſſes/ſimhi. De filijs bani: mahadai/hamram ⁊ v'el. Bena'ia/bed'ia/chelubi. Van'ia/meremoth/el'iaſib. mathan'ia matthenai ⁊ iahaſau. ⁊ bani ⁊ binnui/ſimhi. ⁊ ſelem'ia ⁊ nathan ⁊ hada'ia. machnadbai/ſaſai/ſarai. hazar'el ⁊ ſelem'iahu/ſemar'ia. ſallum/amar'ia/ioſeph. De filijs nebo: iehiel/matthi. h'ia/zabad/zebina, iaddau ⁊ ioel/bena'ia. Omnes hi acceperūt vxores alienigenas: ⁊ fuerūt ex eis mulieres que pepererāt filios. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ⁊ poſuerūt filios. quoniam ponere pro parere ſumitur. Sed oritur hic quæſtio: quia nulla ſcribitur executio/ſed finitur liber in narratione inuentorum in hoc crimine. lege enim totum hoc capitulum, & nullam eiectam uxorē inuenies: ſoli enim filij pontificis in ſpecie promiſerūt eijcere uxores ſuas/nulla autem executio ſubiungitur. ¶ Solutio eſt ꝙ hezdras non præualuit ad exequendum eiectionem: ut teſtantur ſcripta in ultimo ca. nehemiæ. & propterea tacetur hic executio/ſcribenda in libro nehemiæ: a quo fuit executio facta/qualiſcunqꝫ tamen: ut teſtatur ipſe nehemias ca. ultimo/& inſinuat ca. 10. ut ibidem declarabitur. Et ſic finitur liber hezdræ: Romæ die. 19. aprilis inter ægritudinem longam.

THOMAE DE VIO CAIETA-NI CARDINALIS SANCTI XYSTI/IN librum nechem'iæ commentarij.

VErba nechem'ie. Principiū libri teſtatur ꝙ non hezdras ſed ipſe nehemias fuit author huius libelli: quod etiam ſæpe ex ſermone nehemiæ in prima perſona inferius confirmatur. filij hclchie. Corruptum eſt uocabulū: legendum eſſet. filij chachal'ie. Nec aliter ſcitur genealogia illius nehemiæ: ut ipſe tamen inferius teſtatur/ieroſolymita fuit pincernaqꝫ regis perſarum & magnus coram eo. ⁊ factum eſt. Legendum eſſet. ⁊ fuit. interpres ſiquidem infinities uertit hebraicum & fuit in & factum eſt. Præmiſſo autē titulo libri dicendo uerba nehemiæ filij chachal'ie/ſubſe-gtur ſtatim narratio dicendo & fuit. in menſe chiſleu. hoc eſt menſe ut aiunt

nono ſeu decimo ſecundum ordinem menſium anni/inchoantis a ſole in ariete.
anno vigeſimo. procul dubio illius perſarum regis/cuius ãno ſeptimo aſcen-
derat hezdras: qui rex ut diximus fuit xerxes ille nominatiſsimus. ⁊ ego eram
in ſuſis caſtro. Iuxta hebræum habetur. in ſuſan palatio. Deſcripto tem-
pore/narratur locus: & ſuſan nomen ciuitatis fuiſſe / liber eſter teſtatur. Deſcri-
bitur itaq; ꝙ ipſe erat in ciuitate ſuſan (quæ erat ciuitas regia) & ꝙ habitabat in
palatio regis/utpote domeſticus regis. Et venit ad me chanani. Super-
fluit ad me. non ſcribitur ꝙ ad ipſum uenerint/ſed duntaxat ꝙ uenerũt. Addit ãt
ioſephus ꝙ caſu iſtos qui uenerant ex iudæa repperit colloquẽtes inter ſe hebrai-
ce. vnꝰ de fratribꝰ meis. hoc eſt hebræis. ipſe ⁊ viri de iehuda. Termi-
nus a quo uenit iſte chanani cum quibuſdam alijs/deſcribitur. ⁊ interrogaui
eos de iehudeis euaſionis q remãſerãt de captiuitate ⁊ de ieruſa-
laim. uidens enim nouos aduenas hebraice loquentes, poſtq̃ interrogaſſet un-
de uenerant/interrogauit eos de iudæis qui euaſerant ex captiuitate & de ieruſa-
lem. ¶ Et dixerũt mihi: reſidui q remanſerũt de captiuitate / ibi
in prouincia ſunt ĩ afflictione magna. Parui refert ꝙ hebraice habetur.
in malo magno ⁊ in opprobrio. nã de malo pœnæ eſt ſermo. ⁊ murꝰ ie-
ruſalaim diſſipatꝰ eſt/⁊ porte eiꝰ combuſte ſunt igni. Ordinate re-
ſpondent/primo de populo deinde de ciuitate ieruſalem: ꝙ ue; perſeuerant duo:
ue; murus diſsipatus & portæ cõbuſtæ/prout chaldæi dereliquerant.

¶ Cũq; audiſſem verba iſta/ſedi ⁊ fleui ⁊ luxi diebꝰ multis. Sup-
fluit multis. infra tres menſes medios uſq; ad gratiam regis crebro fletu ac luctu
orauit. Et ratio tantæ triſtitiæ fuit, quia a primo cyri anno uſq; ad tempus illud
fluxerant anni pluſq̃ ſeptuaginta: & miſerum ualde apparebat ꝙ tanto tẽporis
ſpatio libertate donati iudæi non inſtauraſſent muros & portas ieruſalem. ⁊ ie-
iunaui ⁊ oraui coram deo celi. Et dixi: queſo domine deꝰ celi/ for-
tis/magne ⁊ terribilis, cuſtodiens pactum ⁊ miſericordiam. Le-
gendum eſt. ⁊ gratiam. ut ſæpe dictum eſt. diligentibꝰ te ⁊ cuſtodienti-
bus mandata tua. Sit queſo auris tua attendens ⁊ oculi tui ap-
ti ad audiẽdũ orationẽ ſerui tui qua oro corã te hodie die ⁊ nocte
pro filijs iſrael ſeruis tuis: ⁊ ↄfiteor pro peccatis filiorũ iſrael qbꝰ
peccauimus tibi/⁊ ego ⁊ domꝰ patris mei peccauimꝰ. Vanitate
ſeducti ſumus. Iuxta hebræum habetur. Deſtruendo deſtruximꝰ tibi.
hoc eſt quæ tua ſunt: uere nãq; deſtruxerant peccando quæ dei erant. ⁊ non cu-
ſtodiuimꝰ precepta ⁊ ſtatuta ⁊ iudicia que precepiſti moſi ſeruo
tuo. Memento queſo verbi quod mandaſti moſi ſeruo tuo dicen-
do. deute. 30. vos preuaricabimini / ego diſpergam vos in popu-
los. Et reuertemini ad me/⁊ cuſtodietis precepta mea ⁊ facietis
ea: ſi abducti fueritis in extremũ celi, inde congregabo vos/⁊ re-
ducã vos ad locũ quẽ elegi vt habitare facerem nomẽ meũ ibi:
Sententia eſt clara. Et ipſi ſerui tui ⁊ populꝰ tuꝰ: quẽ redemiſti ĩ for-
titudine tua magna ⁊ in manu tua valida. Sub ꝑmiſſione diuina ſub-

Digitized by Google

ſumit ꝙ hebræi reliqui ſunt ſerui & populus dei. Obſecro domine ſit queſo auris tua attendens ad orationem ſerui tui ⁊ ad oratioñe ſeruoꝝ tuoꝝ volentiũ timere nomen tuũ/⁊ dirige ſeruũ tuũ hodie: Iuxta hebræum habetur. ⁊ fac proſperare obſecro ſeruũ tuũ hodie. proſperum enim ſucceſſum petitionis intentæ petit. ⁊ da ei miſericordiam. Hebraica dictio nec gratiam nec miſericordiam proprie ſignificat, ſed potius cõmiſerationem. petitio enim quam proſperari petit coram rege perſarum/cõmiſerationi regis innitebatur: & propterea ſubiungit. ante virũ hunc. xerxem uidelicet perſarum regem: ad hoc enim explanandum ſubiungit officium ſuum. ⁊ ego eram pincerna regis.

CAPVT .II.

Fuit aũt in menſe niſan anno vigeſimo artaxerxis regis. Hinc apparet ꝙ tres menſes fluxerunt a notitia quã habuit

f nehemias de ieruſalem uſqꝫ ad tempus obtentæ gratiæ a rege perſarum quod nunc narratur. nam niſan nomen eſt menſis primi in ordine menſium anni/cum luna ſcꝫ primo opponitur ſoli in ariete: eodem enim anno regni xerxis hæc geſta fuiſſe/manifeſtatur ex eo ꝙ eodẽ anno uigeſimo hæc geſta ſcribuntur. ⁊ vinum erat ante eũ: leuauiqꝫ vinũ ⁊ dedi regi/ ⁊ eram quaſi languidꝰ. Iuxta hebræum habetur. ⁊ nõ fui malꝰ coram eo. Quod dupliciter intelligi poteſt. uel de malo ægritudinis: & ſic eſt ſenſus & nõ apparui æger in oculis regis. uel de malo triſtitia: & ſic eſt ſenſus & non fui ſolitus apparere triſtis coram rege. uterqꝫ enim ſenſus quadrat ſubiunctis.

Dixitqꝫ mihi rex: quare vultꝰ tuꝰ triſtis eſt/cũ te egrotũ nõ videam? non eſt hoc fruſtra. ſed malũ neſcio quid in corde tuo eſt. Iuxta hebræum habetur. non hoc niſi malum cordis. Concludit rex triſtitiam uultus apparentem/ex cordis non corporis ægritudine natam eſſe. ⁊ timui valde ac nimis. Iuxta hebræum habetur. ⁊ timui multũ valde. Magnus timor cauſatus eſt ex dubio tum mali animi regis interrogantis ſecreta cordis/tum ex dubio alicuius mali euentus: puta expulſionis ab officio. Et dixi regi/rex in eternum viue: cur non eſſet triſtis vultus meus/cum ciuitas domus ſepulchrorum patrũ meoꝝ deſerta ſit ⁊ portæ eiꝰ conſumpte ſint igni? Hinc habetur ꝙ nehemias fuit ieroſolymitanus. Et ait mihi rex/pro qua re poſtulas? Manifeſtatur hinc benignus erga nehemiam regis animus/offerendo illi petenti fiduciam. ⁊ oraui ad deũ celi. Animæquior redditus/mentem ſupplicem inter loquendum leuauit ad deum.

Et dixi ad regem: ſi videtur regi bonum ⁊ ſi placet ſeruꝰ tuꝰ coram te, mitte me i iehudam ad ciuitatem ſepulchrorum patrum meorum ⁊ edificabo eam. Dixitqꝫ mihi rex ⁊ regina que ſedebat: Iuxta hebræum habetur. ⁊ regina ſedens iuxta eũ/vſqꝫ ad quod tempus erit iter tuũ ⁊ quando reuerteris? Deſcriptio reginæ ſedentis iuxta

regem interpoſita non fruſtra eſt, ſed ad ſignificãdum ꝙ regina cooperata eſt ad interrogationem ſubiunctam: puta ꝙ ſuggeſsit regi ut interrogaret tempus reditus. Et hinc ſimul inſinuatur nehemiam dilectum fuiſſe non ſolũ a rege ſed etiam a regina. nec propterea ſequitur hanc fuiſſe eſter: quoniã ut ioſephus tradit eſter non fuit uxor xerxis ſed filij eius: ut in libro eſter explanabitur. ⁊ placuit corã rege ⁊ miſit me/⁊ conſtitui ei tempus. ſed non explicatur temporis quantitas in litera/quamuis explicata fuerit regi. Et dixi regi: ſi regi videtur bonũ/ dentur mihi epiſtole ad duces trãs flumen. proculdubio euphratis. Vt deducant me donec veniã in iehudã. Et epiſtola ad aſaph cuſtodem ſaltꝰ regis. Quamuis hebraice habeatur. cuſtodẽ pomarij quod regi. ſenſus tamen recte redditus eſt: nam ligna ex ſaltu cædũtur pro ædificijs. Vt det mihi ligna vt tegere poſſim portas tẽpli/ turres domꝰ ⁊ muros ciuitatis ⁊ domũ quã igreſſus fuero. Iuxta hebræum habetur. ad contignandũ portas palatij que domui ⁊ muro ciuitatis/⁊ domui quã ingrediar. Petit ligna ad contignationes faciẽdas portaꝝ triplicis generis: ucꝫ portaꝝ palatij apud domũ dei/& portarũ in muro ciuitatis ieruſalem/& portarum domus propriæ. Et quia ligna petit ad cõtignandum huiuſmodi portas, inſinuatur ꝙ mos erat efficere ſuper huiuſmodi portas contignationes/ut eſſent propugnacula ſupra portas. ⁊ dedit mihi rex/iuxta manũ dei mei bonã ſuper me.

¶ Veniqꝫ ad duces trans flumen/⁊ dedi eis epiſtolas regis: miſerat aũt rex mecũ principes exercitꝰ ⁊ eqtes. Hinc apparet ꝙ nehemias erat magnus coram rege perſarum: quod etiam ſubiuncta triſtitia aduerſariorum/teſtatur.

ET audierũt ſanballat choronites ⁊ tobi'ia ſeruꝰ hãmonites: ⁊ diſplicuit eis diſplicentia magna ꝙ veniſſet hõ ad querendũ bonũ filijs iſrael. Et veni in ieruſalaim: ⁊ fui ibi tribꝰ diebꝰ. Et ſurrexi nocte ego ⁊ viri pauci mecũ/⁊ non indicaui cuiqꝫ qd dñs. Iuxta hebræum habetur. qd elohe meꝰ dediſſet in cor meũ ad faciendũ in ieruſalaim: ⁊ iumentũ non erat mecũ niſi iumentũ ſup quod eqtabã. Et egreſſus ſum per portã vallis nocte ⁊ ad faciẽ fontis draconis ⁊ ad portam ſtercoris: ⁊ cõſideraui muros ieruſalaim q erant diruti/⁊ portas eiꝰ conſumptas igni. Et tranſiui ad porta fontis ⁊ ad aqueductũ regis: ⁊ non erat locꝰ iumẽto ad tranſeundũ ſub eo. Et aſcendi per torrentem nocte/⁊ conſideraui murũ: reuerſuſqꝫ ſum ⁊ veni ad portam vallis/⁊ redij. dicit enim deum inſpiraſſe eum ut reſtauraret muros ieruſalem: & hoc non adhuc indicaſſe alijs/ſed prius iuiſſe nocturno tempore ad conſiderandum locum muri & quantitatem ruinæ. ¶ Magiſtratꝰ aũt neſciebant quo iuiſſem ⁊ qd ego facerẽ: iehudeiſqꝫ ⁊ ſacerdotibꝰ ⁊ optimatibꝰ ⁊ magiſtratibꝰ ⁊ religs facientibꝰ opꝰ/vſqꝫ ad id loci non indicauerã. Et dixi eis: Vos videtis malũ in quo ſumꝰ/qa ieruſalaim deſerta eſt ⁊ porte

Digitized by Google

eiꝰ cōbuſte ſunt igni, venite ⁊ edificemꝰ muꝝ ieruſalaim ⁊ non ſimꝰ vltra opprobriū. Et indicaui eis manū dei mei ꝙ eſſet bona ſuper me/⁊ etiā verba regis que dixit mihi: dixerūtq́ʒ ſurgamꝰ ⁊ edificemꝰ/⁊ confortate ſunt manꝰ eoꝝ in bono.

¶ Audierūt aūt ſanballat choronites ⁊ tobi'ia ſeruꝰ hāmonites ⁊ geſem harbites/⁊ ſubſannauerūt nos ⁊ deſpexerūt nos: ⁊ dixerunt/que eſt hec res quam vos facitis? nunqd contra regē vos rebellatis? Non eſſe ſuſpicionis uerba ſed irriſionis/præcedens narratio teſtatur. tam uilia exiſtimabant iudæorum ſtudia ad reſtaurandos muros ut irriſorie dicerent num rebellare quæritis? Et reddidi eis verbū ⁊ dixi ad eos: deꝰ celi ipſe nos iuuat. Iuxta hebræum habetur. proſperabit nos. Directe opponit irriſioni diuinæ opis proſperitatē. ⁊ nos ſerui eiꝰ ſumꝰ/ ſurgamꝰ ⁊ edificemꝰ. Iuxta hebræum habetur. ⁊ nos ſerui eiꝰ ſurgemus ⁊ edificabimꝰ. Et effectum diuinæ opis cum fiducia deſcribit futurū. vobis autem. Hinc inſinuatur ꝙ iſti ſamaritani uolebant admitti in participes ciuitatis ieruſalem & ædificij murorum eius: propterea enim excluduntur a nehemia. non eſt pars. Quia non eſtis pars iſraelitici populi/ideo non iure partis pertinetis ad ieruſalem. ⁊ iuſtitia. Quia a regibus nō fuiſtis miſsi ad habitandum in ieruſalem ſed in ſamaria, ideo nec iuſtitia decreti regij eſt pro uobis ad ieruſalem. ⁊ memoria in ieruſalaim. Ad differentiam iebuſæorum (quorum memoria erat in ieruſalem quia eorum fuerat ciuitas) dicitur ꝙ nec memoriam habent ſamaritani in ieruſalem.

CAPVT .III.

ET ſurrexit el'iaſib ſacerdos magnꝰ ⁊ fratres eiꝰ ſacerdotes/⁊ edificauerūt portam regis. Iuxta hebræum habetur. portam ouium. Sed in his nominibus proprijs portarum & locorum non eſt hodie immorandum/eo ꝙ ignota ſunt. ipſi ſanctificauerunt eam. hoc eſt mundauerunt a ruinis. ⁊ ſtatuerunt valuas eiꝰ: ⁊ vſq́ʒ ad turrim centū cubitoꝝ. Iuxta hebræum habetur. ⁊ vſq́ʒ ad turrim meah ſanctificauerunt eam. Nomen proprium eſt. vſq́ʒ ad turrim chanan'el. Et iuxta eū edificauerūt viri iericho: ⁊ iuxta cū edificauit zacchur filius imri.

¶ Portam aūt piſciū edificauerunt filij ſenae: ipſi texerūt eam. Hebraice habetur. contignauerunt eam. faciendo ſuper eam propugnaculum. ⁊ ſtatuerunt valuas eius/⁊ ſeras ac vectes eiꝰ. Et iuxta eos edificauit meremoth filius vri'ie filij haccoʒ/ ⁊ iuxta eos edificauit meſullam filius berech'ie filij meſezab'el: ⁊ iuxta eos edificauit ʒadoc filius bahane. Et iuxta eos edificauerunt thecohite: optimates aūt eoꝝ non ſuppoſuerunt colla ſua in opere domini ſui. Arguuntur fortiores inter thecohitas ꝙ renuerint ſubijcere ſe ædificationi murorum ieruſalem. & ratio repræhēſionis inſinuatur ex eo ꝙ ædificatio murorum

Digitized by Google

ieruſalem erat ſeruitus dei: nam iuxta hebræum legitur. non adduxerūt col-
lū ſuū in ſeruitute domini eorū. ita ꝙ non hominibus ſed deo ſubtrahebāt
obſequium.

¶ Et portam veterem edificauerunt io'iadab filiꝰ paſeach ⁊ me-
ſullam filius beſod'ie: ipſi contignauerūt eam ⁊ ſtatuerūt valuas
eius/ ⁊ ſeras ac vectes eiꝰ. Et iuxta eos edificauit melat'ia gbib-
bonites ⁊ iadon meronothites/ viri de gbibbon ⁊ mizpa: pro du-
ce q erat in regione trans flumen. Iuxta hebræum habetur. in ſede du-
cis trans flumen. Ignotum eſt quis fuerit dux iſte trans euphratē. Quod aūt
dicitur in ſede/ ſumptus ex ſolio ducis pro illo ædificio habitos ſignificat. deuo-
tus enim dux principatum habens trans euphratem euntibus a ieruſalem/ miſit
ſumptus pro certa parte muri ædificanda: & forte illa portio appellat̄ ſedes du-
cis trans flumen/ conſtructo ibidem palatio ipſius ducis. Nec eſt irrationabile ꝙ
dux iſte fuerit daniel propheta/ aut filius eius: nam (ut ioſephus refert) fuit ma-
gnus princeps in regno medorum. nec eſt remotum ꝙ cum ipſe non poſſet ue-
nire in ieruſalem/ uoluerit habere ibidem ſedem, ut uel ſic tanq̄ præſens eſſet.
Et iuxta cum edificauit huzziel filius charba'ie aurifex/ ⁊ iuxta
eū edificauit chanan'ia filius raccachim: ⁊ dimiſerunt ieruſala-
im vſqꝫ ad murum latum. Dictio interpretata dimiſerunt/ ſonat ad-
iuuerunt. Et iuxta eos edificauit repha'ia filius chur/ princeps vi-
ci ieruſalem. Iuxta hebræum habetur. princeps medie regionis ieru-
ſalaim. Simile quid ſæpe in hoc capitulo repetit̄/ & bis de ieruſalem. & ſigni-
ficatur princeps medij territorij ieruſalem: hoc eſt principalior inter poſſidentes
mediam partem territorij ieruſalem. Et ſimiliter intellige cum dicit̄ princeps re-
gionis mizpæ aut alterius urbis: quia uidelicet erat principalior inter poſſeſſores
illius territorij. ſed in territorio ieruſalem erāt duæ partes: & ideo duo principes/
in alijs autem urbibus unus princeps inter poſſeſſores territorij. Et iuxta eos
edificauit ieda'ia filius charumaph contra domū ſuam: ⁊ iuxta eū
edificauit chattus filius chaſabne'ie. Mediam autem partem vi-
ci. Iuxta hebræum habetur. Menſurā ſecundam edificauit malchi'ia
filius charim ⁊ chaſſub filius pachath'moab: ⁊ turrim furnoꝝ.
Inſinuatur hinc ꝙ in multas menſuras diſtinctus erat ædificandus murus: alio-
quin non diceretur ꝙ menſuram ſecundam ædificauit &c. qualis autem eſſet or-
do menſurarum (an uidelicet ſecundum longitudinem muri an ſecundum altitudinē
eiuſdem) non dicitur: ſubiunctis tamen quadrat ut de menſura ſecundum al-
titudinem ſit ſermo. Et iuxta cū edificauit ſallū filius halloches prin-
ceps dimidie regionis ieruſalaim: ipſe ⁊ filie eius.

¶ Portam vallis edificauit chanun ⁊ habitatores zanoach/ ip-
ſi edificauerunt eam ⁊ ſtatuerunt valuas eius ⁊ ſeras ac vectes
eius: ⁊ mille cubitos in muro vſqꝫ ad portam ſtercoris. Et por-
tam ſtercoris edificauit malchi'ia filiꝰ rechab/ princeps regionis
beth'hacharem: ipſe edificauit eam ⁊ ſtatuit valuas eius ⁊ ſeras

ac vectes eius. Et portam fontis edificauit ſallū filiꝰ cholchoze princeps regionis mizpe, ipſe edificauit eam ⁊ texit eam/⁊ ſtatuit valuas eiꝰ ⁊ ſeras ac vectes eiꝰ: ⁊ murū piſcine ſiloe in hortum regis. iuxta hebræum habetur. piſcine pomarij in horto regis. loca tamen hæc hodie ſunt ignota. ⁊ vſqꝫ ad gradus deſcendentes de ciuitate dauid.

¶ Poſt eū edificauit nechem'ia filiꝰ asboth. ad differentiam nehemiæ ducis ſcriptoris libri huius. ille enim fuit filius chachaliæ: iſte autē fuit filius hazbuc iuxta hebraicā ueritatē. princeps dimidie regionis beth'zur: vſqꝫ contra ſepulchra dauid/⁊ vſqꝫ ad piſcinam que grandi ope conſtructa eſt. iuxta hebræum habetur. ⁊ vſqꝫ ad piſcinam factam. ſed interpres expoſuit. ⁊ vſqꝫ ad domū fortiū. Poſt eū edificauerūt leuite rechum filiꝰ bani: iuxta eū edificauit chaſab'ia princeps dimidie regionis cebile in regione ſua. Poſt eū edificauerunt fratres eoꝝ/bauuai filiꝰ chenadad: princeps dimidie regionis cebile. Et edificauit iuxta eū hezer filiꝰ ieſuah princeps mizpe menſurā ſecundā: contra aſcenſum armorū anguli. Si ſecundū longitudinē muri diſtingueretur ordo menſurarum, dicendum fuiſſet menſuram tertiam: quoniam initium ſecundæ menſuræ ædificatum ab alio fuiſſe deſcriptum fuiſſet prius. ſed de menſura ſecundum altitudinem intelligendo/laudantur aliqui ꝙ ædificauerunt muri altitudinem iuxta ſecundam menſuram, ædificantibus alijs muꝝ iuxta primam duntaxat menſuram. prima enim menſura ſecundum altitudinem fuit (ut infra ſubiungitur) paruæ altitudinis: ſtudebant enim primum ad cingendum ieruſalem muro licet modico: quo peracto/iterum ædificauerunt ad eleuandum in altitudinē urbis muros. & hæc appellat' menſura ſecūda: quā aliqui in portione ſua fecerunt prima uice. Et ſic intellige quoties ſcribitur in hoc capitulo de aliquibus ꝙ ædificauerunt menſuram ſecundam.

¶ Poſt eū edificauit baruch filiꝰ zacchai menſuram ſecundā: ab angulo vſqꝫ ad portā domꝰ el'iaſib ſacerdotis magni. Poſt eū edificauit meremoth filiꝰ vri'ie filij baccoz menſuram ſecundam: a porta domꝰ el'iaſib vſqꝫ ad finem domus el'iaſib. Et poſt eum edificauerūt ſacerdotes/viri de campeſtribus iarden. Poſt eos edificauit bin'iamin ⁊ chaſſub contra domū ſuam. Poſt eos edificauit hazar'ia filius mahaſe'ie filij banan'ie iuxta domum ſuam: Poſt eum edificauit binnui filius chenadad mēſuram ſecundā: a domo hazar'ie vſqꝫ ad flexurā ⁊ vſqꝫ ad angulū. Poſt eū edificauit palal filiꝰ vzai ꝯtra flexurā ⁊ turrim que eminet de domo regis excelſa/que eſt ad atriū carceris: poſt eū peda'ia filiꝰ par'hos. Nethinei aūt habitabant in hophel: vſqꝫ contra portam aquaꝝ ad orientem/⁊ turrim prominentē. Poſt eū edificauerūt thecohite menſurā ſecundā: a cōtra turrim magnā prominētem vſqꝫ ad murum hophel.

¶ Deſuper portam equorum edificauerũt ſacerdotes / vnuſqſqꝫ contra domũ ſuã. Poſt eos edificauit zadoc filiꝰ immer contra domũ ſuam: ⁊ poſt eũ edificauit ſemahia filiꝰ ſechanie cuſtos porte orientalis. Poſt eũ edificauit chanania filiꝰ ſelemie ⁊ chanun filiꝰ zalaph ſextus menſuram ſecundam: poſt eũ edificauit meſullam filiꝰ berechie contra gazophylacium ſuũ. Poſt eũ edificauit malchia filius aurificis vſqꝫ ad domũ nethineorum ⁊ negociatorꝫ: contra portam iudicialem ⁊ vſqꝫ ad cenaculum anguli. Et intra cenaculum anguli ad portam ouiũ edificauerũt artifices ⁊ negociatores.

CAPVT .IIII.

Actum eſt autem cum audiſſet ſanballat ꝙ edificaremꝰ murum / iratus eſt valde: ⁊ motus nimis. Iuxta hebræum habetur. ⁊ irritatus multum. turbatio enim animi ſignificatur inſtar irritati. ⁊ ſubſannauit iebudeos. Et dixit coram fratribus ſuis ⁊ frequentia. Iuxta hebræum habetur. ⁊ exercitu ſomeron. publica enim oblocutio ſignificatur. ⁊ dixit / qd iebudei imbecilles faciunt? num dimittent eos gentes? Superflue gentes. ſenſus tamen eſt / nunquid tot nationes in circũitu inimicæ iudæorũ permittent eos ædificare menia ieruſalem? num ſacrificabunt? Et eſt ſermo de ſacrificio ſolito in conſummatione menium. ⁊ complebunt in vna die? Iuxta hebræum habetur. nunquid complebunt hodie? hoc eſt tam cito ut non poſsint impediri. nunquid edificare poterunt. Iuxta hebræum habetur. nunquid viuificabũt lapides de aceruis pulueris / ⁊ ipſi combuſti ſunt? Penuria lapidum ad ædificandum murum tangitur / in hoc ꝙ oporteret iudæos aceruos lapidum reſolutorum in puluerẽ (quia combuſti fuerant quando ieruſalem deſtructa fuerat) uiuificare: hoc eſt redigere in priſtinam lapidum ſoliditatem ac robur poterunt? Et tobia hãmonites erat apud eũ / ⁊ dixit: edificent, ſi aſcenderit vulpes / tranſiliet. Iuxta hebræum habetur. rumpet murum lapideum eorũ. Tam fragilis murus iudicatur irridendo ut a uulpe poſsit frangi.

¶ Et dixit neehemia. Hæc uerba addidit interpres pro claritate cõtinuandæ literæ: in hebræo enim abſqꝫ hac continuatione ſtatim ſubiungitur. Audi elohe nr̃ ꝙ ſumus deſpectui. Et eſt ꝓculdubio oratio nehemiæ. ⁊ conuerte opprobrium eorum in caput eorum. Non eſt deſiderium procedes ex odio hominũ ſed uitiorum: ſupplicat. n. pro diuina iuſtitia ex odio peccatorum. ⁊ da eos in deſpectionem in terra captiuitatis. Deficit. eorꝫ. precatꝰ enim ut fiant captiui / & experiantꝰ opprobrari ab alijs. Et ne operias iniqtatẽ eorꝫ. quo ad pœnã. ⁊ peccatũ eorꝫ a facie tua nõ deleatꝰ: qa irritauerũt edificantes. Nõ ſupplicat ut deus nõ ignoſcat peccatũ pœnitẽtibus / ſed ut pſeuerantiũ peccatũ nõ tegatꝰ impunitate eorꝫ: & ſimiliter ꝙ nõ deleatꝰ qꝫtũ ad pœnam.

Digitized by Google

ad pœnam. Ædificauimuſq; murũ/ꝛ coniunximus totũ muꝝ vſq; ad portã dimidiã. Iuxta hebræũ hr̃. vſq; ad dimidiũ eiꝰ: ꝛ fuit cor populo ad faciendũ. Duo dicuntur: alterꝫ ꝙ cõiunctus eſt murus totus/alterꝫ ꝙ uſq; ad mediũ eius. ut intelligamus ꝙ colligatus eſt totus ſecundũ lõgitudinẽ/ſed uſq; ad dimidiũ ſecundũ altitudinẽ. & hoc ædificiũ fuit prima menſura: & ꝓpea accenſum eſt cor populi ad ædificandũ ſecundã murorum menſuram.

ET fuit cum audiſſet ſanballat ꝛ tobi'ia ꝛ harabes ꝛ hãmonite ꝛ aſdodij ꝙ obducta eſſet cicatrix muris ieruſalaim. Metaphoricus iſte ſermo declaratur proprietate uerborũ / cum ſubiungitur. ꝙ cepiſſent ĩterrupta concludi. Et dicit cœpiſſent, quia primæ tantum menſuræ interrupta erant concluſa & ſuperat claudere interrupta ſecundæ menſuræ. irati ſunt valde. Et cõgregati ſunt. Iuxta hebræum habetur. Et coniurarunt omnes ipſi pariter vt venirent ad pugnandũ cõtra ieruſalaim. Sententia eſt clara. ꝛ vt molirentur inſidias. Iuxta hebræum habetur. ꝛ ad faciendum ei deſtructionem. Ad funditus deſtruendum ieruſalem coniurauerunt. ¶ Et orauimus ad deum noſtrum: ꝛ poſuimus cuſtodes ſuper murum die ac nocte contra eos. Iuxta hebræum habetur. ſuper eos die ac nocte a facie eorum. Et eſt ſenſus ꝙ poſuerunt in certis locis cuſtodes obſeruatores ad defendendum ieruſalem a facie eoꝝ. Dixit autem iehuda. hoc eſt iudaicus populus cõſiderans debilitatẽ ſuarũ uirium & magnitudinẽ ruinæ. debilitata eſt fortitudo portantis/ꝛ humus nimia eſt. Hebraice habetur. ꝛ puluis multꝰ. Et eſt ſermo de illa pulueris ſpecie qua cæmentarij utuntur miſcentes cum calce: magna enim quantitate opus eſſe ſignificatur. ꝛ nos non poterimus edificare murũ. Et dixerunt hoſtes noſtri: neſciant ꝛ non videant donec veniamus in medium eorum ꝛ interficiamus eos / ꝛ ceſſare faciamus opus.

¶ Et fuit cũ veniſſent iehudei qui habitabant iuxta eos: ꝛ dixiſſent nobis decem vicibus ex oĩbus locis quibꝰ venerãt ad nos. machinationes inimicorum noſtrorum/tobiæ & reliquorum. Statui in loco poſt murum per circũitum. Iuxta hebræum habetur. Statui ab infernis loco poſt murum in rupibus. Vt inferius dicetur ieruſalem non erat adhuc ædificata quo ad domos niſi paucas: & ꝓpea ĩ loco poſt muꝝ erãt alicubi rupes & alicubi loca ima ĩ qbus ſtatuit nehemias pugnatores, ita ꝙ nec ĩ rupibus dũtaxat ſed ẽt in locis ĩferioribus poſt muꝝ pugnatores poſuit. Ita ꝙ ſenſus literæ eſt ꝙ in loco poſt muꝝ inchoãdo ab infimis poſuit pugnatores & in rupibus. populũ ĩ ordine. Iuxta hebræũ hr̃. populũ ꝑ familias. Modus quo diſtribuit pugnatores/narrat̃. cũ gladijs ſuis/lãceis ſuis ꝛ arcubꝰ ſuis. Et vidi ꝛ ſurrexi/ꝛ dixi ad optimates ꝛ ad magr̃atꝰ ꝛ ad reliquã ꝑtẽ populi: nõ timeatis a facie coꝝ, dñi magni ꝛ terribilis memento te. Dictio interpretata dñi ẽ nomẽ adonai. fiducia in ſummo dño locãda ꝓponit̃. ꝛ pugnate pro fratribꝰ vr̃is/filijs vr̃is ꝛ filiabꝰ vr̃is / vxoribus veſtris ꝛ domibus veſtris.

Digitized by Google

¶Et fuit cum audiſſent inimici noſtri ꝙ nunciatum eſſet nobis/ diſſipauit deus conſilium eorum. Nomen eſt elohim. ⁊ reuerſi ſumꝰ omnes ad murum/ vnuſquiſqꝫ ad opus ſuum. Et fuit a die illa/ dimidia pars iuuenũ eoꝝ. Legendũ eſt. meoꝝ faciebat ĩ opere/ ⁊ dimidia pars eorum parata erat ad bellum / ⁊ lancee ⁊ ſcuta ⁊ arcꝰ ⁊ lorice. diſtinguit enim inter ſuos & domum iudæ: narrãdo ꝙ pueri ſui diſtincti erant in partes æquales/ ita ꝙ medietas occupabatur in opere & medietas in armis: domus uero iudæ diſtincta erat ſic ꝙ principes manebant poſt/ & uniuerſus populus iudæ uacabat ædificationi murorum. & propterea corrigenda eſſet litera & legendum. ⁊ principes poſt omnem domum iehude edificantes murum. Et hic fiat punctus: nam ſic habetur in hebræo. exponendo ſiquidem locum principum dicitur poſt omnem domum iudæ ædificantes murum. Deinde immediate ſequitur. Et portantes onꝰ ac onerãtes: vna manu ſua facientes opꝰ/ ⁊ altera tenẽtes gladium. Et edificantium vnuſquiſqꝫ gladio ſuo erat accinctus ſuper lumbos ſuos ⁊ edificabant. Deſcribitur enim qualiter omnes erant armati tam portantes onera & onerantes ꝙ̃ ædificantes, diuerſimode tamen: quia illi habebãt arma ad manum/ iſti autem accincti erant gladio. ⁊ clangebant buccina. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſonator cornu iuxta me. Non ſignificatur ꝙ ædificantes clangerent buccina/ ſed ꝙ tibicines erant iuxta eum. Et dixi ad optimates ⁊ ad magiſtratus ⁊ ad reliquam partem populi: opus multum ⁊ latum eſt / ⁊ nos ſeparati ſumus in muro procul vnuſquiſqꝫ ab alio. In loco quo audieritis ſonum tube/ illuc concurrite ad nos: deus noſter pugnabit pro nobis. Et nos faciamus opus: ⁊ media pars noſtrum teneat lanceas. Iuxta hebræum habetur. ⁊ medietas eorum tenens lanceas. Dixerat ſuperius ꝙ armati erant gladiis: deſcribit modo ꝙ media pars eorum habebat etiam lanceas. Quod autem ſequitur. ab aſcenſu aurore donec egrediantur aſtra. non ſignificat tempus tenendi lanceas, ſed tempus quo operabantur ad fabricam muri. Ita ꝙ ordo literæ eſt/ & nos facientes opus ab aſcenſu auroræ uſqꝫ ad exitum ſtellarum. Per modum autem parentheſis legendum eſt & media pars eorum tenens lanceas. lanceis enim opus erat nõ minus nocte ꝙ̃ die: ſed indefeſſus labor ab aurora uſqꝫ ad noctem circa fabricam/ & deſcriptus eſt & deſcribendus erat.

¶Etiam tempore illo dixi populo: vnuſquiſqꝫ cum puero ſuo maneat in medio ieruſalaim. Sententia huius mandati eſt ut non exirent ex ieruſalem, ſed quilibet paterfamilias cum uno ſaltẽ iuuene ſuo maneat ĩ medio (hoc eſt intra) ieruſalẽ. hoc. n. oportuit ordinari ne multitudine exeũte ad agros/ ciuitas abſqꝫ defenſoribus remaneret. ⁊ ſint vobis vices ꝑ noctẽ ⁊ diẽ ad opandũ. Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ fuit nobis nox cuſtodia/ ⁊ dies opꝰ. Et eſt ſenſus ꝙ noctẽ expẽdebãt cuſtodiẽdo ciuitatẽ ab hoſtibus/ diẽ ãt opãdo ad ædificandũ muꝝ. Egoqꝫ ⁊ frẽs mei ⁊ pueri mei ⁊ cuſtodes ꝗ erant poſt me/ nõ deponebamꝰ veſtimẽta nr̃a: vnuſqſqꝫ tantũ nudabat ad

baptiſmũ. Græco uocabulo uſus ẽ interpres, cũ tñ hebraice hẽat. ad aquã. Nec ſignificatur lauacrum perſonæ, ſed ablutio camiſiæ. nec in textu hebræo hr̃ excæptiua, ſed negatiua. nõ nos ſpoliãtes veſtes nr̃as: vir camiſiam ſuam ad aquã. negatio enim præpoſita negat ſpoliationem ueſtium uſq; ad camiſiam abluendam aquis: ita ꝙ nec propter abluendam camiſiam tempore ſolito ſe exuebant, ſed diutius tolerabant.

CAPVT .V.

Fuit autem clamor populi ⁊ vxorum eorum magnus contra fratres ſuos iebudeos. Tumultus exortus inter ipſos iudæos narratur ob penuriam qua opprimebantur pauperes. Et erant q dicerẽt: filii noſtri ⁊ filie noſtre multe ſunt nimis. Superfluit nimis. accipiamus pro precio eorum frumentum ⁊ comedamus ⁊ viuamus. Et erant qui dicerent: agros noſtros ⁊ vineas noſtras ⁊ domos noſtras opponam⁹. Iuxta hebræum habetur. in pignus tradamus, ⁊ accipiamus frumentum in fame. Et erant qui dicerent: mutuo ſumamus pecunias in tributa regis, demuſq; agros noſtros ⁊ vineas noſtras. Alij uendere filias & filios, alij agros uineas & domos in pignus dare, alij tributarios agros & uineas ærario regis efficere proponebant: quemadmodũ in ægypto tempore ioſeph. Et nunc ſicut carnes fratrum noſtrorum ſunt carnes noſtre, ſicut filij eorum ſunt filii noſtri. Et eſt uox querula: ꝙ uidelicet per hoc ꝙ uenerunt ex babylone in ieruſalem non ſunt aſſecuti libertatem ſic ꝙ poſsint ſeruare ſe liberos, ſed ſunt ſimiles illis qui remanſerũt ſub regno perſarum ſerui. hoc enim ſignificant dicendo & nunc carnes noſtræ ſunt ſicut carnes fratrum noſtrorum, hoc eſt iſraelitarum qui remanſerunt in ſeruitute: & ſimiliter filij noſtri ſunt ſicut filij illorum. ecce nos ſubiugauimus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ecce nos tenentes filios noſtros ⁊ filias nr̃as in ſeruos. Rationem primã reddunt ſimilitudinis ex eo ꝙ coguntur ob penuriã dare filios ſuos & filias ſuas in ſeruitutem. ⁊ de filiab⁹ nr̃is ſunt ſerue nec habem⁹ vñ poſſint redimi. Secundam rõnem reddunt, ex eo ꝙ de facto iam ſunt aliquæ eorum filiæ in ſeruitutẽ redactæ nec ſuppetunt facultates ad redimendũ eas. ⁊ agros noſtros ⁊ vineas nr̃as alii poſſident. Tertiam reddunt rationem, ex eo ꝙ etiam multos agros & multas uineas eorum poſsident alij.

¶ Et iratus ſum valde: cum audiſſem clamorem eorum ⁊ verba iſta. Cogitauitq; cor meum mecum, ⁊ increpaui optimates ⁊ magiſtratus, ⁊ dixi eis vſuraſne ſinguli a fratribus veſtris exigitis? Iuxta hebræum habetur. on⁹ vnuſquiſq; in fratre ſuo vos onerãtes. ſubaudi eſtis. Vere.n. grauabãt fratres ſuos onere exactiõis: & cũ carerent pauperes unde ſoluerẽt, tollebãt illorum agros, uineas, domos. ⁊ congregaui aduerſus eos contionem magnã. ut ſi nõ mouerent monitione ipſius, mouerent ob congregatã multitudinẽ contra eos. Et dixi eis: nos vt ſci

tis. Supflu: ut ſcitis. redemimꝰ fratres nr̃os iehudeos qui venditi fuerant gentibus ſecundum poſſibilitatem noſtrã, ⁊ vos igitur vendite fratres veſtros ⁊ ememꝰ eos. Legendum eſt. ⁊ vos venderetis fratres veſtros ⁊ vendentur nobis? redimentibus eos. Et ſunt verba increpãtis auariciam diuitum opprimentium pauperes iudæos. & legendum eſt interrogatiue: & ẽ ſenſus/ & uos eritis cauſa ꝙ uendantur fratres ueſtri ut nos redimamus illos? ⁊ ſiluerũt/ nec inuenerũt quod rñderent. Et dixi/ nõ eſt bona res quã facitis: nonne i timore dei noſtri ambulabitis/ ne exprobretur nobis a gẽtibꝰ inimicis nr̃is? Et etiã ego/ fratres mei ⁊ pueri mei mutuauimꝰ eis pecuniã ⁊ frumentũ: non repetamꝰ in cõmune iſtud/ es alienũ concedamꝰ quod debetur nobis. Iuxta hebræum duntaxat habetur. relinquemꝰ queſo onus iſtud. Reddite queſo eis hodie agros eoꝝ/ vineas eorum/ olïueta eoꝝ ⁊ domos eoꝝ. Ab exemplo proprio inuitat eos ad condonandum debita a pauperibus. qn̄ potiꝰ. Supfluunt iſtæ duæ dictiones. ⁊ centeſimã pecunie ⁊ frumenti/ vini ⁊ olei quã exigere ſoletis ab eis, date pro illis. Superfluit date pro illis. Et dixerũt, reddemꝰ ⁊ ab eis nihil queremꝰ/ ſicq̃ʒ facíemꝰ vt loqueris. Vtrũq̃ʒ promittunt: & reddere bona immobilia & nõ exigere centeſimam. ⁊ vocaui ſacerdotes/ ⁊ adiuraui eos vt facerent iuxta quod dixeram. Hinc apparet auaricia ſacerdotũ/ quorum non legitur reſponſio liberalis. Inſup ſinũ meũ excuſſi: ⁊ dixi/ ſic excutiat deꝰ oẽm virũ q̄ non adimpleuerit verbũ iſtud de domo eiꝰ ⁊ de laboribus eius ⁊ ſic ſit excuſſus ⁊ vacuꝰ. Dictio interpretata deus eſt nomen elohim. adiecit enim imprecationem/ ut uel ſic timerent diuinã ultionem. ⁊ dixerũt totus cetꝰ amen ⁊ laudauerũt dñm, ⁊ fecit populꝰ ſicut erat dictũ. Suſpicor executionem dictorum attribui populo/ ad excludendum aliquos primates qui minus hoc executi ſunt.

¶ Etiam a die qua precepit mihi rex vt eſſem dux in terra iehude/ ab anno vigeſimo vſq̃ʒ ad annum trigeſimum ſecundum artaxerxis regis (per annos duodecim) ego ⁊ fratres mei annonas que ducibus debebantur nõ comedimus. Recte redditur ſenſus: q̃uis hebraice breuiſſime habeatur. panẽ ducis non comedi. ſub panis nomine cibum & potum compræhendens. Duces autem primi qui fuerũt ante me grauauerunt populum/ ⁊ acceperũt ab eis in pane ⁊ vino ⁊ pecunia quotidie. Iuxta hebræum habetur. poſtea argenti ſiclos quadraginta. narratur enim non ꝙ priores duces accæperint ſimul panem & uinum & pecuniam ut uulgata æditio ſonat: ſed ꝙ accæperunt primum uictum in pane & uino/ hoc eſt in rebus comeſtibilibus &c. poſtea mutata ſententia accæperunt non in pane & uino/ ſed in pecunia. Qui autem fuerint iſti duces priores/ ſcriptura non dicit. ſed ⁊ miniſtri eorum depreſſerant populum. Quamuis hebraice habeatur. etiã pueri eoꝝ dominati ſunt populo. ſententia tamen recte reddita eſt: eo ꝙ miniſtros dominari populo/ eſt

Digitized by Google

deprimere populum. ego autem non feci ita propter timorem dei. Nomen eſt elohim: timor enim ſummi iudicis ſignificatur. Et etiam in opere muri huius edificaui/⁊ agrum non emi. Legendum eſt. non emimus. ut intelligamus ꝙ nec ipſe nec ſui emerunt agrum alienum/priuando iudæos pauperes agris ſuis ad augendum multitudinem agrorũ ad ſe. ⁊ omnes pueri mei cõgregati erant ibi ad opꝰ. Iehudei quoqꝫ ⁊ magiſtratus (centum ⁊ qnquaginta viri) ⁊ qui veniebant ad nos de gentibus que in circũitu noſtro ſunt/i menſa mea erãt. Liberalitas principis deſcribitur. Parabatur aũt mihi per dies ſingulos bos vnus/oues ſex electe/exceptis volatilibus: ⁊ inter dies decem vina diuerſa ⁊ alia multa tribuebam. Iuxta hebræum habetur. ⁊ intra dies decem in omni vino ad multitudinem. Quid ſignificet omne uinum ad multitudinem/facile intelligitur. quandoquidem ſignificantur multæ ſpecies uini: non ꝙ aliqua ſpecies uini reſtricta eſſet ad unicum hauſtum ſingulorum in menſa (ut conſueuit maluaticum in primo tantum hauſtu dari) ſed ꝙ quælibet uini ſpecies porrigebatur multiplicatis uicibus/ut cuiqꝫ gratũ erat. Verũ nõ tam facile intelligitur quid ſibi uelit numeratio decem dierum. crediderim ego ſignificari ꝙ undecimo quoqꝫ die inchoare oportebat alias uini cuiuſqꝫ generis uegetes: ut intelligamus ꝙ ſingulis decem diebus bibebantur ſingulorũ generum uini ſingula dolia, quæ magnum numerum doliorum magnorum conſtituebant. inſuper ⁊ annonas ducatus mei non queſiui. Iuxta hebræum habetur. ⁊ cum hoc panem ducis non queſiui. & cum tanta liberalitate erga iudæos & aduenas/panem mihi debitum ratione ducatus non quæſiui. Valde enim attenuatus erat populus. Iuxta hebræum habetur. quia grauis erat ſeruitus populo huic. commiſeratio enim deſcribitur. Memento mei deus meus in bonum/ſecundum omnia que feci populo huic. Quia propter deum miſerebatur populi/ſupplicat deo ut gratum ſit illi opus eius.

CAPVT .VI.

FActum eſt autem cum audiſſet ſanballat ⁊ tobia ⁊ geſem harbites ⁊ ceteri inimici noſtri ꝙ edificaſſem murũ/⁊ non eſſet in ipſo reſidua interruptio. tam in prima muri menſura ꝙ̃ in ſecunda: completa enim ſcribitur tota muri fabrica. ⁊ vſqꝫ ad tempus illud valuas non poſueram in portis. Miſerũt ſanballat ⁊ geſem ad me dicendo/veni ⁊ percutiamus fedus pariter in vitulis in cãpo vno. Iuxta hebræũ habet̃. i chephirim i cãpo ono. Noĩa ſunt ꝓpria locoꝝ. ipſi aũt cogitabãt facere mihi malũ. Et miſi ad eos nũcios dicendo: opꝰ grãde ego facio ⁊ nõ poſſum deſcendere/ne negligat̃ opꝰ cũ venero ⁊ deſcendero ad vos. ideo.n. præmiſit ꝙ ſuperat portas munire ualuis. Miſerũt ãt ad me ſcd̃m verbũ hoc ꝑ quattuor vices: ⁊ rñdi eis iuxta ſermonẽ priorem.

¶ Et miſit ad me ſanballat iuxta verbum hoc quinta vice puerum ſuum: ⁊ epiſtolam apertam in manu eius. ad inſinuandum ꝙ ſcripta in epiſtola non erant ſecreta. Scriptum erat in ea: in gentibus auditū ē ⁊ gaſinu dicit ꝙ tu ⁊ iebuaci cogiteris rebellare/ ⁊ propterea edifices murum, ⁊ ꝙ leuare te velis ſuper eos in regem: Et etiā ꝙ prophetas poſueris qui predicent de te in ieruſalaim dicendo/ rex in iehuda eſt: auditurus eſt rex verba hec / nunc igitur veni vt ineamus conſilium pariter. quid tibi agendum eſt ne hæc perueniant ad aures regis & ſuſpectus reddaris. ¶ Et miſi ad eū dicendo: non eſt factum ſecundum verba hec que tu dicis / de corde enim tuo cōponis hec. Quia oēs ipſi terrebant nos/ cogitantes ꝙ ceſſarent manus noſtre ab opere ⁊ quieſceremus: quam ob cauſam magis confortaui manus meas. iuxta hebræum habetur. ⁊ nunc roboza manum meam. Verba ſunt nehemiæ ſupplicantis deo in hac machinatione hoſtium ſamaritanorum aduerſus eum.

Et igreſſus ſum domum ſemah'ie filij dela'ie filij mehetab'el ſecreto. iuxta hebræum habetur. ⁊ ipſe clauſus. erat enim propheta & concluſerat ſeipſum/ ut ſuo clauſtro inuitaret nehemiam ad claudendum ſeipſum: ut non ſolum uerbo ſed facto prophetare uideretur/ ut ueri prophetæ ſæpe uerbo & facto prophetauerant. qui ait/ tractemus nobiſcum in domo dei. iuxta hebræum habetur. conueniamus ad domū elohim ad medium templi ⁊ claudamus oſtia templi, quia venient ad occidendum te/ ⁊ nocte venient ad occidendū te. Sententia eſt clara. Et dixi/ num quiſq̄ʒ ſimilis mihi fugit? ⁊ quis eſt vt ego qui ingredietur templum ⁊ viuet? non ingrediar. Primam rationem attulit ex indignitate fugæ: quia ducem fugere ob timorem turpe eſt. alteram affert quia indignus eſt uita (quia meretur occidi) dux abſcondens ſe in templo ob timorem. Et intellexi ꝙ deus non miſiſſet eum. iuxta hebræum habetur. Et cognoui/ ⁊ ecce non elohim miſit eum. Ab euentu ſubſecuto cognouit ꝙ non fuit propheta ille miſſus a deo. non enim uerificatum eſt quod dixerat propheta: ueʒ uenturos eſſe nocte uiros ut occiderent nehemiā. Et huiuſmodi notitia ab euentu/ ſignificat in litera dicendo & cognoui, non abſolute ſed a demonſtrato euentu, ſubiungendo & ecce/ non eueniente quod dixerat. & tunc ſubditur res cognita/ non elohim miſit eum. ſed quaſi vaticinans locutus eſt ad me/ ⁊ tobi'ia ⁊ ſanballat conduxerant eum. Non ueram prophetiā ſed humanum uaticinium locutus fuerat conductus mercede a ſamaritanis. Acceperat enim precium vt territus facerem. Deficit. ſic. facerem ſic/ hoc eſt fugerem ad templum. ⁊ peccarem. contra rectam rationem agens. ⁊ haberent malū quod exprobrarent mihi. iuxta hebræum habetur. ⁊ eſſet eis ad nomen malū/ ⁊ opprobrarēt mihi. Ecce quo tendebant: uidelicet ad infamiam & opprobrium ipſius nehemiæ. eſt enim ſenſus/ & eſſet factum meū eis ad meum nomen malum. Memento mei deus meus. Superfluit mei. to-

bi'ie ⁊ ſanballat iuxta opera eoꝝ iſta, ⁊ etiam nohad'ie prophete ⁊ ceteroꝝ prophetaꝝ q terrebant me. Orat non ut deus memor ſit eius: ſed ut recordetur ſamaritanorum ad puniendum eos ut merentur talia coꝝ opera/nec ſamaritanorum duntaxat ſed etiam nohadiæ prophetæ & aliotum terrentium eum.

❡ Completus eſt aũt murus vigeſimoquinto die menſis elul: qui apud hebræos ſextus dicitur menſis/inchoando annum a ſole in ariete. qn quaginta ⁊ duob⁹ dieb⁹. Occurrit hic quæſtio: eo ꝙ ioſephus li.xi. in calce).ca. refert muros ieruſalem ſpatio annorum duodecim fuiſſe cõſtructos: quomodo ergo uerificatur numerus iſte quinquagintaduorum dierum? ❡ Solutio eſt ꝙ iſti quinquagintaduo dies ſupputantur non ab initio ædificationis muri / ſed ab initio perfectionis muri: hoc eſt a principio quo incœperunt ſupremam apponere manum/ponendo ualuas in portis murorum. Nã in principio huius capituli ſcriptum eſt ꝙ omnia interrupta muri concluſa fuerant/ſed ſuperat ponere ualuas in portis. ab illo ergo tempore quod fuit tẽpus perfectionis muri/ſupputantur quinquaginta & duo dies. & propterea in litera nõ dicitur ædificatum ſed finitum ſeu perfectum fuiſſe murum quinquaginta & duobus diebus. Ioſephus tamen falſum manifeſte dicit / narrando ꝙ anno uigeſimooctauo artaxerxis completa ſit fabrica muri: quoniam a uigeſimo anno artaxerxis (quo uenit nehemias ut ſcriptura dicit) uſq; ad uigeſimumoctauum eiuſdem non fluxerũt anni duodecim. Factum eſt aũt cũ audiſſent omnes inimici noſtri vt timerent. Iuxta hebræum habetur. Et fuit cũ audierũt omnes inimici noſtri/ viderunt omnes gentes que in circũitu noſtro. audi tui enim iungitur uiſus. ⁊ conciderent intra ſemetipſos. Iuxta hebræum habetur. ⁊ conciderũt valde in oculis ſuis. tanq̃ confuſi. ⁊ ſcirent. Iuxta hebræum habetur. ⁊ cognouerũt ꝙ ab elohe noſtro factum eſt op⁹ hoc. qa nõ putauerãt iudæoꝝ facultates ſuppetere ad tantã fabricã.

❡ Sed ⁊ i dieb⁹ illis multe optimatum iehudeoꝝ epiſtole mittebantur ad tobi'am: ⁊ a tobi'a veniebant ad eos. Multi.n. in iehuda hẽbant iuramentũ ei⁹: qa gener erat ſechan'ie filij arach ⁊ iehochanan fili⁹ ei⁹ accepat filiam meſullam filij berech'ie. Sed ⁊ laudabant eũ coram me/ ⁊ verba mea nũciabant ei: ⁊ tobi'a mittebat epiſtolas vt terreret me. Narrant paſsiones illatæ nehemiæ a principibus iudæoꝝ confœderatis etiam uinculo affinitatis ſamaritanis.

CAPVT .VII.

Poſtq̃ autem edificatus eſt murus ⁊ poſui valuas: ⁊ ordinaui ianitores ⁊ cantores ⁊ leuitas. Precepi chanani fratri meo ⁊ chanan'ie principi dom⁹ de ieruſalem. Iuxta hebræum habetur. principi palatij ſuper ieruſalem. Crediderim ego ſignificari palatium olim regale in monte ſion / qui eſt ſupra ieruſalem ita ꝙ eſt etiam intra ieruſalem. ipſe.n. erat quaſi vir verax

⁊ timens deũ pre multis. Et dixi eis/non aperiantur porte ieru-
ſalaim vſqꝫ ad calorem ſolis: cũqꝫ adhuc aſſiſterent/clauſe porte
ſunt ⁊ oppilate. Iuxta hebræum habetur. ⁊ donec ipſi ſtantes / facient
claudere valuas ⁊ capient. Primum mandatum fuit de tempore aperien-
di: hoc autem ſecundũ eſt de tempore claudẽdi ualuas ciuitatis/ ꝙ ucꝫ ipſis præ-
ſentibus claudantur & capiant claues. ⁊ poſui cuſtodes habitatores ie-
ruſalaim / vnũquẽqꝫ in cuſtodia ſua ⁊ vnũquẽqꝫ contra domũ
ſuã. Ciuitas aũt erat lata locis ⁊ grandis / ⁊ popul⁹ paru⁹ i me-
dio ei⁹: ⁊ non erant dom⁹ edificate.

Dedit aũt de⁹ in corde meo/ ⁊ congregaui optimates ⁊ ma-
giſtrat⁹ ⁊ populũ vt recenſerẽ eos: ⁊ inueni librũ genealogie
eorꝫ q aſcenderant primũ. Hic liber eſt qui uocatur primus liber hezdræ/
& quæ ſubiunguntur ſunt ſumpta ex cap. ſecundo primi hezdræ: & propterea ui-
de expoſita hæc ibidem. ⁊ inueni ſcriptũ i eo. Iſti filij ꝓuincie q aſcen-
derũt de captiuitate tranſmigrationis quã trãſmigrare fecit ne-
bu'chadnezar rex babel: ⁊ reuerſi ſunt in ieruſalaim ⁊ i iehudam/
vnuſqſqꝫ in ciuitatẽ ſuam. Qui venerũt cũ zerubabel/ieſuah/ne
chem'ia/hazar'ia/rahami'ia/nachamani/mordochai/bilſan/ miſ-
pereth/big'uai/nechum/bahana: numerus virorũ populi iſrael:
Filij par'hos/duo millia centũ ⁊ ſeptuagintaduo. Filij ſephat'ie/
trecenti ⁊ ſeptuagintaduo. Filij arach/ſexcenti ⁊ qnquagintaduo.
Filij pachath'moab de filijs ieſuah ⁊ ioab: duo millia ⁊ octingen
ti ⁊ octodecim. Filij helam/mille ducẽti ⁊ qnquagintaquattuor.
Filij zatthu/octingenti ⁊ quadragintaqnqꝫ. Filij zacchai/ſeptin
genti ⁊ ſexaginta. Filij binaui/ſexcenti ⁊ quadragintaocto. Filij
bebai/ſexcenti ⁊ vigintiocto. Filij hazghad/duo millia trecenti ⁊
vigintiduo. Filij adonicã/ſexcenti ⁊ ſexagintaſeptẽ. Filij big'uai/
duo millia ⁊ ſexagintaſeptem. Filij hadin/ ſexcẽti ⁊ qnquaginta-
qnqꝫ. Filij ater de iechizci'ia / nonagintaocto. Filij chaſum/tre-
centi ⁊ vigintiocto. Filij bezai/trecenti ⁊ vigintiquattuor. Filij
chariph/centũ ⁊ duodecim. Filij ghibbon/nonagintaqnqꝫ. Vi-
ri beth'lechẽ ⁊ netophe/centũ ⁊ octogintaocto. Viri hanatoth/
centũ ⁊ vigintiocto. Filij beth'hazmaueth/quadragintaduo.
Viri cir'iath'iharim chephire ⁊ beeroth/ſeptingenti ⁊ quadra-
gintatres. Viri rame ⁊ ghabah/ſexcenti ⁊ vigintiunus. Viri
michmas/centũ ⁊ vigintiduo. Viri beth'el et hai/centũ ⁊ vigin
titres. Viri nebo alterius/quinquagintaduo. Filij helam alte-
rius/mille ducenti ⁊ quinquagintaquattuor. Filij charim/trecen
ti ⁊ viginti. Filij iericho/trecenti ⁊ quadragintaquinqꝫ. Filij lod
chadid ⁊ ono/ſeptingenti ⁊ vigintiunus. Filij ſenae / tria millia
nongenti ⁊ triginta.
¶ Sacerdotes: filij iedah'ie de domo ieſuah / nongenti ⁊ ſeptua-

gintatres. Filij immer/mille ⁊ quinquagintaduo. Filij paſchur/
mille ducenti ⁊ quadragintaſeptem. Filij charim/mille ⁊ ſeptem-
decim. Leuite: filij ieſuah de cadmiel de filijs lehodeue/ ſeptuagin
taquattuor. Cantores: filij aſaph/centū ⁊ quadragintaocto. Ia-
nitores filij ſallum/filij ater / filij talmon/filij haccub / filij chatite/
filij ſobai : centū ⁊ trigintaocto. ¶ Nethinei: filij ziche/filij chaſu-
phe/filij tabahoth. Filij ceros/filij ſihe/filij padon. Filij lebane/fi-
lij chagabe/filij ſalmai. Filij chanan/filij giddel/filij gachar. Filij
re`aie/filij rezin/filij necode. Filij gazā/filij huzze/filij paſeach. Filij
beſai/filij mehunim/filij nephuſim. Filij bacbuc/filij chacuphe/
filij charchur. Filij bazlith/filij mechide/filij charſe. Filij barcos/
filij ſiſre/filij thamach. Filij neziach/filij chatiphe. Filij ſeruorum
ſelomonis : filij ſotai/ filij ſophereth / filij peride. Filij iahale/filij
darcon/filij giddel. Filij ſephat'ie/filij chattil/filij pochereth de
zeba`ijm/filij amon. Omnes nethinei ⁊ filij ſeruorum ſelomonis:
treceuti ⁊ nonagintaduo.

¶ Et iſti aſcendentes de thel'melach thel'tharſa/cherub addan
⁊ immer : ⁊ nō potuerant indicare domum patrū ſuorū ⁊ ſemen
ſuū an ex iſrael eſſent. Filij dela`ie/filij tobi`ie/filij necode: ſexcenti
⁊ quadragintaduo. ¶ Et de ſacerdotibus/filij chaba`ie filij hac-
coz: filij barzillai q accepit de filiabꝰ barzillai gilhaditis vxorem/
⁊ vocatꝰ eſt nomine eoꝝ. Iſti queſierunt ſcripturam genealogie
ſue ⁊ non inuenerunt: ⁊ eiecti ſunt a ſacerdotio. Et dixit thirſa-
tha eis vt non comederent de ſancto ſanctoꝝ/donec ſurgeret ſa-
cerdos in vrim ⁊ thummim.

¶ Tota congregatio quaſi vir vnꝰ: quadragintaduo millia/tre-
centi ⁊ ſexaginta. Preter ſeruos ⁊ ancillas eorum/qui erant ſe-
ptem millia trecenti ⁊ trigintaſeptem: ⁊ eis erant cantores ⁊ can
tatrices ducenti ⁊ quadragintaquinqꝫ. Equi eorum ſeptingenti
⁊ trigintaſex : muli eorū ducenti ⁊ quadragintaquinqꝫ. Cameli
quadringenti ⁊ trigintaquinqꝫ: aſini ſex millia/ſeptingenti ⁊ vi-
ginti. ¶ Hucuſqꝫ refert qd in cōmentario ſcriptū fuerit, ⁊ in ne-
hemie hiſtoria texit. Hæc clauſula neſcio a quo adiecta ē & inſerta textui.

¶ Nonnulli autem de principibus familiarum dederūt in opꝰ.
Similia ſunt hæc illis quæ apud hezdram habentur, non tamen ſunt eadem : qa
ibi de opere fabricæ templi/hic de opere fabricæ muri ciuitatis & opportunis ad
templi cultum eſt ſermo: ibi non erāt nehemias & hezdras præſentes/hic autem
erāt ābo præſentes. thirſatha dedit i theſaurū auri drachmas mille/
malluuia qnquaginta / tunicas ſacerdotales qngentas ⁊ trigin
ta. Iſte thirſatha eſt ipſe nehemias : ut in ſequenti capitulo dicitur. Et de prin
cipibus familiarum dederunt in theſaurum operis/ auri drach-
mas viginti millia: ⁊ argenti minas duo millia ⁊ ducentas. Et

Digitized by Google

dedit reliquꝰ populꝰ/auri drachmas viginti millia/⁊ argenti mi
nas duo millia: ⁊ tunicas ſacerdotales ſexaginta ſeptē. Equalis ſum
ma ſcribitur apud hezdram quo ad aurum: eo ꝙ hic tres ſummæ fiunt: uidelicet
una drachmarum mille/altera uiginti millium/& tertia uiginti milliū. illic autem
una fit ſumma omnium quadraginta millia & mille. Circa argenti uero pondus
illic unica ſumma fit quinqꝫ millia minarum: hic autem duæ ſummæ aſcendentes
ad quattuor millia & ducentas minas. ſed tunicarum ſacerdotalium longe ma-
ior numerus oblatus hic ſcribitur. Habitauerunt autem ſacerdotes ⁊
leuite ⁊ ianitores ⁊ cantores ⁊ de populo ⁊ nethinei ⁊ totꝰ iſrael
in ciuitatibus ſuis.

CAPVT .VIII.

Amqꝫ venerat. Iuxta hebræum habetur. Et attigit men-
ſis ſeptimꝰ. Quoto anno fuerint geſta hæc neſcitur. ſenophe-
i gie ſub hezdra ⁊ nechem'ia. Non habentur hæc in hebræo:
ſed addita ſunt/ueritatem tamē continent. ⁊ filii iſrael erant in
ciuitatibus ſuis. Congregatuſqꝫ eſt totus populus
tanqꝫ vir vnꝰ ad plateā que eſt ante portam aquarū. Locus in ſpe-
cie deſcribitur. ⁊ dixerunt hezre ſcribe vt afferret librum legis mo-
ſis quam precepit dn̄s iſraeli. Ecce præſentia hezdræ.
¶ Et attulit hezra ſacerdos legē corā ꝯgregatione viroꝝ ⁊ mu-
lierum cūctiſqꝫ q poterant intelligere. Iuxta hebræum habetur. ⁊ oīs
intellectoris. ut perpendamus in illo cœtu fuiſſe nō ſolū uulgus promiſcuum
ſed etiam omnes literatos/qui intellectores uocantur. in prima die menſis
ſeptimi. Et legit in eo in platea que erat an̄ portam aquarum a
mane vſqꝫ ad mediam diem in conſpectu virorum ⁊ mulierum
⁊ ſapientium. Eadem dictio eſt quæ interpretata eſt intellectores. ⁊ aures
totius populi erant ad librum legis. Stetit autem hezra ſcri-
ba ſuper ſuggeſtum ligneum quod fecerat ad loquendum: ⁊ ſte-
terunt iuxta eū matthith'ia ⁊ ſemah ⁊ hana'ia ⁊ vri'ia ⁊ chilci'ia
⁊ mahaſe'ia ad dexteram eius/⁊ ad ſiniſtrā eius peda'ia ⁊ miſael
⁊ malchi'ia ⁊ chaſum ⁊ chasbedana/zechar'ia/meſullam. Et ape
ruit hezra librum coram toto populo/quia ſupra totum popu-
lum eminebat: ⁊ cum aperuiſſet/ſtetit totus populus. Et benedi
xit hezra domino deo voce magna. Iuxta hebræum habetur. iehouah
elohim magnus. Verba ſunt hezdræ/profitentis ꝙ iehouah (hoc eſt qui dat
eſſe rebus omnibus) ipſe eſt elohim (hoc eſt iudex) magnus. ⁊ reſpondit to-
tus populus. ad prædictam profeſſionem. amē amen eleuādo manus
ſuas/⁊ incuruati ſunt ⁊ adorauerūt dn̄m facie in terram.
¶ Porro ieſuah ⁊ bani ⁊ ſereb'ia/iamin/haccub/ſabbethai/ho-
di'ia/mahaſe'ia/celita/hazar'ia/iozabad/chanan/pela'ia/⁊ leuite
ſilentium faciebāt in populo ad audiendā legē. Iuxta hebræum habe-

Digitized by Google

tur. facientes intelligere populũ legem. Et uere non aliter faciebant intelligere q̄ superintendendo ut populus cum ſilentio attenderet ijs quæ legebat hezdras. popul⁹ aũt ſtabat in loco ſuo. Et legerunt in libro legis dei. Nomen eſt elohim legiſlatoris. diſtincte ⁊ aperte ad intelligendum. Iuxta hebræum habetur. declarato: ⁊ appoſitio intellectus. Et eſt ſenſus ꝙ legerunt in libro declarato cum appoſitione intellectus: hoc eſt ꝙ non ſolũ legebatur diſtincte profetendo cum debitis punctis, ſed etiam ubi opus erat declarãdo ſenſum/& uerã ſententiã uerũq; intellectũ ſententiaꝝ apponendo: hoc enim faciebat hezdras. & propterea ſubiungitur. ⁊ intellexerunt cũ legeretur. Fructus doctrinæ ſignificatur. ¶ Dixit autẽ nechemia/ipſe eſt thirſatha. Hinc clare habetur ꝙ thirſathæ nomine ſignificatur nehemias. Aiunt aũt thirſatham eſſe dictionem chaldaicam/& eſſe nomen proprium: ac per hoc qui uocabatur hebraice nechemia/uocabatur chaldaico nomine thirſatha. ⁊ hezra ſacerdos ſcriba ⁊ leuite interpretantes populo. Iuxta hebræũ habet. facientes intelligere populũ. ad differentiam aliorum leuitarum quibus non erat impoſitum hoc officium. toti populo: dies ſanctificat⁹ eſt domino deo noſtro. Parui refert ꝙ hebraice habetur. dies ſanctus ipſe iehouah elohe veſtro. hoc eſt mundus & dicatus ſummo deo eſt. nolite lugere ⁊ nolite flere. Valde amicum fuit interpreti uerbum nolo: utpote adiectum millies ſacræ ſcripturæ ubi non habetur. nam & hic legendum eſt. ne lugete ⁊ ne flete. Quẽadmodũ eniꝫ indecens eſt in die dicato terreno regi lugere & flere publice, ita ex hoc ꝙ dies ille dicatus erat ſũmo deo/mũdus debebat eẽ a publico luctu & fletu. flebat. n. tot⁹ popul⁹ cũ audiret verba legis. Et dixit eis. nehemias dux. ite comedite pinguia ⁊ bibite dulcia ⁊ mittite partes ijs qui non preparauerunt ſibi/quia ſanctus dies domino noſtro eſt: ⁊ non contriſtamini/quia gaudiũ domini eſt fortitudo veſtra. Quia luctus & fletus populi non uanus nec mundanus erat ſed ad honorem dei/agnoſcente populo delicta propria, ideo ratio ſubiungitur non lugendi quia placet deo fortitudo populi/quæ deprimebatur luctu & fletu: & propterea monentur ut epulentur tanq̃ in die ſolẽni/& cõmunicent alijs qui non parauerunt ſibi epulas. Leuite autem ſilentiũ faciebant in toto populo dicendo: tacete. luctus enim reſonans perſeuerabat. q̃a dies ſanct⁹ eſt/⁊ nolite dolere. Abijt itaq; tot⁹ popul⁹ vt comederet ⁊ biberet ⁊ vt mitteret partes ⁊ vt faceret letitiam magnã: q̃a intellexerũt verba que docuerat eos.

ET in die ſecũdo. eiuſdem menſis ſeptimi. congregati ſunt principes familiaꝝ toti⁹ populi ſacerdotes ⁊ leuite ad hezram ſcribã/vt interpretaretur eis verba legis. Et inuenerũt ſcriptũ in lege/ꝙ precepit dñs in manu moſis vt habitent filij iſrael in tabernaculis in die ſolenni. Iuxta hebræum habetur. in feſtiuitate. non enim unus dies erat/ſed una erat feſtiuitas tabernaculorum. in menſe ſeptimo. Et vt predicent ⁊ diuulgent vocẽ. Iuxta hebræum habetur. Et q fa-

cient audire ⁊ facient tranſire vocē. Et eſt ſermo mutilus : ſubauditur. n. prouiderunt. Et eſt ſenſus ꝙ ordinauerunt aliquos qui facient audire &c. in oībꝰ ciuitatibꝰ eoꝝ ⁊ in ieruſalaim dicendo/egredimini in montem ⁊ afferte frondes oliue ⁊ frōdes ligni olei ⁊ frōdes myrti ⁊ frondes palmaꝝ ⁊ frōdes ligni nemoroſi: ad faciendū tabernacula ſicut ſcriptū eſt. Et egreſſi ſunt populꝰ/⁊ attulerunt ⁊ fecerūt ſibi tabernacula vnuſqſqꝫ in domate ſuo. Iuxta hebræum habetur. ſuper tectū ſuū. habent. n. ibi domus ſuprema tecta panimētata ſub diuo. ⁊ i atrijs ſuis ⁊ in atrijs domꝰ dei. Nomen eſt elohim. ⁊ in platea porte aquaꝝ ⁊ in platea porte ephraim. Fecerunt ergo totus cetus qui redierant de captiuitate tabernacula ⁊ habitauerūt in tabernaculis/non. n. fecerāt a diebꝰ ieſuah filij nun talia. Legendum eſt. ſic filij iſrael vſqꝫ in diem illū. Occurrit hic quæſtio/tum quia tēpore ſalomonis celebrata eſt ſolēnitas tabernaculorum : ut patet. 3. reg. 8. &. 2. parali. 7. tū ꝗa tempore zorobabel ante fundatum templum fecerunt feſtum tabernaculorū : ut ſcribitur. 1. hezdræ ca. 3. quomodo ergo uerificatur ꝙ a tempore ioſuæ uſqꝫ in diē illum non fecerint ſic filij iſrael. ¶ Solutio eſt ꝙ litera non dicit feſtum tabernaculorum omiſſum fuiſſe a tempore ioſuæ uſqꝫ tūc, ſed dicit nō feciſſe ſic filios iſrael a tempore ioſuæ uſqꝫ tunc. modus ergo ſimilis negatur. In quo autem conſiſtit iſte modus/ quātum ex litera colligitur conſiſtit in duobus. alterum eſt ꝙ etiam ſuper tecta fecerunt hoc feſtum: hoc enim nuſꝗ̄ alias legitur factum. alterum eſt ꝙ quotidie cum gaudio diuinæ lectionis hoc feſtum celebratūt : quod etiā nuſꝗ̄ alias factum legitur. Fit autem mentio dierum ioſuæ/non ꝙ tempore ioſuæ fuerit feſtum hoc celebratum ſic : ſed ad ſignificandum ꝙ a tempore quo ingreſſus eſt iſrael in terram promiſſionis duce ioſua/ non eſt factum ſic. ⁊ fuit letitia magna valde. Legit autem hezra in libro legis per ſingulos dies a die primo vſqꝫ ad diem nouiſſimum: ⁊ fecerunt ſolennitatem ſeptem diebus/⁊ in die octauo collectam iuxta ritum. Dictio hebraica non ſignificat collectam/ſed potius frequentiam a conſtrictione nominatam : & eſt illamet quæ ſcribitur leui. 23. ubi decernitur feſtum huius octaui diei. concurſus enim frequēs tanꝗ̄ certatim offerentium/conſtringendo ſeinuicem fieri ſolet: & ꝓpea dies octanus apellatus eſt conſtrictionis ſeu frequentiæ.

CAPVT .IX.

In die autem vigeſimoquarto. An hoc fuerit illo eodem anno/non eſt certum: nam cum ſubiungitur. menſis huius. poteſt
i per pronomen demonſtrari uel illemet menſis illius anni uel menſis ſeptimus: ſed parui refert utrum uerum fuerit. conuenerūt filij iſrael in ieiunio ⁊ ſaccis. Tranſacto tēpore feſtiuitatis quæ terminabatur die uigeſimaſecunda menſis ſeptimi (quam feſtiuitatem non oportebat facere in ieruſalem/ſed ubiqꝫ licite fiebat) conuenerunt die uigeſimaquatta cum ſignis pœnitentiæ: conuenerunt autem (ut præſentia leuitarum in ſuo loco inſinuat)

inſinuat) in ieruſalem. ⁊ humus. Iuxta hebræum habetur. ⁊ terra ſuper eos. ne quis terram aquæ mixtam intelligeret: puluis enim terræ loco cineris ſuper eos erat. Et ſeparatum eſt ſemen iſrael. Hinc apparet ꝙ uſqꝫ ad tempus nehemiæ non præualuit hezdras ad ſeparandum iſraelitas ab extraneis. ab omni filio alienigena. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ab omnibus filijs alienigenis. Et quia non dicitur ꝙ ſeparati ſunt filij iſrael ab uxoribus alienigenis, nec dicitur ꝙ eiecerunt filios quos genuerunt ex alienigenis uxoribus, ſeparatio iſta ſic in genere deſcripta (uidelicet ab omnibus filijs alienigenis) ambiguum relinquit intellectum. certum tamen eſt ꝙ ſeparati ſunt a coniugijs contrahendis cum alienigenis: & propterea ſignificanter dicitur ſeparatum eſſe ſemen iſraelitarum ab alienigenis. Semen enim ad futuram ſpectat generationem: & propterea ſeparatio hæc eſt a contrahendis connubijs cum alienigenis. Et eadem ratione a contractis cum alienigenis connubijs / ſi tamen adhuc alienigenæ quo ad cultum dei uxores eſſent: alioquin non uerificaretur ꝙ ſemen filiorum iſrael fuit ſeparatum ab omnibus filijs alienigenis: & hoc ſufficit ad uerificationem literæ. ⁊ ſteterunt ⁊ confeſſi ſunt peccata ſua ⁊ iniquitates patrum ſuorum.

¶ Et conſurrexerunt ad ſtandum. Iuxta hebræum habetur. Et ſurrexerunt ſuper locum ſuum. prius enim confitentes & lugentes genuflexi uel proſtrati erant: & poſtea ſurrexerunt ſuper locum ſuum. ⁊ legerunt in libro legis dei ſui quater in die. Iuxta hebræum habetur. quarta diei. Et eſt ſenſus ꝙ quarta parte diei uacabant lectioni legis. ⁊ quater in nocte confitebantur ⁊ adorabant dominum deum ſuum. Iuxta hebræum habetur. ⁊ quarta confitentes ⁊ adorantes iehouah elohe ſuum: hoc eſt & altera quarta diei uacabant confeſſioni peccarotum & adorationi ſummi dei. Crediderim ego has quartas diei non fuiſſe contiguas, ſed alteram mane alteram ueſpere: reliquum autem diei occupabatur in alijs. Surrexerunt autem ſuper gradum leuitarum. Locus cælſior decretus leuitis ſignificať. ieſuah ⁊ bani/cadmiel/ſeban`ia/bunni/ſereb`ia/bani/chenani: ⁊ clamauerunt voce magna ad dominum deum ſuum. Et dixerunt leuitæ ieſuah ⁊ cadmiel/bani/chaſabne`ia/ſereb`ia/hodi`ia/ſeban`ia/perhach`ia, ſurgite bñdicite dño deo vř̄o a ſeculo vſqꝫ i ſeculū: ⁊ bñdicāt nomini glorie tue ⁊ excelſo i oī bñdictione. Legendū ē. ſup oēm bñdictionē ⁊ laudē. ſignificať. n. diuinū nomē ſupare omnem benedictionem & omnem laudem.

Et dixit hezras. Hoc nō hř i hebræo: ſed ꝯtinuať ořo leuitaꝝ laudantiū deū. Tu ipſe dñe ſol⁹ tu feciſti celū ⁊ celū celoꝝ. Iuxta hebræū hř. celos, celos celoꝝ ⁊ oēm exercitū eoꝝ, terrā ⁊ oīa que ſunt ſup cā, maria ⁊ oīa que ſunt i eis: ⁊ tu viuificas oīa hec/ ⁊ exercit⁹ celi te adorat. Dixit cœlos ad compræhendendū in genere cœlos oēs: & dixit cœlos cœloꝝ ad explicandū i ſpecie ſupiores cœlos ab orbe lunæ & ſupra: hebraica. n. ꝯſuetudine appellantur etiam cœli ſphæra ignis & aer. Tu ipſe domine deus. Iuxta

hebræum habetur. Tu ipſe iehouah elohim. hoc eſt tumet iehouah es elohim/hoc eſt gubernator & diſtributor omnium. qui elegiſti ab'ram/⁊ eduxiſti eum de igne chaldeorum. Iuxta hebræum habetur. de Vr chaſdim. hoc eſt chaldæorum. an autem ur ſit nomen proprium ciuitatis an ſignificet ignem, alias declarauimus tutius eſſe intelligere ꝙ eſt nomen ciuitatis q̃ apocrypha ſequi. ⁊ poſuiſti nomen eius ab'rahã. Et inueniſti cor ei⁹ fidele coram te/⁊ percuſſiſti cum eo fedus ad dandũ terram chenabanei chitthei emorei ⁊ perizei ⁊ iebuſei ⁊ ghirghaſei ad dandum ſemini eius: ⁊ impleſti verba tua/quia iuſtus es. Et vidiſti afflictionem patrum noſtrorum in egypto: clamoremqꝫ eorum audiſti ſuper mare rubrũ. Et dediſti ſigna atqꝫ portenta in par'hone ⁊ in omnibus ſeruis eius ⁊ in toto populo terre eius/cognouiſti enim quia ſuperbe egerant. Rectius legeretur. ꝙ impie egerant contra eos. quamuis utrumqꝫ fuerit uerum: & ꝙ ſuperbe & ꝙ impie egerint ægypty aduerſus iſraelitas. ⁊ feciſti tibi nomen ſicut die hac. magnificatur nomen tuum commemorando illa mirabilia & terribilia quæ feciſti aduerſus ægyptios. Et mare diuiſiſti ante eos/⁊ tranſierunt per medium maris in ſicco: perſecutores autem eorum proieciſti in profundũ quaſi lapidem in aquas validas. Et in colũna nubis ductor eorum fuiſti per diem: ⁊ in colũna ignis per nocte͂, vt appareret eis via per quam gradiebantur. Super montem quoqꝫ ſinai deſcendiſti/⁊ locutus es cũ eis de celo. Hoc ad literam fuit quando deus uniuerſum populum eſt allocutus per ſeipſum/proferendo decem præcæpta. ⁊ dediſti eis iudicia recta ⁊ leges veras/ſtatuta ⁊ precepta bona. Hoc ad literam uerificarur de præcæptis datis a deo per moſem. Et ſabbatum ſanctificatum tuum. Hebraice habetur. Et ſabbatum ſanctuarij tui notificaſti eis. Non eſt uſqꝫquaqꝫ certum an ſit ſermo de ſanctitate diei ſeptimi ad commemorandum quietem dei a creandis creaturis nouis (ut hoc tanq̃ præcipuum inter omnia cærimonialia præcæpta commemoretur in hac diuina laude. & iuxta hunc ſenſum hæc particula pertinet ad uerba dei quæ per ſeipſum locutus eſt populo: quoniam inter illa uerba expreſſe continetur obſeruatio ſabbati) an ſit ſermo de oſtenſione quietis diuinæ quando apparuit tanq̃ rex ſedens ſeptuaginta uiris in ſanctuario ſuo cœleſti: ut ſcribitur exo. 24. ut ſic intelligamus commemorari & laudari omnes tres modos quibus ipſe deus in monte ſinai apparuit: uidelicet tum loquendo per ſeipſum uniuerſo populo/tum loquendo moſi ut inſtrueret populum/tum monſtrando ſeipſum tanq̃ in ſanctuario cœleſti quieſcentem moſi & aharon & ſeptuaginta uiris. ⁊ precepta ⁊ ſtatuta ⁊ legem precepiſti eis in manu moſis ſerui tui. Panemqꝫ de celo dediſti eis in fame eorum, ⁊ aquam de petra eduxiſti eis in ſiti eorum: ⁊ dixiſti eis vt venirent ad poſſidendũ terram ſuper quam leuaſti manum tuã vt traderes eis.

Ipſi vero ⁊ patres noſtri ſuperbe egerunt. Eadem dictio repetitur

quam diximus rectius interpretari impie.uere enim & illi egreſsi de ægypto&
ſucceſſores eorum patres noſtri/impie egerunt. ⁊ indurauerunt ceruicem
ſuam/⁊ non audierunt pꝛecepta tua. Et noluerunt audire/⁊ non
ſunt recoꝛdati mirabilium tuoꝛum que feceras eis / ⁊ indurauerunt ceruicem ſuam/⁊ dederunt caput vt conuerterentur. Legendum eſt. vt reuerterentur ad ſeruitutem ſuam. Ad literam ſignificatur
rebellio populi quando uoluerũt facere ſibi ducem & reuerti in ægyptũ: ut ſcribitur nu.14. quaſi per contentionem. Iuxta hebræum habetur. in rebellione eoꝛum. rebellarunt enim tunc redeuntibus exploratoribus. tu autem deus pꝛopitius/clemens ⁊ misericoꝛs / longanimis ⁊ multe
miſerationis. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tu eloha veniarum misericoꝛs ⁊ miſeratoꝛ / longus furoꝛum ⁊ multus gratie non dereliquiſti eos. Epitheta hæc dei ſumpta ſunt ex exo.34.ubi declarata ſunt. ¶ Etiã
quando fecerunt ſibi vitulum conflatilem/⁊ dixerunt iſte eſt deꝰ
tuus qui eduxit te de egypto: feceruntqꝫ blaſphemias magnas.
Legendum eſt. irritationes magnas. erant enim tanq̃ irritantes deum in
cultu illo idolatriæ. Tu in miſerationibus tuis multis non dimiſiſti
eos in deſerto: colũna nubis non receſſit ab eis per diem vt duceret eos in via/⁊ colũna ignis in nocte vt oſtenderet eis viã per
quã graderentur. Non eſt repetitio: ſed manifeſtatio q̄ etiam tantũ cõmittentibus ſcelus iſraelitis/ nõ abſtulit deus ab eis beneficiũ colũne nubis per diem
&c. Et ſpiritum tuum bonum dediſti qui doceret eos. Legendũ eſt.
ad faciendum itelligere eos. Donum internæ inſpirationis ad faciendum
intelligere eos peccatum proprium cõmemoratur: magna enim dei gratia fit ut
homo intelligat peccatum ſuum. ⁊ manna tuum non pꝛohibuiſti ab oꝛe
eoꝛum/ ⁊ aquam dediſti eis in ſiti eoꝝ. Quadraginta annis pauiſti eos in deſerto/nihilqꝫ eis defuit: veſtimenta eoꝛum non inueterauerunt/⁊ pedes eoꝛum non ſunt attriti. Iuxta hebræum habetur.
non tumuerũt. quod longe maius beneficium fuit. Dediſtiqꝫ eis regna
⁊ populos / ⁊ partitus es eis ſoꝛtes. Iuxta hebræum habetur. ⁊ partitus es eos ad angulum. hoc eſt per lineas angulares aſsignando tribubus ſuos angulos ad habitandum. Et hoc ſpecialiter dicitur de terra trans iordanem quæ ſubiungitur: nam de terra promiſsionis poſtea ſubditur. ⁊ poſſederũt terram ſichon ⁊ terram regis cheſbon / ⁊ terram hog regis
baſan. Et multiplicaſti filios eoꝛum ſicut ſtellas celi: ⁊ adduxiſti
eos ad terram de qua dixeras patribus eoꝛum. abrahæ/iſhac & iacob. vt ingrederentur ad poſſidendum. Veneruntqꝫ filij ⁊ poſſederũt terrã/⁊ humiliaſti coꝛã eis habitatoꝛes terre chenabaneorũ/⁊ dediſti eos i manũ eoꝝ: ⁊ reges eoꝝ ⁊ populos terre vt facerẽt eis iuxta voluntatẽ ſuã. Ceperũtqꝫ vꝛbes munitas ⁊ humũ
pinguẽ, ⁊ poſſederũt domos plenas oĩbꝰ bonis / ciſternas excisas vineas ⁊ olíueta ⁊ ligna pomifera multa: ⁊ comederũt ⁊ ſa-

turati ſunt ⁊ impinguati ſunt/⁊ abundauerũt delitijs in bonitate tua magna.

¶ Pꝛouocauerunt autem te ad iracundiam ⁊ receſſerunt a te. Iuxta hebræum habetur. Et rebellarunt ⁊ rebellarũt contra te/⁊ pꝛoiecerunt legem tuam poſt coꝛpus ſuum. Exaggerando repetitur rebellio aduerſus deum. ⁊ pꝛophetas tuos occiderunt qui conteſtabantur eis vt reuerterentur ad te. Hinc patet ꝙ ſummarie collegit poſteritatis peccata ad quattuor capita: uidelicet rebellionem a deo/contemptum legis diuinæ/ & occiſionem prophetarum monentium ut redirent ad deum/ & idolatriam. quæ occiſio non legitur in prioribus temporibus iudicum & regum, ſed in poſtremis temporibus regum. feceruntqꝫ blaſphemias grandes. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fecerunt irritationes magnas. Idolatriæ ſignificantur tanq̃ irritantes deum impendendo diuinum honorem alteri: & hoc eſt quartum crimen. Et dediſti eos in manum hoſtium ſuorum/⁊ afflixerunt eos: ⁊ in tempoꝛe tribulationis ſue clamauerunt ad te, ⁊ tu de celo exaudiſti/ ⁊ ſecundum miſerationes tuas multas dediſti eis ſaluatoꝛes ⁊ ſaluauerunt eos de manu hoſtiũ ſuoꝛum. Cunqꝫ requieuiſſent/reuerſi ſunt ad faciendum malum coꝛam te, ⁊ dereliquiſti eos in manu inimicoꝛum ſuoꝛum ⁊ poſſederunt eos: conuerſiqꝫ ſunt ⁊ clamauerunt ad te, ⁊ tu de celo exaudiſti ⁊ liberaſti eos in miſerationibus tuis multis tempoꝛibus. Lege librum iudicum: & inuenies toties deum miſertum populi dediſſe eis ſaluatores: propter hoc ꝙ cum aliquanto tempore quieuiſſent ſaluati/reuertebantur pluries ad irritandum deum/ & deus iterum atqꝫ iterum miſerebatur. ſucceſſiue quoqꝫ tempore regum ſimilia euenerunt inchoando a tempore roboham filij ſalomonis. Et conteſtatus es eis vt reuerterentur ad legem tuam, ipſi vero ſuperbe egerunt. Rectius legeretur. impie egerunt. quoniam hoc potius ſonat hebraica litera. ⁊ non audierunt mandata tua/⁊ in iudicijs tuis peccauerunt que faciet homo ⁊ viuet in eis. Ex moſe ſumptum eſt hoc/ & ualde ad propoſitum: ad ſignificandum uidelicet ꝙ ſi ſeruaſſent mãdata diuinæ legis/ uixiſſent ad perſeuerandum in eis in terra promiſſionis: ac per hoc non ſeruando ea/ reddiderunt ſe indignos terra electa ad diuinum cultum: ac per hoc uita in mandatis diuinis/ quæ in ſola terra promiſſionis ſeruari integre poterant. ⁊ dederunt humerum recedentem. Iuxta hebræum habetur. humerum rebellem. hoc eſt ꝙ inſtar rebellis terga uertentis principi ſuo/ſe habuerunt ad te deus. ⁊ ceruicem ſuam indurauerunt ⁊ non audierunt. Et pꝛotraxiſti ſuper eos annos multos/ ⁊ conteſtatus es eis in ſpiritu tuo per manum pꝛophetarum tuoꝛum. Ad literam de regno tam iſrael q̃ iudæ hoc uerificatur: quoniam non obſtantibus tot utriuſqꝫ ſceleribus/ protraxit deus tolerando multos annos/mittendo eis prophetas ut reſipiſcerent. ⁊ non auſcultauerũt/ ⁊ tradidiſti eos in manum populoꝛum terrarum. a

ſyriorum uidelicet & babyloniorum. **In miſerationibus autem tuis multis non feciſti eos in conſumptionem nec dereliquiſti eos.** Duo beneficia inter puniendum commemorat. alterum ꝙ non conſumpſit eos tam qui erant in regno iſrael q̃ qui erant in regno iudæ. agnoſcit autem hoc diuinum beneficium, quia merebantur conſumi. Alterum ꝙ non ſunt derelicti in terra captiuitatis eorum, ſed uiſitati a deo/atq; per edictum regium libertate donati ad redeūdum in terram ſanctam ad colendum ſummum deum ibidem: merebantur ſiquidem derelinqui ſibypſis. **quoniam deus miſerationum ⁊ clemens.** Iuxta hebræum habetur. **quia el miſerator ⁊ miſericors tu.** El nomen eſt dei quatenus eſt fortis. ratio ſiquidem redditur ex parte attributorum diuinorum: fortitudinis ad ſuperandum omnes inimicos/ miſericordiæ ad inſtar condolentis populo iſrael/& miſerationis cōſolando afflictū populū.

¶ **Nunc itaq; deus noſter/ magne fortis ⁊ terribilis cuſtodiens pactum ⁊ miſericordiam.** Hebraice habetur. **Et nunc elohe noſter/ el magne potens ⁊ terribilis cuſtos pacti ⁊ gratie.** Hactenus oratio leuitarum laudauit deum confitendo peccata iſrael & commemorando diuina beneficia: modo incipit petere recurrendo ad deum tanq̃ ad iudicem peculiariter iſraelis/& fortem magnum potentem terribilem: quoniam & iuſtitia & fortitudine & magnitudine & potentia & terrore uſus eſt deus circa eos cum puniuit. Adiungitur autem cuſtos pacti & gratiæ/ad commemorandum rationem exaudiendi hanc orationem. dicendo enim cuſtos pacti/rationem exaudiendi proponit diuinum fœdus cum patribus de terra promiſsionis &c. addendo autem & gratiæ/ fatetur orationem non inniti iuſtitiæ ſed gratiæ quam inchoauit deus in iſrael reducendo eos de captiuitate. **ne auertas a facie tua omnem laborem.** Iuxta hebræum habetur. **ne deficiat coram te omnis labor qui inuenit nos/reges noſtros/principes noſtros ⁊ ſacerdotes noſtros ⁊ prophetas noſtros ⁊ patres noſtros ⁊ totum populum tuum: a diebus regum aſſur vſq; in diem hanc.** Ecce petitio: ut uidelicet coram diuina gratia non deſit ratio malorum quæ ipſi iſraelitæ patiuntur & patres eorum paſsi ſunt a tempore captiuitatis uſq; in diem hāc. **Et tu iuſtus in omnibus que venerunt ſuper nos: quia veritatem feciſti/ ⁊ nos impie egimus. Et reges noſtri/ principes noſtri/ſacerdotes noſtri ⁊ patres noſtri non fecerunt legem tuam: ⁊ non attenderunt ad mandata tua ⁊ teſtimonia tua que teſtificatus es eis. Et ipſi in regno ſuo ⁊ in bonitate tua multa quam dediſti eis ⁊ ī terra lata ⁊ pingui quam tradideras coram eis/non ſeruierunt tibi: nec reuerſi ſunt a ſtudijs ſuis malis.** Declaratur ꝙ hæc petitio ut conſiderentur mala quæ paſsi fuerant & patiebantur/ non ideo fit quia putatur eos iniuſte paſſos eſſe: fatemur enim ꝙ tu iuſtus es/ & nos & noſtri propter peccata noſtra iuſte affligimur & afflicti fuimus. **Ecce nos hodie ſerui ſumus.** quia ſubiecti erant regi perſarum nec habebāt propriū regem. proprias enim afflictiones enumerare incipiūt inchoando

¶ Sacerdotes/leuite ianitores cantores/nethinei ⁊ omnes qui ſe ſeparauerũt a populis terraꝝ ad legem dei. Aduerte prudens lector ꝙ cum quattuor mentio facta fuerit (uidelicet ſacerdotum/leuitarum/capitum populi & reſidui populi) diſcernitur nunc dicendo ꝙ ſacerdotes quidẽ abſq; ulla excæptione iurauerunt/& ſimiliter nethinæi: de leuitis uero dicitur leuitæ & ianitores & cantores. quod ne in malam partem trahatur (tanq̃ non omnes leuitæ iurauerint) interpretandũ eſt ꝙ tam leuitæ ſine titulo dignitatis q̃ leuitæ conſtituti in dignitate cantorum & ianitorum iurauerũt. De capitibus autem & reſiduo populi excæptio fit/dicendo & omnis ſeparatus a populis terrarum ad legem elohim: niſi enim aliqui non ſeparati remanſiſſent, nequaq̃ fuiſſet hæc clauſula adiuncta. Vxores eoꝝ/filij eoꝝ ⁊ filie eoꝝ. Non ſat fuit ut uiri conſentirent, ſed etiam conſenſus uxorum & filiorum ac filiarum requiſitus eſt ad hanc fidelitatem præſtandam. omnes q poterant ſapere. Iuxta hebræum habetur. omnis ſapiens intellector. Cõmonentes fratres ſuos fortes eoꝝ. Modus deſcribitur quo res geſta eſt: uidelicet ꝙ ſapientes & præditi intelligentia legis excitabant uiros fortes ad huiuſmodi fidelitatem prompte iurandam. unde & ſtatim ſubditur. ⁊ Venientes ĩ execratiõe ⁊ ĩ iuramẽto ad ambulandũ in lege elohim. Deſcriptis perſonis & modo/deſcribitur conſequenter iuratio tam execrando q̃ inuocando. & res iurata primum in genere: uel ad ambulandum in lege iudicis uniuerſorum & ſeruandum uniuerſa illius præcæpta. que data eſt in manu moſis ſerui dei. Nomen eſt elohim. moſes ſiquidem uere fuit ſeruus elohim/hoc eſt dei legiſlatoris. ⁊ ad cuſtodiendũ ⁊ faciendũ oĩa mandata domini dei noſtri. Iuxta hebræũ habetur. iehouah domini noſtri. Non ſolum legiſlatorem ſed fontem eſſendi ac dominum iſraelis appellant: ut ſe quoq; ſeruos eiuſdem profiteantur. ⁊ iudicia ei⁹ ⁊ ſtatuta ei⁹. Et ꝙ non dabim⁹ filias noſtras filijs terre: ⁊ filias eoꝝ non accipiem⁹ filijs noſtris. Et populis terre afferentib⁹ merces ⁊ omne venale in die ſabbati ad vendendũ/ non accipiem⁹ ab eis in ſabbato ⁊ in die ſancto: ⁊ dimittem⁹ annũ ſeptimũ ⁊ exactionem omnis manus. Nõ ſat fuit iurare obſeruationem legis & præcæptorum in genere, ſed quædam q̃uis in lege contenta explicari in ſpecie oportuit: quia habebant ſpecialem difficultatem uel ex abuſu poſt reditum ex captiuitate (ut cõnubia cum externis & emere in ſabbatis) uel ex non uſu: ut contribuere pro iugi ſacrificio/pro lignis &c. hæc enim conſueuerant dare boni reges. ſimiliter dare decimas primogenita primitias & reliqua pro uictu ſacerdotum & leuitarum deſueuerant/ſicut & ea quæ erant ſeptimi anni ſeruare: & propterea horum ſpecialis mentio facta eſt. Et ſtatuemus ſuper nos pcepta vt demus tertiam partem ſicli in anno/ad opus domus dei noſtri. Ad panẽ propoſitionis ⁊ munus iuge ⁊ holocauſtũ iuge ĩ ſabbatis ⁊ calendis/ad ſolẽnitates ⁊ ad ſancta ⁊ ad peccata/vt exoretur pro iſrael: ⁊ in omnem vſum domus dei noſtri. Præcæpta libertatis ſeptimi anni ſcripta erant in lege moſis/præcæptum autem hoc de ter-

tia parte ſicli pro ſacrificijs & panibus propoſitionis &c. non erat explicatum in lege moſis: & exiſtente populo paruo & paupere oportuit determinare quid contribuendum eſſet a quolibet annis ſingulis.

¶ Soꝛtes ergo miſimus ſuper oblationem lignoꝛum inter ſacerdotes ⁊ leuitas ⁊ populum. Circa prouiſionem lignorum pro continuo igne altaris/ſorte actum eſt nullo exempto ordine: nam ſacerdotes/leuitæ & populus ſubmiſerunt ſe ſortibus ad offerendum ligna. Vt inferrentur in domū dei noſtri per domos patrum noſtroꝛū. Hinc apparet ꝙ ſortes ad hoc iactæ ſunt ut diſtribueretur onus prouidendi de lignis in familias ſacerdotum/leuitarum & populi. per tempoꝛa a tempoꝛibus anni vſq; ad annum. Iuxta hebræum habetur. tempoꝛibus determinatis annuatim. Ad hoc enim iactæ declarantur ſortes/ut quælibet familia haberet certū tempus quo tantam lignorum offerret quantitatem. ſic enim proprium tempus unaquaq; familia ſortita/ſine querela prouidebatur de lignis: quæ næthinei ex lege ioſuæ tenebantur portare/quando erant in multitudine magna. Vt arderent ſup altare dñi dei noſtri/ſicut ſcriptum eſt in lege.

¶ Et afferemꝰ pꝛimitiua terre noſtre ⁊ pꝛimitiua omnis fructꝰ omnis ligni annuatim/in domū domini. Et pꝛimogenita filioꝝ noſtroꝝ ⁊ iumentoꝝ noſtroꝝ/ſicut ſcriptum eſt in lege: ⁊ pꝛimitiua boū noſtroꝝ ⁊ ouium noſtraꝝ vt inferantur in domū dei noſtri ſacerdotibus qui miniſtrant i domo dei noſtri. Et pꝛimitias ciboꝛum noſtroꝝ. Iuxta hebræum habetur. Et pꝛimitias paſtarū noſtrarū. In hodiernum uſq; diem ſeruare ſe aiunt iudæi hoc/ꝙ primum panem ex paſta faciunt ſingulæ domus pro ſacerdote. ⁊ libaminū noſtroꝛū. Iuxta hebræum habetur. ⁊ eleuationū noſtrarū. hoc eſt & quaruncūq; rerum quæ offerri ſolent deo. ⁊ fructꝰ omnis ligni muſti ⁊ olei afferemꝰ ſacerdotibus ad gazophylacium. Iuxta hebræū habetur. ad cellaria domus elohe noſtri. muſtum enim & oleum ad cellaria quæ erant iuxta domum dei deferebantur. ⁊ decimā terre noſtre leuitis: ⁊ ipſi leuite decimas accipient in omnibus ciuitatibus opeꝝ noſtroꝛum.

¶ Eritq; ſacerdos filiꝰ aharon cū leuitis in decima leuitaꝝ: ⁊ leuite offerent decimā decime ſue in domo dei noſtri ad gazophylaciū in domo theſauri. Legendum eſt. ad cellaria/ad domū theſauri. appoſitiue enim adiungitur domum theſauri. Eodem quoq; modo lege cum ſubditur. ad gazophylaciū enim. Legendū eſt. Quia ad cellaria deferent filij iſrael ⁊ filij leui oblationes frumēti muſti ⁊ olei. Ratio redditur loci: quia tam populus ꝙ̄ leuitæ tenentur deferre ſuas oblationes huiuſmodi rerum ad cellaria domus dei. Et ibi erunt vaſa ſanctuarij ⁊ ſacerdotes miniſtrantes ⁊ ianitoꝛes ⁊ cantoꝛes. Ratio cellariorum ibi redditur: quia ibidem uaſa ſanctuarij & ſacerdotes miniſtrantes &c. oportet manere. ⁊ miniſtri. Interpres tranſponendo hanc dictionem mutauit literā. nam iuxta hebræum tres tantum ordines ſupputantur: uidelicet cantorum/ianitorum & ſa

Digitized by Google

cerdotum miniſtrantiumad differentiam ſacerdotũ cantorum & ianitorum qui completa uice miniſterij ſui/ non morabantur in templo. pro miniſtrãtium enim uictu oportebat cellaria ibidem eſſe. ⁊ non dimittemus domũ dei nr̃i. Ratio redditur oblationis omnium pertinentium ad ſacrificia & uictũ ſacerdotum & leuitarum: uidelicet ut non relinquatur domus dei abſq; debito cultu & debitis miniſtris.

CAPVT .XI.

HAbitauerunt autem principes populi in ieruſalaim: Redit nehemias ad propoſitum de ciuitate ieruſalem parum habitata. hoc enim ꝓpoſuerat in principio capituli ſeptimi: & tanq̃ digreſſionẽ faciens/ narrauit ſcripta ab eodẽ capitulo uſq; ad hoc. reliquꝰ vero populus miſit ſortem ad tollendũ vnũ de decem ad habitandum in ieruſalaim ciuitate ſancta/ ⁊ nouem partes in ciuitatibus. Ecce modus quo multiplicata eſt habitatio in ieruſalem. Benedixit autẽ populus omnibus viris ſpontaneis ad habitandũ in ieruſalaim. Hinc apparet q; præter decimum queq; ſorte habitantem in ieruſalem/ multi fuerunt ſpontanei habitatores ieruſalem, quibus populus benedixit imprecando eis bona.

¶ Et hi ſunt principes prouincie qui habitauerũt in ieruſalaim ⁊ in ciuitatibus iehude. Duo proponuntur: uidelicet habitantes in ieruſalẽ & habitantes in urbibus iudæ. Et eſt in hoc loco iuda nomen regni. explicatur .n. q; non habitauerunt in urbibus regni iſrael/ ſed in urbibus regni iudæ. habitauerũt vnuſquiſq; in poſſeſſione ſua in ciuitatibus ſuis. Declaratur diſtributio habitationũ in regno iudæ. iſrael/ ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ nethinei ⁊ filij ſeruoꝝ ſelomonis. Quinq; ordines habitantiũ in regno iudæ diſtinguũtur: uidelicet ſacerdotes/ leuitæ/ nethinæi/ filij ſeruorum ſalomonis/ & iſrael: ſub hoc enim ultimo ordine compræhenditur reliquus populus. Et in ieruſalaim habitauerunt de filijs iehude ⁊ de filijs bin'iamin. Narrantur in ſpecie primum habitatores ieruſalem/ & deinde habitatores in regno iudæ. de filijs iehude hatha'ia filius huzzi'ie/ filij zechar'ie/ filij amar'ie/ filij ſephat'ie/ filij mahalal'el de filijs perez. Et mahaſe'ia filiꝰ baruch filij chal'choze/ filij chaza'ie/ filij hada'ie/ filij io'iarib/ filij zechar'ie/ filij ſilonitis. Omnes filij perez qui habitauerunt in ieruſalaim/ quadringenti ⁊ ſexagintaocto viri fortes. ¶ Et iſti filij bin'iamin: ſallu filius meſullam/ filij iohed/ filij peda'ie/ filij cola'ie/ filij mahaſe'ie/ filij ithiel/ filij ieſah'ie. Et poſt eum ghabbai ſallai: nongenti ⁊ vigintiocto. Et ioel filius zich'ri prepoſitus ſuper eos: ⁊ iehuda filius ſenue ſuper ciuitatem ſecundus.

¶ De ſacerdotibus: iedah'ia filius io'iarib iachin. Sera'ia filius chilci'ie filij meſullam/ filij zadoc/ filij mera'ioth/ filij achitub principis domus dei. Legendum eſt. dux domus elohim. Ad differentiam

ducis populi/ſummus ſacerdos dicitur dux domus elohim. Et fratres eoꝝ
facientes opera templi/octingenti ⁊ viginti duo. Parui refert q̄ he-
braice ſcribitur in numero ſingulari opus. officium enim ſacerdotale appellatur
opus domus dei. ⁊ bada'ia filius ierocham/filij pelal'ie/filij amzi/filij
zechar'ie/filij paſchur/filij malch'ie. Et fratres eiꝰ principes pa-
trū/ducenti ⁊ quadraginta duo: ⁊ hamaſſai filiꝰ hazar'el/filij ach'-
zai/filij meſillemoth/filij immer. Et fratres eoꝝ potentes fortitu-
dine/centum ⁊ viginti octo: ⁊ prepoſitus ſuper eos/zabdiel filius
potentiū. Non eſt uſq̃quaq̃ clarum an dictio interpretata potentium ſit no-
men proprium an appellatiuum. Et ſi eſt appellatiuū/interpretanda fuiſſet ma-
gnorum. amplectere tamen quod malueris. ¶ Et de leuitis: ſemah'ia fi-
lius chaſſub/filij hazricam/filij chaſab'ie/filij bunni. Et ſabbethai
⁊ iozabad ſuper omnia opera que erant forinſecus in domo dei.
Iuxta hebræum habetur. ſuper opꝰ extrinſecū domui elohim/ex prin-
cipibꝰ leuitaꝝ. Narratur q̄ iſti erant in ordine principum inter leuitas: & of-
ficium eorum erat ſuper externa pertinentia ad domum dei. Externa autem in-
telligo ea quæ extra ſepta ambitus domus dei erant/ſiue eſſent in ieruſalem ſiue
alibi. Et matthan'ia filius miche/filij zabdi/filij aſaph princeps ad
laudandum ⁊ cōfitendū ī oratione/⁊ bacbuc'ia ſecundꝰ de fratri-
bꝰ eiꝰ. Et habda filiꝰ ſammuah/filij ghalal/filij iedutun. Oēs le-
uite in ciuitate ſancta/ducenti ⁊ octoginta quattuor. ¶ Et iani-
tores/haccub talmon ⁊ fratres eoꝝ cuſtodes ī portis: centū ⁊ ſe-
ptuaginta duo. Et reliquū iſraelis/ſacerdotū ⁊ leuitaꝝ in omni-
bꝰ ciuitatibꝰ iehude: vnuſq́ſq; in hereditate ſua. Et nethinei q̄
habitabant in hophel: ⁊ zicha ⁊ ghiſpa de nethineis. Legendū eſt.
ſuper nethineos. narrantur enim præpoſiti nethinæis.

¶ Et epiſcopꝰ. Legendum eſſet. Et prepoſitꝰ leuitaꝝ in ieruſalaim:
quāuis quæſtio de nominibus/paruipendenda ſit. huzzi filiꝰ bani/filij cha-
ſab'ie/filij matthan'ie/filij miche: de filijs aſaph cantores in mini-
ſterio domus dei. Iuxta hebræum habetur. cantores e regione operis
domꝰ elohim. Modus quo diſtributi erant cantores (uidelicet e regione ſein-
uicem ſpectantes/ut hodie in eccleſiis chorus cōtra chorum ordinatur) narratur.
& nomine operis ipſe cantus ſignificatur. Preceptū enim regis. perſarum
deuoti ſummo deo. ſuper eos erat. ut cultus diuinus perſolueretur integre cū
cantoribus conſuetis. ⁊ ordo in cantoribꝰ per dies ſingulos. Iuxta he-
bræum habetur. ⁊ fidelitas ſuper cantores res diei in die ſua. Ex par-
te regis erat præcæptum/ex parte cantorum erat fidelitas ut quolibet die offici-
um perſoluerent quod illa die ſolitum erat exhiberi. Et pethach'ia. Nomen
eſt uiri de tribu iudæ. filiꝰ meſezab'el de filijs zerach filij iehude in ma-
nu regis iuxta omne verbum populi. Iuxta hebræum habetur. ad ma-
num regis ad omnem rem populi. Miniſter regius erat iſte: & propterea
ad manum, hoc eſt ad opera regis perſarum exhibenda/non ad ea dūtaxat quæ

Digitized by Google

ordinata fuerãt a rege perſarum pro domo dei ſed etiam ad omnem rem populi; Superior tamen eo erat nehemias: nam ille miniſter/iſte dux erat.

¶Et in domibꝰ per omnes regiones eoꝝ. Iuxta hebræum habetur. Et ad villas i agris ſuis: de filijs iehude habitauerũt in cir'iath' arbah ꝛ in filiabꝰ eiꝰ/ꝛ in iecabzeel ꝛ villis eiꝰ. Et in ieſuah ꝛ in molada ꝛ in beth'pelet. Et in chazar'ſuhal ꝛ in beerſebah ꝛ in filiabꝰ eiꝰ. Et in zic'lag ꝛ in mechona ꝛ in filiabꝰ eiꝰ. Et i ben'rimmon ꝛ in zor'ha ꝛ in iarmuth. Zanoach/hadullam ꝛ villis eaꝝ/lachis ꝛ agris eiꝰ/hazeca ꝛ filiabꝰ eius: ꝛ manſerũt in beerſebah vſqꝫ ad vallem hinnom. ¶ Filij ãt bin'iamin: i mighabah/michmas ꝛ ha'ia ꝛ beth'el ꝛ filiabus eius. Hanathoth/nod/hanan'ia. Chazor/rama/ghitthaim. Chadid/zebohim/neballat. Lod ꝛ ono valle artificũ. Et de leuitis/diuiſiones iehude in bin'iamin. Narratis pertinentibus ad ieruſalem/narrantur in hoc reſiduo capituli habitatores extra ieruſalem: primo filij iudæ/deinde filij beniamin: de ſacerdotibus.n. & leuitis & nethinæis prenarratum erat.

CAPVT .XII.

HJ ſunt autem ſacerdotes ꝛ leuite qui aſcenderũt cũ zerubabel filio ſealthiel ꝛ ieſuah: ſera'ia/ijrme'ia/hezra. Non eſt iſte hezdras ſcriba deſcriptus primi hezdræ.7.ut patet ex duobus. primum ex eo ꝙ zorobabel aſcendit in ieruſalem tempore cyri regis perſarum circa principium regni eius: hezdras autem ſcriba aſcendit poſt ædificatum templum longe poſt aſcenſum zorobabel/ut in eodem capitulo ſcribitur collato præcedenti capitulo. ſecũdo quia hezdras ſcriba nominatur in hoc libro/cognominando eum ſcribam: ut in hoc eodem capitulo pluries apparet: iſte autem non cognominatur ſcriba/ſed abſolute nominatur hezdras. ex hoc enim ꝙ in hoc eodem capitulo ille ſæpe repetitur hezdras ſcriba/iſte autem qui uenit cum zorobabel abſolute nominatur hezdras, intelligendum relinquitur ꝙ ad differentiã hezdræ ſcribæ nominatur iſte hezdras abſolute. Amar'ia/malluch/chattus. Sechan'ia/rechum/meremoth. Hiddo/ghinnethoi/abi'ia. Mi'iamin/mahad'ia/bilgha. Semah'ia ꝛ io'iarib/iedah'ia. Sallu/hamoc/chilci'ia/iedah'ia: iſti principes ſacerdotũ ꝛ fratres eoꝝ in diebꝰ ieſuah.

¶Et leuite: ieſuah/binnui/cadmiel/ſereb'ia/iehuda/matthan'ia: ſuper hymnos ipſi ꝛ fratres eoꝝ. Et bacbuc'ia ꝛ hunni fratres eoꝝ vnuſqſqꝫ i officio ſuo. Iuxta hebræum habetur. e regione eorũ i cuſtodijs. Ordo deſcribitur inter iſtos leuitas in cuſtodijs quas exercebant in domo dei. Et ieſuah genuit io'iacim: io'iacim autem genuit el'iaſib/ꝛ el'iaſib genuit io'iadah. Jo'iadah autem genuit ionathan: ꝛ ionathan genuit iadduah. Jn diebus autem io'iacim erant ſacerdotes principes familiarum: ſera'ie mera'ia/ijrme'ie chanan'ia.

Hezre meſullam/amar'ie iehochanan. Melichu ionathan/ſeban'
ie ioſeph. Charim hadna/mera'ioth chelcai. Hiddo zechar'ia/
ginnethon meſullam. Abi'ie zich'ri: min'iamin/mohad'ie piltai:
Bilghe ſammuah/ſemah'ie iehonathan. Io'iarib matthenai/ie-
dah'ie huzzi. Sallai callai/hamoc heber. Chilci'ie chaſab'ia/ie-
dah'ie nethan'el. Leuite i diebus el'iaſib io'iadah ⁊ iochanan
⁊ iadduah/ſcripti principes familiaꝝ: ⁊ ſacerdotes in regno da-
rij perſe. Filij leui principes familiaꝝ ſcripti in libro verboꝝ die-
ru: ⁊ vſq; ad dies iochanan filij el'iaſib. Liber paralipomenon citatur:
ſed quæſtio oritur quo pacto poteſt uerificari ꝙ in libro paralipomenon ſcripti
fuerint leuitæ iſti a diebus el'iaſib nepotis ieſuah primi ſummi ſacerdotis poſt re-
ditum ex captiuitate uſq; ad tempus iochanan filij el'iaſib: quoniam liber para-
lipomenon nō ſe extendit ultra principium regni cyri perſarum regis. Solutio eſt
ꝙ ad literam citatur liber paralipomenon alter: hoc eſt qui uocabatur etiam uer-
ba dierum/in quo ſcripta erant uerba dierum poſt captiuitatem: ſed illo libro ca-
remus/ſicut & multis alijs libris prophetarum. Et principes leuitaꝝ cha-
ſab'ia/ſereb'ia ⁊ ieſuah filius cadmiel ⁊ fratres eoꝝ e regione eoꝝ
vt laudarent ⁊ confiterentur iuxta preceptū dauid viri dei. No-
men eſt elohim. ⁊ obſeruarent eque per ordinem. Iuxta hebræum habe-
tur. cuſtodia e regione cuſtodie. Diſpoſitio cuſtodiaꝝ deſcribitur ut cho-
rus contra chorum. Matthan'ia ⁊ bacbuc'ia/hobad'ia/meſullā/tal-
mon/haccub: cuſtodes ianitores cuſtodie in liminibus portarū.
Hi i diebus io'iacim filij ieſuah filij iozadac: ⁊ i diebus nechem'ie
ducis/⁊ hezre ſacerdotis ſcribe.

In dedicatione autem muri ieruſalaim requiſierunt leuitas de
omnibus locis eorum vt adducerent eos in ieruſalaim: ad fa-
ciendū dedicationem ⁊ letitiam in confeſſione ⁊ cantu/in cymba-
lis pſalterijs ⁊ citharis. Non ſignificatur cōſecratio muri/ſed ſolēnitas ce-
lebrata perfectis muris tanꝗ; in initio utendi muris perfectis: quemadmodum
dedicatio domus nouæ appellatur initium utendi ea cum ſolēnitate factum ad-
hibitis eccleſiæ miniſtris ad benedicendū eam & ad laudandum deum: dictio. n.
interpretata dedicatio/ſonat principium utendi re noua. Et quamuis ſimilis ſo-
lēnitas nō legatur adhibita nouis muris ieruſalem perfectis tempore regū daui-
dis/ſalomōis &c. nehemias tñ adhibuit illā eo ꝙ tāꝗ; miraculoſe reſuſcitata ui-
debatur ieruſalem ſub regibus ethnicis. Cōgregatiq; ſunt filij cantorū:
⁊ de cāpeſtribus circa ieruſalaim/⁊ de villis netophathi. Et de
domo ghilghal ⁊ de agris ghebah ⁊ hazmaueth: quoniam vil-
las edificauerunt ſibi cantores i circumitu ieruſalaim. Et mun-
dati ſunt ſacerdotes ⁊ leuite. ſecundum ritum legis ad exercendum officia
ſua. ⁊ mundauerunt populum ⁊ portas ⁊ murum. populum quidem
mundicia legali/puta aqua expiationis: portas autem & murum tum purgan-
do a ſordibus tum prædicta expiationis aqua. ad hoc enim inſinuandum mun-

dationi

dationi populi iungitur mundatio portarum & muri ſub eadem oratione.
¶Aſcendere autem feci principes iehude ſuper murum: ⁊ ſta-
tui duos choros magnos / ⁊ ierunt ad dexteram ſuper murum
ad portam ſtercoris. Et iuit poſt eos hoſah'ia ⁊ dimidium prin-
cipum iehude. Et hazar'ia/hezra ⁊ meſullam. Iehuda ⁊ bin'ia-
min / ⁊ ſemah'ia ⁊ iirme'ia. Et de filijs ſacerdotum cũ tubis: ze-
char'ia filius ionathan filij ſemah'ie/filij mathan'ie/filij mica'ie
filij zacchur/filij aſaph. Et fratres eius ſemeia ⁊ hazarel. Iuxta he
bræũ habetur. ſemah'ia ⁊ hezra/milalai/ghilalai/mahai/nethan'el/
iehuda ⁊ chanani cũ inſtrumentis muſicis dauid viri dei. Quod
ideo annotauerim ut hinc clare uideatur multos fuiſſe tunc ibi hezdras: nam in
hoc eodem contextu narratur iſte hezdras inter alios cum inſtrumentis muſicis
dauid uiri elohim./ & ſimul nominatur alter hezdras inter eos dicendo. ⁊ hez-
ra ſcriba ante eos. Vt enim prædiximus, ad differentiam aliorum hezdra-
rum ſemper cognominatur hezdras ſcriba / ille hezdras illuſtris. Nec ſis adeo
rudis ut intelligas illamet inſtrumenta muſica quæ fecerat dauid affuiſſe tunc/
ſed ſimilia ijs quæ ordinauerat dauid. In porta fontis. Iuxta hebræum
habetur. Et ſuper portam fontis ⁊ contra eos aſcenderunt ſuper
gradus ciuitatis dauid in aſcenſu ad murum: de ſuper domum
dauid ⁊ vſq; ad portam aquarum ad orientem. Aduerte prudens
lector ꝙ niſi uerbum aſcenderunt conſtruatur cum nominatiuo & fratres eius/
nulla habetur conſtructio literæ: nam ſic etiam iacet in hebræo. Conſequenter
autem dicendo & contra eos aſcenderunt, pronomen eos demonſtrat illos qui
aſcenderant ſuper murum. Et eſt ſenſus ꝙ iſti qui uocantur fratres ſacerdotum
ſeu aſaph/non aſcenderunt ſuper eundem murum primi chori, ſed ſuper portam
fontis aſcenderunt ſuper gradus montis ſion in aſcenſu ad murum a ſuper domũ
dauidis uſq; ad portam aquarum ad orientem. Ita ꝙ iſti ſupputantur cum pri-
mo choro / contra eos tamen euntes per murum ciuitatis dauid. quemadmo-
dum enim mons ſion ciuitas dauid murum habebat proprium, ita par fuit ut nõ
deeſſent celebratores peculiariter muri illius: & iſti (ut dictum eſt) annectuntur
primo choro. Et chorus ſecundus. ſimilis primo laudando deum. ibat
ex aduerſo/⁊ ego poſt eum. chorũ ſacerdotum & leuitarum. ⁊ media
pars populi. poſt me. altera enim medietas ſequebatur primum chorum.
ſuper murum. Locus ſuper quem gradiebatur tam chorus ſacerdotum & le-
uitarum q̃ dux cum media parte populi narratur murus. ⁊ ſuper turrim fur
norum. hebraice habetur. a ſuper turrim furnorum ⁊ vſq; ad mu-
rum latũ. Et a ſuper portã eph'raim ⁊ ſuper portã antiquã ⁊ ſup
portã piſciũ ⁊ turrim chanan'el ⁊ turrim meah/⁊ vſq; ad portã
ouiũ. deſcribit̃ ſiqdẽ extenſio muri ſuper quẽ gradiebãtur per turres & portas.
ſteteruntq; in porta cuſtodie. Et ſteterunt duo chori in domo
dei. Nomen eſt elohim. Terminus communis ad quem peruenit uterq; chorus/

templum fuit. ⁊ ego / ⁊ dimidia pars magiſtratuum mecum. Supplet quod omiſerat. dixerat enim ꝙ ipſe ſequebatur ſecundum chorum cum media parte populi: ſupplet modo ꝙ etiam ſecum erat media pars magiſtratuum: ut hinc intelligamus ꝙ altera medietas magiſtratuum erat cum primo choro. Et ſacerdotes (el'iacim mahaſe'ia min'iamin micha'ia el'iohenai zechar'ia chanan'ia) cum tubis. Et mahaſe'ia ⁊ ſemah'ia ⁊ elhazar ⁊ huzzi ⁊ iehochanan ⁊ malchi'ia ⁊ helam ⁊ hezer: ⁊ audire fecerunt cantores / ⁊ iſzrach'ia prepoſitus. Immolaueruntq; in die illa victimas magnas ⁊ letati ſunt / deus enim letificauerat eos letitia magna. Nomen eſt elohim. ⁊ etiam vxores eorum ⁊ liberi letati ſunt: ⁊ audita eſt letitia ieruſalaim vſq; in longinquum.

¶ Recenſuerunt quoq; in die illa viros ſuper gazophylacia theſauri ad libamina ⁊ ad primitias ⁊ ad decimas / vt introferrent per eos principes ciuitatis in decore gratiarumactiones ſacerdotes ⁊ leuitas. Iuxta hebræum hebræum habetur. Et fuerunt ordinati in die illo viri ſuper cellaria ad theſauros ad oblationes ad primitias ⁊ ad decimas / ad coaceruandum in eis per agros ciuitatum partes legis ſacerdotibus ⁊ leuitis. Sic corrigenda eſt tota iſta clauſula / aliter ſcripta in uulgata æditione. Et eſt ſenſus planus ꝙ tūc conſtituti ſunt uiri ad congregandum omnia hæc quæ ſecundum legem ſunt partes debitæ ſacerdotibus & leuitis pro eorum uictu. quia letificatus eſt iehuda in ſacerdotibus ⁊ leuitis aſtantibus. Lætitia populi uidentis ſacerdotes & leuitas cum tanto ordine decore & deuotione diuinis uacare laudibus / redditur pro ratione prædicti ordinis. Et cuſtodierunt cuſtodiā dei ſui: Tria in ſpecie bona officia ſacerdotum & leuitarum cōmemorantur. primum erga deum ꝙ cuſtodierūt cuſtodiam dei ſui / perſoluendo debitis tēporibus ac debito modo ſacrificia cum laude diuina. ſecundum erga populum ſubiungendo. ⁊ cuſtodiam expiatiationis. orando & expiando populum iuxta morem legis. ⁊ cantores ⁊ ianitores iuxta preceptum dauid ⁊ ſelomonis filij eius. Tertium eſt circa ordinem leuitarum quo ad præcipua officia cantorum & ianitorum ſecundum ſtatutum dauidis & ſalomonis. Quia in diebus dauid ⁊ aſaph ab exordio: erant conſtituti principes cantorum in carmine laudantium ⁊ confitentium deo. Iuxta hebræum habetur. principes cantorum ⁊ cantus laudis ⁊ confeſſionis ad elohim. Principes cantorum a tempore dauidis & aſaph erant ſuper hæc tria: uidelicet cantum / laudem & confeſſionem. & cantus quidem pertinet ad ipſam muſicam: laus autem & confeſſio ad hymnos qui cantabātur uel pro ſimplici laude dei / uel pro gratiarumactione ob beneficia recæpta. Et tot⁹ iſrael in diebus zerubabel ⁊ in diebus nechem'ie dabat partes cantorum ⁊ ianitorum per dies ſingulos. Iuxta hebræum habetur.

Digitized by Google

rem diei in die ſuo. Et eſt ſenſus ꝙ tempore debito tribuebant quod debe-
bant: triticum tempore meſsis/muſtum tempore uindemiæ/& ſic de alijs. ⁊ ſan-
ctificabāt leuitas. hoc ē tractabant leuitas ut ſanctos/ut dicatos diuinis mi-
niſterijs, dando eis decimas ut poſſent diuinis uacare. Et ſimili ſenſu intellige ꝙ
leuitæ ſanctificabāt ſacerdotes filios aharon: dabant enim decimā decimæ leuitæ
ſacerdotibus. ⁊ leuite ſanctificabant filios aharon.

CAPVT .XIII.

IN die autem illo lectum eſt in libro moſis in auribus
populi. Non ſolum uacauerunt diuinis laudibus in dedicatione
i muri ſed etiam diuinæ legis lectioni: & propterea dicitur ꝙ in illo
die lectum eſt in libro moſis. ⁊ inuentum eſt ſcriptum in eo.
deute. ca. 23. ꝙ non ingrediatur hammonita ⁊ moabi-
ta in eccleſiam dei vſqȝ in eternum. Nomen eſt elohim: & ut declara-
uimus ibidem / eccleſia ſeu congregatio elohim ſignificat in propoſito collegi-
um patrum gubernantium ciuitatem. Eo ꝙ non occurrerint. Hebrai-
ce habetur. Quia non preuenerunt filios iſrael cum pane ⁊ aqua:
quod & ibidem declaratum eſt. ⁊ conduxerunt. Iuxta hebræum habetur:
⁊ conduxit contra eum bilham ad maledicendum ei/⁊ conuertit
deus noſter maledictionem in benedictionem. De rege enim moab
legitur nu. 22. ꝙ conduxit balaham: nullaqȝ fit ibi mentio hammonitarum cir-
ca illam conductionem. ¶ Factum eſt autem cum audiſſent legem,
ſeparauerunt omnem alienigenam. Iuxta hebræum habetur. omnem
mixturam ab iſrael. Et eſt ſermo de mixtura prohibita in lege: hoc eſt de
mixtura ad regendum & gubernandum. ſeparati ſiquidem ſunt proſelyti ex ge-
nere hāmonitarum & moabitarum a concilijs ciuitatum. Et ſup hoc erat:
Iuxta hebræum habetur. Et ante hoc el'iaſib ſacerdos prepoſitus in
cellario domus elohe noſtri, propinquus tobi'ie. Narratur ꝙ an-
te huiuſmodi ſeparationē/el'iaſib ſummus ſacerdos (fuit enim nepos ieſuæ pri-
mi poſt reditum ex captiuitate pontificis) erat præfectus cellarijs domus dei:
& erat propinquus propinquitate affinitatis tobiæ hammonitæ. ita ꝙ offici-
um hoc habuerat el'iaſib ante huiuſmodi ſeparationem. Fecit ergo ſibi ga-
zophylacium. Iuxra hebræum habetur. Et fecit ei cellarium gran-
de. Nō ꝙ ædificauerit tobiæ cellarium magnum, ſed quia dedit ei uſum cellarij
magni quod erat cellarium rerum leuitarum & ſacerdotum: hunc enim ſenſum
manifeſtant ſubiuncta. ⁊ ibi erant ante eum reponentes munera ⁊
thus ⁊ vaſa ⁊ decimam frumenti vini ⁊ olei / partes leuitarum
⁊ cantorum ⁊ ianitorum ⁊ primitias ſacerdotales. Iuxta hebræ-
um habetur. ⁊ ibi erant ante ponentes munus thus ⁊ vaſa ⁊ de-
cimam frumenti muſti ⁊ olei / iuſſionem leuitarum ⁊ canto-
rum ⁊ ianitorum / ⁊ eleuationem ſacerdotum. Manifeſte deſcri-

bitur ꝙ eliaſib abſtulit cellarium grande ſacerdotibus & leuitis, qui in eo re-
condebant thus & ſimilam & uaſa ſeu inſtrumenta opportuna & decimas
iuſſas in lege pro leuitis & cantoribus &c. & eleuationem: hoc eſt res obla-
tas a populo quas eleuabant ſacerdotes offerendo deo. peccatum itaqꝫ eliaſib
deſcribitur.

¶In omnibus autem his. Juxta hebraũ hr̃. Et in omni hoc nõ fui
in ieruſalaim: quia in anno trigeſimoſecundo artaxerxis regis
babel veni ad regem. Pronomen hoc demonſtrat peccatum eliaſib utrunqꝫ:
uidelicet & affinitatis cum tobia / & ablationis cellarij a ſacerdotibus & leuitis
ad uſum tobiæ. Abſentiam autem ſuam declarat nehemias/ad inſinuandum ꝙ
ipſo præſente non auſus fuiſſet eliaſib facere talia. ⁊ in fine dierum poſtu-
laui a rege. Aut regis ſenectutẽ aut propriam ſignificat per finem dierum.
Et veni in ieruſalaim: ⁊ intellexi malum quod fecerat eliaſib to-
biæ. ſubaudi eſſe: hoc eſt & intellexi malum culpæ eſſe quod fecerat eliaſib to-
biæ. faciendo ei cellarium in veſtibulis domus dei. Nomen eſt elo-
him. Et hæc eſt altera ratio mali: nam non ſolum ſacerdotibus & leuitis iniu-
riatus eſt eliaſib ſed etiã deo: eo ꝙ in atrijs domus dei erant cellaria illa / & pro-
pterea non debebant ethnicis cõcedi. Et malum mihi viſum eſt valde:
⁊ proieci omnia vaſa domus tobiæ foras. Appellatione uaſorum in-
tellige hebraico more quæcunqꝫ tũ uaſa tum inſtrumenta operũ. De gazophy-
lacio. Iam pluries dictum eſt cellarium ſignificari. Præcepiqꝫ ⁊ mũdaue-
runt gazophylacium. Iuxta hebræum habetur. ⁊ mũdauerũt cellaria:
Quod ideo annotauerim ut percipiatur multa fuiſſe cellaria uſurpata ab eliaſib
pro tobia. ⁊ retuli ibi vaſa dom⁹ dei/ſacrificiũ. pro. illuc vaſa dom⁹
elohim/mun⁹ ⁊ thus. quæ prius ibidem fuerant.

¶Et cognoui ꝙ partes leuitarum non fuiſſent eis date. Aliud
narratur malum perpetratũ in abſentia ipſius nehemiæ. ⁊ ꝙ fugiſſent vnuſ-
quiſqꝫ in regionem ſuam. Iuxta hebræum habetur. ad agrum ſuum:
priuati enim publicis alimentis/ ad quærendum ſibiipſis uictum proprijs labo-
ribus ac induſtrijs ſeu artibus tanqꝫ fugientes iuerunt. De leuitis ⁊ canto-
ribus ⁊ de ijs qui miniſtrabant. Legendum eſt. leuite ⁊ cantores fa-
cientes opus. ſignificantur enim leuitæ facientes opera officiorum ſuorum
in domo dei. Et obiurgaui magiſtratus ⁊ dixi, quare dereliqui-
mus. Iuxta hebræum habetur. quare derelicta eſt domus elohim?
nec ſunt interrogantis ſed increpantis uerba. ⁊ congregaui eos. leuitas.
⁊ feci ſtare eos in ſtationibus ſuis. Et totus iehuda appor-
tabat decimam frumenti vini ⁊ olei in horrea. Et conſtitui ſu-
per horrea. Communius eſt nomen apud hebræos: nam utrobiqꝫ theſauri
nomen habetur. ſelemiam ſacerdotem ⁊ zadoc ſcribam ⁊ pedaiam
de leuitis / ⁊ ſuper manum eorum chanan filium zacchur filij
matthaniæ: quoniam fideles comprobati ſunt / ⁊ ipſis credite
ſunt partes fratrum eoꝝ. Memento mei de⁹ me⁹ ſuper hoc: ⁊ ne

Digitized by Google

deleas miſerationes meas. Iuxta hebræum habetur. gratias meas quas feci in domo dei mei. Beneficia impenſa domui dei (tum reuocando cellaria eius ad uſum ſacerdotum & leuitarum / tum congregando leuitas fugatos a domo dei/tum efficiendo ꝙ populus offerret decimas/tum ordinando theſaurarios fideles ad diſtribuendum miniſtris templi) appellat gratias ſuas/eo ꝙ gratuito animo hæc fecerit. ⁊ in cerimonijs eius. Iuxta hebræum habetur. ⁊ in cuſtodijs eius. Et appellat cuſtodias ordinatam diſpoſitionem miniſtrorum domus dei ad exercendum officia ſua tempore debito.

¶ In diebus illis vidi in iehuda. Non dicit iudæos/ tanq̄ iudæi non per ſeipſos ſed per alienigenas hæc exercerent in ſabbatis. Tertium malum quod inoleuerat abſente ipſo narratur: uidelicet uiolatio ſabbati multipliciter. calcantes toꝛcularia in ſabbato ⁊ poꝛtantes aceruos. Appellantur aceruí multitudo faſcium coadunata: ſed materia faſcium tempore uindemiæ non explicatur. ⁊ onerantes ſuper aſinos vinum ⁊ vuas ⁊ ficus ⁊ omne onus ⁊ afferentes in ieruſalaim in die ſabbati: ⁊ conteſtatus ſum vt in die qua vendere liceret venderent. Hinc apparet ꝙ huiuſmodi uiolatio oriebatur a uenditoribus/ita ꝙ res iſtas afferebant in ieruſalem uenales. Et tyrij habitauerunt in ea. ieruſalem. afferentes piſces ⁊ omnia venalia: ⁊ vendebant in ſabbato filijs iehude ⁊ in ieruſalaim. Ad explicandum illos qui erant uenditores/adiunctum eſt ꝙ erant tyrij: ut per hoc intelligamus ſupradictos uiolatores ſabbati non fuiſſe iudæos ſed alienigenas dicendo ꝙ afferebant omnia uenalia/iudæos autem peccaſſe emendo in ſabbato. Et obiurgaui optimates iehude. utpote conſentientes uiolationi ſabbati. ⁊ dixi eis / que eſt hec res mala quam vos facitis ⁊ pꝛophanatis diem ſabbati? Nonne ſic fecerunt patres noſtri, ⁊ adduxit deus noſter ſuper nos omne malum hoc ⁊ ſuper ciuitatem hanc? ⁊ vos additis iracundiam ſuper iſrael/ violando ſabbatum. Factum eſt itaqꝫ cum quieuiſſent poꝛte ieruſalem die ſabbati. Iuxta hebræum habetur. Et fuit enim obumbꝛarentur poꝛte ieruſalaim ante ſabbatum. Remedium ab ipſo nehemia adhibitum ne uiolaretur ſabbatum deſcribitur: uidelicet ꝙ in die immediate præcedente ſabbatum cum portæ ieruſalem obumbrarentur/hoc eſt eſſent ſine ſole: occaſus enim ſolis ſignificatur. ⁊ dixi ⁊ clauſerūt ianuas/⁊ dixi vt non apirent eas vſqꝫ poſt ſabbatū: ⁊ de pueris meis conſtitui ſuper poꝛtas / vt nullus inferret onus in die ſabbati. Quia ſabbatum a ueſpera incipiebat, ideo a ueſpera uſqꝫ ad ueſperam iuſsit clauſas manere ianuas ciuitatis / ut ſic non poſſent inferre in ieruſalem res uenales. Et manſerunt negociatoꝛes. Iuxta hebræum habetur. Et iacuerunt aromatarij ⁊ venditoꝛes omnis venalis extra ieruſalaim ſemel ⁊ iterum. ad tentandum ſi exirent ad eos emptores. Et conteſtatus ſum eis ⁊ dixi ad eos/quare manetis ex aduerſo muri? ſi ſecundo hoc feceritis. Legendum eſt. ſi iterraueritis. iam enim dictum eſt ꝙ ſecun-

do hoc fecerant. manum mittam in vos: a tempore illo non venerunt in ſabbato. Dixiq; leuitis vt mundarentur ⁊ venirent ad cuſtodiendas portas ⁊ ſanctificandam diem ſabbati. In principio reſiſtentiæ appoſuit nehemias aliquos de familia ſua ad cuſtodiam portarum: ordinauit tamen ut leuitis incumberet cura cuſtodiendi portas in die ſabbati ne uiolaretur ſabbatum inferendo onera & uenalia: & quia hoc officium erat diuinum (utpote ad obſeruationem ſabbati relatum) ideo leuitas mundari iuſſit ad exercendum officium hoc. etiam huius recordare mihi deus meus / ⁊ parce mihi ſecũdum multitudinem miſericordiarum tuarum. Hebraice habetur. ⁊ miſerere mei ſecundum multitudinem gratie tue. Quamuis proponat coram deo bona opera quæ ipſe nehemias fecit, nõ tamẽ cõfidere ſe in eis ſed in diuina gratia ac miſericordia ꝓfitetur.

¶ Etiam in diebus illis. Quartum malum multiplicatum in abſentia ipſius nehemiæ deſcribitur. Vidi iebudeos ducentes vxores. Iuxta hebræum habetur. qui fecerũt habitare feminas aſdodithidas / hammonithidas / moabithidas. Non narratur præſens ſed præteritum crimen / non alienigenarum ſed iudæorum qui duxerant uxores alienigenas. Et filij eoꝝ pro dimidia parte loquebãtur aſdodithice: ⁊ neſciebant loqui iebudaice / ſed ſecundum linguam populi ⁊ populi. Obiurgauiq; eos ⁊ maledixi eis / ⁊ cecidi ex ipſis viros. Non ſolum uerbis ſ; factis caſtigauit eos. ⁊ decaluaui eos. Iuxta hebræũ hr̃. ⁊ pilos euulſi eis. Non ſolũ ꝑcuſſit / ſed ẽt afflixit euulſione piloꝝ. ⁊ adiuraui eos ĩ deo. Nomẽ ẽ elohim. Vt nõ darent filias ſuas filijs eoꝝ / ⁊ nõ acciperẽt de filiabꝰ eoꝝ filijs ſuis ⁊ ſibijpſis. Puniuit facta & prouidit adiuratione ne iterum fierent. Nonne propter iſtas peccauit ſelomo rex iſrael? ⁊ in gentibus multis non erat rex ſimilis ei / ⁊ dilectus deo ſuo erat / ⁊ poſuit eum deus regem ſuper totum iſrael. Nomen eſt elohim. etiã ipſum peccare fecerũt mulieres alienigene. An ⁊ nos inobedientes faciemus omne malum magnum hoc vt preuaricemur in deum noſtrum / ducendo vxores alienigenas? De filijs autem io'iadab filij el'iaſib ſacerdotis magni / gener erat ſanballat choronite. Inter eos qui duxerant alienigenas uxores cõmemoratur in ſpecie unus ſacerdos magnæ authoritatis / eo ꝙ erat unus ex filijs io'iadæ filij el'iaſib pontificis: & hic innominatus erat gener ſanballat choronitæ. quem fugaui a me. Ecce punitio ſacerdotis. Recordare domine deus meus. Iuxta hebræum habetur. Recordare eorum elohe mi. Quia non ualebat punire ſacerdotem nepotem pontificis quantum merebatur, ideo punitionem eorum commendat deo ſupremo iudici. contra eos qui polluũt ſacerdotium / iuſq; ſacerdotale ⁊ leuiticum. Legendum eſt. ⁊ pactum ſacerdotij ⁊ leuitarum. Iſti enim cum el'iaſib polluerunt pactum ſacerdotum & leuitarum: ut in principio huius capituli tractatum eſt. Igitur mundaui eos. Iuxta hebræum habetur. Et mundaui eos ab omni alienigena. Præcedentia

& ſubſequentia teſtantur q̀ pronomen eos demonſtrat ſacerdotes & leuitas. Modus autem quo mundauit non eſt ſcriptus: an uidelicet per diuortia/an per eiectionem a miniſterio templi quemadmodum dixit de nepote pontificis. ⁊ cõſtitui ordines. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſtatui cuſtodias. hoc eſt ordinatas diſpoſitiones uicibus & temporibus alternis. ſacerdotibus ⁊ leuitis vnicuiqꝫ in opere ſuo. Et oblationi lignorum in temporibus conſtitutis ⁊ primitijs. Statuiſſe ſe cuſtodias dicit quo ad tria. primũ quo ad ſacerdotum & leuitarũ officia: ſecundum quo ad oblationem lignorum pro iugi igne altaris/pro qua iactæ fuerant ſortes ut ſcriptum eſt in capitulo.10. tertium quo ad primitias quæ debebant ſacerdotibus. Et appellatione primitiarum intellige alia ſimilia. memento mei elohe mi in bonum. Terminat librum ſupplicando deo iudici ſummo ut memor ſit eius in diſtributione bonorum, faciendo ipſum participem ſummi boni/donando cum bono quod eſt uere bonum/quod eſt beatitudo æterna. Et ſic finitur liber nehemiæ.

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XYSTI/IN librum eſter commentarij.

In diebꝰ aſſueri. Iuxta hebræũ hr̃. Et fuit ĩ diebꝰ achas'ueros: ipſe achas'ueros imperans ab idia ⁊ vſqꝫ ad ethiopiã/centũ ⁊ vigintiſeptem prouincijs. Ioſephus in.xi.antiquitatum dicit regem hunc fuiſſe filium xerxis/& proprio nomine uocatum cyrum: ita q̀ fuit alter cyrus, ſed a græcis nuncupatus artaxerxes/ab hebræis autem (ut hic apparet) nũcupatus achaſueros. Quare autem repetatur illius nomen/libenter diſcerem. In diebus illis quando ſedit rex achas'ueros in ſolio regni ſui. Quia tempora xerxis patris aſſueri fuerant conturbata (ut hiſtoriæ tradunt) ideo dicitur quando ſedit (hoc eſt quieuit) in ſolio pacifice. ſuſã ciuitas regni eius exordium fuit. Iuxta hebræum habetur. quod in ſuſan palatio. Solium regium in palatio ſuſan narratur. In anno tertio regni ſui fecit conuiuium omnibus principibus ⁊ ſeruis ſuis: fortiſſimis perſarum ⁊ medorum/inclytis ⁊ præfectis prouinciarũ. Iuxta hebræum habetur. ducibus ⁊ principibus prouinciarum ante ſe. Ita q̀ legendum eſt fortibus perſarum & medorum: & ibi fiat pũctus/& ſubiungatur ducibus & principibus &c. Ut oſtenderet diuitias gloriæ. Le-

gendum eſt. honoris regni ſui. diuitias ſiquidem honoris regni ſui oſtentabat. ac magnitudinem atqꝫ iactantiam potentie ſue. Iuxta hebræum habet. ⁊ delitias glorie magnitudinis ſue. Diuitias ac delitias iactaturus/ conuiuium fecit. multo tempore / centum videlicet ⁊ octoginta diebus. qui conſurgunt in menſes ſex: alijs primo menſe / alijs ſecundo menſe &c. uenientibus.

¶ Cumqꝫ implerentur dies iſti, fecit rex toti populo inuento in ſuſan a magno vſqꝫ ad paruum / conuiuium ſeptem diebus: in veſtibulo horti ⁊ nemoris quod regio cultu ⁊ manu ꝯſitũ erat. Iuxta hebræum habetur. in atrio horti palatij regis. Ita ꝙ nihil dicitur de nemore: ſed locus conuiuij dicitur atrium horti palatij regis. Et pendebant ex omni parte tentoria. Interpres hoc addidit: quia hebraica litera mutila eſt. nam poſt illa uerba palatij regis/ immediate ſubiungitur. Album viride ⁊ aereũ tentũ in funib⁹ byſſi ⁊ purpure/ ſuper circulos argenti ⁊ columnis marmoris. Sic iacet in hebræo: & proculdubio ſignificantur aulea talium colorum: ſcꝫ albi uiridis & aerei/ pendentia funibus byſſi & purpuræ &c. lectiqꝫ aurei ⁊ argentei ſup pauimentũ ſmaragdino ⁊ pario ſtratum lapide diſpoſiti erant/ quod mira varietate pictura decorabat. Iuxta hebræum habetur. ſuper pauimentum porphyretis ⁊ marmoris ⁊ parij ⁊ precioſi. Quattuor lapidum genera in pauimento cõmemorantur/ nec aliud de pauimento ſcribitur: quartum tamen genus incertum eſt/ a mercatura nominatum. Bibebant autem q inuitati erant aureis poculis/ ⁊ alijs atqꝫ alijs vaſis cibi inferebantur. Iuxta hebræum habetur. Et propinabãt in vaſis auri/ ⁊ vaſa ex vaſis mutantes. Narratur ꝙ non ſolum porrigebant potum in poculis aureis / ſed etiam ꝙ mutabant pocula. ita ꝙ non oportebat expectare alios bibentes ut poculum haberetur. vinũqꝫ vt magnificentia regia dignum erat multum ⁊ precipuum ponebatur. Nec erat. Deficit una clauſula ante hæc duo ultima uerba. Et potus ſecundum conſuetudinem. Deinde ſequitur. non cogens: quia ſic ſtatuerat rex omni maiori domus ſue ad faciendũ ſicut voluntas viri ⁊ viri. Narratur ꝙ potus fiebat ſecundum conſuetudinem ſeu legem. utrũqꝫ enim hebraica ſignificat dictio: quia ordinate ſecundum uniuſcuiuſqꝫ morẽ potabãt, qa rex ſic ſtatuerat/ ne infimis aliqbus iniuria fieret. Vaſthi quoqꝫ regina fecit cõuiuium feminarum: in palatio vbi rex achaſ'ueros manere conſueuerat.

ITaqꝫ die ſeptimo cũ rex eſſet hilarior ⁊ poſt nimiam potationem incaluiſſet mero. Iuxta hebræum habetur. In die ſeptimo cum bonum cor regis in vino. nec aliud dicitur. Et ſignificatur cor regis lætificatum ex uino: ac per hoc excitatum ad oſtenrandam pulchritudinem reginæ. precepit mehuman/ biꝫthe/ charbone/ bigthe ⁊ abagthe / ꝫethar ⁊ charchas, ſeptem eunuchis miniſtrantibus ante faciem regis achaſ'ueros. Vt adducerent reginã vaſthi coram rege cum co-

Digitized by Google

rona regni: vt oſtenderet populis ⁊ principibꝰ pulchritudinem eiꝰ. Quamuis non omnes ſimul credantur ueniſſe principes & fortes/perſeuerauerunt tamen omnes uſqꝫ ad finem conuiuij. erat. n. pulchra valde. Iuxta hebræum habetur. qa bona aſpectu ipſa. Ratio mõſtrandi pulchritudinem reginæ redditur/quia bona hoc eſt delectabilis uiſu erat. diuiditur enim bonum in honeſtũ/utile & delectabile: & hoc i loco ſumit̃ bonũ pro bono delectabili.

¶ Que renuit venire ad regis imperiũ quod per eunuchos mãdauerat. Relatiuum eſt quod & non coniunctio. non enim redditur ratio quare regina renuerit/ſed narratur factum iuxta hebraicam ueritatem. ⁊ iratꝰ ẽ rex valde/⁊ ira eiꝰ ſuccenſa eſt in eo. Interrogauitqꝫ ſapientes qui ex more regio ei ſemper aderant/⁊ illorum faciebat conſilio ſcientiũ leges ac iura maiorum. Iuxta hebræum habetur. Et dixit rex ſapientibus ſcientibus temporum: qa ſic verbum regis coram omnibꝰ ſcientibꝰ legem ⁊ iudicium. Cõſuluit ſapientes ſcientes temporum (hoc eſt pollentes notitia occaſionum euenientium in temporibus) ad prouidẽdum quid facto opus ſit, quia ſic uerbum regis ſolitum erat tractari ac diſcuti/ueꝫ coram ſcientibus legem ac iudicia. & eſt ſermo de lege regni. Et propinqui ei charſena ſethar admatha tharſis meres marſena memuchan: ſeptẽ principes perſarũ ⁊ medorum videntes faciem regis/ſedentes primi in regno. Iuxta legem qd faciendũ eſt regine vaſthi/coꝙ non fecit dictũ regis achaſ'ueros in manu eunuchoꝝ.

¶ Dixitqꝫ memuchan coram rege ⁊ principibꝰ: non ſolũ regẽ leſit. Iuxta hebræum habetur non ſuper regẽ ſolũ ipſum iniquũ fecit regina vaſthi. non enim læſio ſed tortum ſeu iniquum ſignificatur. ſed cõtra oẽs principes ⁊ contra populos q ſunt in oibꝰ prouincijs regis achaſ'ueros. Egredietur. n. ſermo regine ad oẽs mulieres vt cõtemnant maritos ſuos. Deficit. in oculis ſuis. quod eſt longe peius. dũ dicent/rex achaſ'ueros iuſſit vt regina vaſthi veniret ad ſe ⁊ noluit. Atqꝫ hoc exemplo oẽs principũ coniuges. Iuxta hebræum habetur. Et diem iſtam dicent domine perſidis ⁊ medie. ſed ſententia in idem redit: nam geſta in die iſto dicent dominæ perſarum & medorum. paruipendent imperia maritorũ. Iuxta hebræum habetur. que audierũt verbũ regine cũctis principibꝰ regis. Nec aliter explicatur quid dicent: ſed ꝙ cõmemorabunt diem iſtum ut non pareant maritis. vnde regis iuſta eſt idignatio. Iuxta hebræum habetur. ⁊ multa vilipenſio ⁊ ira. Effectus ſecuturus in coniugibus prædicitur duplex. alter ex parte uxorum: ueꝫ ꝙ multum uilipendent maritos. alter ex parte maritorum: ueꝫ multa ira aduerſus uxores. Si regi placet egrediatur edictũ a facie eiꝰ/⁊ ſcribatur in legibꝰ perſaꝝ ⁊ medoꝝ ⁊ nõ preterea tur: ꝙ non veniat vaſthi coram rege achaſ'ueros/⁊ regnũ eius det rex alteri meliori ea. Audiaturqꝫ verbũ regis i toto regno eiꝰ/qa amplũ ẽ: ⁊ oẽs vxores preſtabũt honorẽ maritis ſuis a magno vſqꝫ ad paruũ.

Digitized by Google

ꝙ eſter non fuit filia fratris mardochei, ſed fuit filia patrui mardochei: ac p hoc fuit patruelis ſeu conſobrina ſoror mardochei. ⁊ vtrunq; parentem amiſerat: pulchra nimis ⁊ decora facie. Iuxta hebræum habetur. q̃a non ei pater ⁊ mater: ⁊ puella pulchra forma ⁊ bona aſpectu. laudatur enim tum pulchritudo figuræ/tum ꝙ delectabilis erat cōſpectui alioꝝ. mortuiſq; patre ⁊ matre eiꝰ/mordochai accepit eā ſibi in filiam.

¶ Cumq; percrebuiſſet verbum regis ⁊ edictū eius/⁊ multe virgines adducerentur in ſuſan ad manū hegai: eſter quoq; inter ceteras puellas ei tradita eſt. Iuxta hebræum habetur. ſublata eſt eſter in domū regis. non furtiue nec ui/ ſed de conſenſu mardochei data petentibus eam. ideo enim ſcribitur ſublata/ut intelligatur non ſponte oblata ſed petita propter eius pulchritudinem. Vt ſeruaretur in numero feminarum. Que placuit ei. Pronomen ei eunuchum demonſtrat præpoſitum puellis: ut contextus hebraicus teſtatur. nā ſic legitur. ad manū hegai cuſtodis mulierū. Et placuit puella in oculis eiꝰ/⁊ eleuauit gratiam in cōſpectu eiꝰ. Ad inſtar eleuantis obtulit ſe gratioſam eſter in cōſpectu eunuchi/tanq̃ munus aliquod gratum eidem obtulerit. ⁊ precepit eunucho. Non habetur hoc in hebræo: ſed immediate ſubiungitur. ⁊ accelerauit concinnationes eiꝰ. proculdubio eunuchus. ⁊ partes eiꝰ vt daret ei. Pertinentia ad uictum ſignificantur. ⁊ ſeptem puellas ſpecioſiſſimas de domo regis. Dictio hebraica non ſignificat ſpecioſitatem ſed potius promptitudinem: ut intelligamus ſeptem puellas promptas ad obſequia ipſius eſter. ⁊ iam ipſam q̃; pediſſequas ornaret atq; excoleret. Iuxta hebræum habetur. ⁊ mutauit eam ⁊ puellas eiꝰ in bonū domꝰ mulieꝝ. prouidit ſiquidem eunuchus de optima aula in domo mulierum ipſi eſter, ut etiam ex loco habitationis ſeruaretur bona diſpoſitio corporis eſter. Nō indicauit eſter populū ſuū ⁊ cognationē ſuā: q̃a mordochai preceperat ei vt non indicaret. Et quotidie mordochai deambulabat ante atriū domꝰ mulierū: curā agens ſalutis eſter. Iuxta hebræum habetur. ad ſciendū pacē eſter ⁊ q̃d fiet in ea. Pacis nomine hebræi omne bonum comprehendunt.

¶ Cūq; veniſſet tēpus ſingulaꝝ puellaꝝ vt intrarent ad regem achas'ueros/expletis oībꝰ que ad cultū muliebrē pertinent menſis duodecimꝰ vertebatur: ita dumtaxat vt ſex menſibꝰ oleo vngerentur myrtino. Iuxta hebræum habetur. in fine cū eſſent eis ſecundū legē mulierū duodecim mēſes/q̃a ſic implebūtur dies cōcinnationū eaꝝ: ſex menſibꝰ in oleo myrrhe. ita ꝙ non myrtus ſed myrrha ſignificatur. ⁊ alijs ſex q̃buſdā pigmētis ⁊ aromatibus vterentur. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſex menſibꝰ in aromatibꝰ ⁊ in concinnationibꝰ mulierū. nec aliquid certius ſcriptum eſt. Et in hoc puella veniebat ad regem: q̃cq̃d dicebat/dabatur ei ad veniendū cū ea de domo mulierū ad domū regis. Et veſpere intrabat, ⁊ mane reuertebatur ad domū mulieꝝ ſecūdam/ad manum ſabaſgbaz eunuchi re-

giſ cuſtodiſ concubinarum: non intrabat ampliꝰ ad regem/niſi voluiſſet eam rex ⁊ vocaretur per nomen.

¶ Euoluto autem tempore per ordinem. Non habentur in hebræo hæ ultimæ quinqꝫ dictiones: ſed ſcribitur. Et cum aduenifſet tempꝰ eſter filie abichail patrui mardochai quam ceperat ſibi in filiam vt intraret ad regem. Hic clare dicitur ꝙ pater eſter fuit patruus mardochei. non queſiuit muliebrem cultum/ſed quecunqꝫ voluit egeus eunuchus cuſtos virginū hecei ad ornatū dedit: erat enim formoſa valde ⁊ icredibili pulchritudine/omniūqꝫ oculiſ grōſa ⁊ amabiliſ videbatur. Pro tota iſta clauſula in hebræo hr̄. nō queſiuit rē/niſi quod dixit hegai eunuchus regiſ cuſtoſ mulierum: ⁊ fuit eſter eleuanſ gratiam in oculiſ omnium videntium eam. Vſqꝫadeo deſcribitur gratioſa apud oculos omnium/ut tanq̄ꝫ offerens munus eiſdem haberetur cum coram eis apparebat. Et ſublata eſt eſter ad regem achas'ueros ad domū regni eiꝰ/in menſe decimo q eſt menſiſ tebeth: ī anno ſeptimo regni eiuſ. Et amauit rex eſter pluſ q̄ꝫ omneſ mulicreſ/habuitqꝫ gratiam ⁊ miſericordiam corā eo ſuper oēſ mulierеs. Iuxta hebræum habetur. ⁊ eleuauit miſericordiam ⁊ gratiā in ↄſpectu ſuo pre omnibuſ virginibuſ. De rege ſermonem eſſe tū contextus tum miſericordia teſtatur. dictum erat ꝙ rex amauit eſter præ omnibus mulieribus: & immediate ſubditur & eleuauit miſericordiam & gratiam. non ſolū gratuito regis animo ſed etiā ipſius miſericordiæ attribuitur exaltatio eſter præ omnibus uirginibus/eo ꝙ eleuabat eam fere de miſeria ad regnū. gratiæ ſiquidem erat aſciſcere eam in reginam: miſericordiæ autem ꝙ ex ignoto genere eam exaltaret. eleuauit itaqꝫ rex miſericordiam & gratiam in conſpectu ſuo erga eſter præ omnibus uirginibus. ⁊ poſuit coronā regni ſuper caput eiuſ/⁊ regnare fecit eam pro vaſthi. Aduerte hic prudens lector duo. alterum ꝙ eſter hebræa fidelis & grata deo (ut ſubiuncta teſtantur) nupſit regi ethnico habenti plures uxores concubinas ſecundū morem illius temporis. nec ulla fit mentio alicuius diſpenſationis aut inſpirationis diuinæ: quin potius teſtatur ſcriptura ꝙ in eodē uerſata eſt piculo quo aliæ uirgines/ut uerꝫ niſi ſtuprata a rege aſſumeretur in reginam remaneret inter concubinas regis: hoc enim factum teſtatur ꝙ pluralitas uxorum quando mos erat peccatum non erat. Alterum ꝙ quia eſter erat hebræa ſub lege moſis/rex uero perſarum ethnicus, ex hoc cōnubio habetur ꝙ cultus diſparitas q̄uis in lege moſis eſſet prohibita inter coniuges/nō tamen irritabat connubium: alioquin eſter non fuiſſet uxor aſſueri. Tolerabile igitur malum hoc erat ſub lege cum alijs nationibus non habitantibus in terra promiſſionis. & hinc arguitur ꝙ cultus diſparitas non irritat hodie matrimonia niſi ex conſtitutione eccleſiæ ualde rationabili. Fecitqꝫ rex ↄuiuiū magnum oībuſ principibuſ ⁊ ſeruiſ ſuiſ/conuiuiū eſter: ⁊ dedit regem vniuerſiſ prouincijſ. Iuxta hebræum habetur. ⁊ relaxationē prouincijſ fecit. De qua autem relaxatione ſit ſermo/non eſt uſqꝫquaqꝫ clarum: cer-

tum

tum tamen eſt ꝙ relaxauit inquiſitionem uirginum pulchratum quæ ꝑ prouin-
cias fiebat. ⁊ dona largit⁹ eſt iuxta magnificentiā principalē. Iuxta
hebræū hr̄. ſicut manus regis. hoc eſt ſicut decebat manū regiam.

Cūq; ſecūdo quererentur virgines ⁊ ꝯgregarentur. Iuxta he-
bræum hr̄. Et cū eſſent adunate virgines ſecūdo, mordochai
ſedebat ad portā regis. Contextus inſinuat ꝯgregationē hāc ſecundā fuiſ-
ſe factā regnante iā eſter: nā unū atq; idē tp̄s deſcribit̄ perfectæ iſtius ꝯgregatio-
nis/& habitātis mardochei in porta regis/& obedientiæ eſter ad mardocheum/
& cōiurationis eunuchorum aduerſus regem/& denunciationis per eſter reginā.
ſed quorſum fuerit facta hæc congregatio uirginū ſecūdo, nulla hiſtoria mihi no-
ta tradidit/nec ſcio diuinare. Nondū prodiderat eſter cognationem ⁊
populū ſuū/iuxta preceptū mordochai: ⁊ dictū mordochai eſter
faciebat/ſicut cum nutriebatur apud eū. Teſtat̄ principiū octaui ca.
ꝙ uerba iſta rōnē reddūt quare mardocheus adhuc manebat ī porta regis: qa ue;
regina nō indicauerat regi qd ſibi eēt mardocheus. nā ī ꝑncipio octaui ca. rō red-
dit̄ igreſſus mardochei ad regē/manifeſtatio cognatiōis iter eſter & mardocheū.

¶ In dieb⁹ illis mordochai ſedente in porta regis: irati ſunt big-
than ⁊ theres/duo eunuchi regis q̄ ianitores erant ⁊ ī primo pa-
latij limine reſidebāt. Iuxta hebræū hr̄. duo eunuchi regis ex cuſto-
dib⁹ malluuij. nec aliud ſcribit̄ de eoꝝ officio. Erāt igit̄ illi eunuchi in numero
cuſtodū malluuij: hoc ē uaſoꝝ ad uſum regis deputatoꝝ. Volucrūtq; īſurge
re ī regem ⁊ occidere eū. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ queſierūt mittere manū ī
regem achaſ'ueros. Nō igit̄ ueneno ſed gladio quærebāt interficere regem.
Quod mordochai inotuit/⁊ nunciauit regine eſter: dixitq; eſter
regi noīe mordochai. Queſitaq; eſt res ⁊ iuenta/⁊ ſuſpenſi ſunt
ābo ſup lignū. Cōſidera duo facta eunuchoꝝ iſtoꝝ: alteꝝ ꝙ irati ſunt aduer-
ſus regē/alteꝝ ꝙ quæſierūt mittere manū. & ꝑpendes nō fuiſſe difficile ut inote-
ſceret mardocheo machinatio eoꝝ: & ſimiliter non fuiſſe difficile ut inq̄ſita ma-
chinatio hæc a rege inueniretur. iſta. n. exteriora facta (iraſci ue; & quærere mit-
tere manū) facile cōuincuntur. ⁊ iuſſit rex vt ī libro memoriali ſcribere-
tur/vt pro vita ſua aliqd repenſaret ei, mandatūq; eſt hiſtorijs
⁊ annalib⁹ traditū corā rege. Pro toto hoc reſiduo huius cap̄li iuxta he-
bræū hr̄. ⁊ ſcriptū fuit ī libro verboꝝ dieꝝ corā rege. nec aliud ī textu
hr̄/ſed interptes āpliauit. Et hinc patet ꝑ librū uerboꝝ dieꝝ ſignificari annales.

CAPVT .III.

POſt hec rex achaſ'ueros exaltauit haman filiū meda-
the de ſtirpe agag. Iuxta hebræū hr̄. agageū. ſeu agagæi. Qd
nomē an ſit natiōis an p̄riæ an gētis agag regis hamalecitaꝝ (ut cō-
muniter uidet̄ itelligi) nō eſt oīno certū: ue; cū ignota ſit tā natio q̄
patria agagæa/& nota ſit gens ex occiſo rege agag a ſamuele. 1. reg. 15. hic ſenſus
complectendus eſt. Nec obſtat ꝙ inferius ca. 15. dicitur animo & gente macedo:

Digitized by Google

quoniam apocryphum eſt. ⁊ poſuit ſolium eius ſuper omnes princi-
pes quos hēbat. Oēſq; ſerui regis q̄ i forib⁹ palatij verſabant/
flectebāt genua ⁊ adorabāt haman, quia ſic preceperat eis rex: ⁊
mordochai nō genuflectebat nec adorabat. Cui dixerūt ſerui re-
gis q̄ ad fores palatij reſidebāt: cur trāſgrederis preceptū regis?
Cūq; dicerēt ad eū p̄ ſingulos dies ⁊ ille nō audiret eis nūciaue
rūt haman/ſcire cupiētes an pſeueraret i ſentētia, q̄a idicauerat
eis ſe eē iehudeū. Poſſūt hæc ultima uerba referri uel ad rōnē nō genuflecten
di (ut uc; mardocheus dixerit ſe nō genuflectere q̄a erat iudæus) uel ad ꝯſtantiā:
ut q̄a iudæi ptinaces ſunt i ꝓpoſito/expirent an mardocheus iudæus pſeueraret
i ꝓpoſito nō adorādi haman. ¶ At ſi quæris rōnem quare mardocheus noluit pa
rere regis mādato ut genuflecteret adorādo haman. nulla occurrit magis ꝯſenta-
nea rō q̄ꝫ odiū iter iudæos & hamalecitas/præceptū a deo deute. 25. ubi & addit̄
caue ne obliuiſcaris. Signū āt q̄ ex hmōi inimicitia ꝓcedebat hæc irreuerētia/hr̄
ex īfraſcriptis ī ca. 5. q̄ mardocheus nō ſolū ꝯtinuit ſe a genuflexione/ſ; nec ſurre-
xit genuflectentibus alijs corā haman. hinc.n. patet q̄ nō timebat diuinū honorē
trāſferre i hominē (aſſurgere.n. nō erat diuinus honor) ſ; q̄ renuebat quēcūq; ho
norē exhibere haman: q̄d ex odio fieri ꝯſequens erat/præſuppoſito mādato ge-
nerali regis cum tot monitionibus ſociorum.

¶ Viditq; haman q̄ mordochai nō ſibi genuflecteret nec ſe ado
raret: ⁊ repletꝰ ē haman furore. Et ꝯtēpſit in oculis ſuis mittere
manū i mordochai ſolū/q̄a idicauerāt ei poplm̄ mordochai: que-
ſiuitq; haman diſꝑdere oēs iehudeos q̄ erāt i toto regno achaſ-
ueros/populū mordochai. Et i hoc reddit̄ rō quare haman decreuerit ſæ-
uire i iudæos/q̄a uc; erāt populus mardochei: nec alia tāgit̄ i lr̄a rō. In menſe
primo. ichoando ānū a p̄mo uere: nā primū mēſem apud hebræos ꝯſtituit luna
p̄mo plena a ſole exiſtēte i ariete. (ipſe ē mēſis niſan) ī āno duodecimo re
gis achaſueros miſſa ē ſors i vrnā. Iuxta hebræū hr̄. iacta ē pur (ip
ſa ghoral) corā haman. Aiūt pur dictionē eſſe pſicā/ghoral aūt hebraicā: &
utrāq; ſignificare ſortē. In utraq; ergo lingua hebraicus textus noīauit ſortē. nec
ullā facit mētionē urnæ/ſ; iactus ſortis: q̄ q̄uo fieret/latet nos. quo die ⁊ quo
menſe gens iehudeorum deberet interfici/ ⁊ exiuit menſis duo-
decimus qui vocatur adar.

¶ Dixitq; haman regi achaſueros: ē populꝰ p̄ oēs ꝓuincias re-
gni tui diſꝑſus ⁊ a ſe mutuo ſeꝑatꝰ. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ ſeꝑatꝰ inter
populos. hoc ē iter populos diuerſos uiuēs uiuit ſeꝑatus ab alijs. Et i hoc uer̄
dixit expiētia teſte uſq; i diē hodiernū. nouis vtens legibꝰ ⁊ cerimonijs.
Iuxta hebræū hr̄. ⁊ leges eoꝝ mutātes ab oī populo. Nihil dr̄ de nouita-
te: ſ; q̄ leges iudæorꝝ alienāt mores eorꝝ ab oī populo. Et i hoc ēt dixit uer̄. ⁊ in-
ſuꝑ regis ſcita ꝯtemnens. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ leges regis nō ipſi fa-
cientes. An in hoc uerū dixerit neſcitur: de mardocheo tū hoc uerificari cer-
tum eſt/pro quanto non paruit regis mandato de honoratione haman. ⁊ opti-
me noſti q̄ non expediat regno tuo vt inſoleſcat per licentiam.

Digitized by Google

Pro hac clauſula iuxta hebræum habetur. ⁊ regi non congruit dimittere eos. ſic diuiſos inter alios & inobediẽtes. Si tibi placet/decerne vt pereat. Iuxta hebræum habetur. Si ſuper regem bonum/ſcribetur ad perdendum eos. Phraſis eſt hebraica/ſignificans ꝙ ſi bonum hoc uidetur regi ſcribantur literæ ad perdendum iudæos. ⁊ decem millia talentorum appendam arcarijs gaze tue. Iuxta hebræum habetur. ⁊ decem millia talentorum argenti appendam manibus factorum operis ad adducendum in theſauros regis. Quaſi emere uolebat iudæorum uitam. Factores autem operis/geſtores negociorum regis appellat.

¶ Tulitqȝ rex anulũ ſuũ de manu ſua: ⁊ dedit eũ haman filio medathe de progenie agag. Corrige ut ſupra. agagei hoſti iehudeorũ. & intellige ut diximus. Dixitqȝ rex ad haman: argentum quod polliceris tuum ſit/⁊ de populo fac quod tibi placet. Vocatiqȝ ſunt ſcribe regis in menſe primo in tertiadecima die eius: ⁊ ſcriptum eſt iuxta omnia que precepit haman ad omnes ſatrapas regis ⁊ iudices prouinciaꝝ diuerſarũqȝ gentiũ. Parui refert ꝙ hebraice habet. ⁊ ad duces qui ſuper ſingulas prouincias ⁊ ad principes ſingulorꝝ populoꝝ/ad ſingulas ꝓuincias iuxta ſcripturã eaꝝ ⁊ ad ſingulos poplos iuxta linguã coꝝ, nõie regis achaſueros ſcriptũ eſt ⁊ ſignatũ anulo regis. materia.n.nõ exigit tã exactã correctionẽ.

¶ Et miſſe ſunt lr̃e ꝑ curſores ad oẽs ꝓuincias regis vt delerẽt occiderẽt ⁊ ꝑderẽt oẽs iehudeos a puero vſqȝ ad ſenem ꝑuulos ⁊ mulieres in die vno/i tertiodecimo menſis duodecimi q vocatꝰ adar: ⁊ vt bona coꝝ diriperent. Sũma aũt lr̃aꝝ erat/vt oẽs ꝓuincie ſcirẽt ⁊ pararẽt ſe ad predictã diem. Iuxta hebraũ hr̃. vt ponerẽt lex ĩ qlibꝫ ꝓuincia patẽs oibꝰ populis/vt eẽnt parati ad diẽ iſtã. Sentẽtia ẽ clara. mãdatꝰ.n. ꝑponi publicũ edictũ patẽs populis oibus/ad hoc ut tali die ad necẽ iudæoꝝ parati eẽnt. Egreſſiqȝ ſunt curſores ĩpulſi vbo regis/⁊ lex poſita ẽ ĩ ſuſan palatio: rexqȝ ⁊ haman ſedebãt ad bibendũ/⁊ citas ſuſan fuit turbata. Dictio iterpretata turbata/a qbuſdã interpretatꝰ ꝑplexa: hmõi ſiqdẽ nouitas tã crudelis edicti/aĩos ciuiũ admiratiõe tali affecit ut circa cãm ꝑplexi redderentꝰ nõ abſqȝ animi iterna cõmotione.

CAPVT .IIII.

Mordochai aũt cognouit totũ qḋ factũ fuerat/⁊ ſcidit veſtimẽta ſua/⁊ indutꝰ ẽ ſacco ſpargẽs cinerẽ capiti. Iuxta hebraũ hr̃. ⁊ ĩdutꝰ ẽ ſacco ⁊ cinere. nihilqȝ dr̃ de capite. egreſſuſqȝ ẽ ĩ mediũ ciuitatis/⁊ clamauit clamore magno ⁊ amaro. Venitqȝ vſqȝ ad fores palatij: nõ.n. erat licitũ idutũ ſacco portã regis ĩtrare. Et ĩ cunctiſ libꝫ ꝓuincie loco ad quem verbũ regis ⁊ lex eiꝰ ꝑuenerat, luctꝰ ĩgẽs erat iehudeis/⁊ ieiuniũ ⁊ fletꝰ ⁊ planctꝰ: cinere ⁊ ſacco multis pro ſtrato vtentibꝰ.

¶ Ingreſſe ſunt autem puelle eſter ⁊ eunuchi eius ⁊ nunciauerūt
ei: quod audiens cōſternata eſt. Iuxta hebræum habetur. ⁊ contriſta-
ta eſt regina valde. audito facto mardochei. miſitq; veſtē mordochai
vt ablato ſacco idueret eā/ ⁊ nō recepit. ¶ Vocauitq; eſter ba-
thach eunuchū quē rex miniſtrū ei dederat: ⁊ precepit ei vt iret ad
mordochai/ ad ſciendū cur hoc faceret. Egreſſuſq; ē bathach ad
mordochai: ad plateam ciuitatis que erat ante portam regis.
Et indicauit ei mordochai totum quod acciderat ſibi: ⁊ expoſi-
tionem argenti quod dixit haman ſe in theſauros regis illaturū
pro nece iehudeorum. Exemplar quoq; edicti quod pendebat
in ſuſan/ dedit ei vt regine oſtenderet: ⁊ moneret eam vt intra-
ret ad regem ⁊ deprecaretur eum pro populo ſuo. Venitq; ba-
thach: ⁊ nunciauit eſter verba mordochai. ¶ Dixitq; eſter ad
bathach: ⁊ precepit ei vt diceret ad mordochai. Omnes ſerui re
gis ⁊ populus prouinciarum regis ſciunt ꝙ ſiue vir ſiue mulier
non vocatus interius atrium regis intrauerit/ abſq; vlla cūcta-
tione ſtatim interficiatur. Iuxta hebræum habetur. vna lex ei⁹ ad mo-
riendum. hoc eſt communis eſt cuilibet una lex mortis. niſi ad quem exten
derit rex virgam auream/ ⁊ viuat: ⁊ ego non ſum vocata ad ve-
niendum ad regem bis triginta dieb⁹. Nunciauerūtq; mordo-
chai verba eſter.
¶ Et dixit mordochai vt reſponderent eſter: ne putes ꝙ animā
tuā tantū liberes/ qa in domo regis es pre cūctis iudeis. Iuxta he-
bræum habetur. non tacebis i anima tua / qa euadet dom⁹ regis pre
omnibus iehudeis. hoc eſt non tacebis omittendo preces apud rege pro iu-
dæis ſciens uitam tuam ſaluam/ quia domus regis exempta eſt ab huiuſmodi ne
cis edicto: utpote prælata cūctis iudæis. Si. n. nūc ſilueris, ꝑ aliā occa-
ſionē liberabūtur iudei. Iuxta hebræū habetur. Quod ſi tacēdo tacue-
ris in tpe iſto, latitudo ⁊ euaſio ſtabit iehudeis ex loco alio. Magna
fiducia mardochei in deo manifeſtatur. dicit aūt latitudo & euaſio tanq̄ iudæi
edicto illo anguſtati & mortis piculo expoſiti/ in amplū ſpatiū deducendi ſint &
euaſuri ꝓuidente deo ꝑ aliud mediū iudæis. ⁊ tu ⁊ dom⁹ pr̄is tui pibitis.
Minæ ſunt diuini iudicij iminentis ſi tacuerit. ⁊ qs nouit vtrū idcirco ad
regnū veneris vt in tali tpe parareris. Senſus eſt ut in tali tpe ſuccur-
reres populo tuo a deo præparata ad hoc.
¶ Dixitq; eſter vt rn̄deretur mordochai. Vade ⁊ ꝯgrega oēs ie
hudeos q i ſuſan iueniūtur/ ⁊ orate pro me. Iuxta hebræū hr̄. ⁊ ieiu-
nate ſup me. Ieiuniū pro ſuffragio apud ſummū deū petit. non comedatis
neq; bibatis trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹. Iuxta hebræū hr̄. trib⁹ dieb⁹
nocte ⁊ die. Formā ieiunij præſcribit nō comedere nec bibere tribus diebus tā
die q̄ nocte. Nec indiſcreta fuit tanta inedia: quandoqdem multi hmōi inediam
ſponte ſuſceperunt, & in tali ac tanto periculo populi parum fuit triduana ine-

Digitized by Google

dia affigi. ⁊ ego cum ancillis meis ſic ieiunabo. Spondet regina ſe cum ſuis ancillis ieiunaturam ſic/hoc eſt triduana inedia: ut ab exemplo eius prouocarentur iudæi ad ieiunandum ſic. ⁊ tunc ingrediar ad regem / contra legem faciens inuocata/tradenſq; me morti ⁊ periculo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ in ſic ingrediar ad regem qđ non ſecundum legem/⁊ ſicut perij perij. Magna fiducia reginæ in ieiunio monſtratur dicendo & in ſic ingrediar ad regem: magnaq; charitas erga uitam populi/dicendo ingreſſum ſuũ ad regem non eſſe legitimum quia non erat uocata. & offerre ſe morti deliberat dicendo & ſicut perij perij: hoc eſt quomodocunq; contingat me perire ob talem ingreſſum / cõplector interitum. Iuitq; mordochai: ⁊ fecit omnia que preceperat ei eſter.

CAPVT .V.

Die autem tertio. completo. tribus enim diebus ieiunauerat. induta eſt eſter regalibus veſtimentis / ⁊ ſtetit in atrio domus regie interiori contra baſilicam regis: ⁊ rex ſedebat ſuper ſolium ſuum in conſiſtorio palatij contra oſtium domus. Dictio interpretata prius baſilica & deinde conſiſtoriũ / hebraice ſonat domũ: & ad literam ſignificat regium tabernaculum ex auleis aureis ſeu ſericis conſtans: qualibus uidemus uti magnos reges in locis publicis. Et propterea deſcribitur rex ſedens ſuper ſolium ſuum in hac domo contra oſtium domus. tabernaculum enim prædictum domus regis & regni appellatur/& in ea ſedens rex contra oſtium domus ex lapidibus ædificatæ.

¶ Cumq; vidiſſet rex eſter reginam ſtantem in atrio/placuit oculis eius: ⁊ extendit rex ad eſter virgam auream que erat in manu eius/acceſſitq; eſter ⁊ oſculata eſt ſummitatem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ tetigit caput virge. Nec explicatur modus tangendi: ueriſimile tamen eſt ꝙ oſculando tetigit labijs. Dixitq; ad eam rex: qđ tibi eſt eſter regina ⁊ que eſt petitio tua? etiam ſi dimidiam partem regni petieris/dabitur tibi. At illa reſpõdit: ſi regi placet/veniat rex ⁊ haman hodie ad conuiuiũ quod paraui ei. Dixitq; rex/ vocate cito haman ad faciendum verbum eſter: ⁊ venit rex ⁊ haman ad conuiuium quod parauerat eſter. Dixitq; rex ad eſter poſtq̃; vinũ biberat abundanter. Iuxta hebræum habetur. in conuiuio vini. Et ſignificanter nominatur uinum / ut lætificata corda ex uino deſcribantur. que eſt petitio tua/⁊ dabitur tibi? ⁊ que eſt requiſitio tua? etiam ſi dimidiam partem regni petieris/impetrabis. Cui reſpondit eſter: petitio ⁊ requiſitio mea eſt. Si inueni gratiam in oculis regis/⁊ ſi regi placet dare petitionem meam ⁊ facere requiſitionem meam: veniat rex ⁊ haman ad conuiuiũ quod paraui. Iuxta hebræum habe-

Digitized by Google

tur. quod faciam eis. Paraturã ſe dicit. ⁊ cras aperiam regi voluntatem meam.

¶ Egreſſus eſt itaq̃ȝ illo die haman letꝰ ⁊ alacer. Iuxta hebræũ habetur. ⁊ bonus corde. hoc eſt non ſolum lætus extra ſed etiã intus in corde delectatus. cunq̃ȝ vidiſſet haman mordochai in porta regis/ ⁊ non ſolum non aſſurrexiſſe ſibi ſed nec motum quidem de loco ſeſſionis ſue, indignatus eſt valde. Hinc clare apparet mardochæum renuiſſe exhibere etiam minimum honorem haman: & apocryphum eſſe quod ſcribitur in ca. 13. timui ne honorem dei mei transferrem ad hominem. Et diſſimulata ira venit in domũ ſuam: miſitq̃ȝ ⁊ venire fecit amicos ſuos / ⁊ zeres vxorem ſuã. Et expoſuit eis haman magnitudinem diuitiarũ. Parui refert q̃ hebraice habetur. honorem diuitiarum ſuarum ⁊ multitudinem filiorum ſuorum: ⁊ omnia quibꝰ magnificauerat cũ rex/ ⁊ quibus eleuauerat eum ſuper principes ⁊ ſeruos regis. materia enim non exigit tam exactam correctionem: & propterea multa in ſubſequentibus pertranſibo. Dixitq̃ȝ haman: inſuper non fecit venire eſter regina cum rege ad conuiuium quod fecit niſi me/ ⁊ etiam in craſtinum ego vocatus ſum ab ea cum rege. Et cum hec omnia habeam, nihil me habere puto q̃ȝdiu videro mordochai iehudeũ ſedentem in porta regis. Reſponderunt q̃ȝ ei zeres vxor eiꝰ ⁊ ceteri amici, iube parari excelſum lignum altitudinis quinquaginta cubitorũ/ ⁊ dic mane regi vt ſuſpendatur ſuper ipſum mordochai/ ⁊ ſic ibis cum rege letus ad conuiuium: placuitq̃ȝ ei conſilium / ⁊ iuſſit excelſam parari crucem. Iuxta hebræum habetur. ⁊ fecit lignũ. genus enim non ſpecies patibuli ſignificatur.

CAPVT .VI.

Noctem illam duxit rex inſomnem. Iuxta hebræum habetur. In nocte illa euanuit ſomnus regis. non enim uoluntarius uigilauit / ſed fugiente ſomno ab eo: diſponente deo per hæc media exaltationem mardochei. iuſſitq̃ȝ ſibi afferri hiſtorias ⁊ annales priorum temporum. Iuxta hebræum habetur. librum recordationum verborum dierum. cuius mentio facta eſt in calce ſecundi capituli. ⁊ fuerunt lecta coram eo. Et inuentum eſt ſcriptum q̃ indicaſſet mordochai de bigthana ⁊ theres duobꝰ eunuchis. Deficiunt multæ dictiones: nam ſubiungitur. regis ex cuſtodibus malluuij: qui queſierunt mittere manum in regem achaſueros. repetitur enim res geſta ſcripta in. ca. 2. Dixitq̃ȝ rex/ q̃d honoris ac premij. Hebraice habetur. quid factũ eſt honoris ⁊ magnitudinis mordochai ſup hoc: cenſet enim rex magnum quid deberi mardocheo. ⁊ dixerunt pueri regis miniſtri eius/ non eſt factum cum eo quicq̃ȝ.

Digitized by Google

¶ Dixitqȝ rex/quis eſt in atrio? haman autem interius. Legendum eſt. exteriꝰ atrium domꝰ regis intrauerat. corrupta ſiquidem ſcriptorum uitio uidetur litera. ad dicendum regi vt iuberet mordochai ſuſpendi in ligno quod parauerat ei. Dixerūtqȝ pueri regis ad cū/ ecce haman ſtans in atrio: ⁊ dixit rex/ingrediatur. Ingreſſuſqȝ ē haman: ⁊ dixit ei rex/qd debet fieri viro quem rex vult honorare? ⁊ dixit haman in corde ſuo/cui volet rex facere honorem magis q̄ȝ mihi. Dixitqȝ haman ad regem: vir quē rex honorare cupit/debet indui veſtibus regijs ⁊ imponi ſuper equum qui de ſella regis eſt. Iuxta hebræum clare habetur. ſuper quem equitat rex. Itaq; & ueſtem qua induitur rex & equum ſuper quem equitat rex proponit. ⁊ accipere regium diadema ſuper caput ſuū. Et primꝰ de regijs principibus ac tyrannis teneat equum eius. Hebraice hæc clauſula legitur ſic. Et dabunt veſtem ⁊ equum per manum viri ex principibus regis ducibus/⁊ induent virum cuius rex vult honorem: ⁊ facient equitare ipſum ſuper equum in platea ciuitatis, ⁊ vocabunt ante eum/ſic fiet viro cuius rex vult honorem. Officiū principis ponitur induere & collocare ſuper equum uirum quem rex uult honorare: cōmune aūt officiū præcedentium manifeſtare uoce intelligibili cauſam tanti honoris eſſe uoluntatem regis. Dixitqȝ rex ad haman: feſtina/ ⁊ ſumpta veſte ⁊ equo fac ita vt locutus es mordochai iehudeo qui ſedet ante fores palatij. Quæſtio oritur eo q; nihil dicitur de corona. Solutio eſt q; cointelligitur etiam corona: ut teſtantur ſubiuncta regis uerba. caue ne quicq̄ȝ de ijs que locutus es prætermittas. hinc enim apparet cuncta executioni mandata fuiſſe/q̄uis ſingula non repetantur. Tulitqȝ haman veſtem ⁊ equum/⁊ induit mordochai/et equitare fecit eum in platea ciuitatis: ⁊ clamauerūt ante eum/ſic fiet viro cuius rex vult honorem.

¶ Reuerſuſqȝ eſt mordochai ad portam regis: ⁊ haman feſtinauit in domū ſuam lugens ⁊ operto capite. Et narrauit haman zeres vxori ſue ⁊ omnibus amicis ſuis omnia que acciderant ei: dixeruntqȝ ei ſapientes eius ⁊ zeres vxor eius, ſi de ſemine iehudeorum eſt mordochai ante cuiꝰ conſpectum cadere cepiſti/ non preualebis ei ſed cadendo cades ante eū. ¶ Adhuc illis loquentibus cum eo/eunuchi regis venerunt: ⁊ feſtinauerunt ad faciendū venire haman ad conuiuiū quod parauerat eſter.

CAPVT .VII.

v Enit itaqȝ rex ⁊ haman ad bibendum cum eſter regina. Dixitqȝ rex ad eſter etiam in die ſecunda poſtq̄ȝ vino incaluerat. Iuxta hebræum habetur. in conuiuio vini. Nihil turpe ſignificatur in rege: ſed cum eſſet æſtiuū tp̄s (ue3 menſis tertius a ſole

Digitized by Google

in ariete) ſcriptum eſt ꝙ iuerunt ad bibendum cũ regina. magis enim bibitur q̃ comeditur æſtiuo tempore: & lætificata iam corda ex uino ſignificat conuiuium uini. que eſt petitio tua eſter regina ⁊ dabitur tibi/⁊ que eſt regſitio tua? etiam ſi dimidiam partem regni queſieris impetrabis:

Ad quem illa reſpondit: ſi inueni gratiam ĩ oculis tuis o rex ⁊ ſi tibi placet, detur mihi anima mea in petitione mea / ⁊ populꝰ meus in requiſitione mea. Traditi enim ſumus. Iuxta hebræum habetur. Quia fuimus venditi ego ⁊ populus meus in contritionem occiſionem ⁊ interitum. propter pecuniam enim quam obtulerat haman regi/dixit quia fuimus uenditi. ⁊ Vtinam in ſeruos ⁊ ancillas venderemur, eſſet tolerabile malum ⁊ gemens tacerem. Iuxta hebræum pro his ultimis ſex dictionibus habetur. tacui. hoc eſt tacuiſſem: hebræi ſiquidem nullum habent præteritum niſi indicatiui. nũc ãt hoſtis noſter eſt cuius crudelitas redundat in regẽ. Et hæc quoq; clauſula ſic habetur in hebræo. quia non hoſtis curans in damno regis. Sic iacet in hebræo. Et non refertur ad taciturnitatem ſed ad uenditionem: reddit enim rationem oblatæ pecuniæ ꝙ nõ ad repenſandum damnum regis oblata eſt/ſed in odium iudæorum. Damnum autem regis appellat diminutionem prouẽtuum emerſuram ex diminutis ſubditis regis interfectis iudæis.

Reſponditq; rex achaſueros / ⁊ dixit ad eſter reginam: quis eſt iſte ⁊ cuius potentie vt hec audeat facere? Iuxta hebræum habet. ⁊ vbi iſte eſt qui impleuit cor ſuum ad faciendum ſic? Sententia eſt clara. Dixitq; eſter/ vir hoſtis ⁊ inimicꝰ noſter ẽ haman iſte malus: ⁊ territus eſt haman a facie regis ⁊ regine. Rex autem iratꝰ ſurrexit de loco conuiuij/ ⁊ intrauit hortum arboribus cõſitum: Iuxta hebræum habetur. de conuiuio vini ad hortum palatij. hortus. n. palatij ſignificatur tam hic q̃ cum paulo poſt dicitur de horto nemoribus conſito: utrobiq; enim hortus palatij duntaxat ſcribitur. haman quoq; ſtetit vt rogaret eſter reginam pro anima ſua / vidit enim ꝙ paratum eſſet ſibi a rege malum.

Qui cum reuerſus eſſet de horto arboribus cõſito/ ⁊ intraſſet conuiuij locum, repperit haman corruiſſe ſuper lectum in quo iacebat eſter: ⁊ ait/ att ẽt reginam vult opprimere me preſente in domo mea? verbũ de ore regis exierat/ ⁊ ſtatim faciẽ haman operuerunt. tanq̃ exoſi regi & indigni conſpectu regis. Dixitq; charbona vnꝰ de eunuchis q ſtabant in miniſterio regis: en lignum quod parauerat haman pro mordochai qui locutus eſt. Deficit bonum: legendum eſt. qui locutus eſt bonum ſuper regem. reuelando conſpirationem factam contra regem. ſtat in domo haman/altitudinis quinquaginta cubitorum: cui dixit. Superfluit cui: legendum eſt. ⁊ dixit rex/ ſuſpendite eum ſuper ipſum. Suſpenſuſq; eſt haman ſuper lignũ quod parauerat pro mordochai: ⁊ ira regis quieuit.

D Je illo dedit rex achas'ueros eſter regine domum haman hoſtis iehudeoꝝ: ⁊ moꝛdochai ingreſſus eſt ante faciē regis. Qui hactenus fuerat in porta palatij regis aſcitus eſt ad ingrediendū coram rege: hoc eſt ad colloquiū regium/ad conuerſandum cum rege. confeſſa eſt.n. ei eſter ꝙ eſſet patru⁹ ei⁹. Iuxta hebræum habetur. qa indicauit eſter qd ipſe ſibi. Ratio tranſlationis mardochei ex porta ad cōuerſandum cum rege / redditur manifeſtata cognatio ab eſter inter ipſam & mardocheum: erant enim patrueles/ut ſuperius patet. Tulitq; rex anulum ſuū quē ab haman amoueri iuſſerat/⁊ tradidit illum moꝛdochai. Summarium contingentium in exaltatione mardochei hic ſcribitur: ſummatur enim eius exaltatio in tribus. quorum primum eſt ꝙ tanq̃ affinis regis aſcitus eſt ad conuerſandum cum rege. ſecundum eſt ꝙ rex dedit mardocheo anulum quem olim dederat haman: dedit autē non abſolute/ſed ad ſignandum literas in fauorem iudæorum. tertium uero eſt ꝙ fuit mardocheo ꝑuiſum de magnifica domo in qua habitaret. Heſter autem cōſtituit mardocheū ſup domū ſuā. Iuxta hebræum habetur. ⁊ poſuit eſter moꝛdochai ſup domum haman. Ecce tertium.

¶ Nec his contenta. Iuxta hebræum habetur. Et addidit eſter ⁊ locuta eſt corā rege/⁊ pꝛocidit ante pedes ei⁹: ⁊ fleuit ⁊ depꝛecata ē eū vt tranſire faceret maliciā haman agagite/⁊ cogitationē eius quā cogitauit contra iehudeos. Prius narrata eſt gratia facta dicendo ꝙ dedit rex anulum mardocheo: & nunc ſubiungitur modus quo impetrata eſt illa gratia, uidelicet regina cum lachrymis genuflexa ſupplicante pro populo ſuo. Extenditq; rex ad eſter virgā aureā: ⁊ ſurrexit eſter/ ⁊ ſtetit ante regē. Et ait: ſi regi placet ⁊ ſi iueni gratiā ante eū/ ⁊ ſi recta ē res ante regē ⁊ placeo ī oculis ei⁹: ſcribatur ad retractandū literas cogitationis haman filij medathe agagite quas ſcripſit ad perdendū iehudeos q ſunt in oīb⁹ pꝛouincijs regis. Quō enim potero videre malū quod inueniet populū meū? ⁊ quō potero videre interitū pꝛogeniei mee? ¶ Dixitq; rex achas'ueros eſter regine ⁊ moꝛdochai iehudeo: ecce domū haman dedi eſter ⁊ ipſum ſuſpenderūt in ligno/eo ꝙ miſit manū ſuā in iehudeos. Scribite ergo iudeis. Iuxta hebræum habetur. Et vos ſcribite ſuper iehudeos ſicut bonū in oculis veſtris in nomine regis/⁊ ſignate anulo regis. clare enim ſubditur literas fuiſſe ſcriptas ad principes &c. qa litere ſcripte noīe regis ⁊ ſignate anulo regis/nō retractabantur.

¶ Vocatiq; ſunt ſcribe regis in tēpoꝛe illo in menſe tertio (ipſe eſt menſis ſiuan) in vigeſima tertia ei⁹: ⁊ ſcriptū eſt iuxta oīa que pꝛecepit moꝛdochai ad iehudeos ⁊ ad ſatrapas ⁊ duces ⁊ principes pꝛouinciaꝝ que ſunt ab india vſq; ad ethiopiā/centū ⁊ viginti ſeptē pꝛouinciaꝝ, ad vnamquāq; pꝛouinciam iuxta ſcripturam ei⁹ ⁊ ad vnūquēq; populū iuxta linguam ei⁹/⁊ ad iehudeos

iuxta ſcripturam ⁊ linguam eoꝛū. Scripteq̧ ſunt epiſtole nomine regis achas'ueros / ⁊ anulo ipſius ſignate: ⁊ miſſe ſunt per veredarios. Iuxta hebræū habetur. in manu curſoꝝ in eqs eqtantiū velociſſima aialia/ mulos filios eqꝝ. Mirū eſt ꝙ in partibus illis adhuc neſcirent uti fœminis equorum ad celeriter uehendum literas. crediderim id acciſſe quia unico tantum animali non mutato uehebatur curſor: & in longo itinere ueloci motu durat plus mulorum genus ꝙ̄ equorum. q per omnes ꝓuincias diſcurrentes/ veteres literas nouis nūcijs preuenirent. Superflua eſt hæc clauſula. Quib⁹ imperauit rex vt conuenirent iudeos per ſingulas ciuitates ⁊ in vnū preciperent cōgregari, vt ſtarent pro animab⁹ ſuis/ ⁊ omnes inimicos ſuos cū coniugib⁹ ac liberis ⁊ vniuerſis domib⁹ interficerent atq̧ delerent. Iuxta hebræum habetur. Quib⁹ dedit rex iehudeis q in ſingulis ciuitatib⁹ vt congregarentur ⁊ ſtarent pro animab⁹ ſuis ad deſtruendū ⁊ ad occidendū ⁊ ad perdendū omnem fortitudinem populi ⁊ prouincie anguſtantiū eos paruulos ⁊ mulieres: ⁊ bona eoꝝ in predam. Sic iacet in hebræo. ſententia eſt clara. Vnū duntaxat reſtat ambiguum an paruuli & mulieres iungātur cum præda an cum clade: ex eo tamen ꝙ literæ quas miſerat haman in perniciem iudæorum compræhenderāt ſub clade paruulos & mulieres iudæorum, par eſt ut paruuli & mulieres hoſtium ſub clade quoq̧ concludantur. Et conſtituta ē per omnes prouincias regis achas'ueros vna vltionis dies/ tertiadecima mēſis duodecimi: ipſe ē mēſis adar. Summaq̧ epiſtole fuit vt in omnib⁹ terris ac populis q regis aſſueri imperio ſubiacebant notū fieret. Iuxta hebræum habetur. poni edictū in ſingulis prouincijs patens omnib⁹ populis. Deinde ſequitur. ⁊ paratos eſſe iehudeos ad diem illū ad vlciſcendū ſe de inimicis ſuis. Sententia eſt clara. Curſores eqtantes velociſſima aialia mulos / egreſſi ſunt accelerantes ⁊ impulſi verbo regis: ⁊ edictū poſitū eſt in ſuſan palatio.

¶ Mordochai aūt egreſſus eſt a facie regis in veſtib⁹ regijs/ hyacinthinis vcȝ ⁊ aerinis. Iuxta hebræum habetur. in veſte regia aerina ⁊ candida. interpres enim colorem hyacinthinum ſæpiſsime interpretatus uidetur colorem quē hebræi aſſerunt eſſe colorem aeris denominatum a colore quē præ ſe fert mare/ qui ſapphiro ſimilis eſt. coronam auream portans ī capite/ ⁊ amict⁹ ſerico pallio atq̧ purpureo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ corona aurea magna/ ⁊ amict⁹ byſſo ⁊ purpura. Sūmæ ueſtes erāt iſtæ. omniſq̧ ciuitas. Iuxta hebræum habetur. ⁊ ſuſan ciuitas exultauit ⁊ letata ē. cōmunis ſiquidem lætitia quamuis non omnium narratur. Iehudeis aūt fuit lux ⁊ letitia, ⁊ gaudiū ⁊ honor. Apud omnes populos vrbes atq̧ prouincias quocūq̧ regis precepta veniebāt, mira exultatio epule atq̧ conuiuia ⁊ feſt⁹ dies. Iuxta hebræum habetur. Et in vnaquaq̧ prouincia ⁊ in vnaquaq̧ ciuitate ⁊ loco ad

Digitized by Google

quem verbū regis peruenit, letitia ⁊ gaudiū iebudeis/ conuiuiū ⁊ dies bon⁹. hoc eſt iucundus. ⁊ multi de populis terre fiebant iebudei/ q̄a ceciderat pauor iebudeoꝝ ſuper eos. Iſti qui timore conuertebantur ad iudaiſmum/in numero hoſtium iudæorum ſe ſupputandos credebant aut ſuſpicabantur: & propterea præueniendo tempus uindictæ/profeſsi ſunt iudæorum religionem.

CAPVT .IX.

IN duodecimo aūt menſe (ipſe eſt menſis adar) in tertiadecima die ei⁹/qua peruenit verbū regis ⁊ edictū ei⁹ vt fieret: in die qua ſꝑabāt inimici iebudeoꝝ dominari eis/ verſa vice dominati ſunt iebudei odientib⁹ ſe. Congregatiq; ſunt ꝑ ſingulas ciuitates ⁊ oppida ⁊ loca. Iuxta hebræū habetur. Congregati ſunt iebudei in ciuitatib⁹ ſuis in omnib⁹ ꝓuincijs regis achaſueros ad mittendū manū in querentes malū eoꝝ: nulluſq; ſterit ante eos/q̄a ceciderat pauor eoꝝ ſuꝑ omnes populos. Et omnes principes prouinciarū ⁊ ſatrape ⁊ duces ⁊ facientes op⁹ regis/extollebant iebudeos: q̄a ceciderat pauor mordochai ſuper eos. Quem principē palatij ⁊ plurimū poſſe cognouerant: fama quoq; nominis ei⁹ creſcebat quotidie/ ⁊ ꝑ cūctoꝝ ora volitabat. Corrige hanc clauſulam. Quia magn⁹ mordochai in domo regis/⁊ fama ei⁹ ambulās per omnes prouincias: q̄a vir mordochai proficiens ⁊ creſcens. Ecce quæ ſpargebant de mardocheo per omnes prouincias ſubiectas regi aſſuero/propter quæ timebatur.

Percuſſeruntq; iebudei omnes inimicos ſuos plaga magna: ⁊ occiderūt eos/reddentes eis quod ſibi parauerant facere. Iuxta hebræum habetur. plaga gladij ⁊ occiſionis ⁊ perditionis: ⁊ fecerunt ꝯtra odientes eos iuxta volūtatem ſuam. Et in ſuſan occiderūt iebudei ⁊ perdiderūt q̄ngentos viros. Et parſandathain ⁊ dalphon ⁊ aſpatham. Et porathain ⁊ adal'iam ⁊ aridatham. Et parmaſthain ⁊ ariſai ⁊ aridai ⁊ vaizathā. Decem filios haman filij medathe hoſtis iebudeoꝝ occiderunt: in predā aūt non miſerūt manum ſuam.

In die illa perlatus eſt numer⁹ occiſorum in ſuſan/coram rege. Dixitq; rex eſter regine: in ſuſan occiderūt iebudei q̄ngentos viros ⁊ decē filios haman/in reliq̄s prouincijs regis q̄d fecerūt? que ē igit̄ petitio tua ⁊ dabit̄ tibi/ ⁊ que queſtio tua vltra ⁊ fiet. Et dixit eſter: ſi regi placet, detur etiam cras iebudeis q̄ ſunt in ſuſan poteſtas faciendi ſecūdū edictū hodiernū/⁊ decē filios haman ſuſpendant in ligno. Et dixit rex vt fieret ſic/⁊ poſitū ē edictū in ſuſan: ⁊ decem filios haman ſuſpenderūt. Congregatiq; ſunt iebudei q̄ erant in ſuſan ēt die quartadecima menſis adar:

⁊ interfecerunt in ſuſan trecentos viros / in predam autem non
miſerunt manum ſuam. Et reliqui iebudei qui erant in prouin-
cijs regis congregati ſunt ⁊ ſteterunt pro animabus ſuis ⁊ quie
uerunt ab inimicis ſuis: ⁊ occiderunt de hoſtibꝰ ſuis ſeptuagin-
taqnqꝫ millia / in predam autem non miſerũt manũ ſuã.
Dies autem tertiuſdecimꝰ menſis adar vnus apud omnes
interfectionis fuit: ⁊ quartodecimo die cedere deſierũt, quẽ
conſtituerunt eſſe ſolennem vt in eo omni deinceps tempore va
carent epulis gaudio atqꝫ conuiuijs. Iuxta hebræum habetur. In
die tertiodecimo menſis adar: ⁊ quieuerũt quartodecimo die eiꝰ/
⁊ fecerunt illum diem conuiuij ⁊ letitie. iudæi ſcilicet extra ſuſan ſparſi
per prouincias. Iebudei aũt q erant in ſuſan / tertiodecimo ⁊ quarto-
decimo die eiuſdem in eede verſati ſunt: ⁊ quintodecimo die eiuſ
dem quieuerunt / ⁊ fecerunt eum diem conuiuij ⁊ letitie. Idcirco
iebudei villani habitantes in ciuitatibꝰ non muratis / faciũt diẽ
quartũdecimum menſis adar letitie ⁊ conuiuij: exultantqꝫ in eo/
⁊ mittunt ſibi mutuo partes.
Scripſitqꝫ mordochai verba hec: ⁊ miſit literas ad omnes ie-
budeos qui erant in omnibus prouincijs regis achaſ`ueros / ꝓ-
pinquis ⁊ remotis. Statuendo eis vt quartũdecimũ ⁊ quintũ-
decimum diem menſis adar pro feſtis ſuſciperent: ⁊ reuertente
ſemper anno ſolenni celebrarent honore. Iuxta dies quibus ge-
uerunt iebudei ab inimicis ſuis / ⁊ menſem qui conuerſus fuerat
eis de dolore in letitiam ⁊ de luctu in diem iucũdum: eſſentqꝫ iſti
dies conuiuij ⁊ letitie / ⁊ mitterent ſibijnuicem ciborum partes ⁊
pauperibus munuſcula largirentur. Suſceperuntqꝫ iebudei in
ſolennem ritum que facere ceperant: ⁊ que mordochai ſcripſerat
ad eos. Haman enim filius medathe ſtirpis agag. Corrige ut ſupra.
agagites hoſtis omnium iebudeorum cogitauit contra iebude-
os ad perdendum eos: ⁊ proiecit pur (hoc eſt ſortem) ad conte-
rendum ⁊ perdendum eos. Cunqꝫ veniſſet eſter ante regem / di-
xit rex cum epiſtola alia, conuertatur cogitatio eius mala quam
cogitauit contra iebudeos in caput eius: ⁊ ſuſpenderunt eum ⁊
filios eius in ligno. Idcirco vocauerunt dies iſtos purim. Quod
autem poſtea ſubditur. eo ꝙ pur ideſt ſors in vrnam miſſa fuerit. iux-
ta hebræum habetur. ſuper nomẽ ſortis. ratio enim perſici nominis purim/
redditur quia eſt nomen ſortis: hebræi enim nomine perſico ſignificant hos dies
purim. i. ſortes. ⁊ cuncta que geſta ſunt epiſtole. i. libri huius volu-
mine continentur / queqꝫ ſuſtinuerũt ⁊ que deinceps immutata
ſunt. Iuxta hebræum habetur. ſuper ſic / ſuper omnia verba epiſtole
iſtius: ⁊ quia viderunt ſuper ſic / ⁊ quid euenit eis. Affirmarũt ⁊
ſuſceperunt iebudei ſuper ſe ⁊ ſuper ſemen ſuum ⁊ ſuper omnes

copulatos ſibi: ꝙ nõ omittetur celebratio iſtoꝝ duoꝝ dieꝝ iuxta ſcripturam eoꝝ ⁊ temp⁹ eoꝝ/ſingulis annis. Summarium eſt comprehendens ſtatutum de his duobus diebus ſeruandis: & teſtificationem uiſoꝝ & ſucceſſuum fuiſſe affirmatã & recæptam ab omnibus iudæis. Et dies iſti cõmemorabuntur ⁊ fient in omni generatione ⁊ gñone/familia ⁊ familia/prouincia ⁊ prouincia/citateqꝫ ⁊ ciuitate: ⁊ dies iſti purim non tranſibũt de medio iehudeorum/ ⁊ memoria eorum non deſinet a ſemine eorum.

¶ Scripſeruntqꝫ eſter regina filia abichail ⁊ mordochai iehude⁹ ſecundam epiſtolam: vt omni ſtudio dies iſti ſolennes ſancirentur in poſterum. Et miſerunt literas ad omnes iehudeos in centum ⁊ vigintiſeptem prouincijs regni achas'ueros: verbis pacis ⁊ veritatis. Ad firmandum dies iſtos ſortium in temporib⁹ eorum ſecũdum ꝙ ſtatuit eis mordochai iehude⁹ ⁊ eſter regina/ ⁊ ſecundũ ꝙ firmauerũt ſuper animam ſuam ⁊ ſuper ſemen ſuũ: verba ieiunioꝝ ⁊ clamoris eoꝝ. Promittũt ꝯmemorare ieiunia uerſa i cõuiuia & clamores luctus uerſos in gaudia. Et omnia que libri hui⁹ q vocatur eſter hiſtoria continentur. Lege hanc clauſulam ſic. Et dictum eſter firmauit verba ſortiũ iſtarũ: ⁊ fuit ſcriptũ in libro. Authoritas reginæ ſtabiliuit feſtiuitatem ſortium: & hoc fuit ſcriptum in libro annalium iudæorum/ut par eſt credere in ieruſalem ubi erat templum.

CAPVT .X.

Rex ãt achas'ueros poſuit tributũ ſuper terrã ⁊ iſulas maris. Cui⁹ fortitudo ⁊ imperiũ ⁊ dignitas atqꝫ ſublimitas qua exaltauit mardocheũ. Corrige hãc clauſulam. Et omne op⁹ fortitudinis ei⁹ ⁊ potentie ei⁹ / ⁊ expoſitio magnitudinis mordochai qua magnificauit illum rex: nõne ipſa ſcripta ſunt in libro verboꝝ dieꝝ regũ medoꝝ atqꝫ perſaꝝ: quo libro caremus. Quia mordochai iehudeus / ſecundus a rege achas'ueros fuit, ⁊ magn⁹ apud iehudeos/ ⁊ acceptabilis plebi: Iuxta hebræũ habetur. ⁊ accept⁹ multitudini fratrũ ſuoꝝ. Sententia eſt clara. & ſcito ꝙ in hac clauſula/uidelicet. querens bonũ populo ſuo/ ⁊ loquens pacẽ omni ſemini ſuo. hoc eſt uniuerſo populo iudaico/terminatur liber eſter iuxta hebraicam ueritatem. Ita ꝙ ſex ſeu ſeptẽ ſequentia capitula ſunt apochrypha: & propterea non exponemus illa.

¶ Et hoc in loco terminamus commentaria librorum hiſtorialium ueteris teſtamenti: nam reliqui(uidelicet iudith/tobiæ & maccabæorum libri) a diuo hieronymo extra canonicos libros ſupputantur/& inter apochrypha locantur cum libro ſapientiæ & eccleſiaſtico: ut patet in prologo galeato. ¶ Nec turberis nouitie ſi alicubi reppereris libros iſtos inter canonicos ſupputari/uel in ſacris con-

Digitized by Google

cilȷs uel in ſacris doctoribus. Nã ad hieronymi limam reducenda ſunt tã uerba conciliorum quam doctorum: & iuxta illius ſententiam ad chromatium & heliodo-rum epiſcopos/libri iſti(& ſiqui alȷ ſunt in canone bibliæ ſimiles) non ſunt cano-nici/hoc eſt non ſunt regulares ad firmandum ea quæ ſunt fidei. poſſunt tamẽ di-ci canonici(hoc eſt regulares) ad ædificationem fidelium: utpote in canone bi-bliæ ad hoc recæpti & authorati. cum hac enim diſtinctione diſcernere poteris & dicta auguſtini in ſecundo de doctrina chriſtiana/& ſcripta in concilio floren-tino ſub eugenio quarto: ſcriptaq; in prouincialibus cõcilȷs chartaginẽſi & lao-dicenſi/& ab innocentio ac gelaſio pontificibus. Ad laudem & gloriam omnipo-tentis dei: Romæ anno ſalutis milleſimo quingenteſimo trigeſimoſecundo: eta-tis uer o meæ ſexageſimoquarto/die decimanona iulȷ/amen.

COMMENTARIORVM THOMAE DE VIO CAIE-tani cardinalis ſancti xyſti in omnes hiſtoriales ueteris teſtamenti libros fi-nis. Quos ioãnes danielis ſanctiſsimi domini noſtri papæ pœnitentia-rius ac authoris operis familiaris diligenter reuidit: textũq; in ſuos uerſus literis capitalibus & nomina ꝓpria in ſuas ſyllabas ubi opus uiſum eſt accentu quodã iuxta hebræũ digeſsit,& no-mina ipſa ꝓpria in his quidẽ hiſtorialibus libris in tex-tu tñmodo/in pentateucho aũt & in textu & in cõ-mento correxit. Quod dictum fuerit nequis in ad-miratiõẽ ducat̃ cũ in cõmento repiet autho-rẽ ſe non laborare de correctione proprioꝝ nominũ profitentẽ:& ne putet̃ author ipſe ab uſu cõmuni ꝓprioꝝ nominũ in cõmento pentateuchi receſsiſ-ſe. etſi. n. eã correctiõẽ in tex-tu ꝓbat/mallet tñ eã in ſuis comentarȷs non factam. Hoc optime lector(ne incircũſpectius forſan a me factũ au-thori tribuas)te admonitum eſſe uolui: & fœlix ſemper uale.

Digitized by Google

REGISTRVM

ABCDEFGHIkLMNOPQRSTVXYZ.
AA BB CC DD EE FF GG HH II kk LL MM NN OO PP
QQ RR SS TT VV XX yy ZZ.
AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III kkk MM
M NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV.

Omnes ſunt terniones præter. VVV. quaternionem.

Romæ in ædibus Antonij bladi Aſulani: anno a nato ſaluatore
M.DXXXIII. ſedente Clemente ſeptimo pont.maximo.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1-6-2

Digitized by Google

